00079446

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016



LVGD. BAT. Apud SAMVELEM LVCHTMANS. MDCCXXVI. J. Wandelaar inv. et fecit.

VALERII MAXIMI
LIBRI NOVEM
FACTORUM DICTORUMQUE
MEMORABILIUM:

Cum Notis integris

HENRICI LORITI GLAREANI, STEPHANI PIGHII, JUSTI LIPSII, CHRISTOPHORI COLERI, ET JOHANNIS VORSTII;

Nec non Selectis aliorum Obſervationibus;

Quibus accedunt Emendationes ineditae

CASPARIS BARTHII, FRANCISCI GUYETI ET MARQUARDI GUDII:

Item

Notae & Obſervationes Perpetuae

JACOBI PERIZONII:

ut &

ANTONII SCHULTINGII,

JC^ti & Anteceſſoris,

EXERCITATIO

Ad VAL. MAX. LIB. VII. CAP. VII.

De Teſtamentis Reſciſſis.

Ad plurimorum MSS. fidem opus recenſuit, & notas adjecit

ABRAHAMUS TORRENIUS.

B 2998
79446
p. 6-34

LEIDAE,

Apud SAMUELEM LUCHTMANS. 1726.

00079446

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS
VIRIS

JOHANNI VANDEN BERGH JC^{to}.
REIP. LEID. SAEPIUS CONSULI, RHENOLANDIAE PRAETORI, ET SUPREMO EJUSDEM AGGERUM PRAEFECTO.

HENRICO VAN WILLIGEN JC^{to}.
REIP. LEID. SAEPIUS CONSULI.

FRANCISCO FABRICIO,
SS. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE UT ET ORAT. SACRAE IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORI ORDINARIO, ECCLESIAEQUE IBIDEM PASTORI.

PETRO BURMANNO JC^{to}.
HIST. ELOQ. GRAECAE LING. POESEOS, ET HIST. FOED. BELGII IBID. PROFESSORI ORDINARIO, BIBLIOTHECAE PUBLICAE PRAEFECTO.

GYMNASII LEIDENSIS CURATORIBUS PRUDENTISSIMIS.

S. P. D.
ABRAHAMUS TORRENIUS.

OFFERO vobis, *Viri Ampliſſimi, Nobiliſſimi, Valerii Maximi* FACTA DICTAQUE MEMORABILIA Celeberrimi Viri *Jacobi Perizonii* ſagaci induſtria, & eleganti eruditione maxime expolita, & meo qualicumque labore novo hoc cultu adornata. Quod ut facerem ipſe mihi Valerius poſtulare videbatur. Quid

enim erat decentius, quam hoc opus illis inſcribere Viris, in quorum virtutibus commemorandis, & ad poſteritatis memoriam prodendis, ipſe ingenium ſtilumque ſuum alacri animo exercuiſſet, & quamvis diu multumque in iis verſatus, libenter tamen eſſet confeſſus, ſibi, in quamcumque licet memorabilium partem exemplorum converteretur, tamen in nominibus veſtris neceſſario haerendum eſſe. Ut gaviſus fuiſſet, *Illuſtriſſime Bergi*, modo ſingularem tuam in graviſſimis Reip. noſtrae negotiis adminiſtrandis prudentiam recenſere; modo oblatos cum omnium bonorum applauſu, & qui tibi prae ceteris praecipui contigerunt, honores enumerare: atque hinc ſtilum ſuum transferre ad praedicandam tuam in rebus arduis conſtantiam, in periculoſiſſimis fortitudinem, publicis cum exterarum regionum, tum Imperatoris etiam gratum pro forti prudentique opera ſibi navata animum declarantis, monumentis teſtificatam. Neque hoc ſatis, credo, ipſi fuiſſet; ſed celebraſſet inſuper civilem illum in ſumma fortuna, & in affluente undique felicitate moderatum animi habitum; neque indictam praetermittere potuiſſet, propenſam illam, in omnium bonarum artium & liberalium ſtudiorum cultores voluntatem, qua quamvis omnibus ſatisfacias, tibi tamen ſatisfacere numquam videaris.

Te quoque, *Nobiliſſime Willegeni*, ſilentio praeterire duxiſſet nefas. Tuam ille prudentiam, juſtitiam, moderationem & continentiam, quas virtutes fere ſuper ceteras celebrare ſolet, in exemplum propoſuiſſet, neque anguſto orationis ambitu fuiſſet amplexus, ut ſentirent poſteri has virtutes, quemadmodum reprehenſionis morſu vacuas, ita laudis quaeſtu eſſe opulentiſſimas.

Amavit *Valerius* non ſolum in conſpicuo ponere, eas animi dotes, quibus viri in Rep. adminiſtratione egregie verſati, eſ-

effulſerunt, ſed cum his quoque, ut erat literarum amantiſſimus, laeto animo conjungere perfectiſſima ſingularis induſtriae in promovendis doctrinarum ſtudiis ſpecimina.

Non ſiviſſet itaque nominum veſtrorum, *Franciſce Fabrici*, & *Petre Burmanne*, Viri, multiplici eruditione conſummatiſſimi, celebritas *Valerium* de vobis ſilentium agere. Meritis ille laudibus extuliſſet indefeſſum illud ſtudium, quo uterque in ſua quiſque diſciplina in majus promovenda, jam inde a prima uſque aetate fuiſtis adniſi. Quo ut ipſi ad ſumma perveniſtis, & tantam nominibus veſtris famam conciliaſtis, ut non minore ardore vos doctores quaerentes Lugdunum ex omnibus Europae partibus praeclararum artium cupidi confluant adoleſcentes, quam olim Athenae certatim petebantur, ut fertiliſſima Platonis doctrina inſtruerentur; ita hinc ſtimulos generoſae poſteritatis pectoribus admoviſſet, ut per veſtigia veſtra ingrediens cum uberrimo eruditionis & eloquentiae fructu veram & nullo tempore intermorituram gloriam conſequi niteretur.

Nec *Valerius* modo hoc poſtulabat, ſed perſonae quoque meae nihil convenientius eſſe ducebam, quam hanc operam meam vobis, Viri Nobiliſſimi, inſcribere; imo officio meo defuiſſe cenſeri poſſem, ſi alios illius mihi quaeſiviſſem patronos.

Tantum enim vobis cum univerſis, tum ſingulis debeo, ut ingrati animi crimine liberari non poſſem, niſi hanc opportune adeo mihi oblatam occaſionem publice teſtificandi quot & quam inſignibus beneficiis vobis ſim obſtrictus avide arripuiſſem.

Credidit vobis, Viri prudentiſſimi auctoritas publica ſupremam Gymnaſii, cujus regimen mihi traditum eſt, curam. Quid ergo officio meo magis erat accommodatum, quam ut

ut Vobis, quos tam faciles & benignos laboris, quem adoleſcentiae erudiendae impendo, approbatores experior, ſic quoque otii mei, quamtumvis licet exigui, aliquam redderem rationem?

Patiamini itaque, quaeſo, Maecenates optimi, ut in ſinu veſtro Valerium meum deponam, & hilari illum vultu admittite. Quod profecto facietis niſi me fallunt omnia.

Hoc enim ſperare me jubet, hoc confidere, *Illuſtriſſime Bergi*, perpetuus ille favor, quo patrem meum, quo omnem meam familiam, ſed me ipſum inprimis, jam per quadraginta annos nunquam interrupto tenore fuiſti proſecutus, adeo ut, ſi unius nomini volumen hoc dedicare deſtinaſſem, non alii juſtius deberetur, quam Tibi. Obverſatur etiam nunc ſaepiſſime animo meo, benignus ille vultus, & mirifica ſermonis comitas, qua me puerum ad ſtudia haec alacriter amplectenda crebro excitaſti. Nec minus grata in memoria teneo, quanto ſtudio omnibus occaſionibus ſemper fueris intentus, ut commoda mea, quantum fieri poterat, promoveres. Quod ut mihi perhonorificum accidit, ita pro tam inſigni tua erga me benevolentia gratias nunc tibi ago maximas, & agam, dum vivam, ſemper.

Nec parum etiam Tibi debeo, *Ampliſſime Willegeni*, non ſolum eo nomine, quod ante hos decem annos a te conſule, ad hanc provinciam ornandam humaniſſime vocatus ſum, verum etiam quod ex eo tempore, opportunitatem nullam praetermiſiſti, qua favoris tui conſtantiam mihi manifeſtiſſimis indiciis declarares. Non denegabis itaque, opinor, etiam hic patrocinium tuum, neque repelles eum, qui in tua quoque benevolentia magnum ſibi praeſidium repoſitum exiſtimat.

De eo dubitare quoque, *Clariſſime Fabrici*, me vetat nota

illa

illa quidem omnibus, & teſtata bonitas, ſed praecipue perſpecta mihi infinitis teſtimoniis tua erga me propenſa voluntas. Hanc tu quidem inſigni documento aperuiſti, quum nomen meum nobiliſſimis collegis tuis, de Rectore Leidenſi Scholae praeficiendo deliberantibus, primus ſubjeciſti, & ſuffragatione tua ut ego hoc munere dignus haberer, effeciſti; ſed ex eo etiam tempore illam in te expertus ſum prorſus ſingularem. Quod tuum erga me ſtudium ut voluptatem mihi magnam adfert, ita quoque ut religioſiſſimo nominis tui cultu illud poſſim retinere cupide ſemper elaborabo.

Quibus jam verbis Te compellabo, *Burmanne Celeberrime?* Quoties tacitis ego votis optavi ante hoc decennium, ut aliqua ratione tibi poſſem innoteſcere, cujus ſummam eruditionem ſuſpiciebam & admirabar maxime. Favit tandem mihi fortuna, & ſupra votum favit. Non enim tibi tantum innotui, ſed in familiaritatem etiam admiſſus ſum. Qua re fit, ut doctiſſimis tuis ſermonibus, omnique elegantia conditis non modo erudiri mihi ſubinde contingat, ſed inſuper etiam conſilium auxiliumque tuum nuſquam mihi deeſſe patiaris. Hoc fiduciam animo meo addidit, & ut huic Valerii Editioni manum admoverem omnino impulit. Nefas enim eſſe ducebam, & deſidiae ſuſpicionem effugere me non poſſe judicabam, ſi hanc operam praeſtantiſſimo ſcriptori negarem, ad quam ſuſcipiendam tu mihi auctor & hortator exiſtebas graviſſimus. Agnoſcant itaque omnes, qui literas humaniores amant, ſi ſtudia ſua hac editione juvari quidquam ſentiunt, fructum omnem, quem inde percipiunt, tantum non uni tibi deberi. Quare tuo quoque eam nomini dedico libentiſſime, quam ſi tu talem deprehenderis, ut dati conſilii te non poeniteat, suſurros aliorum, aut malignos ſermones ſpernere decrevi, judicii tui praeſidio ſatis tutus.

Quod

DEDICATIO.

Quod ſupereſt, *Viri Ampliſſimi*, mihique ſempiterno honore colendi, vota pro incolumitate veſtra ſuſcipio, Deumque ter Opt. Max. ſuppliciter veneror, ut omnia veſtra conſilia fortunet, & ſic aucto indies Nobiliſſimorum nominum veſtrorum ſplendore, Vos diu Civitati, Patriae, Academiae Scholaeque noſtrae ſalvos & ſuperſtites eſſe velit. Dabam Lugd. Bat. ipſis Kal. Mart. MDCCXXVI.

PRAE-

PRAEFATIO.

BENEVOLO LECTORI S.

NEmo, credo, eſt in literis humanioribus, aut hiſtoria etiam literaria, vel mediocriter verſatus, quin ſciat, quantopere omnium eruditorum votis a longo jam tempore fuerit expetitum, ut ea, quae olim Vir Cl. Jacobus Perizonius ad illuſtrandum Valerium Maximum fuerat meditatus, in lucem publicam prodirent. Nihil quippe niſi egregium inde eos ſperare jubebat nota, & celebrata omnibus, Viri Eruditiſſimi cum Hiſtoriarum & univerſae Antiquitatis, tum Linguae imprimis Latinae perfectiſſima cognitio, judiciique in ponderandis rerum momentis acumen atque accuratio. Non defuerunt itaque complures, qui ipſum, dum viveret, qua publice, qua privatim, ſaepiſſime hortati fuerint, ut aliquando Valerio ſuo, cujus edendi ſpem certam fecerat, manum admoveret, fidemque datam liberaret: & eo quidem magis, quod adfectum videbatur habere hoc opus, praeloque tantum non paratum. Verum aliae curae, & meditationes aliae Virum Cl. ab hoc propoſito avocarunt. Bene tamen factum, quod omnia, quae ad emaculandum illuſtrandumque Valerium, aut ipſe conſcripſerat, aut ab aliis conſcripta collegerat, teſtamento ſuo in Publicam Academiae Lugduno-Batavae Bibliothecam transferri voluerit. Non ut in forulis illius, opinor, veluti ſtrangularentur, ſed ut publico inſervirent uſui, & ſi quis Valerii edendi conſilium aliquando caperet, haberet unde editionem illam pulcherrime poſſet inſtruere. Itaque cum, inter familiares cum amicis quibuſdam harum literarum amantibus ſermones, de Valerio Maximo mentio eſſet facta, atque ego unum alterumque locum protuliſſem, in quibus ſine cauſſa a vetuſtioribus Editionibus Pighium diſceſſiſſe arbitrabar, advertit illico animum Vir Celeberrimus, & multis nominibus ſemper mihi Venerandus, Petrus Burmannus, hortarique coepit, ut, quem non ſine cura legiſſe videbar, Valerium notis Cl. Perizonii illuſtratum cum Erudito orbe communicarem. Ego vero excuſare labores quotidianos, quibus adeo diſtringerer, ut tantum mihi otii non ſupereſſet, quo illud opus poſſem emoliri. Verum non deſtitit etiam deinde Vir ille Clariſſimus (ut eſt de elegantioribus literis optime merendi cupidiſſimus, & hinc non ſolum ſuis ſcriptis, mea praedicatione longe majoribus, Remp. literariam ſubinde auget feliciter, verum etiam quaecumque olim ab aliis Eruditiſſimis viris conſcripta in Bibliothecis latere intelligit, indefeſſo ſtudio in publicam lucem amat protrahere, alioſque etiam in partem operis vocare) ita quoque non deſtitit, inquam, Vir Celeberrimus me mo-

nere, & ſtimulare, ut ad hunc laborem ſuſcipiendum me accingerem, uſque adeo donec perpulerit, ut a Cl. Wolferdo Senguerdio, *tunc Bibliothecae Publicae curam gerente petierim, ut mihi inſpiciendi conſiderandique ſingula, quae Legato Perizoniano continerentur, faceret copiam.*

In hoc igitur primum deprehendebam ſchedas aliquot ipſius Perizonii *manu ſatis nitide conſcriptas, quibus comprehendebantur notae ab ipſo ad emendandum* Valerii *textum olim elaboratae. In quo opere praecipue adjutus fuerat MS. quodam* Copeſiano *ſatis bonae notae, &* Adſcenſii *hic illic editione. Quid multa? Notas has quum ſedulo animo perpendebam, licet ab ipſo adhuc dum juvene elucubratae viderentur, quod nuſquam in iis ad alia ſua ſcripta provocaret, neque aliorum codicum MSS. quorum collationes poſtea habuit, mentionem faceret, digniſſimas tamen illas eſſe cenſebam, quae in lucem publicam prodirent. Has itaque omnes, Lector benevole, hic tecum communicatas vides. Erat praeterea* Valerius *ex Editione* Pighii *apud Plantinum* 1567. *quam totam vir Cl. cum MS. Copeſiano contulerat, multiſque locis cum Adſcenſii Editione; item cum Commentario* Dionyſii a Burgos; *ſed notaverat praecipue, ubi ille cum Pighio conſentiret, hac nota,* ſic D. B. *Quae quid vellet, ſero demum deprehendi ex Epiſtola ipſius ad Ill.* Nic. Heinſium, *quam publicavit* Cl. Burmannus *in Syl. Epiſt. Tom.* 4. *n.* 38. *ubi, quid de iſto commentario ſentiret, aperuit* Perizonius. *Itaque quum jam aliquantum progreſſum eſſet hoc opus, & lectiones modo Pighianae Editionis ſic confirmarentur, ſupervacaneum duxi, in iis, quae ſupererant, hoc lectores identidem admonere. Praeterea eodem congeſſerat* Perizonius *loca quamplurima ad illuſtrandum Valerium pertinentia, quae etiam hic exhibenda duxi, quam potuit, fide optima, ita ut nihil inde in rem meam converterim, imo ſemper, ſi forte eadem & ipſe notaveram, Perizonianis illa poſthabuerim & ſilentio praetermiſerim. Erant inſuper & illi codici adſcriptae complures conjecturae, quarum in notis ſuis nullam fecerat mentionem, quas nequaquam negligendas exiſtimavi, quum acutae pleraeque eſſent, & bonae frugis plenae, multae etiam additis pluribus locis ſimilibus comprobatae. Loca aliorum parallela, quae vocant, margini adjuncta, ab ipſo etiam inſigniter aucta videbis.*

Legaverat quoque Perizonius *Bibliothecae publicae varias lectiones ab Illuſtri Viro* Marq. Gudio *ex viginti amplius MSS. excerptas, aut cum ipſo communicatas, quorum Catalogum exhibuit Vir Celeberrimus & de Rep. Literaria optime promeritus* Joh. Alb. Fabricius *in Bibl. Lat. Vol.* 2. *Lib.* 2. *cap* 5. *quem, quoniam illorum MSS. notitiam complectitur, hic inſerendum putavi.*

B. 1. ſcriptus in folio, exſtat Avarici Biturigum apud Nicolaum Catharinum, Advocatum Regium, in fine libri notatur deſcriptoris nomen & aetas his verbis: *Anno Domini noſtri JEſu Chriſti milleſimo cccc. octavo Ego frater Johannes de Barrio Ordinis Minorum, conventus Mirandae in Vaſconia,*

nia, oriundus de Galano iſtum Valerium Maximum Pariſiis ſcripſi. Et inceptum in vigilia Pentecoſtes, in vigilia S. Laurentii conſummavi in honore ſanctae Trinitatis & totius curiae coeleſtis. Amen.

B. 2. Secundus Bituricenſis codex litera majori & eleganti, ſed corruptiſſime ſcriptus, volumen vaſtum, tamen non magni pretii: manus ipſa valde recens: deerat initio unum folium. Deſinebat ſtatim libro nono, neque ibi reperiebatur capitulum de praenomine ex libro decimo. Habuimus hunc librum ex Bibliotheca S. Sacelli Bituricenſis, ſed tantum inſpeximus.

C. Remis extat in Bibliotheca Canonicorum Eccleſiae Cathedralis: Volumen in membrana, fol. manu recenti ſcriptum. Erant in hoc etiam tantum quatuor primi libri cum eodem commentario, & plane conveniebat cum illo altero Codice Bibliothecae Remigianae, ut alterum ex altero deſcriptum appareret, fortaſſe eadem manu, nam litera nihil differebat.

D. Hunc habuimus ex Bibliotheca S. Dionyſii Remenſis, quae eſt Canonicorum Regularium. Ejus copiam nobis fecit Joannes Bragaelonne, juvenis domo & eruditione conſpicuus. Codicem Valerii neque dum facile meliorem vidi, ſed temporis inopia totum conferre non licuit. Scriptus erat in membrana, 4. manu ſatis bona; quae trecentorum annorum aetatem prae ſe ferebat.

F. 1. Codex in folio membranaceus ex Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini ſub num. 1956. Scriptus erat litera craſſiori, & ſatis clara, aetatemque videbatur prae ſe ferre trecentorum annorum. Habebat in margine explicationes & gloſſas, ubi quaedam non prorſus contemnenda.

F. 2. Codex membranaceus in fol. ex eadem Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini ſub n. 1955. Scriptus litera mediocri & rotundiori, ejuſdem propemodum aetatis cum ſuperiori. Gloſſulas habebat interlineares, ſed nullas marginales.

G. Codex Eccleſiae Cathedralis Harlemenſis, quem deſignamus litera G. quia uſum ejus nobis procuravit V.CL. Joannes Fredericus Gronovius. Scriptus in fol. pergamen. literis aequalibus & nitidis. Prae ſe ferebat annos prope quingentos. Latebat Valerius inter varia opuſcula iſtius voluminis, videlicet iſta: 1. *Liber de vitis Philoſophorum cujus haec inſcripto: Liber de vita ac moribus Philoſophorum Poëtarumque veterum ex multis libris tractus, nec non breviter & compendioſe per venerabilem virum M. Walterum Burley compilatus incipit feliciter.* 2. *Euſebii Chronicon Hieronymian.* 3. *Hieronymi liber de Viris illuſtribus.* 4. *Valerius Maximus.* 5. *Senecae Epiſtolae ad Paulum. Ejuſdem de IV. virtutibus ad Paulum. Ejuſdem de copia verborum. Ejuſdem de morte Claudii Caeſaris. Ejuſdem proverbia ad ordinem Alpha-*

phabeti. 6. *Alani quaedam opuſcula. De vita Curialium. Dialogus ſuper deploratione Galliae calamitatt. &c.* In fine libri ſcriptum erat: *Hos libros comparavit Raphaël de Marcatellis, Abbas Sti Bunonis & Baccalaureus S. Theologiae formatus. Pariſ. A.* 1463.

H. 1. Eſt primus codex quem habuimus à V. A. Nicolao Heinſio. Erat forma in fol. membranaceus, litera ſatis aperta. Ex veſtigiis quibuſdam ſubobſcuris apparebat fuiſſe olim hunc librum ex Bibliotheca Marchionis Eſtenſis.

H. 2. Debemus ſimiliter hunc Codicem Heinſio ſcriptum in membrana, forma quarta, litera per librariorum compendia difficiliori & fugienti. In frontiſpicio libri grandis erat index foliorum circiter triginta in Valerium, ſecundum literas Alphabeti. Hunc ſequebatur Gens Cornelia & explicatio aliorum quorundam nominum & dignitatum Romanarum. Exaratus erat, ut annotabatur, Anno MCCCCXXI. â die 21. April. uſque ad diem 4. Jul.

J. Codex membranaceus in fol. qui videbatur ſcriptus annis abhinc trecentis. Extat in collegio Romano Jeſuitarum. Fuit olim ex Bibliotheca Mureti, Inſcribitur: *Valerii Maximi factorum & dictorum memorabilium Urbis Romae externarumque gentium. Incipit liber primus ad Octavianum Imp.*

L. 1. Ex Bibliotheca Regia Pariſienſi, fol. in membrana.

L. 2. Ex eadem Bibliotheca Regia: uterque recens.

L. 3. Ex eadem Regia Bibliotheca: melioris notae & vetuſtior.

L. 4. Ejuſdem Bibl. Regiae: bonae fidei, annorum circiter 350. Cum duobus his poſterioribus aliquot Valerii contuli.

M. 1. Mediceus primus, forte 400. annorum.

M. 2. Mediceus ſecundus in fol. ante ducentos annos ex Codice antiquo ſcriptus in cujus fine legitur: *Liber Poggii ſecretarii ſummi Pontificis, quem vendidit Joanni Coſme.* Hic Codex habet praenomen Valerii Publius.

M. 3. Mediceus tertius, in folio, trecentorum annorum. Habet in fine aliquid ex Epitoma illa libri ut ajunt X.

M. 4. Mediceus quartus, fere ejuſdem cum antecedenti aetatis in fol.

M. 5. Mediceus quintus, codex recens & vix ducentorum annorum.

M. 6. Mediceus ſextus, in fol. paulum excedit ducentos annos. In fine legitur: *Liber Petri de Medicis Cos. Fil.*

P. 1. Primus Codex Vaticanus S. Petri ſcriptus in fol. pergamen. annorum circiter 400. Continetur in Bibliotheca veteri Vaticana ſub num. 1928.

P. 2. Secundus Vaticanus longe recentiori ſed multo etiam elegantiori manu in membrana ſcriptus. Reperitur num. 5209.

R. Codex Remenſis in monaſtrio S. Remigii. Continebat tantum quatuor libros, Valerii cum commentario neſcio cujus, nam certe non erat *Dionyſii de Burgo*, qui ſtatim citatur initio: *Incipit primi libri Valerii Ma-*

xi-

ximi prooemium, quod ſecundum Magiſtrum Dionyſium de Burgo hujus libri expoſitorem pro aemulis ponitur, qui conſueti ſunt librorum auctoribus detrahere: ad eos reprimendos &c. Sed quisquis ille commentator aut nugator eſt, certe Dionyſio nihil ſe meliorem oſtendit. Liber in folio pergamen. manu valde recenti ſcriptus eſt. Servabantur in eadem Bibliotheca *commentarii Dionyſii de Burgo*, duobus permagnis voluminibus in membrana, manu ſimiliter admodum recenti. Explicat novem libros Valerii, ſed textum ipſum omiſit. Non praemittuntur commentario niſi prima verba paragraphorum Valerii, cujus textum deinde mire laceratum & corruptum Dionyſius inter gloſſarum ſuarum ſpinas interſerit. Incipit: *Reverendo in Chriſto patri ſuo & ſuo Domino ſpecialiſſimo Dom. Joanni de Columna, divina providentia St. Angeli Diacono Cardinali Fr. M. Dionyſius de Burgo St. Sepulchri Ordinis Fratrum Heremitarum Sti. Auguſtini cum omni ſubjectione & reverentia filiali ſe totum &c.*

V. 1. Codex Iſaaci Voſſii in membrana, fol. annorum circiter trecentorum.

V. 2. Codex optimae notae, forma quadratus in membranis, ſed mutilus, olim Petri Puteani, nunc ejuſdem Voſſii, excedebat aetatem annorum 500. Erant antiqua manu ad marginem adſcriptae variae lectiones ex alio Codice. *Hactenus Gudius.*

Ceterum hae collationes ad totos MSS. videntur non fuiſſe inſtitutae, cum nonnullae ultra primum aut ſecundum non procedant; ex aliis non niſi ad poſteriores libros compareant variae lectiones. Pars tamen totius Valerii univerſas continet, ut ex ipſa notarum mearum ſerie lector facile deprehendet. Ex iſto catalogo Gudiano liquet porro clariſſime, vix ullum codicem Valerii *etiam a* Gudio *inſpectum fuiſſe, qui quingentorum annorum aetatem longe excederet, qualem ſe non vidiſſe affirmat quoque* Perizonius *in Epiſt.* 20. *ad* N. Heinſium *Syll. Ep. T.* 4. *a. Cl.* Burmanno *editarum, & ipſe fatetur N.* Heinſius *Epiſt.* 31. *Saepe quoque Ill.* Gudius *variantibus his lectionibus adſcripſerat emendationes ſuas; quod ex eo mihi abunde cognitum, quoniam iiſdem plane verbis in ſcriptis ipſius editis aliquando has emendationes propoſitas, & comprobatas reperi, ut videre licet in notis ad lib.* 1. 7. 1. *Verum inſuper etiam multas* Guyeti *conjecturas adjunxerat, quas etiamhic tecum communicatas videbis.*

Inveni adhaec in eodem legato Editionem Valerii a C. Tollio *cum MS. quodam collatam. Item collationes duorum MSS. unius chartacei, alterius vero membranacei, ad Editionem, quae Duaci prodiit A.* 1619. *Typis Joh. Bogardi. His autem collationibus hic illic loca quaedam ad firmandam illarum lectionem adſcripta erant, quae mihi ſuſpicionem injecerunt uſum illis fuiſſe Virum Summum* J. Fr. Gronovium, *eo quod & ipſum iiſdem exemplis uti ad earumdem emendationum veritatem oſtendendam plus ſemel animadverti. Vide quae notavi ad Lib.* VI. 9. 7. *n* 28. *& L.* VIII. 7. 3. *n.* 45. *L.* IX. 1. 2. *n.* 17. *L.* XI. 8. 1. *n.* 1. *L.* IX. 14. *Ext.* 2. *n.* 27. *Exſtabant & ibidem Variantes Lectiones* Valerii *ex Codice Bi-*

bliothecae Lipſienſis manu in membrana exarato, quas collegerat Cl. J. F. Fellerus. *Sed erant illae non admodum multae, inſertaſque habebant Emendationes aliquot* Caſp. Barthii *ex ſchedis ejus MStis erutas, quas cum Doctiſſimo* Antonio Perizonio, *Jacobi patre, communicaverat Celeberrimus* Chriſt. Daumius. *Has partim in notis exhibui; partim ibi praetermiſſas, ne quid ſuppreſſiſſe videar, hic proferendas cenſui. Lib.* 1. 4. *Ext.* 1. *legit*, alimenta vix ſuffecturam urbem. *Cap.* 5. 8. dicti tumore pertraderet. *Cap.* 6. 11. ſed quod do relatu verum eſt. *Ext.* 1. non conſentaneos auſus. *C.* 7. 4. urbi periculum. *C.* 7. 8. ſomnium admotum eſt. *C.* 8. *Ext.* 19. in ſupra uſitatam *delet praepoſitionem. L.* 2. 2. 2. quin etiam ipſos linguae. *C.* 3. 1. ſi militaria ingenia perſeverarent. *C.* 5. 4. ut eos gratioſe. *i. e. clementer, non per vim. ibid.* temulentiae caſum habet. *C.* 6. 8. Excedere vita deberet, *Gloſſae ſunt ſi Barthium audias. C.* 7. 12. merita perpeſſa. *Ext.* 2. in conſpectum earum redirent. *C.* 8. 5. gloriae cupidis. *C.* 9. 1. damnoſam exſolvite ſtipem. *C.* 9. 6. honorum ſocietate inſtrictum, aemulationis autem hamo diſſidens. *C.* 10. 2. proinde ſecurus. *L.* 13. 1. 2. Deprehenſum victorem non extimuit. *Ext.* 1. Eat & a Graecis aliquid. *C.* 2. 1. undique coingerebantur. *C.* 2. 2. Cantu *delendum cenſet. C.* 3. *Ext.* ſenſiſſet ejus ſtirpis milites. *C.* 6. 9. remiſſio laboris. *delet vocem poſteriorem. C.* 7. *init.* habere fiduciam quis ſoleat. *C.* 7. 2. erecta habentibus clavorum cacumina. *C.* 8. 2. ad exercitus reparandos. *Ext* 2. Blandimentum ſane temeritati caſus facit. *L.* 4. *init.* ſalubrem temperiem animi. *C.* 1. 3. ſe moderanti credidit. *C.* 3. 3. alterius viduitas expers Veneris conſenuit, *C.* 4. 11. memorabiles triumphos. *Lib.* 5. 2. *Ext.* 4. beneficentia generis Romani. *C.* 3. *Ext.* 1. militum cuneos ſi occidiſſet. *C.* 4. 1. liberos trahens, *deleto* ſecum. *C.* 6. 5. plurimis obrutus ſuper tela corruit. *Ext.* 1. ita finem rei fore. *C.* 7. 1. equo inſequi. *ibid.* ſed ut auctor. *Ext.* 1. ſuſpiratu increbeſcere *C.* 9. 4. ſolitudinem agmine meliorem. *Lib.* 6. *C.* 1. 11. aeque foedus exitus. 13. pernis concidit. *C.* 2. 4. eodem judicio duos ſubſtituit reos. 5. qui ergo. *C.* 3. 11. *in* non ipſa commotus culpa, *vocem poſtremam delet. C.* 5. 4. magnam laudem & illo idem collegium. *C.* 8. 1. tam fortem ſpiritum ſervili homine. 6. rem vix vera aeſtimatione proſequetur. 7. unum me adjicere Lib. 7. 3. 2. Brutus reverendus eſt. *Ext.* 1. alium ſors haec morti deſtinavit. *C.* 4. 5. eamque inopinantem. *C.* 6. 1. te ſcilicet, neceſſitas, jubente. *C.* 8. 2. tabulae plenae furoris. *Lib.* 8. 1. 12. libidinis intemperantioris confeſſio. *Amb.* 1. alterum ultione dignum *delenda vox poſtrema. C.* 6. 1. haeredem maluit interire. 3. nihil aliis praecipi debere. *C.* 7. *Ext.* 3. coeleſtium obſervationem radiorum. 4. ſtudiis literarum eſſet operaturus. 7. protracto inhians pulveri. 10. penitius cognoſcenda. 12. ad mortem *delet. ibid.* filius Jophon, *deleto*,

So-

Sophoclis. C. 9. *Ext.* 2. ſimillima ejus eſſet oratio, *delet* oratio. *C.* 13. *init.* noſtra ornatu mentio. *Ext.* 5. de quibus quaſi idem. *Lib.* 9. 1. *Ext.* 5. vacuum torum nuptiis puellae faceret. *C.* 5. 3. ſecuro animo cenare potuit. *ibid.* ſtatum Reip. rumpendo. *C.* 6. *Ext.* 1. alto merſerunt. *C.* 7. 3. teterrimo daretur, *deleto* civi. *C.* 11. 1. voce improbum re monſtri ſimile. 3. ſane vero inquit. *Ext.* 3. vix ferrent alii.

Praeter haec exſtabant in publica Academiae Lugd. Bat. Bibliotheca codices MSS. Octo, quorum quatuor quondam Nob. Iſ. Voſſii *fuerunt, quos tamen omnes uno* Leidenſium *nomine comprehendi, quandoquidem jam dudum juſto emptionis titulo iſti Bibliothecae ceſſerant. Sunt vero illi poſteriores quatuor. E quibus vix ullum etiam quingentorum annorum aetatem credo ſuperare. Erant tamen inter illos quidam elegantiſſime in membrana; & quantum conjectura aſſequi licebat, ex vetuſtiſſimis optimiſque libris tranſcripti. Horum quintum cum Ed. Seb. Gryphii diligentiſſime contulit vir Eruditiſſimus, animoque meo cariſſimus cognatus & Collega meus* Henr. Snakenburgius; *ſextum conferendi laborem exhauſit Doctiſſimus* Franc. Oudendorpius, *conſobrinus meus, & tunc Collega exoptatiſſimus, nunc ad Harlemenſis Gymnaſii regimen cum omnium bonorum applauſu cum maxime vocatus. Reliquos ipſe conſului, ut & unum Perizonianum, haud peſſimae notae membranaceum; ſed qui tribus poſterioribus libris deficiebatur.*

His Librorum MSS. ſubſidiis quum plus ſatis jam mihi inſtructus viderer, ecce, praeter ſpem meam Celeberrimus Arn. Drakenborchius, *non multiplicis elegantiſſimaeque eruditionis copia, quam inſigni morum humanitate nobilior, de inſtituto meo per Cl.* P. Burmannum *certior factus, ultro mihi obtulit variantes lectiones ab ipſo ex duobus MSS. Ultrajectinis ſumma cum diligentia & fide excerptas. quae quidem utilitatem mihi praebuerunt maximam, adeo ut viro illi Clariſſimo hoc nomine me agnoſcam devinctiſſimum.*

Exhibebat inſuper mihi Bibliotheca publica Editionem Moguntinam per Petrum Schoyffer de Bernshem *typis vulgatam anno MCCCCLXXI. quae ut omnium eſt princeps, ita quoque MS. vicem facile ſuſtinuerit. Ipſe ſuper haec poſſidebam Editionem Venetam A. MCCCCLXXVIII. a* Bono Accurſio Piſano *curatam. Alteram quoque ibidem per* Dionyſium & Pelerinum Bononienſes *cum interpretatione* Omniboni Leoniceni, *editam A. MCCCCLXXXV. Tum Mediolanenſem A. MDVIII. cum commentariis* Oliverii *publicatam, & Aldinas, unam A. MDIII. alteram A. MDVIII. tertiam, A. MDXXXIV. Nec non Colinaeam, quae Pariſiis prodiit A editas. MDXXVII. & Gryphianas tres, quarum duas Sebaſtianus dederat A. MDXLI. & MDXLVII. tertiam Antonius MDLXVI. Item Rob. Stephani A. MDXLIV.*

Interea in textu ipſius auctoris conſtituendo ſecutus ſum Editionem Joh. Vorſtii,

ſtii, *quae prodiit Berolini A. MDCLXXII. eo quod vir ille Doctiſſimus quam plurima temere a* Pighio *interpolata ex duobus MSS. Brandeburgicis & Vetuſtis* Martini Herbipolenſis, *&* Demetrii Chalcocondylae *Editionibus, recte videbatur emendaſſe. Dici enim vix poteſt quantum ſibi* Pighius *in editione ſua permiſerit, dum conjecturas ſuas, quarum ſaepe nullam in notis facit mentionem, in Valerianorum verborum ſeriem paene ubique inſarſit, vel ſcripturam unius aut etiam alterius minus probae notae codicis, quum plures & meliores haberet, pro vetere, & a ceteris codicibus aſſerta, nec ullam in partem deteriore, imo ſaepe rectiore nobis obtrudit, ut verbis utar Cl.* Perizonii *ex Epiſt. ad Ill.* N. Heinſium *T. IV. n.* 47. *Scilicet pati* Pighius *non potuit, ut uſquam* Valerius *erraſſe videretur, atque adeo quocumque modo crimen illud in librarios ſtuduit conferre potius, quam memoriae aut negligentiae vitium in auctore ſuo agnoſcere. Quum tamen non ſine cauſſa ſtatui poſſit* Valerium, *ſeu memoriae nimis fidentem, ſeu ut tanto magis argutari, vel etiam exaggerare & amplificare alicujus inſignem virtutem poſſet, uni tribuiſſe, quae diverſorum erant, neque adeo ſollicitum de fide hiſtorica fuiſſe, quam omnem captaſſe acuminis cujuſdam exſerendi occaſionem, hinc nonnumquam ad dictiones plus quam Poëticas, & putidas ineptias prolapſum. Ceterum contextui* Vorſtiano *non ita adhaeſi, ut non & ipſe quam plurima tot MSS. & Vett. Edd. auxilio adjutus corrigenda duxerim, &* Perizonii *auctoritatem in multis ſecutus fuerim, ita ut conjecturis, potiore MSS. parte non adſtipulante, indulſerim tamen nihil. Praeter jam memoratas, Textui ſubjeci notas integras* Corradi, Pighii, Lipſii, Coleri, *&* Vorſtii, *item* Glareani, *cujus editionem, cum ad ſecundum librum jam deventum eſſet, opportune a ſe repertam communicavit mecum ſaepius jam mihi laudatus Cl.* Burmannus, *ut ideo neceſſe habuerim, ea, quae ille ad primum librum notaverat, Addendis inſerere. Videbis etiam in notis hic illic* Matthaei Klokkii *conatus quoſdam criticos (ita enim mihi verius eos licet appellare, quam emendationes, dum antiquae Linguae ſtudioſior, quam* Valerianae *elocutionis peritior, a vero plerumque aberrat) quos ex Epiſtola ipſius ad* Lipſium, *quam publicavit Cl.* Burmannus *T.* 1. *p.* 372. *excerpſi. Adhaec accedunt emendationes* Ruperti *ex* Valerianis *ipſius* animadverſionibus *depromptae, item ſelectae ex aliis* obſervationes, *ad emendandam auctoris elocutionem maxime pertinentes. E quibus omnibus, ſi quid utilitatis ad ipſum* Valerium, *atque commodi ad ſtudia tua adjuvanda,* Lector benevole, *redundaſſe arbitratus fueris, erit quod mihi gratuler, & laborem hunc meum bene collocatum exiſtimem. Equidem ſtudioſe cavi, ne ulla verborum aſperitate aut contumelia in quemquam, a quo mihi diſſentiendum fuerit, inveherer: hanc aequitatem ſi tu mihi quoque praeſtiteris, neminem promtiorem, paratioremque ad corrigenda, quae bene admonueris, ſi fortaſſe quandoque iteranda fuerit haec editio, futurum tibi confirmo.*

Haec

Haec itaque ego ad ornandam hanc editionem contuli. Interea Symbolam quoque dedit, ſed egregiam, ſed luculentiſſimam, Vir Clariſſimus Antonius Schultingius, *non Juriſprudentiae magis, quam omnis elegantioris literaturae ſcientia celeberrimus, qui Eruditiſſima Exercitatione* Valerii *Lib.* VII. *Cap.* 7. de Teſtamentis Reſciſſis, *illuſtravit, nodoſque, quibus illa materia ita erat implicita, ut etiam doctiſſimis viris crucem figeret, feliciſſime diſſolvit.*

Poſtremo adjectum videbis Indicem locupletiſſimum, cura & ſtudio Michaëlis Benedicti, *collegae mei amantiſſimi, ac magna induſtria ad praeclara tendentis, collectum & concinnatum. Cui ergo hunc totum velim acceptum referas. Denique & alterum Notarum Indicem ipſe ſubjunxi.*

Nunc te ad Valerium *ipſum dimitterem, amice Lector, niſi dubitari cernerem a viris quibuſdam eruditis, utrum* Valerii *ipſius hoc opus ſit, an vero illius Epitome, a* Julio Paride, *vel* C. Titio Probo, *vel etiam ab* Africano *quodam* Nepotiano *concinnata: ita ut magnus ille* Johannes Gerardus Voſſius, *etiamſi argumenta ſatis valida ad opus hoc* Valerio *vindicandum protulerit, ſibi tamen ipſi ſatisfeciſſe vix videatur, & ambigat quoque Ill.* Nic. Heinſius, *an non pro Epitome potius habendum ſit in Epiſt. ad Cl.* J. Perizonium *n.* 48. *quare haud abs re me facturum duxi, ſi paucis hunc ſcrupulum omnibus eximere tentarem, & ſententiam meam breviter exponerem.*

Equidem ut pro Epitome habeam hoc opus, cauſſam video prorſus nullam; nam qui Theodoſianum potius, quam Tiberii ſeculum auctoris noſtri ſtilum ſapere contendunt, cum illis conſentire nequaquam poſſum. Licet enim nonnihil ab Auguſtei aevi naturali illa pulchritudine deflexerit Valerii *elocutio, multo propius tamen ab ea abeſt, quam ab illo dicendi genere, quod tanto tempore poſt Romani ſermonis puritatem omnino jam inquinaverat. Miror enim Viros illos doctos, qui auctoris noſtri ſtilum adeo acerbe exagitant, non plura proferre exempla, quibus iſtius criminationis monſtretur veritas.* Parvitas mea, *qua dictione in praefatione uſus eſt, vehementer illos offendit, ſed quum* Vellejus *ſimili modo* mea mediocritas *dixerit, non ideo noſter ad ſequiora ſecula erit ablegandus. Ita* extunc *Lib.* I. 5. *Extr. ſuſpectam reddidit ipſius Latinitatem, quum nullam in hoc culpam ab eo commiſſam fuiſſe, jam doceant notae. Declamat vehementer in noſtrum* Rutgerſius, *quod* deceſſiſſe catulum *dixerit, de cane tamquam de homine locutus. Sed, utut hoc, & quaedam huic ſimilia, ſint inepta, non propterea tamen a Tiberii ſeculo opus hoc abjudicandum.*

Praeterea ſi exemplorum ſingulorum inter ſe nexum; ſi tranſitiones ab unius virtutis deſcriptione ad deſcriptionem alterius, ſi perpetuas virtutis propoſitae commendationes, inſectationeſque vitiorum, diligenter conſideres, vix quidquam, opinor, plenius deſiderabis, ſaltem quid inde reciſum videatur non invenies. Ut adeo, ſi quandoque in Epitomen contractus fuerit Valerius, *illius ge-*

neris illa fuerit oporteat, cujus ſunt exempla poſtrema in capite primo, & tribus ſequentibus exhibita, ubi ſola Dicta Factaque *narrantur, ſine ulla eorum commendatione. Quare* Valerii *ipſius, hoc quod in manibus habemus, opus eſſe mihi omnino eſt perſuaſum. Vale.*

ALDUS RO. JOANNI LUDBRANCIO, POLONO JURISPERITO, AC POSNANIENSI EPISCOPO, REGNIQUE POLONIAE A CONSILIIS S. P. D.

DICTA, ac facta memoratu digna, quae ab Illuſtribus & Latinis, & Graecis electa authoribus breviter quidem, ſed eleganter delegit Valerius, tuo felici nomine hiſce excuſa typis emittere ex Academia noſtra conſtituimus Praeſul, optimeque, & humaniſſ. Nam quid convenientius, quam optima, & utiliſſima ſub optimi viri nomine, & ejus, qui prodeſſe ſemper ſtudeat, publicare? Valerii enim haſce eclogas exemplis, & documentis ſuis, ſic ego eſſe utiles cenſeo, ut putem, die, noctuque legendas: quod neſciam an quiſquam ex Latinis libris conferre tantum queat hominibus; atque ideo ut commodius haberi in manibus poſſint, à nobis enchiridium factum eſt, ut brevitati operis, parvitas voluminis reſponderet. Te vero & probum eſſe, & commodum, cum docti omnes uno ore tam Patavii quam Venetiis praedicant, tum ipſe multis animadverti modis, & praecipue cum in hemicyclo Patavii in cubiculo tuo ſedens, cum & ego eſſem una, & Raphaël Regius noſter, homo fide plenus, & doctrina, & pauci admodum alii, pollicitus es tua quamvis magna impenſa ad Dacas uſque mittere inveniendi librorum gratia, quod ibi antiquorum librorum plena turris eſſe dicatur. Amplius addidiſti teipſum eo, ſi opus fuerit, profecturum. utinam tui ſimillimos plurimos haberemus antiſtites. optime enim ageretur in humanis.

Tu namque es temporibus noſtris probitate, tertius Cato. Tu conſilio, Neſtor. de quo Agamemnon apud Homerum.

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.

Tu etiam pietate Aeneas. de quo Poëta noſter, Homerica haec imitatus, ſic ait.

Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet
Terra viros: ultro Inachias veniſſet ad urbes
Dardanus: & verſis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Trojae:
Hectoris, Aeneaeque manu victoria Grajûm
Haeſit, & in decimum veſtigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes praeſtantibus armis:
Hic pietate prior.

Cu-

Cupio igitur te tot ornatum virtutibus ad communem hominum utilitatem, & ſtudioſorum praecipue, inter Chriſtianos ſummum videre, quod faxit Deus. Interea munus hoc noſtrum hilari, qua ſoles fronte, accipias velim. Vale. Venetiis. Octobri Menſe M. D. II.

ALDUS RO. CUSPINIANO GERMANO. S.

ETSI Privatim tibi gratias egimus, quod quatuor, & viginti exempla, quae omnibus in Italia Valerii Max. exemplaribus tam impreſſis, quam manu conſcriptis, deerant: ad me perhumaniter miſeris: tamen ut & publice idem facerem meas eſſe partes exiſtimavi: ut tibi unà mecum ſtudioſiſſimus quiſque deberet: & eo magis, quod tu ſponte tua, audito tantum excudi Valerium in aedibus noſtris, mihi ſignificaveris, vidiſſe te in praeclara urbe Vienna, cum publice ſtudia humanitatis inibi profitereris, Valerium antiquiſſimum, in cujus principio quaedam nunquam ante a te viſa, haberentur, tituloſque omnium ſcripſeris, ut, ſi ea mihi non eſſent, facerem te certiorem: quandoquidem ad me illico ea eſſes daturus. Quod & factum eſt. Deerant enim in fine de neglecta religione exempla quatuor: de ſimulata religione totum caput: necnon & de Auſpiciis totum: praeter exemplum De Dejotaro rege: quod perperam in aliis omnibus Valerii exemplaribus, quae ipſe viderim, principium erat de Ominibus: cum de Auſpiciis ultimum eſſe deberet. De Ominibus autem principium eſſe illud. Ominum etiam obſervatio aliquo contactu religionis innexa eſt: & cetera. Nam ante, quam ad exempla veniat, praefatiunculam aliquam ubique fere Valerius ſolet praemittere. Id vero mi Cuſpiniane, fuit mihi longe gratius, quam ſi auri multum, gemmarumve miſiſſes muneri. illud impenditur, conſumitur, diſperit: hoc etſi omnibus impertitur, tamen aeque apud impertientem, ac impertitum divino excuſorio munere manet aeternum. hoc & viventes, & poſteri perpetuo habebunt utrique noſtrum plurimam gratiam. Hujuſmodi dentur mihi reipub. literariae benefactores. Quanquam habemus & alios plurimos, ex quibus unus ab extremo nuper orbe daturum ſe mihi Donatum integrum in Aeneidem, totumque Servium, & Probi grammatici antiquiſſimos libros, & alia quaedam, quae non habentur, pollicitus eſt. Vive autem tu diu vel hoc ſolo beneficio Cuſpiniane: Vivant & caeteri tales: & rumpantur ſiqui ſunt βιβλιοτάφοι, *& invidi. Venetiis Calendis Aprilis* M. D. III.

PAU-

PAULUS MANUTIUS, ALDI F.

DOCTISSIMO, AC NOBILISSIMO VIRO BERNARDO GEORGIO

S. P. D.

VIDE quanti te faciam Bernarde clariſſime. Cum pararem Valerii Maximi monumenta rurſus excuſa in lucem emittere, quae ſuperioribus annis, ut eo tempore per exemplaria licuit, caſtigata è noſtris typis exierunt: incumbebam ſedulus in eam curam, ut praeſtarem aliquid ea expectatione non indignum, quae mihi propter clariſſimi patris memoriam excitata videbatur. Cum vero eum authorem ſub tuo nomine in apertum referre conſtituiſſem: exiſtimabam nihil ad te niſi perfectum, & ſuis quaſi numeris abſolutum mitti à me debere, nihilque tam egregium eſſe, quod non haec tua ſingularis atque praeſtantis ingenii vis facile caperet. Quare coepi eo majores vigilias ad hanc operis recognitionem adhibere, quo plus & me tibi, quam cuivis alii, debere cognoſcebam: & quod te non modo eruditionis opinione, ſed integritatis etiam laude inter alios illuſtreis viros excellere perſpexeram. Quid quod tu vel poſteritati ſerviens, vel patriae dignitati conſulens, quae una in toto orbe terrarum hodie maxime excellit, domi habes abs te conſcripta, quae in hoc laudis curriculo cum ipſo pene Valerio certent? Legi capita illa tua vel obſervatae, vel neglectae religionis, & legi cum ſumma tum voluptate, tum etiam admiratione. ut tibi in iis nitet oratio, ut ſplendet: ut ingenio, quantum judicare ipſe poſſum, vales, dum Veneta exempla cum Romanae urbis, & veterum reliquorum monumentis confers. Quibus omnibus cauſis commotus, omnem (quod ajunt) lapidem movi, ut quidquid in iſto emendandi ſtudio poſitum eſſet, in horum librorum caſtigatione conſumerem. Praecipua vero, cur hoc ipſum Valerii volumen ſub tuo nomine apparere voluerim, ea ratio fuit, quod volebam veteris in te obſervantiae pietatiſque meae monumentum aliquod etiam apud poſteros extare: & ut intelligeres ipſe tu, quam ſancte apud me, quamque conſtanter eorum officiorum, quae à te in patrem, & in nos omneis profecta ſunt, memoria ſervaretur. Nam de authore ipſo non faciam ut pluribus dicam. Sed certe cum tu is ſis, qui, ut dixi, in hoc ſcribendi genere tanta cum laude verſeris: ille autem omnium fere gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna uno tantum volumine complexus ſit: nihil, ut ego quidem arbitror, vel te dignius, vel tuis ſtudiis accommodatius dicari tibi potuit. Dedi igitur hoc (ut dixi) tot honeſtiſſimis meae erga te benevolentiae cauſis. dedi non parum & familiae tuae ſplendori; quae propter eximias res à majoribus tuis domi foriſque praeclare geſtas ita celebris habetur, ut in exemplum ſummae tum virtutis, tum innocentiae trahatur. Huc accedebat inſtinctus etiam quidam naturae meus in omneis doctrina, boniſque artibus ornatos: quo ad te amandum etiam atque etiam inflammarer, cum te ſingulari eruditione praeditum, honeſtiſque diſciplinis inſtructum agnoſcerem. Quod cum ita ſit, omnino neque hominem me pu-

tem, niſi te, in quo tantae ſuavitates ingenii ſunt, vehementer diligam, & obſervem: neque vitam ſatis jucundam, aut ſuavem ducam, niſi, quam recte animatus erga te ſim, non praeſenti ſolum aetati, verum etiam poſteritati candidius aeſtimaturae id probem. Qua tamen in parte ut tibi ſatisfacerem, hactenus neſcio quo meo fato non licuit: memoriam quidem certe, atque animum, quem debui, cumulate praeſtiti. Neque vero nunc ideo hanc noſtram in Valerium operam dicatam tibi volui, quo me crederem, quidquid tecum aeris alieni contraximus, hac ratione poſſe diſſolvere: ſed ut tu, cum me tuorum in me beneficiorum, noſtraeque conjunctionis non oblitum agnoſceres, poſthac etiam libentius, atque ardentius in me fratreſque meos tua ſtudia conferres. quod quidem ſi me aſſecutum intellexero: id quod minime dubito: nae ego & mihi ipſi, qui tam praeclaram tibi gratificandi rationem inierim, in ſinu quodammodo gaudebo: & humanitatem iſtam ingenii tui ſingularem ſummis laudibus in coelum ferre non deſinam. Vale.

NOBILI AC STRENUO VIRO,

EQUITI AURATO,

D. JODOCO A MEGGEN LUCERINO,

Sanctiſſimi D. N. Papae Julii III. Pont. Maximi à ſacra cuſtodia, celerumque duci,

GLAREANUS S. D. P.

SI quiſquam alius diligenter ac vere de hiſtorica ratione diſſeruit, clariſſime D. Jodoce, certe M. Tullius Cicero, Romanae eloquentiae princeps, lib. II. de Oratore, quanquam obiter ac neutiquam ex propoſito, eleganter tamen & docte, ut omnia ſolet, executus eſt. Hiſtoria, *inquit*, eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magiſtra vitae, nuncia vetuſtatis. *Haec ille appoſite, diſerte, ac copioſe. Quid enim homini ad vitae hujus miſerrimae taedia levanda, ad ejuſdem emendanda etiam vitia, denique ad aeternae felicitatis gloriam contingere poteſt utilius hiſtoria? Porro quod Gellius alicubi etiam innuit, Hiſtoriae duplex eſt modus: Alter, qui temporum rationem, Magiſtratuum, Procerum ac Regum recenſet nomina, rem ad hiſtoriam quidem neceſſariam: caeterum ad vitae emendationem non multum adferentem utilitatis. Alter, longe magis ad hiſtoriae vim ac energiam pertinens, quo in rebus geſtis digna proferuntur exempla. Hic modus hiſtoriae conſcribendae plurimum prodeſſe legentibus poterit. eſt enim is verus hiſtoriae ſcopus. Hujus hercle modi, principem locum obtinet hiſtoria Euangelica, qua non eſt alia vel ſimplicior, vel verior, vel facilior, adde auguſtior, in qua ubique amuſſim (ut dici ſolet) verba ac facta reſpondent. Atqui de hac pauca, & cum verecundia loqui fortaſſis praeſtiterit. Ad eam porro proxime*

me accedit Veteris inſtrumenti veritas, quanquam figuris ac typis involutior, ac proinde obſcurior. Poſt divinam vero hiſtoriam difficulter dixeris, quam cui praeferas, quam potiſſimum vel eligas, vel probes: Romanis ſuam, Graecis item ſuam efferentibus, denique alteris alteros de veritatis elogio culpantibus. Utcunque ſunt hominum affectus, mihi quidem nec Græco, nec Romano, ac proinde hujuſmodi affectus haud quaquam obnoxio, Hiſtoria profecto a Thucydide ac Herodoto deſcripta longe eminere videtur, in qua breviter plurima rerum ac eloquentiae mirifica ſunt exempla, nullis Livii Saluſtiive cedentia exemplis, quantumvis brevis hic, ille autem copioſus. Romanis ſatis viſum fuit, Graecos mendacii inſimulare, leves dicere, ac rerum imperitos, cum inter Romanos ſcriptores mira ſit variatio, ac velut de ſingulis rebus digladiatio. Quod qui ſcire cupiat, Saluſtium Liviumque, ut alios omittam, comparet, ac ipſe ſecum conſideret, quam diverſa de Urbis origine, de Romulo, de Aboriginibus, Trojanis, Albanis multiſque aliis ſcriptis prodiderint. Quam longe circunſpectius Dionyſius Halicarnaſſeus in Romana hiſtoria homo Graecus omnia digeſſit. Saepe Livius dimidiatam implet paginam in magiſtratuum nomenclatura, quae nihil ſane ad lectorem. Quamquam Livium, excuſare poteſt Romanorum ambitio, quorum ſuos quiſque gentileis, qui magiſtratum geſſiſſent, legere in hiſtoria voluit: ſi quis ſcriptorum nomina magiſtratuum omiſiſſet, impune non ferebat. Atqui inde Romana hiſtoria omnino portentoſa facta eſt, ac ad lectorem nihil utilitatis adferebat, imo ingens taedium. Longe felicius Graeci providentia ſumma tractarunt hiſtoriam. Nam quid dicam Geographiae ſtudium? quam negligens ibi Livius, maxime in regionibus, ubi Graecis authoribus deſtituitur, ut Africis ac occiduis deſcribendis. Nec minus Salluſtius, apud quem nullus propemodum locus Geographice, quamquam chorographice deſcriptus eſt, etiam in Africa, ubi pulchellus ille raptorem pro Praetore ſe geſſit. Contra apud Graecos, quantus geographus Herodotus, qui totum fere terrarum orbem, quantum ei eo tempore innoteſcere potuit, in illis novem Muſis nobis deſcripſit. Nec minor Thucydidis in locis deſcribendis diligentia comprobatur. Sed ego haec fruſtra ſcribo pluribus, qui invidentia fortaſſis, non judicio hoc dici à me falſo putabunt. Quare nunc deſino & tibi & illis hac de re eſſe moleſtus. Caeterum cum Valerius Max. author celeberrimus, qui & in omnium manu habetur, & ubique publice legitur, tam mendoſus vulgo circumferatur, exiſtimavi operae pretium me facturum, ſi obiter eum percurrerem, ac loca carptim quaedam pernotarem. Id quod ego ſedulo feci, ac nunc ſub tuo nomine in ora hominum comptiorem, quam hactenus prodierit, emittimus. Ducentos enim aut plures naevos aut cicatrices illi ademimus. Sed quae ad authorem reliqua perexigua fuerint mox ſubnectemus, ne diutius quam aequum eſt, te obtundamus. Tu optime Jodoce, me (ut aſſoles,) ama. Cui deus omnipotens dedit, ut ſanctiſſ. domino N. Papae Julio III. Pontifici omnibus modis maximo, ſis nunc tam charus:

Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt,

ut inquit Flaccus. Id etiam non parvo me afficit gaudio, quod D. Aegidius Tuſculus, mihi ut frater colendus, te tam unice deligit, ſed ſimilis cum ſimilibus, ut eſt apud Ciceronem, facillime congregetur. Idem Deus tibi, una cum dilecta uxore, & familia tua, quae Luceriae in Helvetiis inſignis hactenus viguit, meritam det gratiam, & incrementum tuis virtutibus dignum, ut honoratum parentem tuum omnium virtutum ornamentis vel aeques, vel etiam ſuperes. Vale felix. Friburgi Briſgoae, anno a Jeſu Chriſti natali MDL.

HENRICHI LORITI GLAREANI
CAROLI V.
Imperatoris familiaris, in Valerium Max. Annotationes.

DUBITATUM apud pleroſque video, ſit ne Valerii hoc opus merito hiſtoriae nomine appellandum, cum videatur exemplorum potius quaedam collectio, ac velut conſarcinatio, ut Critici ejus dicunt: videlicet, ubi nulla temporum ratio, quae hiſtoriae lux eſt, nec ullus rerum geſtarum ordo, ſine quo omnis hiſtoria manca eſt, apparet. Cui dubitationi reſponderi poteſt, verum quidem eſſe, Valerium nullam certam hiſtoriam ſcribere, at hiſtorici tamen officium abunde his voluminibus praeſtitiſſe. Finis enim hiſtoriae eſt, ut inde tibi (inquit in praefatione Livius) tuaeque Reip. quod imitêre, capias, unde foedum inceptu, foedumque exitu, quod vites. Quod in hiſce libris non paulo facilius reperias, quam in ingenti aliorum hiſtoricorum ſylva. Nec minus item dubitatum eſt apud quoſdam, Quis nam hic fuerit Valerius: nihil enim certi apud alios authores de eo reperitur. Plinius in immenſa illa authorum nomenclatura ſemel duntaxat eum citat, nempe libro VII. Hac autem potiſſimum de cauſa hunc collectum librum eſſe contendunt. (quando taedio tot prolixorum hiſtoricorum apud Romanos plerique affecti) rationem enim hunc authorem inire voluiſſe, ut id taedii tolleretur, quod ex tanta authorum prolixitate naſceretur. Sunt enim quidam ex his, qui prope hominis aetatem deſiderant. Nam praeter Trogum, Quadrigarium, Salluſtium, & alios quoſdam, qui olim extabant, quot annis lectoris animum occupabunt CXL. Livii volumina? ut interim Graecos taceam, & copioſiores & plureis, etiam Romanam ſcribenteis hiſtoriam. Quales Dionyſius Halicarnaſſeus, Polybius, Apianus, Plutarchus. Conſultum igitur, quiſquis fuit hujus operis author, voluit haud dubie, vel pauperibus, qui grandia volumina habere non poterant, aut tardis, occupatiſque aliis negotiis ingeniis, quorum numerus & ſemper fuit major, & hodie eſt, & erit quo ad hic conſtiterit mundus.

JUSTUS LIPSIUS
STEPHANO PIGHIO
S. DICO.

PAUCA & levia quae ad Valerium tuum (jure, tuum: qui valetudinem & colorem tibi debet, imo vitam) paene aliud agens notavi, paſſus ſum adjungi tuis, mi Pighi, accuratiſſimae cenſurae Notis. Paſſus ideo, quia Plantinus noſter cupiebat: quia aliquid in iis fortaſſe ad uſum juventutis: quia & cum honore tuo id fiebat: cum ex ipſa comparatione horum pravitas & parvitas,

tuo-

tuorum bonitas & granditas eluceret. Sane copioſam tu & uberem meſſem ex hoc agro collegiſti, nos pauculas ſpicas contemptas tibi potius quam non viſas. Triumphus igitur hic omnis tuus eſt: mihi abunde ſatis, ſi armillis aut haſta donatus ſequar hunc candidae Famae tuae currum. Vale. Nonis Septembribus, cIↃ. IↃ. LXXXV.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI
CAROLO PHILIPPO DE CROY,
Domino de Haurech, &c.
Natalium ſplendore clariſſimo adoleſcenti
STEPHANUS PIGHIUS S. D.

GRAVIS omnino atque pernicioſa, Carole princeps generoſiſſime, humano generi res eſt ignorantia, non ſolum publicis moribus noxia, communique hominum vitae tenebras offündens, & à veri cognitione mentes ſeducens: ſed privatas etiam ſingulorum rationes ita miſcens ac perturbans, ut haud aliter ac caeci ſine ductore in ſumma caligine deſtituti, nunc huc nunc illuc temere impingamus, periculaque ante pedes poſita velut longinque diſſita ſecuri minime caveamus; quae procul à nobis, & abſunt quam longiſſime, tanquam capiti imminentia trepidi expaveſcamus. An quicquam igitur calamitoſius homine imperfectiuſve in orbe terrarum naſceretur, niſi huic divina benignitas rationis facem praetenderet, oculos aperiret, viamque monſtraret, qua tuto ac commode per obſtacula quaeque ad ſummum bonum veramque felicitatem penetrare poſſit? Ingens profecto atque inaeſtimabile donum, omnibus quidem optandum; ſed perquam paucis, & niſi quos aequus amaverit Jupiter, obvium atque promptum; his ſcilicet perquam raris, quibus rerum felicitates virgula quadam divina ſuppeditantur. Adeo nihil in humanis perfectum, nihilque tâm fauſte geritur, quod non error aliquis vel obtundat vel interrumpat. Quod niſi tam denſa ignorantiae caligo, naturae vitio congenita, mentis oculos obſideret, homo facile ſeipſum videret, alioſque perſpiceret, quo quiſque loco & ſtatu degat: quanto intervallo à recti ſcopo aberret, ſe ſuaſque rationes inde duceret atque diſponeret. Nunc in hac mortali vita tam fallacibus umbris ſemet explicante, & pluſquam Cimmeriis tenebris obvoluta degenti quid faciendum quaeſo? ubi perpetuae, ut Naſonis poëtae verbis dicam,

nebulae caligine mixtae
Exhalantur humo, dubiaeque crepuſcula noctis.

An

An ne inſtinc ad clarum rationis lumen a longe pergenti frequenter ceſpitandum, ſaepe palpitandum, ſaepe caecutientes oculi ſunt extergendi, ut ſemitas ab aliis jam ante tritas, alienaque veſtigia tentet atque colligat? Quod profecto difficile exiſtimo; ac valde laborioſum.

Quale per incertam lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſilvis, ubi caelum condidit umbra
Jupiter, & rebus nox abſtulit atra colores.

ut pulchre ſummus vates cecinit. Ubi vagabundus viator votis omnibus cupit Mercurium aliquem Euhodium in quadrivio poſitum reperire, qui viam rectam virgula monſtret: vel Hegemonam occurrere deam, quae manu ducat. Poſſet tamen, ni fallor, melius ſecuriuſque Hiſtoria, quam vere ſimul & praeclare princeps Romanae eloquentiae Tullius lucem veritatis ac vitae magiſtram appellat; in qua rerum eventus velut in ſpeculo contemplari licet, mores & quos imitemur, & quos vitemus ſine difficultate cognoſcere. Haec enim leges nobis ſine fraude ſcribit, juſtitiam aliaſque virtutes ita docet, ut ad eas amplectendas non velut juriſconſultorum formulis in jus rapti, philoſophorumve triſtibus praeceptis coacti conſtringamur; ſed ſponte moti pelliciamur. Facile enim homo eruditur exemplis, qui rerum ex ſucceſſibus ipſe ſibi conſilia format, normamque actionum ſuarum ita componit, ut inter omnes vitae errores omniaque pericula tutus tranſmeet. Quod omnino fiet, ſi ad lucem ſacrae hiſtoriae humanam ſic applicet examinetque; ut ab illa pietatem colligat, ex hac actiones eidem conformet; utque rerum exitus notans, animum ad cauſas referat, diligenterque inquirat, cur hoc factum, illud omiſſum, cur ex hoc gloria aut felicitas, ex hoc calamitas aut vituperium proceſſerit. Atque ita deinde viam rationibus ſuis ſeliget, qua tuto ad optatum finem pervenire poterit. Nil aliud quidem videtur humana prudentia, rerum quippe futurarum praeſentiumque ex praeteritis recta obſervatio atque deductio, quam aeque magiſtram vitae, immo ducem ac caput aliarum virtutum ad veram felicitatem pertinentium dicit eſſe Plato, accuſatque vehementer in Timaeo Graecos, ob hiſtoriae atque antiquitatis negligentiam, quippe qui fabulis delibuti atque ſeducti, majorum ſuorum originem reſve geſtas ignorarent, eos ſemper pueros eſſe dicens, nec quemquam è Graecis poſſe ſenem vere vocari, quia puerilis ſemper iis eſſet animus, & nulla ex antiquitatis commemoratione priſca opinio, nulla cana ſcientia. In quales & Homerus Odyſſ. φ amarulente ſtomachatur:

Νήπιοι ἀγροιῶται, ἐφημέρια φρονέοντες

id eſt,

Agreſtes ſtolidi, tantumque diurna ſcientes.

Atqui hiſtoriae ſtudium hanc perverſam ſecuritatem depellit, & ab hac infamia nos liberat, ne dicamur καθημερόβιοι: immo juvenilem animum ſapientem & canum facit; ſic majorum inſtitutis atque exemplis inſtruit, ut cum ſenibus ſaepe prudentia & rerum cognitione contendere poſſit. Senibus autem ipſis affatim conſilia ad rempublicam ſapienter gubernandam ſuppeditat. Imperatoribus artem militarem largitur,

tur, animumque generoſum ad gloriam inflammat, abjectos timidoſque ſpiritus excitat, ſuperbos ſimul ac nimium feroces moderationis freno cohibet, inſtabilis fortunae imaginem oculis ubique ſubjiciens. Denique nulli non hominum generi conſulens, bonos ad virtutem laude & gloria vocat, improbos à ſceleribus poena atque infamiae exemplis deterret. Qui fructus in nulla magis quam in Romana patent hiſtoria, cum haec reſpublica diuturnitate atque amplitudine imperii, rerum domi foriſque geſtarum magnitudine, bellorum ingentium periculis, varietateque fortunae, ceteras omnes vincat; atque ideo exemplorum copioſam in omni genere materiam ſuppeditat. Sed ſentio quam ſpatioſum ingrediar campum, ſi de dignitate & fructu hiſtoriae exactius velim diſſerere: retraham itaque ſtylum, ſi unum adjecero, nempe omnium ſapientum hominum concordi judicio non reperiri dignius nobili ac principi viro ſtudium quam hiſtoriae, atque ad reip. gubernacula natum majore cum laude & fruge non poſſe otium ſuum terere, quam in lectione Auctorum, qui res publice privatimque bene maleve geſtas cum fide literis mandarint. Hi namque veri ſunt amici, cum quibus utiliter confabuletur, de rebus dubiis conſultet; qui & ſemper praeſto ſunt, & ſapiunt plurimum, & nihil adulantur: cum his multo majore cum laude poterit horas fallere, quam ſi vel alea ludat, vel morionibus indulgeat. Ex veteribus autem, qui vel Graece vel Latine hiſtoriam ſcripſerunt, & ad noſtra tempora pervenerunt, ſi qui ſtudioſe legendi ſunt, ſane non video, quiſnam Valerio Maximo praeferri poterit, cum nemo melius nucleum hiſtoricae utilitatis nobis excludat, dum ex omnium pene hiſtoriarum uberrima ſilva virtutum vitiorumque celeberrima quaeque exempla quaſi floſculos ſelecta breviter in concinnum ordinem redigit, communi vitae, publicis privatiſque moribus accommodat, in genera ac capita tam apte digerit, ut quod in aliis non ſine labore quaerendum eſſet, ex hiſce novem ejus libris nullo negotio peti poſſit. At quo ordine? ut quae ad religionem ſacraque publica pertinent, liber primus: quae ad praeclara civitatum inſtituta, ſecundus contineret: reliqui, quae ad mores privatos, nempe varia virtutum vitiorumque genera multiplicem rerum humanarum ſcenam complecterentur. Haecque omnia ſuis capitibus ita diſtinguit, ut memoria comprehendi facile poſſint. Videmus itaque ut in hiſce libris, velut in ampliſſimo theatro, communis vitae noſtrae quaſi quandam Tragicomoediam Valerius nobis agat, in quo ipſe tanquam pantomimus aliquis inſignis in novas ſaepe formas ſe mutat, mortalis vitae mille pericula, caſus infinitos diverſis geſtibus dexterrime imitatus, paſſiones, affectus, mores, atque ſtudia graphice depingit: aliquando gravitate ſublimis, ſummaque eloquentia ſplendidus, dum virtutes laudat, honeſteque facta in caelum evehit: nonnunquam triſtis ac velut tragice plangens, dum crudelitates, ſcelera, atque improbe facta damnat, ſaepe facetiis lepidus, dicteriiſve ſalſus & comice jucundus, cum vana hominum ſtudia & ſtulta conſilia ſuggillat ac ridet. Sed quanto ſaepe decore, quali pompa, quo ordine, velut inſtructiſſimus choragus, nunc virtutum nunc vitiorum mimos elegantiſſimo verborum apparatu comptos inducit, & tanquam praeſentes oculis ſubjicit? quam exempla exemplis connectendo, velut novas ſubinde perſonas aptiſſime ſuggerit? ipſe interim, ut nos quaſi ſpectatores delectet, pulcherrima paſſim interponit acroamata ſententiis aurea, in his conſiliis & admonitionibus ſeverus eſt, atque in alluſionibus acutus. Denique exquiſita verborum proprietate

** de-

decorus, brevitate concinnus, ac mira varietate gratus ubique reperitur. Non mirum igitur, quod ob ſummam utilitatem atque elegantiam hic liber tot jam ſaeculis aſſidue in manibus hóminum verſetur: non tantum in ſcholis literariis, verum etiam in curia, foro, caſtris frequens ſit: domi item familiaris, atque in itineribus quibuſcunque promptus ſuaviſque ſaepe comes. Sed adeo attritus uſu nimio atque conſumptus eſt, atque injuria temporum male multatus, ut vix ſui ſimilis videatur: immo ſi ipſe nunc ab inferis reſurgeret, hunc ſuum foetum vix agnoſceret; non magis quam Aeneas, cum apud inferos,

Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares,
Vix adeo agnovit.

Non minus hic auctor celeberrimus vulgo circumfertur foede laceratus, mutilus, ac depravatus. Nam frequenter reſcriptus atque mutatus infelicis ſaeculi ſuperioris barbariem haud modicam contraxit; ut emunctae naris homines ſaepe culpent ſtylum ejus, atque Latinae locutionis puritatem in eo deſiderent. Et quidem immerito, cum antiquitatem ſaeculi ſui venuſtam totus redoleat. Quod ſi cuiquam viſum fuerit ſcripta aliquot exemplaria conferre, pedibus ſpero veniet in ſententiam meam, & quiſquis reſederit apud hunc impurus barbariei foetor, non ipſius auctoris eſſe judicabit. Nam varie interpolatum intelliget, turpiſſimeque conſpurcatum pluſquam puerilibus ſciolorum annotatiunculis, & inelegantium ludimagiſtrorum dictatis. Saepe enim indocti librarii ſpuria a legitimis dignoſcere neſcientes, rejectis puris atque antiquis dictionibus, gloſſemata inepta trivialiaque contextui inſeruerunt, ſaepe mutilarunt ſententias, aliquando diverſa exempla in unum contraxerunt, nonnunquam tranſtulere verba atque totas etiam periodos, idque admodum temere pro ſui quiſque ingenii ignavia vel inſcitia. Cum igitur tot jam ſaeculis hunc auctorem indigne contaminatum exſtare moleſte ferrem; optavi quidem ſaepiſſime mihi tantum ab aliis occupationibus laxamenti, quo ſtudioſorum in gratiam nonnihil ipſum extergere, atque habitu cultiore indutum producere in publicum poſſem. Quod cum ſtatuiſſem defunctorie ſucciſivis horis facere, non paſſus eſt moram diuturniorem Chriſtophorus Plantinus, noſtri temporis typographus diligentiſſimus, qui ut omnes fere veteres, ita & hunc auctorem excultum atque emaculatum typis recudere cupiens, à me multis precibus efflagitavit, ut maturarem deſtinatum opus, atque quam primum abſolverem: cujus quidem deſiderio refragari non potui, cum quod ipſe hoc mereatur, tum quod amici quoque plures hortarentur. Igitur emendando Valerio trimeſtrem operam deſtinans, ea tamen ob difficultatem fere ſemeſtris eſt facta. Nam cum à capite hoc opus aggrederer, inter octo vel decem manuſcriptos archetypos, quibus adjuvabar, tantam reperi diverſitatem, tantam verborum rerumque ſaepe diſcrepantiam, ut velut Labyrinthum ingreſſus, aliquando quo me verterem neſcierim. Quantum igitur hic mihi laboris ſit exhauſtum, non puto recte quenquam aeſtimaturum; niſi qui ipſe vulgatam ante editionem cum hac noſtra

ſtra contulerit. Is ſpero fatebitur puriore toga indutum prodire nunc Valerium, magiſque ſanum, integrum, ac nitidum. Amplius enim quam octingentos naevos inſignes emaculavimus, vaſtas lacunas ſupplevimus veterum exemplarium auxilio, cicatrices atque ulcera foeda plura ſanavimus. Divinationi quidem aliquando indulgendum fuit, ſed admodum religioſe ac parce hoc factum. Nam antiquos libros ita ſecuti ſumus, ut emendatiora dumtaxat, vulgatis mendis rejectis, amplecteremur; errores autem, qui infiniti etiam ſunt in ſcriptis codicibus, praeteriremus. Exemplorum inſuper titulos à librariis contextui Valeriano temere inſertos, ac fere ineptos ac falſos, quibus perperam video capita diſſecari; cum in veteribus ſcriptis exemplaribus non habeantur, non adeo nefas exiſtimavi è contextu omnino ſubmovere, amicorum aliquot eruditorum ſuffragatione ad hoc confirmatus, nec mea ſolius ſententia nixus. Ne tamen hos quiſpiam prorſus ablatos conqueratur, recuſos atque emendatos quam breviſſime potui capitibus ſuis ita praetexui, ut exemplis ſingulis ordine reſpondeant. Adjeci inſuper in calce operis quaſdam noſtras annotationes, in quibus cum multa ad auctoris hujus explicationem potuiſſem adducere, ne tamen nimis eſſem prolixus; ſatis viſum fuit emendationum cauſas reddidiſſe lectori; non omnium tamen, eſſet enim faſtidioſum ac fere infinitum omnia loca mutata perſequi, cum in ordine tam verborum quam periodôn, tum etiam in propriis nominibus ubique fere corruptis. Quae etiamſi inter octingentos naevos non numerem, & in annotationibus praetereantur; velim tamen perſuaſum eſſe, non niſi ex antiquitatis fide, atque veterum codicum auctoritate ea me mutaſſe. Praeterea, ne quid in hoc opere deſit, & cum plurimum lucis adferat hiſtoriae vel ſola temporum cognitio, quae vehementer ad cauſas, conſilia, nec non rerum circumſtantias intelligendas conducit, non abſurdum judicavi Romanis praecipue exemplis tempora atque annos, quibus contigerunt, annotare, ut ſtudioſo pleniorem hiſtoriam cupienti haud ſit difficile ad annales Livianos aliorumve recurrere, vel etiam ad noſtros Romanorum magiſtratuum brevi, volentibus ſuperis, in publicum exituros: qui ejus appetitum uberi ſaepe copia ſupplebunt, ut ampliora commentaria non ſit deſideraturus. Sed tu nobis (inquies) meſſem in herba demonſtras, quid interim nunc eſurienti praebes, quo famem ſedet? Ne igitur interea ſtudioſo proviſum non ſit, volui ſingulis item exemplis loca auctorum veterum inſigniora annotare quam breviſſime, e quibus vel latiorem hiſtoriam, vel meliorem rei ejuſdem explicationem haurire poterit, ſi ea conſulere Valerioque conferre viſum fuerit. Hunc itaque auctorem, illuſtriſſime Princeps, multo magis quam prius expolitum atque inſtructum, ut ſub tuo honôratiſſimo nomine in lucem emittam, haud vulgaribus adducor cauſis: quarum primae ſunt magna verae virtutis expectatio, atque praeclarae indolis incrementa à me non ſemel perſpecta in comitatu ampliſſimi patroni mei Cardinalis Granvellani, cum is Bruxellae nobiliſſimam illam heroinam virtutum omnium cumulo ornatiſſimam matrem tuam negotiorum vel officii cauſa viſitare ſoleret, tuque illi adeunti frequenter honoris gratia occurreres. Deinceps ex tali expectatione fluxit amor meus ergo te tacitus, propenſumque in obſervationem animum ratio demum impulit, cum audiam Lovanienſe tyrocinium in literis tuum non minorem expectationem omnibus concitaſſe. Laudantur enim publicis doctorum hominum teſtimoniis progreſſus ad pietatem atque literas tui inſignes,

ſignes, ut ſpes haud dubia ſit (quando Deus opt. max. eam mentem tibi dederit, ut ipſius gloria nihil prius ducas, eamque fortunam largitus ſit, ut utrinque ſtirpe regia in ea domo, in qua ſemper verus honos ac ſplendor virtutis enituit, naſcereris) te nihil tanta nobilitate indignum, nihil obſcurum aut humile cogitaturum: ſed omnes curas relaturum, quo te tua tam praeclara indoles, tam accurata in omni virtutum genere educatio, impellit. Quo denique te vocant majorum tuorum exempla, & tot illuſtres heroum imagines, quorum nomina nulla obliterabit oblivio, memoriam nulla dies extinguet. Inter quos (ſi annales evolveris) invenies, qui remp. Chriſtianam ſudore & ſanguine ſuo non ſolum defenderunt, verum etiam ejus limites magna Europae atque Aſiae parte ſubjecta mirifice propagarunt, ſublataque immaniſſimorum Turcarum tyrannide, ipſam Chriſti in terris patriam primamque ſanctorum veraeque religionis ſedem Hieroſolymam à crudeliſſima ſervitute liberarunt. Explica totos Romanorum faſtos, recenſe currus triumphales omnes; nihil hac lauro ſublimius, nihil hac gloria ſpecioſius reperies. Quacunque igitur oculos direxeris, ſive paternam reſpicias originem, ſive ad materna convertaris ſtemmata, occurrent ubique virtutum omnium exempla immortalia, è quibus in pace juſtitiam, in bello fortitudinem, in omni fortuna moderationem tibi facile erit imitari; nunc ita curſum inſtituere, ut directam ingreſſus viam ad ſummum decus pervenias, majorumque tuorum ornamenta tuis exaeques, vel etiam exſuperes. Quod quidem fiet, ſi tibi perſuaſum erit, generis claritatem, opes, populive ſtudium dare quidem imperium, ſed animum imperio dignum dare non poſſe. Dabunt haud dubio bonae diſciplinae, atque iis artibus munient, ut non ambitio vel avaritia, quae ſaepe jacta praeclare fundamenta virtutis ſubruunt, non honori inimica voluptas à recto tramite deducat. His autem ut natalium tot decora illuſtres, boni omnes expectant, qui rempub. Chriſtianam, cujus inter alios gubernaculis es natus, felicem & incolumem cupiunt: noſque, licet inter extremos poſiti eorum, qui tuae dignitati favent, ad hanc palmam currenti frigidam ſuffundemus, plauſuque paſſim adhortabimur. Eoque nomine Valerium tibi, ut audio, valde familiarem mitto, nobilitate clarum auctorem nobiliſſimo principi, vel laudatiſſimis tuis inceptis gratuletur, multiſque exemplis demonſtret, quam infinitis ante ſaeculis perenni in gloria atque aeſtimatione ſolida virtus fuerit, quibus praemiis ſemper comitata: quamque ubique rejecta improbitas, & quae dedecora, quamque graves poenae Superum judicio perſequantur noxios, non ſolum apud Romanos, ſed etiam apud rudes barbaraſque nationes, etiamſi verae religionis lumen his nunquam praeluxiſſet. Hunc igitur, illuſtriſſime Princeps, tibi in Italica peregrinatione comitem eſſe cupio, & noſtrae in te obſervantiae veluti primum pignus habeas, ſupplex oro. Quem ſi ſerena fronte exceperis, & tibi gratum eſſe intellexero, omnia ſumma me conſecutum putabo: efficieſque ne qua in difficultate deinceps noſtra fatiſcat induſtria, ſi laboribus, quos ſane non paucos literarum provehendarum cauſa ſuſtinemus, aura tuae benevolentiae aſpirare coeperit. Deum Opt. Max. interim precor, ut inter hujus vitae ambages atque pericula dirigat greſſus tuos, teque felicem atque incolumem diu ſervet. Bruxellae Idib. Auguſt. Anno M. D. LXVI.

STA-

STANISLAO ZELENIO VITELLIO

De Zelanka &c. Juveni generoſo

S. P. D.

CHRISTOPHORUS COLERUS.

VALERIUM MAXIMUM mittere ad te, mi Staniſlae, non commendare decrevi. Sufficiat tibi doctiſſimorum virorum communis conſenſus, qui quantum auctoritatis habet, tantum & rationis ſubminiſtrat. Profecto tam ſertum & elegantem ſcriptorem diligenter legiſſe, duplici tibi vice proderit. Nam quidquid Graecia quidquid Romana virtus dixit aut fecit egregium, ſub unum adſpectum, veluti tabella explicavit Valerius: nec id vulgari ſtilo; ſed florido, ſed arguto, certe flexanimo orationis genere. Poſtea vero, quanti pretii res eſt, quae alii induſtrie notavere, diſciplinam inde & exemplum capere: Virtutum vitiorumque argumenta non tantum ex praeteritis colligere, ſed hinc fugam adornare, illinc obſequium meditari? Licebit etiam decenter imitari tale ſcriptionis genus, & facta vel dicta memorabilia ſubinde notare & digercre. quod nimis feliciter praeſtitit ille, vir illuſtri proſapia, Baptiſta Fulgoſius; mediocriter etiam Ant. Sabellicus. Quae te tuamque fortunam deceant vides, mi Staniſlae. * Vindica te tibi, & tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige & ſerva. *cogita ex quibus carceribus ad quam metam properes. Nobiliſſimus es, fortunatus es. Ergo ſtudia tua ex nobilitate metire, ex fortuna ſapere diſce. An quod plerique omnes hujus loci hodie aliter faciunt? Eo tu plus gloriae ex bono facto exſpecta. Humilia ingenia ſunt, quae apud minutarum quaeſtiuncularum gyros atque Maeandros, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcunt. Legiſti hoc ipſe, niſi fallor, apud Atticarum Noctium commentatorem. Et delectentur ſane illis ſtudiis, quibus & fructus aliquando ex profeſſione eorum. Tibi quid inde? Faſtidium majorum curarum & proprie tuarum. Dicendum tibi hoc ſemel putavi, ob iſtos, qui & ſtudia aliquam nobilitatem, & nobilitatem ſua ſtudia habere neſciunt. Tu autem illud veteris Poëtae tibi dictum puta.*

τὸν ἀτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι. *Et quod agis, gnaviter age. optima cogitanda ſunt, plurima diſcenda ſunt, utiliſſima legenda ſunt, ut recte vivas & bene facias. De iſtis duobus, non deſunt tibi quotidianae meae monitiones, adhortationes, cautiones. De ultimo, illud accipe, quod Zenoni quaerenti, quomodo optime viveret, oraculum reſpondit ei* συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, *quo ille accepto, totum ſe libris veterum mancipavit. Hunc tu imitare. & caveſis alio animo Valerium noſtrum accipias, quam quo* Colerum *amplecti conſueviſti. Vale. Haidelbergae Calend. April.* CIↃ. IↃ. CI.

* *Seneca ad Lucillium epiſt.* 1.

CHRISTOPHORO COLERO

S.

MENSIS, & quod excurrit, abierat ex Valeriana editione abſoluta, cùm nobis redditae ſunt optatiſſimae literae tuae, jam de praefatione ſollicitis: redditae ſunt autem non ſolum cum praefatione quam deſiderabamus, ſed cum auctario etiam Animadverſionum, quo uſuram videris illius miſſae tardius pendere voluiſſe. Sed illam, uti jubes, editioni praemiſimus; hoc, abſoluto jam libro, ſubjecimus, velut appendicem, jucundam lectori ſtudioſo, & utilem.

Exemplar ipſum autem, quod nobis abiens in Poloniam reliquiſti, ſecuti ſumus accurate: niſi quod à pag. 9. uſque ad 13. littera, quam vocant *Curſivam*, expreſſimus, quae aberant ab optimo & fideliſſimo codice *P. Danielis* V. CL. quae non eſſe ipſius Valerii concepta verbis, verbis conceptis jurabit quicùnque ea expendet vel leviter: inſerta nimirum ex adbreviatore, nequid deſideraret exemplorum lector; & ut ille velut hiatus repleretur. *Pighius* certe & ipſe ad cap. III. ſubodoratus eſt epitomen iſta redolere. Sed ſi qui aure duriore, non ſatis intelligit, quae ſit utriuſque ſtili & auctoris & adbreviatoris differentia, audiat is, quae antiquiſſimo illi & longe optimo Codici *P. Danielis* leguntur praefixa. Prima ejus pagella, aut pagellae potius fragmentum: eſt enim exeſa vetuſtate magnam partem: illa, inquam, pagella praepoſita Indici capitulorum, haec habet. *In adbreviatore, qui & vetuſtus eſt, quaedam reperta ſunt, quae quoniam noſtro deerant, neceſſario ſupplevi.* Sequuntur inde adbreviata exempla: & *Timaſithei* primum, quod ipſius tamen *Valerii* verbis explicatum habemus. *Timaſitheus Liparenſis creteram quam Romani Pythio Apollini miſerant, interceptam à Piratis, curavit Delphos perferendam. Mileſia Ceres.* & quae leguntur infra pag. 9. & ſequentibus, uſque ad illa *Dejotaro vero:* pag. 13. quae non eſſe ipſius *Valerii*, quivis facile agnoſcat.

Nomen adbreviatoris habet idem Codex, in fine, id eſt poſt rapſodiam libri X. ad quam nomen idem & *Pighius* notavit ex ſuis mſſ. Ille autem ut dixi *Danielis* ſic habet. *Feliciter emendavi, deſcriptum Ravennae Ruſticius Helpidius Domnulus.* VC.

TITVLVS ADBREVIATORIS.

C. Tit. Probi finit epitoma hiſtoriarum diverſarum exemplorum Romanorum. Sed de hoc quid ſentiendum ſit, tu nos docebis aliquando.

Vetuſtum autem fuiſſe, inde patet quod quae ex eo adſcripta ſunt libro *Danielis*, veteri omnino manu ſcripta ſunt: & ſunt illa ipſa aliis veteribus manuſcriptis inſerta, nullo diſcrimine, tanquam genuina *Valerii.* Vale V. CL.

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

ILLUSTRI GENEROSO AC MAGNIFICO VIRO,

D. CHRISTIANO FRISIO,

Domino in Cragerup, Equiti Aurato, Sereniſſimi Danorum Regis Cancellario, ac Regni Senatori,

S. D.

Illuſtris Domine Cancellarie,

D*UBITARE hoc noſtro ſeculo virorum doctorum non unus caepit, num Probi neſcio cujus Epitome ſit, quod eſt in manibus* Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Opus *ſive* Libri, *qui numero* novem *ſunt: quod multa ſcilicet contineant, ſive phraſin, ſive voces ſubinde videamus, quae reſipere vix aevum videantur imperatoris Auguſti Tiberii, ad quem tamen Prologus eorum librorum exſtat. Verum eam haeſitationem ſat tollat Aulus Gullius, ſcriptor antiquiſſimus, qui libro* XII. *cap. 7. verba citat ex Libro Valerii hujus Maximi octavo, quae nec aliter Libro ejuſdem Valerii octavo hodieque eſt legere, Capite nimirum primo, ſub calcem fere. Quod autem inaequalis aliquando, nec ſibi per omnia ſimilis Valerii dictio habeatur, exſcriptorum multitudo ac turba in cauſa fuerit. Hos etenim ſua ſubinde gloſſemata, ejectis, quae erant ipſius Valerii, repoſuiſſe, eſt vero ſimile. Et hoc quo propius pateret, hanc editionem formâ minuſculâ, flagitante typographo, exhibendam publico exiſtimavi, ut poſſet aliquando ea cum viri alias doctiſſimi* Stephani Pighii *editione contendi. Nam mihi, cum in Anglicis Bibliothecis plures ante annos manuſcripti Valeriani non unius copia eſſet, operam hanc ſumendam putavi, ut Libri mei orae adjicerem, quae in illis meliora Pighianis deprehenderem. Nam ſtatim Prologo, ubi legitur,* Populi Romani exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna; *repperi in Manuſcriptis non,* Populi Romani, *ſed,* Urbis Romae, *quae etiam lectio veterum fuit editionum: quam & agnoſcit incertus, ſed vetus ille author, qui Vitam Valerii primus contexuit. Habet enim is:* Statuit (Val. Maximus) *URBIS ROMAE EXTERARUMQUE GENTIUM FACTA SIMUL AC DICTA MEMORATU DIGNA,* ut ipſe fatetur, literarum monumentis commendare. *Pighium, qui minus huc attendit, hoc quoque aliorſum traxit, quod exiſtimarit concinnius dici,* facta populi Romani *quam* urbis Romae. *At Valerius* gentium exterarum & urbis Romae *intelligendum voluit, & inter ſe quaſi opponi componique* facta dictaque *ſingularum. Et Prologo deinde eodem, quod Pighius idem edidit,* felici ſuperiorum ſtilo conditam, *quis non melius fateatur, quod ad formam Manuſcripti reponi fecimus,* felicis ſeculi ſtilo conditam? *Sed haec retexere ſingula, & alia aliaque his vel ejecta a nobis vel immutata, longius foret. Unum eſt quod reticere haud debeam; quae & cauſa non ultima eſt, quamobrem tuam Magnificentiam, ampliſſime D. Cancellarie, alibi opportunius & opere luculentiore celebrandam, in limine exilis hujus libelli compellem: SAXONEM ſcilicet noſtrum* GRAM-

GRAMMATICUM, cujus in Danica Hiſtoria eloquentia Eraſmo olim Roterodamo aliiſque eruditiſſimis tantopere eſt celebrata, ſe ad exprimendam non modo Valerii hujus dictionem, ſed & argutias quoque ejus, in hoc praecipue genere excellentis, vel maxime conformaſſe. Et id, ut uno alterove exemplo clarum quoque ſit, operae eſt inſpicere utriuſque prologum. Nam Valerius ubi dixerat, mea parvitas eo juſtius ad tuum favorem decurrerit, *Saxo in ſua ſimiliter Praefatione idem aemulatus*, mea, *inquit*, parvitas ſe praedictae moli imparem animadvertens, *&c. Et iterum Valerius lib. III. cap.* 6 Vegeta & ſtrenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, hoc vehementiori impetu ſidunt: *Saxo lib.* x. *circa fere principium:* ſtrenua ingenia, quo plus experimenti ſumunt, hoc ad inſignem operam edendam majore auſu proficiunt. *Et denuo Valerius lib.* IV. I. Petronius hujuſce laudis conſortionem ſibi merito vendicat. *Ubi* conſortio *pro* conſortium *eſt poſitum. Et eſt* conſortionis *eadem vox Saxoni quoque perfamiliaris. Et denique lib.* IX. *Valerius cap.* 8. Ita exiguo momento maximae rei caſus fluctuavit, utrum captus an victor, *ubi duo MSS. Anglicana, quae inſpexi,* non fluctuavit, *ut vulgo editur, ſed* fluctuatus eſt, *legunt, quomodo idem Valerius paulo ante lib.* VIII. *cap.* I. Eadem haeſitatione P. Dolabellae animus fluctuatus eſt. Fluctuatus *ſcilicet paſſive pro activo* fluctuavit. *Nec aliter Saxo noſter lib.* II. *ſub ipſum fere libri principium:* Poſt haec Daniae ſtatus variis rerum caſibus fluctuatus eſt.

Verum haec cum alium ſibi ac patentiorem campum depoſcunt, quod dixi vel digito intento indicaſſe hoc tempore ſufficiet. Tua interea Magnificentia hunc, qualiſcunque eſt, in honorem nominis tui evulgatum manualem ac portatilem Valerium benigna fronte ſuſcipere noſque ſua deinceps proſequi faventia optimaque promovere ſtudia haud nolit, etiam atque etiam rogamus. Dabam Hardervici Gelrorum *ipſis Cal. Octob.* CIƆ. IƆ. CXXXI.

Tuae Magn. deditiſſ.

JOH. ISACIUS PONTANUS.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CAROLO AEMILIO,

Marchioni Brandeburgenſi, & Electoratus Heredi &c. &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Omnigenam ſalutem ac proſperitatem precor

JOHANNES VORSTIUS

CUM tot rectae rationis, bonaeque mentis documenta in veterum ſcript[...] appareant, non tamen ullus ab iiſdem confectus liber eſt, in quo tum ip[...] de virtutibus, boniſque moribus praecepta, tum quoque virtutum ac laud[...] bilium factorum exempla majore copia collecta, denſiuſque conſtipata ſin[...]

qua

[library stamp]

quam in ipſo illo, qui novo quodam habitu veſtitus nunc prodit, Valerii Maximi libro. Inſtituerat Auctor, ut vel ex praefatione apparet, de urbis Romae, exterarumque gentium factis ſimul ac dictis memoratu dignis ſcribere, eaque in unum quaſi faſciculum compingere. Id igitur tam praeclare, tamque feliciter ille fecit, ut vix quicquam ſupra poſſit addi. Etſi enim & perperam factorum dictorumque exempla recenſita ab ipſo ſint, tamen pleraque non niſi virtutum & laudabiliter factorum ſunt exempla. Quae vero alterius generis ſunt, ea & ipſa uſu non plane carent. neque enim ideo congeſta ſunt, ut imitando illa quiſquam exprimat; ſed ut deteſtari ea atque fugere diſcamus. Quam ob cauſam ipſi talium recenſioni vituperationes atque dehortationes praemiſſae aut interjectae ſunt. Ceterum quae praeclare ac laudabiliter ab antiquis illis ethnicis ſunt facta, eorum tanta hic eſt copia, quantam vix ab hominibus Chriſtianis pari modo factorum invenire atque congerere potuit is, qui exemplo noſtri librum concinnavit, cui Valerii Maximi Chriſtiani nomen fecit. Unius exempli cauſa abſtinentiae fere viginti; fortitudinis plus quam triginta; ceterarumque virtutum itidem plurima exempla, neque haec vulgaria, ſed pleraque ſelecta atque admiratione digna, noſter congeſſit. Neque hominum modo privatorum, ſed & ipſorum Principum ac magiſtratuum virtutes & laudabilia facta hic recenſentur. Ait noſter in praefatione, providentia Tiberii virtutes benigne foveri, vitia ſeveriſſime vindicari: & in cap. 12. libri poſtremi, ejuſdem Tiberii providentia ſtare pacem, valere leges, ſincerum privati ac publici officii tenorem ſervari. Quae etſi de ipſo Tiberio non omnino vera eſſe videantur, tamen ex ipſis quoque illis intelligi licet, qualeſnam Principes oportere eſſe Valerius ſtatuerit; tales nimirum ut eorum providentia virtutes benigne foveantur, vitia ſeveriſſime vindicentur: utque eorundem providentia ſtet pax, valeant leges, ſincerusque privati ac publici officii tenor ſervetur. Ceterum quae de aliarum tam publicarum quam privatarum perſonarum virtutibus & laudabilibus factis prodidit noſter, ea ſic omnino ſeſe habent, parique modo & ab aliis in literas ſunt relata. Quis dubitet quin vera ſint quae de fortitudine Scipionum, Catonum, Sicinii Dentati, Caeſii Scaevae & aliorum prodidit? Quis in dubium vocet, quae de abſtinentia Catonis Uticenſis, Curii Dentati, Fabricii Luſcini, Aelii Tuberonis & aliorum conſignavit? Quis vera eſſe neget, quae de multorum humanitate & clementia, animo grato, pietate in parentes, fide publica, conſtantia, moderatione, ſeveritate, ſtudio & induſtria, aliiſque praeclaris actis ex optimis Scriptoribus, Latinis Graeciſque, collegit? Sane qui iſta revocare in dubium velit, is eadem opera tot ſimul aliorum ſcriptorum, quos noſter auctores habet, fidem elevabit. Eſt revera liber iſte quoddam florum corpuſculum; uti ſuum è Trogo Pompejo concinnatum librum appellat Juſtinus. quippe quae praeclara ac laudabilia facta in tot aliorum auctorum voluminibus ſeparatim ac ſparſim ſunt conſignata, ea ſingulari tum ſtudio, tum judicio noſter in unum quaſi faſciculum compegit.

Hujus igitur egregii florum corpuſculi, Sereniſſime Princeps, cum in Sereniſſimi ac Potentiſſimi Parentis tui, Domini mei clementiſſimi, Bibliotheca duos manu in membrana exaratos codices offenderem, ſciremque plurimas in eo maculas latere: operae pretium me facturum credidi, ſi ſerio ejus curam ſuſciperem, cum codicibus manu exaratis id conferrem, atque omnibus palam facerem, quantum mendorum

***

rum

rum in vulgaribus ejus editionibus hactenus latuerit, quamque inemendatum lectum fuerit, quod legi emendatiſſimum oportebat; cum, quod à ſingulis legatur, ſit digniſſimum. Quicquid autem curae atque operae in florum hoc corpuſculum contuli, id tibi, Sereniſſime Princeps, Domine clementiſſime, humillime offero atque nuncupo; rogans ut ſerena illud fronte ſuſcipere digneris. Quod ſupereſt, Deum ter optimum maximum veneror, uti Te, Sereniſſime Princeps, una cum Sereniſſimo ac Potentiſſimo Domino Parente tuo, totaque adeo Sereniſſima Domo Electorali, in plurimos annos ſervet; faxitque ut tum ipſe iis quae hic laudantur virtutibus magis magiſque imbuare, & ab iis, quae hic vituperantur, vitiis longiſſime abſis; tum & aliorum virtutes benigne foveas, ac vitia ſeveriſſime vindices. Scripſi Berlini menſe Martio anni à nato Chriſto M. DC. LXXII.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOHANNES VORSTIUS.

CUM tot antiqui Auctores, Latini Graecique, noſtra memoria à Viris doctis emendati, multiſque partibus meliores redditi ſint, ſolus fere Valerius Maximus ab eiſdem quaſi derelictus deprehenditur. Nam quod Antonius Thyſius & Johannes Minellius Notas ei adjecerunt, tantum id egiſſe videntur, ut legentibus paulo faciliorem intellectu, non ut inſpiciendis codicibus MSS. veras ac genuinas lectiones ei redderent. Videnturque viri docti noſtrae aetatis adeo parum de Valerio laboraſſe, adeoque ſecuri de eo fuiſſe, non quod illum contemnerent, aut minoris quam Nepotem, Curtium, Florum, Juſtinum, alioſque facerent; ſed quod Pighii Colerique opera adeo emaculatum nitidumque redditum putarent, ut nihil ſupra poſſit addi. Norant quippe ipſum Pighium profeſſum eſſe, ſe plus quam DCCC locis Valerium emendaſſe. Jam Pighium de Valerio bene meritum eſſe, multaſque ei genuinas lectiones reddidiſſe, negari minime poteſt, aut debet. Sed rurſus tamen neque hoc inficiandum eſt, doctiſſimum Virum plurima mutaſſe quae in Aldina, aliiſque antiquioribus editionibus recte ſe habebant; & multa quae emendanda merito fuiſſent, intacta reliquiſſe. Quod cum & ipſe animadvertiſſem, inque Bibliotheca Electorali Brandeburgica duos codices manu in membrana exaratos, ex quibus Valerius Maximus infinitis locis emendari, atque integritati ſuae reſtitui poſſe videbatur, offenderem: ſumendam hanc operam putavi, ut editiones Valerii vulgares cum codicibus MSS. & antiquioribus typis expreſſis compararem, quaeque manifeſta in illis menda viderentur, tollerem ac melioribus permutarem; in Notis vero de ſingulis rationem redderem. Quod noſtrum inſtitutum ſummi quidam viri Critici nec improbarunt, ſed de editionibus Valerii antehac factis plane idem ſentire ſe, quod ſentio ipſe, faſſi mihi ſunt: idque ipſis illorum verbis quae paulo poſt producentur, intelligi licebit. Ceterum dum hanc Valerii Maximi emendandi operam ſumpſi, magnorum ſimul Criticorum in eum Animadverſiones, quas illi in monumentis ſuis ſpar-

ſparſim conſignarunt, circumſpexi, ſuiſque locis eas recenſui; Schotti puta, Lipſii, Rutgerſii, Salmaſii, Gronovii, & plurium aliorum. Locos porro Auctorum veterum parallelos, quos optime conſilio in margine adſcripſit Pighius, ego itidem non negligendos putavi, ſed & ipſe in margine adſcribendos curavi: ſubindeque id genus plures adjeci. Diſtinctiones denique capitum; itemque inſcriptiones & ſummaria eorundem, ſic fere retinui, uti ea conſtituit atque informavit Pighius. Quod autem ſupereſt, viros doctos, ubicunque terrarum ſunt, oro ac obteſtor, ut ſiqua norint quibus utiliſſimus Auctor adhuc nitidior reddi queat, ea mecum communicare dignentur; ut ſiquas ille maculas adhuc habeat, eae itidem elui à me, ipſeque quam fieri poteſt emendatiſſimus legi à juventute deinceps poſſit. Scripſi Berlini in Marchia Brandenburgenſi menſe Martio Anni à Chriſto nato M.DC.LXXII.

DOCTORUM QUORUNDAM VIRORUM, TUM VETERUM, TUM RECENTIORUM DE VALERIO MAX. TESTIMONIA, AUT JUDICIA.

Plinius Lib. I. Nat. Hiſt.

LIBRO VII. continentur gentium mirabiles figurae &c. Ex auctoribus Verrio Flacco, Cn. Gellio, Licinio Mutiano, Mutio, Maſſurio, Agrippina Claudii, M. Cicerone, Aſinio Pollione, Meſſala, Rufo, Corn. Nepote, Virgilio, Livio, Cordo, Meliſſo, Seboſo, Corn. Celſo, Maximo Valerio, &c.

Plutarchus Marcello.

Annibal cetera nihil curans cum Marcellum cecidiſſe intelligeret, ipſe confeſtim ad locum cucurrit, & mortuo adſtans diu robur corporis & ſpeciem conſideravit. Neque vocem miſit arrogantiorem, neque vultu laetitiam, ut forſan alius acri ac gravi hoſte ſublato feciſſet, prae ſe tulit, ſed ad inſperatam mortem obſtupeſcens annulum quidem detraxit, τὸ μὲν σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε. καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. *corpus vero decenter ornatum, ac honorifice cultum cremavit. reliquias in argenteam urnam recondens, injecta aurea corona, miſit ad filium. Ita Corn. Nepos & Valerius Maximus prodidere.*

A. GELLIUS Noct. Att. Lib. I. cap. VII.

Scripta hæc hiſtoria (*de femina quae virum & filium eodem tempore venenis clam datis interfecerat, nec tamen propterea damnata ac punita eſt*) in libro Valerii Maximi factorum & dictorum memorabilium octavo.

Incerti Auctoris Vita Valerii Maximi.

VALERIUS MAXIMUS civis Romanus, patricio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adoleſcentiae partem literis percipiendis, & honeſtis artibus dedit. Inde, ſumpta virili toga, ſe contulit ad rei militaris diſciplinam: ubi aliquamdiu ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompejo navigaſſe dicitur. Unde reverſus, cum videret ſe patriae ſuae tam bene dicendo, quam bene faciendo poſſe prodeſſe, à quo incepto ſtudio militiae gloria detinuerat, eodem regreſſus, ſtatuit urbis Romae exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna, ut ipſe fatetur, literarum monumentis commendare: quod feliciter & glorioſe conſecutus eſt. Floruit autem Tiberii Caeſaris temporibus, & ſub ejus imperio hanc ſcripſit hiſtoriam, cujus etiam numen invocat. Imperatores enim Romani, cum virtute ſua juſte ſancteque geſſiſſent imperium, divino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebantur: unde etiam Divos Imperatores appellamus. Genus vero ſuum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxiſſe fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen eſt. De cujus morte certi nihil poteſt afferri.

VALERII MAXIMI VITA,

C. MITALERIO, Viennenſis provinciae juridico, auctore, ad JO. BUFFENANTIUM in ſuprema Delphinatium curia Praeſidem.

VALERII MAXIMI praenomen librariorum injuria jam olim amiſſum vero propius eſt, quam ab ipſo omiſſum fuiſſe. Ridiculum eſt autem, quod maternum genus ejus quidam à Fabia gente repetunt cognominis argumento. Nam praeterquam quod id aliis quibuſdam Rom. gentibus commune fuit, ut Carbiliae, Corneliae, Manliae: conſtat certe id longe ante in Valeria, quam in Fabia gente fuiſſe, inde uſque à M. Valerio illo Maximo, qui Coſ. anno Urb. CCXCVIII. cum Sp. Virginio Caelimontano fuit: cum qui Fabiorum primus eo cognomine affectus eſt Qu. Fabius Rutilianus Ambuſti F. Gurgitis pater, Cenſor tum cum P. Decio omni forenſi turba in quatuor tribus digeſta anno urb. CCCCL. aeternum glorioſumque id ſibi ac familiae ſuae pepererit. His accedit quod qui à materna denominarentur, non cognomina, quae nulla foeminis fuerunt, ſed gentilitia nomina in poſſeſſivum transformata modum adſciſcebant. Sic è duabus Cenſorii Catonis uxoribus Licinia & Salonia partim Liciniani ſunt, partim Saloniani appellati: quo modo à Petronia matre Petronianus Vitellii Caeſaris filius, à Veſpaſia, & Domitilla, Veſpaſianus, & Domitianus, impp. dicti ſunt. Quod & in arrogationibus adoptionibuſque obſervabatur, quo modo Pomponium Atticum illum Ciceronis amicum ab avunculo Qu. Caecilio teſtamento in nomen familiamque adoptatum Qu. Caecilium Pomponianum Atticum dictum fuiſſe

com-

comperimus. Hinc Rutilianos, Aemilianos, Servilianos, Calphurnianos, Octavianos, è Rutiliis, Aemiliis, Serviliis, Calphurniis, Octaviis in alienas traductis familias agnominatos fuiſſe legimus. Civem certe Romanum identidem ſe his fuiſſe verbis ſignificat, *Civitatem noſtram*, *noſtri imperii*, *noſtris caeremoniis*, *forum noſtrum*, & ſimilibus. Sed ingenuum, quando etiam de ejus ſtatu dubitatum ſcio, ex patritia videlicet Valeriorum gente etiam ipſo cognomine. Libertini enim ſervili nomine cognominis vice retento ſolum patronorum nomen, praenomenque uſurpabant, cognomine vero, quod plerunque fortunae fuit, ac gloriae, abſtinebant: quod & ipſum in iis qui ipſi ingenui cujuſquam beneficio civitatem Rom. conſequuti, aut in colonias tranſcripti fuerant, obſervabatur. Sex. Pompejo arctiſſima neceſſitudine devinctus fuit, adeo quidem ut in ejus commemoratione ſibi inſtar Alexandri eum fuiſſe ſcripſerit: *cum illi*, inquit, *Hephaeſtio ſuus alter fuerit Alexander:* nec dubitaverit ſupremum ſibi atque illi inter rara amicorum paria locum facere. Hujus Sex. Pompeji, Sextique Apuleji conſulatu Auguſtus è vivis exceſſit: primuſque cum ipſi in Tiberii verba juraverunt, tum etiam caeteros adegerunt. Quo merito poſtea principis inter primarios amicos fuit. Magna certe eloquentiae gloria ac gratia fuiſſe, vel illud imprimis arguit, quod eum ſibi Gn. Piſo conflatae Germanico mortis reus patronum cum praeſtantiſſimis ejus ſaeculi oratoribus depopoſcit. Quocirca eum non clariſſimum modo, ſed etiam diſertiſſimum Valerius appellavit. Inde M. Lepidum illo nomine ac genere ut ſocordem & ignavum, majoribuſque ſuis dedecorum Aſiae proconſulatu adverſatum maxime Senatu deturbavit. Ipſe in ejus locum ſuffectus Valerium inter praecipuos cohortis coluit, ingenii ac morum amoenitate delinitus. Tiberio quidem, & univerſae Caeſarum domui, inolito jam tum etiam illuſtribus familiis more, enixiſſime adulatur. Itaque Libro IX. inter dictorum improborum factorumque ſceleratorum exempla ultimo, ceu Colophonem, loco Sejani (quod recte ſubodoratus eſt Pighius) ſuppreſſo tamen ſingulari quodam adulandi artificio, ejus nomine ſupra omnium flagitiorum conditionem perfidiam audaciamque inceſſit.

Joh. Saresberienſis Lib. VIII. Policratici cap. 4.

In Quinto Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine parvo ipſius fructu liberalitas referente Valerio annotata eſt.

Et cap. 6.

Eſt enim blandum, ut ait Valerius, luxuria malum, quam accuſare aliquanto facilius eſt quam vitare.

Idem multis quoque aliis locis noſtrum laudat.

Ludovicus Carrio Lib. I. Emendat. cap. 7.

Valerius Maximus Tiberii Imp. temporibus ſcriptor non ignobilis, & multis ipſius antiquitatis praejudiciis recentiorum hominum cenſurae ereptus.

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

Gerh. Joh. Voſſius in Libro de Hiſtoricis Latinis.

Valerium Maximum, qui dictorum factorumque memorabilium libros IX. *reliquit, poſt Vellejum ſcripſiſſe, inde cognoſcimus, quod Vellejus tantopere aduletur Sejano. Scripſit igitur is ſuperſtite adhuc Sejano. At Valerius Lib.* IX. *cap.* II. *Sejanum, ſed exquiſito magis adulandi genere nomen ſupprimens, ob perfidiam, & ambitionem horribiliter exagitat, ac tandem addit, eum omni cum ſtirpe ſua populi Romani pedibus obtritum, etiam apud inferos, ſi tamen illuc receptus eſt, quae meretur, ſupplicia pendere. Scripſit igitur poſt Sejani caedem: nempe extremis Tiberii temporibus. Stylus tamen vix ſapit tam bonum aevum. Ut cum in prooemio ait,* Mea parvitas eo juſtius ad favorem tuum decurrerit. *Sententias quoque nimium affectat. Propterea exiſtimare aliquis poſſit, hunc potius eſſe illum M. Valerium Maximum, qui anno Chriſti* CCLIV. *cum Voluſiano Imp. conſul Romae fuit, iterumque conſulatum geſſit anno* CCLVII, *ut ex Onuphrio & aliis conſtat. Ita quod Valerius in praefatione ait, divinitatem ejus Imperatoris, cui opus ſuum dicat, paterno avitoque ſideri parem videri, id non de Julio, Auguſto, Tiberioque accipi debebit; ſed de Imperatoribus tribus Gordianis; quorum duos in Africa creatos Imperatores Maximinianus occidit; tertius vero prioris nepos, alterius filius fuit; qui imperare coepit anno* CCLXXXVIII. *Quo de Gordiano ita Capitolinus in Maximo & Pupieno:* Neque unquam quiſquam in illa aetate ſic amatus eſt, merito avi, & avunculi, ſeu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximum in Africa vitam finierant. *Sed cave haec decipiant. Nihil enim verius, quam hunc Memorabilium ſcriptorem multo eſſe antiquiorem; quando & Gellius, qui ſub Hadriano vixit, ejus Memorabilium libros advocat Lib.* XII. *cap.* 7. *Imo certum eſt, ſub Tiberio vixiſſe: quandoquidem ipſe Lib.* II. *cap.* 8. *ſe Aſiam cum Sex. Pompejo petiiſſe dicit. Eſt autem is Sextus Pompejus, qui cum Sex. Appulejo conſulatum geſſit, eopſe anno, quo Auguſtus Caeſar vita exceſſit, eique Tiberius ſucceſſit. Ac conſules iſti fuere, qui primi in Tiberii verba jurarunt; eoque nomine Tiberio fuere ſemper acceptiſſimi: ut ex Dione, Tacito, aliis, conſtat. Etiam aetatem oſtendit locus iſte Lib.* V. *cap.* 8. Marcus Antonius, avorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator. *Item, qua Julio & Auguſto aſſentatum, oratio, Lib.* VII. *cap.* 6. *& alibi. Item quod in gratiam Tiberii Brutum vocat parricidam Lib.* VI. *cap.* 4. *quemadmodum & Lib.* I. *cap.* 8. *ait, C. Caſſium nunquam ſine praefatione publici parricidii nominandum. nempe ita ſub Tiberio loqui neceſſe erat. Quod illa etiam Cremutii Cordi querela oſtendit apud Tacitum Annalium Lib.* IV. Titus Livius Cn. Pompejum tantis laudibus extulit, ut Pompejanum eum Auguſtus appellaret: neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem Africanum, hunc ipſum Caſſium, hunc Brutum, nuſquam latrones, & parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, ſaepe ut inſignes viros nominat. *Cremutius ille a Tiberio damnatus fuit, librique ejus per aediles cremati; quod editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet; ut ibidem Tacitus ait. Quod ſi quis objectet, mirum igitur eſſe, ſi is, qui Auguſtei aevi conſuli familiaris fuit, dictione utatur, qualis ſeſquiſeculi poſt fuit: primum dicam, nec illo aevo omnes terſe ſatis locutos. nam & jam Cicero in Bruto conqueritur, quod receptis in civitatem tot exteris, corrumpi coepiſſet nativus ille color ſermonis Romani. Quod ſi illud minus ſatisfacit, quid ſi dicam, fortaſſe, ut non Trogum, ſed epitomen Trogi habemus, ita nec Valerium exſtare, ſed epitomen ejus, quam Julius Paris concinnaverit.*

Nam

Nam videtur is feciſſe Valerii epitomen. Quod ſi Valerius librum de Romanorum nominibus fecit; eumque Memorabilium libris ſubjecit: hujus quoque epitomen ſcripſerit. Sin nihil hujuſmodi (quod multo verius puto) Valerius ediderit: ipſe Paris, ut melius intelligeretur Valerius, librum hunc compoſuit: ejus autem epitomen fecerit C. Titius Probus: aut ſi Probus auctor libri illius fuit, epitome erit a Paride; quod odorari licet ex praefatione illa, quae eſt in libellum de pronominibus. ea hujuſmodi eſt: Decimus atque ultimus hujus operis liber, ſeu ſtudioſorum inertia, ſeu ſcriptorum ſegnitia, ſeu alio quovis caſu aetati noſtrae perditus eſt. Verum Julius Paris, abbreviator Valerii, poſt novem libros explicitos, hunc decimum ſub infra ſcripto compendio complexus eſt: per quod de nominibus fuiſſe eundem a Valerio compoſitum, conjectare licet. *Sed hoc, quod adfert, argumentum Valerii eſt infirmum. Potuit enim Paris librum de nominibus ſubjungere, non ut Valeriani unius libri compendium, ſed ut omnium Valerii librorum facem ac commentarium. Quare ſic ſtatuere malim, Valerium ipſum memorabilia ſcripſiſſe: horum epitomen edidiſſe Paridem: eundem reliquiſſe librum de nominibus: hujus libri compendium feciſſe Probum. Quod etiam arguunt iſta, quae ibidem continuo ſequuntur. Verba quidem Julii Paridis haec ſunt:* Liber decimus de praenominibus & ſimilibus. *Sequitur deinde:* Decimi hujus operis libri per C. Titium Probum epitome. *Porro hunc, non alium libellum intellexit Alciatus Lib.* IV. *diſpunctionum cap.* I. *cum habere ſe opuſculum ait Valerii Maximi de nominibus Romanorum.*

DOCTORUM VIRORUM, EORUNDEMQUE SUMMORUM NOSTRAE AETATIS CRITICORUM PARIS, DE NOSTRO HOC VALERIUM MAX. EMENDANDI INSTITUTO JUDICIA.

I. JOH. FREDERICI GRONOVII

In literis ſcriptis Lugduni Bat. a. d. VI. Non. Quinctiles A. C. CIƆ. IƆC. LXX. ad Joh. Vorſtium.

ET literas tuas, Vorſti humaniſſime, una cum politiſſimis ſcriptis libenter vidi, & amicitiam auro contra caram accipio amplectorque cupidiſſime: neque eſt officii quidquam aut ſtudii, quod ob tantum honorem mihi habitum tibi non debere me & velim & profitear. Video enim te ſerio & cordate tractare Muſas amoeniores: quod qui faciunt, nae illorum haudquaquam vilis eſt hodie annona, praeſertim in Germania noſtra: eoque exſulto gaudio, quoties novum aliquod hujuſmodi Sidus in tenebris tantis intelligo exoriri. Non eſt autem ad me blandior conciliatricula voluntatis atque amoris quam communia ſtudia literarum: per quas cum & ingenia & ingenii opera omnia mirum in modum enituerint, pulcrioremque habitum ſumpſerint, eas tam ſupine negligi ſemper dolui,

&,

&, ut, ad eas, hoc eſt, ad veteres Graecos & Latinos ſcriptores legendos & propemodum ediſcendos, juventutem revocarem, plurimum ac (praefiſcini dixerim) tantum, quantum quiſquam hoc ſeculo, laboravi. De Valerio Max. conſilium tuum, & quae ad eum notas, & laudo vehementer & probo: indiget enim nova etiam cura, nec poteſt negari optimum Pighium in multis codici admodum maculoſo ſe lactandum praebuiſſe. Libro I. I. ext. 15. habebatur: *quia majore poene Romanarum virium parte in exſecrabili ac diro ſolo jacente, nullius penates moeroris expertes erant.* Neque aliter in MSS. invenimus. Ille ſubjecit *Romanorum virorum.* Quod eodem loco pono & paro, quo quod Juſtini Lib. II. 9. *nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur*, Bongarſius mutat, *inventos viros.* Quis non videt priora multo venuſtiora, haec plebejae eſſe pulpae. Frontinus Strateg. 4. 7. 6. *Naturam, inquit Sertorius, Romanarum virium per hoc vobis exemplum oſtendi, milites.* Sic enim Scriverius in ſuis, ego in aliis membranis deprehendi. Valerius III. 7. 6. *Galliarum ac Ligurum vires redactas in ſuam poteſtatem.* Et III. 2. II. *Cannenſi proelio, quo Hannibal magis vires Romanas quam animos fregit.* Lib. I. 5. ext. 2. fecit Pighius, *ſucceſſum ſuum in omen acceptum referentes.* At ego non diſcedo a prius edito, quod & in quatuor aut quinque MSS. reperi: *ſucceſſum ſuum omini acceptum referentes.* Centum, opinor, auctoritatibus firmem, ſi opus ſit, *referre acceptum alicui*, non modo proprie, ſed etiam translate pro eo, quod eſt beneficio alicujus debere: *referre acceptum in aliquem*, aut *referre aliquid in acceptum omen* qui dixerit, adhuc quaero. Nam Ciceronis *opus in acceptum referre* Lib. I. in Verr. & initio Paradoxorum, nihil huc pertinet. Multo minus allubeſcit ibidem *Extunc* & *uti ducem conſtituerunt.* In MS. legi: *deinceps omnibus proel. pro duce uti inſtituerunt.* Unde formem: *& tunc Aeanti ut deo immolaverunt, & deinceps omnibus proeliis eo duce uti inſtituerunt.* Rurſum I. I. ext. 2. *Factum Maſſaniſae animo quam Punico ſanguini conveniens.* Merito Lipſius exculcat τὸ *plus*, quod inſeruerat Pighius. Sed & *Maſſaniſam* ortum puto ab illis, qui nomen in Livio e Graecis ſic formarunt, cum in MSS. omnibus ſit *Maſiniſſa.* Denique non placet *animum Maſiniſſae* & *ſanguinem Punicum* comparari: ſed ſi quid video, ſcripſit autor: *Factum Maſiniſſae Romano quam Punico ſanguini conveniens.* Eodem Lib. VII. ext. 4. *Nam e duobus filiis & ingenti agilitate & corporis dotibus praeſtantiorem* &c. Mirabar non aliter MSS. praeferre, cum legendum omnino ſit, *ingenii agilitate.* Hi ſunt, quos *velociores* dixit Phaedrus fab. XLII. *Uſu peritior hariolo, velocior vulgo eſſe fertur.* ubi male Rigaltius, *veracior.* Horatius Lib. I. ep. 12. *animus ſine corpore velox.* Cicero I. Tuſc. 19. *nihil eſt animo velocius, nulla eſt celeritas, quae poſſit cum animi celeritate contendere.* Haec & ad hoc exemplum ſi qua demereri te poſſunt, perlubens tecum communicabo. *Acceſſio* Lib. V. 7. poſſem tibi monſtrare exemplaris mei margini a me olim adſcriptum: & ſine dubio verum eſt. In eadem voce corruptus Juſtinus XXXVIII. 2. *timens ne Mithridates acceſſione Cappadociae etiam Bithyniam finitimam invaderet.* Suſpicor enim Trogo fuiſſe: *ne Mithridates velut acceſſionem Cappadociae Bithyniam finitimam invaderet. Facinus nulli tyranno comparandum* recte cepiſti, & vindicatum ivi adverſus amicos noſtros ad Livii epit. 74. *Reddendam operam*, eſt in omnibus MSS. & mihi placet mirifice. *Reddere* pro dare vel edere, protritum. Sic *reddere operam*, idem eſt, quod *edere operam*, de quo ad Livium III. 36. Hoc quoque in eo ſermone doctum,

quod

quod *opera* hic idem quod *opus*. Noſti Ciceronis ad Atticum 25, 12. *Quid quaeris? exſtabit opera peregrinationis hujus*. Pro eodem dixit lib. 2, 4. *Curabo, ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus exſtet*. De loco Livii lib. 24, 6. nihil tibi praeſtare poſſum: non enim illi libri hactenus manu exarati ſunt viſi, niſi in unico codice, unde publicavit eos Grynaeus: qui numquid ſuperſit, & quo devenerit, ignoro. Legendum autem cenſeo, *ſerius quam ad diem*. Alibi malo etiam *quod ad* in talibus.

II. JOHANNIS SCHEFFERI

In literis ſcriptis Upſaliae d. XV. Novembr. A. C. CIↃ. IↃC. LXXI. ad Cl. Virum D. Chriſtianum Ravium.

Clariſſime Ampliſſimeque Domine.

Quas ex patria ad me dediſti literas, una cum ſpecimine curarum Vorſtianarum in Valerium Maximum recte accepi. Placent plurimum, quae obſervat Vir doctiſſimus. Id praecipuè, quod docet, non omnia à Pighio ceteriſque in melius eſſe mutata. Si ſciviſſem ante inſtitutum ejus, potuiſſem ad id fors conferre aliqua. Nunc ob temporis anguſtias & occupationes plurimas en pagellam: ex qua judicabit, ipſe, an à me accedere ſtudiis ipſius quid potuerit. Scripſi ei ſemel, iterum, & noviſſime per Dn. Joh. Mooth, Regis Daniae Secretarium; ſed reſponſi nihil tuli &c. Nugas quas huc uſque publicavi, an admittant Viri docti inter ſeria & erudita ſua opera, ſcire cupio. Nunc totus ſum in illuſtranda gente Lapponica, de qua dicam hactenus dicta vel cogitata nemini. Sed claudo, ne ſim gravis tibi nugis meis. Vale, clariſſimoſque viros, Dn. Fratrem tuum & Vorſtium officioſe ex me ſaluta.

Hactenus Vorſtius; niſi quod Valerii vitam a Mitallerio conſcriptam additam vides.

DE VALERIO MAXIMO TESTIMONIA ET JUDICIA.

Joſ. Scaliger ad Euſebium n. 1841.

Equidem multa notavi apud Valerium Maximum non bene Latina; multa inepte affectata, optimum alioqui & utiliſſimum ſcriptorem, quem exſtare plurimum Reip. Literariae refert.

Joh. Ger. Voſſius de Analogia Lib. I. cap. 22.

V*alerius Maximus non adeo verborum eſt curioſus, quae interdum accipit a vulgo.*

Aug. Buchnerus ad Got. Olearium parte 1. Epiſt. 76.

De Valerio Maximo ita ſentio, eſſe multo utiliſſimum, & valde neceſſarium ſcriptorem, ſed eum viris magis & quibus jam confirmata Styli integritas eſt, quam adoleſcentulis convenire, qui nondum tenent dicendi regulam, & deteriora citius, quam ſana & recta imitantur. Eſt quidem nihil aeque ſalubre ac frugiferum, quam omnis generis exempla, quibus vitam informes nota habere & obſervata, & iſto nomine egregie de omni aetate meritus Valerius eſt: refertque plurimum eum exſtare; ſed dictionem quod attinet, fatendum equidem eſt, neque terſe eum ubique ſatis, ſed affectate ſaepe & putide loqui, quodque Horatius, ait, *nubes & inania captare.*

Dan. Heinſius in Epiſt. ad Anonymum n. 230. T. 2. p. 453. a Cl. P. Burmanno editarum.

Aliquamdiu autem iis abſtinendum, quos declamatoriae argutiae commendant, & qui quam longiſſime ab ea puritate abſunt. Inter quos Valerium, ſcriptorem alias eximium, fuiſſe & ego judicavi ſemper, nec tu, puto, negas, quaeque alii in eo culpent recte annotaſti.

Janus Rutgerſius Lib. VI. Var. Lect. c. 16.

Legebam his diebus Valerium Maximum. Non eſt mihi umquam verius dixiſſe viſus Joſephus Scaliger, quam quum eum ineptum verborum & ſententiarum affectatorem appellavit. Nec ignoro illum a quibuſdam tanti fieri, ut ejus dicendi rationem unicam eloquentiae normam putent; ego tamen aliter ſentire non poſſum, quoties ineptias illas, & vere putidas verborum quiſquilias memini, ut cum theatrum *urbana caſtra* vocat. *Proximus militaribus inſtitutis*, inquit, *ad urbana caſtra, id eſt theatra, gradus faciendus eſt.* & Lib. III. Capite octavo, Socratis autem *virilitatis robore palliatus animus.* & de cane L. Paulli non aliter quam ſi de exceſſu D. Auguſti loqueretur, *Deceſſerat autem catellus, quem puella in deliciis habebat, nomine Perſa.* & Lib. IV. cap. 6. ſi antiquis libris fides habenda eſt. Sunt *& alienigeni amoris cineres uſti obſcuritate ignorantiae, non obruti.* & mille talia, quorum taedio, pene dixerim, enecatus ſum. Sed ducebar rurſus tot illuſtrium exemplorum varietate, in quibus etſi nihil eſt, quod non apud alios quoque reperiatur, tamen vel ſic juvabat velut ſub uno faſce comprehenſa intueri, quae hic illic ſparſa non niſi laborioſe conquirerentur.

Dan. Georg. Morhofius Lib. IV. Polyph. c. 12. Sect. 6.

Sub eodem Imperatore Tiberio vixit Valerius Maximus, paulo tamen, ut obſervat Voſſius, poſt Vellejum, quippe qui Sejano turpiter adhuc adulatur, quem contra Valerius jam interemptum vehementer exagitet. Dictio, tamen ejus tam aſpera horridaque eſt, ut jam olim Eraſmus in Ciceroniano, Afro magis ſimilem eſſe, quam Italo eum auctorem judicarit, nec magis Ciceroni ſimilem, quam homini mulus. Hinc in varias opiniones itum a viris doctis.

Ple-

Plerique non integrum Valerium, ſed ejus Epitomen tantum ſupereſſe volunt. quod tamen non uſque adeo certum. Reliquit EXEMPLORUM, *ſeu* DICTORUM FACTORUMQUE MEMORABILIUM Lib. IX. *In exemplaribus ſcriptis hujus auctoris tantam eſſe varietatem notat Barthius Adverſ.* Lib. XIX. cap. 15. *ut componere nova veteribus adorſus vix ſcias quorſum vertere ſententiam velis. Idem Barthius* Lib. I. cap. 10. *Valerium Maximum minime ex genio ſeculi locutum, Vitruvio leviorem invidiam facere poſſe ait. Adeoque quin ipſiusmet Valerii laboris, quem habemus, hodieque ſuperſit, non dubitat. Confer. Lud. Vives de Diſcipl. p.* 521.

Fragmenta duo ex Adverſariis Caſp. Barthii ineditis, quae a Chriſt. Daumio quondam cum Cl. Antonio Perizonio fuerunt communicata.

Valerii Maximi Selecta Memorabilium Dictorum Factorumque quanto cum fructu legantur neminem latet. Eadem aeſtimatio illi in Romana antiquitate fuit, utpote cujus teſtimonio utantur Philologi, non poſtremi omnium priſcorum, ſed cum primis cenſendi. Agellius Lib. XII. c. 7. Plutarchus in extrema pagina vitae Bruti, & non nemo ſi ſatis memini aliorum. In medio vero aevo tanta fuit ejus auctoritas, ut integras narrationum tabulas multis dederit tranſcriptoribus. Quorum auctorum nonnulli adeo de eo ſecuri fuerunt, ut nominis etiam potuerint oblivisci. Fulbertus Carnotenſis, qui Epiſt. *96.* Valerium Rufum vocat. Sermonem ejus inceſſunt aliqui. Nobis ſane militarior & caſtrenſior, quam civilior & urbanior videtur, tamen talis ut ad hoc ſcriptionis genus commodiorem putem ſoluto aliquo, & lumbos ad alienum arbitrium trahente. Qui Vitruvium Pliniumque ſeniorem legerit, partem etiam Velleji Paterculi, nullo temporum praejudicio ad Valerii damnationem veniet. Quaeſivit in rebus ſeriis orationem gravem, ſtrictam, ardentem, plenam cenſuris & laudibus. in contrariis narrationibus properantem & vehementem, quo genere hiſtoriolae tales apte, fortiter, efficaciter & profunde animis praeſertim magnatum imprimuntur. quod ergo in eo vituperant illi, nos cum primis laudamus, & judicium naturae junctum agnoſcimus.

Idem.

Valerius Maximus utiliſſimus auctor eſt, & Romanis rebus florentibus haud ignobilis, utpote quem laudent magni Philologi, etſi prior poſteriore longo intervallo poſterior Plutarchus & Agellius. Rectiſſime de eo cenſet ad Euſebium Scaliger plurimum intereſſe Reip. Literariae eum exſtare ad noſtra tempora. Ut minimum enim Dictorum Factorumque memorabiles hiſtoriolas centum & triginta in eo ſupereſſe aliquando notavi, quorum damnum amiſſo hoc auctore ex nullo alio reparari poſſit. Barbaris temporibus tritiſſimus fuit ob varietatem narrationum: quo genere delectati maxime fuerunt Patres illi Scholaſtici. Habuit illorum ſeculorum uno amatorem inſignem Danicae Hiſtoriae conditorem Saxonem Grammaticum, ſic ſatis Lati-

 ni-

nitatis ſcribendae capacem auctorem, & poëtam omnino ſupra captum aetatis ſuae. Eſt autem magna accuratio Valerii in multis; ut multa melius narrat ipſis auctoribus, unde ſumit, additis plerumque, praeclaris monitis. Librorum ipſorum notabilis eſt etiam aequalitas, paucis enim pagellis alius alium excedit. Quatuor primi eadem conſtant menſura. Quintus paulum prolixior. Sextus conſonat quatuor primis. Septimus brevior eſt his omnibus, nimirum ut ejus defectu prolixitas quinti in ordinem ceterorum veniat. Octavus & nonus tenuiſſimo modo longiores ſunt primis. Quo pacto licet, etiam multos alios Romanos Graecoſque Scriptores metiri. Pauci enim non obſervarunt talem aliquam aequalitatem.

In Margine notata erant haec.

Equidem vix crediderim Valerium in animo habuiſſe hanc aequalitatem Librorum. Facilius perſuadeor, qui nunc eſt Valerius, Epitomam eſſe a Julio Paride compilatam, atque adeo ex ejus cerebro proveniſſe has librorum ſectiones.

Janus Broukhuſius ad Tib. Lib. I. Eleg. 3. v. 20.

Admodum ſerio ſuper Tiberio Graccho res novas parante ac pedem graviter offendente nugatur Valerius Maximus Lib. I. cap. 4.

1 VALERII MAXIMI
2 FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM LIBRI IX.
AD TIBERIUM CAESAREM AUGUSTUM.
PRAEFATIO.

3 *URBIS Romae, exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna, quae apud alios latius diffuſa ſunt, quam ut breviter cognoſci poſſint,* 4 *ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui: ut documenta ſumere volentibus longae inquiſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta* com-

1 *VAlerii Maximi*] Cod. Med. qui quondam Poggii fuerat, tribuit Valerio noſtro praenomen *Publii*, contra vero *Marcum* ipſum appellat Leidenſis primus, ceteri omnes praenomen prorſus omittunt. Quod autem Lud. Carrion L. 1. Emend. C. 7. ait apparere *Valerium* noſtrum eſſe ex Gente M. Valerii M. Fil. Voluſi Nep. qui cum Sp. Virginio Anno u. c. CCXCVII. Conſul fuit, id neſcio an omnes pro certo ſint habituri. Video auctorem incertum Vitae ipſius tradere, *ex gente patricia ipſum fuiſſe, & paternum genus a Valeria, maternum a Fabia gente duxiſſe*: quod ſi verum eſt, miror ſane, quum toties utriuſque gentis mentio apud noſtrum auctorem occurrat, illum nuſquam ſuae tam antiquae proſapiae, & cum tot laudatiſſimis viris cognationis, vel captata occaſione, feciſſe mentionem, praeſertim cum de ſe ipſo dicere non neglexerit, ut liquet L. IV. C. 7. Ext. 2. Ex quo loco videmus quidem ipſum amicitia Sex. Pompeji honoratum, & ad laetiorem ſtatum fuiſſe provectum, nequaquam tamen ut affirmare poſſimus è Patricia Valeriorum gente ipſum fuiſſe. Quod tamen *Maximus* cognominatur, id nonnihil ſcrupuli in animo meo relinquit.

2. *Factorum Dictorumque*] Placuit eruditis viris EXEMPLORUM MEMORABILIUM titulo hoc Valerii opus inſignire; ductis haud dubie veterum codicum ſuorum auctoritate. Ego vero cum & capitum diſtinctiones inſcriptioneſque & titulum quoque hujus libri mirifice pro ſolo Grammaticorum captu & arbitrio variatum ſatis compertum habeam, nullum potius vindicandum duxi, quam illum, quem Agellius, antiquiſſimus ſcriptor citat lib. XII. cap. 7. *Scripta haec hiſtoria eſt in libro Valerii Maximi Factorum & Dictorum memorabilium.* quam ἐπιγραφὴν ipſe adeo Valerius noſter agnoſcit iſtis verbis: *Populi Romani exterarumque gentium Facta ſimul ac Dicta memoratu digna.* Memoratu digna, ſunt memorabilia, ἀξιομνημόνευτα. Gloſſarium vetus Ἀξιομνημόνευτος *Commemorabilis, Memorabilis.* Simili titulo uſus olim Verrius Flaccus, nimirum *Rerum memoria dignarum.* Ceterum quod viri doctiſſimi putant *Memoralia* & *Memorabilia* nihil differre mihi fidem nondum faciunt. Recte Cujacius *Memorialium* ſeu, ut mihi placet, *Memoralium* librum Maſſurii Sabini, qui citatur L. CXLIV. D. de verb. ſignif. complecti ait ὑπομνημονεύματα ſeu commemorationes varias antiquitatum. Arnobius lib. IV. *Ridetis temporibus priſcis* Per-

complectendi cupido inceſſit. Quis enim omnis aevi geſta [5] *modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domeſticae peregrinaeque hiſtoriae ſeriem,* [6] *felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel* [7] *attentiore cura, vel praeſtantiore facundia, traditurum ſe ſperaverit? Te igitur huic coepto, penes quem hominum deorum-*

Perſas fluvios coluiſſe, memoralia ut indicant ſcripta. Hæc & *memoriæ* dictæ, apud Agellium & alios. Minutius in Octaviano: *Memoriæ & Tragoediae veſtrae inceſtis gloriantur.* Memoralia itaque ſcripta nihil aliud ſunt quam commentaria antiquitatum, ſive antiquitates, quas Varro indigitavit. Unde liquet Memoralia & Memorabilia ita differre ut ὑπομνημονεύματα & ἀξιομνημονεύματα. Hieronymum illum Rhodium ὑπομνημονευμάτων libros ſcripſiſſe teſtatur Laërtius. COLERUS. Inſcriptionem libri primi Steph. Winandus Pighius fecit ſic, *Valerii Maximi exemplorum memorabilium Liber primus.* Verum ipſa prima verba Auctoris oſtendunt, inſcriptionem faciendam potius ſic eſſe, *Valerii Max. factorum dictorumque memorabilium liber.* Verba Auctoris ſunt, *Urbis Romae exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna.* Sed & Gellius XII. 7. in eam ſententiam haec habet: *Scripta haec hiſtoria eſt in libro Valerii Max. factorum & dictorum memorabilium.* Bibliothecae quoque Electoralis Brandenburgicae codicum unus huc facit. habet enim, *Valerii Max. factorum & dictorum memorabilium liber primus incipit.* VORSTIUS. Recte hanc inſcriptionem vindicarunt Colerus & Vorſtius, in qua conſpirant omnes MSS. praeter eos, qui ſimpliciter exhibent, *Valerii Maximi Liber Primus incipit.* certè quam dedit nobis Pighius, nuſquam comparet. Codex Copeſ. praeterea addit *domeſticarum exterarumque gentium.*

3. *Urbis Romae exterarumque gentium*] Liber manuſcriptus, quem nobis praeſtitit D. Jacobus Suſius, vir omnifaria eruditione ac virtute conſpicuus, ita exorditur praefationem: *Populi Romani exterarumque gentium facta.* Quae quidem lectio placet. Proprie namque magis dicimus, facta populi Romani quam urbis Romae. Sic Livius hiſtoriae ſuae exordio ait, *Si res populi Romani perſcripſero*, non, *Si res urbis Romae perſcripſero.* Et Salluſtius in prooemio de conjur. Catilinae. *Statui res geſtas pop. Rom. perſcribere*, non, *urbis Romae.* PIGHIUS. *Urbis Romae exterarumque gentium facta.* Haec omnino vera lectio eſt verborum Valerii, quae omnium prima ſunt. Pighius cum in uno quodam cod. reperiſſet, *Populi Rom. exterarumque gentium facta*, audacter illud *Urbis Romae* expunxit, & ſubſtituit *Populi Romani*: quod & in omnibus poſt Pighium curatis editionibus apparet. Verum non dubium eſt, quin Valerius ſic, ut dixi, ſcripſerit. Primo enim omnes antiquiores typis expreſſi codices ita habent. Deinde plerique omnes codices MSS. inque his uterque codex Bibliothecae Brandenb. eandem lectionem confirmant. Quod unus cod. Suſii aliter haberet, non tot aliorum codd. fides revocanda in dubium erat. Nec ſequitur, quia Livius & alii ſcribunt, *Populi Rom. res geſtae*, ideo & noſtrum ſic ſcripſiſſe. Imo nec novum eſt continens pro contento poni ab Auctoribus. Reputaſſet ſaltem Pighius, quam ſolenne ſit ipſi noſtro *Urbem Romanam* pro populo Rom. ponere. Ut initio lib. II. *Tam noſtrae Urbis, quam ceterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis.* Et II. 7, 6. *Noſtra Urbs omni genere mirificorum exempl. orbem terr. repl.* Et IV. 7. ext. I. *Romanae Urbis candor.* Et IV. 8, 4. *Urbis noſtrae imperium.* Et V. 3. 2. *Vindictam ingrati animi Urbs Roma ſenſit.* Quis igitur amplius dubitet, initio quoque operis Valerium ſic ſcribere voluiſſe? VORST. *Urbis Romae* habent etiam omnes MSS. noſtri, ſi unum excipias Dionyſianum Remenſem, qui habet, *Populi Romani*, ſed prius etiam Gudio probatum fuiſſe, inde colligo, quod praeter exempla allata adſcripſerat margini libri ſui. Vide L. I. C. 8. 2. L. II. 2. 2. L. VII. 6. init. *tum urbem noſtram, tum etiam exteras gentes.*

4. *Ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui*] In his Notis, Vir amice Pighi, ſcire te & alios volo quibus auxiliis ſim uſus. Ab ingenio noſtro pleraque eſſe fateor: quod tamen ſaepe in viam veri duxerunt libri. Ii mihi bini manuſcripti: quos Ultrajecto benigne curarunt Viri Clariſſimi Lambertus & Hadrianus Vanderburchii, eximium par fratrum, docti ipſi & in doctos valde proni. Praeterea veteres editiones inſpeximus: quas hic & in aliis ſcriptorib. nihilo deteriores invenimus manuſcriptis. Tu aliique è reipſa judicabitis,

Opera nobis haec inanis, an in uſum impenſa ſit.

Ad illam enim ego tranſeo. Diſplicet geminatio, *Electa deligere.* Scribam omiſſo verbo altero, *Ab illuſtribus auctorib. deligere.* LIPSIUS. *Ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui,*

Non

rumque conſenſus, maris ac terrae regimen eſſe voluit certiſſima ſalus patriae, [8] *Caeſar, invoco:* [9] *cujus coeleſti providentia virtutes, de quibus dicturus ſum, benigniſſime foventur: vitia ſeveriſſime vindicantur. Nam ſi priſci oratores ab Jove Opt. Max. bene orſi ſunt; ſi* [10] *excellentiſſimi vates à numine aliquo principia traxerunt:* [11] *mea*

Non debuit hunc locum ſollicitare Lipſius (ſcribens *ab illuſtribus auctoribus deligere.*) Impulit in hoc mutandi praecipitium verbum *deligere* non recte intellectum, quod eſt carpendo *detrahere & in compendium redigere.* Sic ſuperioris ſeculi ſcriptores elegerunt materiem ſcribendi; eamque quiſque pro ſe latius diffundendo excoluerunt, quam ut breviter cognoſci poſſit. Valerius *deligit* illam, detrahit, & recidit luxuriantia, excerpit denique ac ſeponit, quod putat fore documento & exemplo. Sic L. III. C. 3. Crepund. GEBHARDUS. Meurſius legit, *digerere.* Et ſane ſic Cicero de Inv. I. 30. *diſcrete & electe digereremus.* PERIZONIUS. Sic conjecit quoque neſcio quis vir Eruditus, cujus aliquot notulae variantibus lectionibus duorum Codd. membranacei, & Chartacei ſunt admixtae, & adſcriptae editioni Duacenſi. Quid? Si legamus, *Ab illuſtribus edita auctoribus?*

5. *Modico voluminum numero*] Satis Latine. Voſſius I. 33. de Vit. L. S. ſcribit, *modicum* pro puſillo & exiguo aetate demum Domitiani & Trajani dici coeptum. Verum apparet & noſtrum, qui ſane ſub Tiberio vixit, ita ſcripſiſſe. Imo ipſe Cicero & Livius ita uſurpant. Ut v. 16. ad fam. *adhibere aliquam modicam conſolat.* Livius xxv. 22. *modico ibi praeſidio relicto.* Ceterum ex verbis Valerii & hoc apparet, unius libri plura poſſe eſſe *volumina.* Sic & Nepos *epiſtolar. Cic. ad Att. volumina ſexdecim* numerat. Dicuntur autem *volumina*, quod epiſtolae, aliave, deſcripta circum lignum involverentur. Vide Manut. ad III. 7. Epp. ad fam. VORST. Eadem fere habet de Latinit. merito ſuſpecta, Cap. 2. Ego tamen pro *Puſillo modicum* optimos ſcriptores dixiſſe non putem, ſed de eo, quod inter magnum & exiguum eſt interjectum. Ita hic *modico voluminum numero* ſignificat, non admodum magno. Neque enim *hominem modicae ſtaturae* dixeris, qui eſt *puſillae.*

6. *Felici ſuperiorum ſtilo*] Magna varietas lectionis in libris manuſcriptis, quos liberalitati ſingulari nobiliſſimi Bongarſii Oratoris Regii acceptos refero. Unus Petri Danielis V. C. nomen praeſcriptum habebat, quo vetuſtiorem alium aut meliorem nullum vidi. In eo legebam: *Felici ſuperiori ſtilo.* In altero Bongarſii: *Felicis ſeculi ſtilo.* Quid dicam? Vulgata lectio omnino reſipit ſuperiorum illorum correctorum infelicem ſtilum. Vera, ni fallor, ſcriptura *Felicis ſeculi ſtilo.* Quintilianus dialogo de Oratorib. *Ceterum felix illud & ut more noſtro loquar, aureum ſeculum.* Sed aeſtiment docti. COLER. *Felici ſuperiorum ſtilo.* Quod Colerus teſtatur in MS. P. Danielis eſſe, *felici ſuperiori ſtilo*, idem illud occurrit mihi in Leidenſibus ſeptem, utroque Ultrajectino, Mediceo primo, & primo etiam Vaticano. *Felicis ſeculi* invenio in primis Pariſ. & Heinſiano. Parum abeſt, quin credam auctorem ſcripſiſſe *Felici ſeculi ſuperioris ſtilo conditam.* ſic L. II. 9, 4. *ipſae medius fidius literae ſeculi noſtri obſtupeſcere mihi videntur.* & L. IX. I. 3. & 6. quae loca cum adſcripſerit Gudius, credibile eſt, etiam illum doctiſſimum virum vocem *Seculi* hic adſpernandam non judicaſſe. Si tamen in hac MSS. varietate placet nihil mutari, *τὸ ſuperiorum* dixerit, ut L. II. I. 10. *Ad tibias egregia ſuperiorum geſta carmine comprehenſa pangebant.* Quem locum Cl. Perizonius adſcripſerat. Quo ſenſu dixerunt *ſuperior Dionyſius, ſuperior Cyrus, ſuperior Africanus.*

7. *Attentiore*] Multi MSS. habent *attentiori*, qua forma in hoc caſu ſaepe adjectiva comparativi gradus ſcripta reperi, quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.

8. *Caeſar invoco*] Cod. unus, *Caeſar Tiberi invoco.*

9. *Cujus coeleſti providentia virtutes*] Non erat quod Tiberium adeo laudaret. Sane Seneca III. 26. de Benef. teſtatur, *ſub Tiberio accuſandi frequentem & pene publicam rabiem fuiſſe: nihil fuiſſe tutum: omnem ſaeviendi placuiſſe occaſionem.* In quam ſententiam multa quoque Suetonius habet. VORST.

10. *Excellentiſſimi vates*] Sic plane etiam Livius in Praefatione. PERIZON.

11. *Mea parvitas*] Utitur vocabulo Tullius de univerſitate, ſed in ſignificatione quantitatis. *Quae cerni non poſſent propter parvitatem.* Valerius autem pro vilitate ſeu humilitate ponit; Qua in ſignificatione ejus primitivo *parvus*, ſæpe veteres ſunt uſi. Huic contraria vox eſt *granditas* Tull. uſurpata in Bruto pro Demoſthenica σεμνότητι, id eſt, gravitate verborum. PIGHIUS. Servilis ſermo & cellarius. Ego ſane

 par-

[11] *mea parvitas eo juſtius ad favorem tuum decurrerit*, [12] *quo cetera divinitas opinione colligitur*, *tua* [13] *praeſenti fide* [14] *paterno avitoque ſideri par videtur: quorum eximio fulgore* [15] *multum caerimoniis noſtris inclytae claritatis acceſſit.*

Deos

parvitatem eam ablegem è Valerio, ſcribamque expunctis duabus vocibus: *ego juſtius a. f. t. decurrero.* LIPSIUS. Ea parvitas licet barbara Lipſio videatur, tamen contra tot veterum librorum fidem haud ſuſtulerim. Intelligit Valerius μεταφορικῶς paupertinum ingenium ſuum. ſicut *parvum ingenium* apud Plinium, neſcio qua epiſtola. Nam *parvus* etiam pauper ſive egens dicitur. Philargyrius ad illud Virgilii ——— *tibi Delia parvus. vel puer vel pauper*, ut Horatius: *parvi properemus & ampli*, *id eſt*, *divites.* Scripſi etiam *decucurrerit*, quia nunquam aliter ejuſmodi praeterita ſcripta reperi in lib. Dan. COLER. *Mea parvitas ad favorem tuum decurrerit.* Putat Lipſius, ſermonem hunc cellam, ut ipſe loquitur, olere; & legendum eſſe, *Ego ad favorem tuum decurrero.* Vide Elect. II. 11. & Notas ejus in Valer. Verum non eſt credibile, tantam hic mutationem feciſſe librarios, ut pro *ego* ſubſtituerent *mea parvitas.* Quod ipſum modum loquendi ſervilem & cellarium dixit Lipſius, factum, credo, inde, quod ſciret poſteriore aevo dici coeptum fuiſſe, *Magnificentia mea*, *Pietas noſtra*, *Clementia veſtra*, *Sublimitas veſtra:* qualia in epp, Symmachi, Codice Juſtinianeo, aliiſque ejus aevi ſcriptis paſſim viſuntur. Verum Valerii illud ab his, quae modo recenſuimus, non parum diſcrepat. Cum enim haec ad ipſius illius qui ſcriberet, vel ad ejus ad quem ſcriberetur, laudes pertineant, Valerii illud non ad laudem, ſed ad extenuationem, & quidem ſui ipſius, pertinet, qualia in aliorum quoque antiquiorum ſcriptis reperiri poſſe nihil dubito. Sane Vellejus Paterc. qui noſtri aequalis fuit, lib. II. c. III. itidem extenuandi ſui cauſa ſcribit. *Habuit in hoc quoque bello mediocritas noſtra ſpecioſi miniſtri locum.* Et II, 104. *Spectator & pro captu mediocritatis meae adjutor fui.* Quod Vellejus dicit *mediocritas mea* aut *noſtra*, pro eo Valerius dicit *parvitas mea.* Quod autem ad ipſam vocem *parvitas* attinet, ea quoque ſatis eſt Latina: habet eam ipſe Cicero in fragm. de Univerſo. VORST. Hoc probum aliquem Epitomatorem Theodoſiani aevi ſapit. ſimiliter enim Porphyrius in Epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem, quae inter Epigrammata a Pithoeo edita exſtat p. 247. *quamvis avara atque ultra meritum cupida parvitatis meae vota infatigabilis clementiae tuae dignatione ſuperata*, &c. ibid. paulo poſt, *ingenii mei parvitas.* tale eſt verbum *largitudo*, quo Cornel. Nepos uſus eſt. Verba ſunt Cariſii. *Largitudo nuſquam invenitur, niſi apud Nepotem.* idem Publius Optatianus Porphyrius, in eadem Epiſtola Conſtantini Panegyrico praemiſſa, ſtatim eadem voce adhuc ſemel utitur. *Pejus mihi ſincerae devotionis ſtudium*, *quam ingenii mei parvitas praeſtitit.* GUDIUS. Sic *Magnitudo ſua* Vell. L. II. 120. *Mea tenuitas* Gell. L. XII. 1. extr. Ovid. ex Ponto L. IV. 15. 13. *Inter opes & me rem parvam pone paternas Pars ego ſim cenſus quantulacumque tui.* vide Munker. ad Antonin. Lib. p. 139. & in append. Lipſ. infra in Ext. Ex. 2. PERIZON. Sic *Magnitudo principum* & *minuta plebs* opponuntur apud Phaed. IV. 5. vide Cellar. Cur. poſt. p. 254. *Decurrerit*, aliquot MSS. *decucurrerit.*

12. *Quod cetera divinitas*] Miror Colerum voculam *quod* expunctam velle, quod à cod. Dan. ea abeſſet. Non poteſt illa hinc abeſſe; praeſertim quod *eo* antecedit. Ceterum pro *quod* antiquiores typis expreſſi, Aldi, Chalcocondylae & Martini Herbip. habent *quo*: quomodo in utroque etiam cod. MS. Bibliothecae Electoralis Brand. ſcriptum reperio. Nec novum ſane eſt *quo* pro *quod* poni. Porro *cetera divinitas* eſt divinitas Jovis, Martis, Mercurii, & id genus aliorum. VORST. *Quo* MS. Copeſianus cum iis, quos Vorſtius vidit & antiquis Edd. Recte forſan. Sed exponendum per ellipſin *&* *magis*, praeceſſit enim *eo juſtius.* Et jam ſequitur *quo* ſcil. *magis.* Sic Auctor ad Herenn. 4. 9. *eo quidem minus iſti facile conarentur*, *quo illi*, *quemadmodum deſciſſent*, *videbant.* intellige *magis.* Sic plane Liv. *eo majore gaudio*, *quo prope metum res fuerat.* L. I. C. 25. ubi vide omnino Gronovium. porro ſic Ovidius de Jove & Auguſto L. IV. Triſt. El. 4. ℣. 20. *Quorum hic aſpicitur*, *creditur ille Deus.* PERIZONIUS. *Quo* recepi in contextum, quoniam nitebatur auctoritate codicum plus quam triginta MSS. tum etiam vetuſtiſſimis editt. quas conſului Venet. 1478. 1485. & Mediolan. 1508. tum etiam omnium prima Moguntina.

13. *Praeſenti fide*] Sic lib. IX. cap. II. Tiberium adulans: *Arae*, *pulvinaria*, *templa praeſenti*

Deos enim reliquos accepimus, Caeſares[16] *dedimus. Et quoniam initium à cultu deorum petere in animo eſt, de conditione ejus ſummatim diſſeram.*

ſenti numine vallata ſunt. Horatius. *Praeſenti tibi maturos largimur honores.* Florus lib. IV. de Auguſto: *Ut ſcilicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* Plautus apud Servium Danielis: *Vinum precemur: namque hic Deus praeſens adeſt.* COLER. *Praeſenti fide.* Vult Tiberium Neronem Romanos Deum praeſentem habere; qui quidem patri Octavio, avoque Julio divinitate par ſit. VORST.

14. *Paterno avitoque ſyderi*] Julium & Auguſtum intelligit, nam ambo conſecrati poſt mortem, ut auctores ſunt Suetonius, Plutarchus, Dio, Plinius, & alii. Qui item ſtellae crinitae in conſecratione Julii Caeſaris viſae meminerunt:

Ecce Dionei proceſſit Caeſaris aſtrum. Virg.
Micat inter omnes
Julium ſydus, velut inter igneis
Luna minores. Horat. PIGH.

Et ita Imperatores per Apotheoſin ipſorum credebantur *in ſidera nova tranſire*, ut pluribus locis docet Celeberrimus Petr. Burmannus, nunquam ſine honoris praefatione mihi nominandus, ad Valer. Flaccum L. I. Argon. 16. noſter L. II. I. 10. *Inde inquam Coeli clariſſima pars Divi fulſerunt Caeſares.*

15. *Multum caeremoniis noſtris inclyta claritatis acceſſit*] Quemadmodum faſtos correxerint Julius & Auguſtus pontifices maximi; Et quae ſacra caeremoniaſve, vel novas introduxerint, vel vetuſtate abolitas in uſum revocarint: quaſque item aedes ſacras, ac templa reſtaurarint, vel novas fecerint, latius intelliges ex Dione, Suetonio, Plutarcho, Ovidii Faſtis, & aliis. PIGH. *Caerimoniis noſtris.* Voce *caerimoniae* univerſa religio cultuſque divinus τ̃ ἔξω ſignificatur. Nepos Themiſt. *In ſacrarium quod ſumma celebrabatur caerimonia conjecit ſe.* Suetonius in Caeſ. quas *caerimonias publicas* dicit, mox & *ſacra* vocat. Noſter quoque infra I, I, 2. quae *ſacra Martis* dixerat, mox *caerimonias Martis* appellat. VORST. Errat Pighius referens hoc ad *faſtos correctos & caerimonias vel reſtitutas vel novas a Julio & Auguſto introductas, aedes etiam ſacras ac templa ab iis inſtaurata.* Nam procul dubio reſpicit auctor ad *Claritatem ſacris additam, eximio fulgore, novorum ſiderum, Julii* nimirum & *Auguſti* & *Sacrorum*, quae in ipſorum honorem ſunt inſtituta, ut ſignificet, reliqua ſacra Romana ab horum novorum Deorum ſacris novum ſplendorem velut accepiſſe. Unde apparet male in aliquot MSS. legi, *inclytae alacritatis.*

16. *Dedimus*] L. I. 7. 2. *ut aliud coelo decus daretur, aliud promitteretur.* GUDIUS.

VALERII MAXIMI FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

DE RELIGIONE.

OBSERVATA.

1. *A populo Rom.*
2. *L. Metello pont. max.*
3. *Ti. Gracche & Coſſ.*
4. *Sacerdotum collegiis.*
5. *Q. Fabio dict. & C. Flaminio mag. eq.*
6. *P. Craſſo pont. max.*
7. *Aemiliae Veſtalis diſcipula.*
8. *M. Marcello V. Cos.*
9. *L. Furio Bibaculo praetore.*
10. *L. Alvanio.*
11. *C. Fabio Dorſone.*
12. *Q. Petilio Spurino praet.*
13. *L. Tarquinio rege.*
14. *M. Atilio Regulo.*
15. *Senatu Romano.*

NEGLECTA.

16. *A C. Terentio Varrone.*
17. *Ap. Caeco & gente Potitia.*
18. *Milite Romano & Brenno Gallo.*
19. *P. Turullio praefecto claſſis.*
20. *Q. Fulvio Flacco cenſ.*
21. *Q. Pleminio legato propr.*

EXTERNA EXEMPLA OBSERVATAE VEL NEGLECTAE RELIGIONIS.

1. *Pyrrhus Epirotarum rex.*
2. *Maſiniſſa Numidarum.*
3. *Dionyſius major Siculorum.*
4. *Timaſitheus Liparitanorum princeps.*
5. *Alexandri regis milites.*
6. *Perſae.*
7. *Athenienſes.*
8. *Diomedon Athenienſium dux.*

DE

DE RELIGIONE OBSERVATA.

Majores noſtri ſtatas ſolenneſque caerimonias, Pontificum ſcien- 1. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 9.
tia; [2] bene gerendarum rerum auctoritates, augurum obſerva-
tione; Apollinis praedictiones, vatum libris; [3] portentorum
[4] depulſiones, [5] Etruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco
etiam inſtituto rebus divinis opera datur, [6] cum aliquid com-
men-

1. *Majores noſtri ſtatas ſolenneſque caeremonias*] Exorditur à primis cæremoniarum Romanarum fundamentis; quem locum haud dubio Valerius ex Ciceronis oratione de Aruſpicum reſponſis eſt mutuatus. Itaque cum varia & obſcura ejus lectio reperiatur in exemplaribus, vulgari illa rejecta, quae *ſtatas ſolemneſque cæremonias pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſervatione, Apollinis praedictione, vatum libris, portentorum depulſis, Etruſca diſciplina explicari* dicit. probare hanc malim, quae Ciceronis ſententiae & verbis quam maxime convenit, & & quemadmodum ipſe Cicero quaternis ſententiam clauſulis finit. Age nunc utriuſque auctoris verba per dictas clauſulas ſingulatim conferamus, ut vero ſenſu in lucem producto, ex altero (quantum fieri poterit) alter corrigatur. Valerius quidem ſic habet, *Majores noſtri ſtatas ſolemneſque caeremonias pontificum ſcientia bene, gerendarum rerum auctoritates, augurum obſervatione*, ſupple (ut poſtremo adjicit) *explicari voluerunt.* Sebaſtianus Corradus, *auctoritatem* legit, ſed placet pluralis ille numerus in aliis item clauſulis ab utroque auctore obſervatus. Eodem fere modo has primas exprimit Cicero, ubi ſe primum habere dicit auctores ac magiſtros religionum colendarum majores ſuos. *Qui ſtatas* (inquit) *ſolemneſque caeremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio*, ſupple (ut poſtea addit) *contineri putarunt.* Sed haec de prioribus clauſulis: jam ſequentes duas conferamus. Ciceronis verba ſic continuantur, *Fatorum veteres praedictiones Apollinis, vatum libris: portentorum explanationes, Etruſcorum diſciplina contineri putarunt.* Quae eadem brevius hoc modo refert Valer. *Apollinis praedictiones, vatum libris, portentorum depulſa, Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* Depulſa, procurationes appellat; mala enim quae portentis deſignabantur, ſacrificiis, precibus, ac ſuppliciis per aruſpicinam (quae Etruſcorum diſciplina eſt) ordinatis procurabantur, depellebanturque. Quod vocabulum me ſollicitat uti ſentiam, in Cicerone potius (expiationes) quam (explanationes) legendum eſſe; licet de divinatione libro primo utrumque aruſpicum diſciplina doceri velit, monſtrorum quippe interpretationes, & procurationes. PIGH. *Majores noſtri ſtatas.* Operae pretium eſt conferre cum his verba Ciceronis, quae ſunt in Orat. de Ar. reſp. *Ego vero primum habeo auctores ac magiſtros religionum colendarum majores noſtros; qui ſtatas ſolenneſque caerimonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates augurio: fatorum veteres praedictiones Apollinis, vatum libris: portentorum explanationes* (ſ. expiationes) *Etruſcorum diſciplina contineri putarunt.* Sane Ciceronis iſta imitatus videtur noſter. Et niſi collata cum his verba noſtri fuiſſent, ne commodus quidem ex iis ſenſus elici potuiſſet. adeo detorta, maleque interſtincta, in antiquioribus typis expreſſis, imo & in codicibus MSS. erant. VORSTIUS. Vocabulum *noſtri* abeſt ab octo noſtris MSS. Leidenſibus, & ceteris omnibus Gudianis, niſi quod in cod. Barber. adſcriptum fuit loco gloſſematis. ut etiam ob Ultrajectinis & Copeſiano: de Lipſienſibus, & Duacenſibus adfirmare nihil poſſum, quoniam ſatis apparet, potiſſima duntaxat illic eſſe exhibita, ignorant etiam vetuſtiſſimae editiones. Primus, quantum indagare potui, addidit illud Aldus. vellem ſcire an ex MS. addit certè etiam Cic. c. 9. de Aruſp. reſp. ad quem locum ex Nota Fr. Fabricii intelligo etiam non repertum fuiſſe in quatuor ipſius Codicibus. & ſic ſolet noſter L. II. I. 8. *convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idque chariſtia appellaverunt.* L. II. 2. 6. *Sed ut a luxu perditis moribus, ad ſeveriſſima majorum inſtituta transgrediar.* L. II. 8. I. *non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius urbis noſtrae futurum decus majores exiſtimabant.* Sic L. VII. 4. 3. L. II. 2. 4. L. III. 7.

mendandum eſt, precatione: cum expoſcendum, voto: 7 cum ſolvendum, gratulatione: cum inquirendum vel extis vel ſortibus, 8 impetrito: 9 cum ſolenni

7. 6. L. IV. 1. 5. nec aliter Cato in Orig. p. 129. *Mos apud Majores hic epularum fuit.* addit tamen aliquando etiam Valerius, ut L. I. 1. 12. Sed maxime, ubi Romanos opponit exteris, ut L. II. 6. init. *idem ſenſit proxima majorum noſtrorum gravitati Spartana civitas.*

2. *Bene gerendarum rerum*] Tantum non verbis Ciceronis, uti ſolet. Orat. de Haruſp. reſponſ. & L. 1. de Nat. Deorum. De ea diſciplina exactiſſime ſcripſerat Varro in libris antiquitatum ut teſtatur Auguſtinus. Citatur & illud Varronis contra Extiſpices: *Non ſolum otioſos ſed ſordidiſſimos fuiſſe Deos ſi in jecorum & viſcerum ſterquilinio ſua occuluerunt conſilia, hominibus ab inſanis ſacerdotibus manifeſtanda.* Multus Varro in reprehenſione cerimoniarum & Deorum, inde Romanum Cynicum vocat Tertullianus. Apud Nonium aliquoties citatur *Pſeudolo Apolline*, ubi non dubitem legere *Pſeudapolline.* in quo libro puto Menippaea acerbitate arguerat falſimonia oraculorum. Porro Etruſcas diſciplinas Tagetis & Bacchetidis quindecim voluminibus explicaverat etiam Labeo, teſte Fulgentio. COL. *Bene gerendarum rerum Auctoritates.* Monet Pigh. Sebaſtian. Corradum legere *anctoritatem*, quomodo exhibet Cod. Copeſ. cum Med. 2. ſeu Pogghiano, qui ſoli hunc locum recte conſtituunt, dum ceteri omnes conſentiunt in vitioſa illa lectione, *ſtatas ſolemneſque caerimonias pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſervatione, Apollinis prædictione, vatum libris, portentorum depulſis, Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* quam rejecit Pighius, & ante eum jam aldus Manutius, imo & Oliverius, in editione Mediolan. A. 1508. niſi quod hic *praedicationes* habet pro *praedictiones* cum multis aliis MSS. quod tamen hic non probem.

3. *Portentorum depulſiones*] Antiquiores typis expreſſi, & MSS. item codices habent *depulſis.* Ex quo cum nullus commodus ſenſus elici poſſet, ejuſdemque cum praedictis illis verbis Ciceronis collationem faceret Pighius: vidit idem, vocabulum hic non tertii aut ſexti, ſed quarti caſus conſiſtere oportere, & pro *depulſis* ſcripſit *depulſa.* Quod vocabulum in Lexico quoque majore, cui Fori Romani nomen, ex ipſa illa Pighii emendatione inter cetera recenſitum video. Et verum ſane eſt, vocabulum hic requiri quarti caſus. Sed *depulſa* tamen nequaquam illud eſſe poteſt. quippe vocabulum hic amplius non quod paſſionem, ſed quod actionem denotet, requiri manifeſtum eſt. At actionem non *depulſa*, quod formae paſſivae eſt, ſed *depulſiones* ſignificare poteſt. Reſcripſi igitur adaucter *depulſiones.* Quod noſtrum factum ſummo Critico, Jo. Fred. Gronovio, non diſplicere intellexi, etſi enim monuerit, legi quoque poſſe *depulſus* vel *depulſas*, quae & ipſa caſus quarti ſint, formamque habeant activam: *depulſiones* tamen certiſſimae Latinitatis eſſe judicat. Plinius XXVIII. 2. Nat. Hiſt. *depulſoria* vocat. Verba hujus, ut quidem Turnebus XXIII. 11. Adv. legenda docuit, ſic habent: *Alia verba ſunt impetritis, alia depulſoriis, alia commendationibus.* Sunt autem *depulſoria*, quae malorum, quae deſignari portentis videbantur, depellendorum cauſa fiebant, pertinentque huc praecipue ſacrificia. VORST.

4. *Depulſiones*] Nullus MSStorum prae ſe fert; ſed plerique omnes *depulſis* cum vetuſtiſſimis Edd. quare tutius erit monentem J. F. Gronovium ſequi legendo *depulſus*, vel *depulſas*, quod poſterius habet Aldus & Codd. Baſilienſes, monente Matthaeo Klokkio, in Epiſtola inedita ad Lipſ. quae aſſervatur in publica Academiae Leidenſis Bibliotheca. *Depulſus* videtur placuiſſe Cl. Perizonio. Sic enim margini pro conjectura allevit, & alibi addidit quaedam quartae declinationis nomina. ut *diviſui* apud Liv. L. XXXIII. 6. & L. XLV. 30. noſter. L. III. 4. init. & L. III. 8. Ext. 3. *oppoſitu.* Liv. L. XLII. 12. *incultus.* item haec ἀποτρόπαια vocari a Plutarcho p. 91. & ἱερουργίας ἀποτροπαίους p. 176. & ſic in novemdecim Cod. MSS. c. 4. Ex. ult. pro *auſpicato*, ſcribitur *auſpicatu.* Et ſic *vocatu* eſt apud Val. Flac. L. II. 207. ubi plura adduxit Cl. Burmannus.

5. *Etruſca diſciplina*] Cicero Or. de Ar. reſp. *Etruſcorum diſciplinam* vocat: itemque *ab ipſis Diis immortalibus Etruriae datam diſciplinam.* Originem autem ejus diſciplinae idem in II. de Div. tradit. Et. I. de Div. ſcribit: *Etruriam interpretari quid quibuſque oſtendatur monſtris atque portentis.* VORST. Egregie in hanc rem Liv. L. V. C. 15. *prodigia interim multa nunciari; quorum pleraque & quia ſinguli auctores erant, parum credita, ſpretaque, & quia hoſtibus Etruſcis, per quos ea procurarent, Aruſpices non erant.* & ſic idem L. I. C. 56.

lenni ritu peragendum, ſacrificio. Quo etiam [10] oſtentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.

Tantum

56. tradit *Etruſcos Vates ad publica tantum prodigia adhiberi.* Vide Perizon. ad Aelian. L. II. C. 31, & Muret. ad Cic. III. Catil. C. 8. adde Gell. L. IV. C. 5.

6. *Cum aliquid commendandum eſt*] Verbi *commendare* uſus quidam in Lexicis fere neglectus: qui quidem ad res ſacras τ ἔξω pertinet. Derivato inde *commendationis* vocabulo in verbis paulo ante productis utitur Plinius. VORST. Non video, quis hic alius ſit uſus verbi *commendare*, quam qui ſemper, ut ſignificet fidei tutelaeque alicujus aliquid committere, ſervandum cuſtodiendumque tradere. Vide Graev. ad Juſt. L. XXXV. 2. ut & Viros Eruditos ad Phaed. L. I. 17. porro monet ſupra laudatus Matth. Klokkius, in Baſ. Cod. eſſe, *cum aliquem commendandum eſt*, ſeque id valide probare. cujus rei cauſam non perſpicio, niſi ſperaverit, ſe hoc approbaturum Lipſio Antiquitatis ſaepe nimium amanti.

7. *Cum ſolvendum, gratulatione*] In uno cod. Bibliothecae Elect. Brandeb. eſt *exſolvendum.* Neque aliter in uno Baſileenſi, ut Cl. Wetſtenius mihi ſignificavit. *Gratulatio* nihil hic eſt aliud quam gratiarum actio Diis facta. Terentius Heaut. 5, 1. *Deſine Deos uxor gratulando obtundere, tuam eſſe inventam gnatam.* Ennius apud Nonium: *Juppiter tibi ſumme tandem male re geſta gratulor.* Afranius apud eundem: *Quod ſalvus venis; melius eſt: gratulor Diis.* Hominibus cum gratulari dicimur, aliud omnino eſt *gratulari*, quam *gratias agere*; ut vel ex his Ciceronis VI. 12. ad fam. intelligi licet: *Ut te quoque mihi gratulari quam gratias agere malim.* VORST. Κατ' ἐξοχὴν ea vox notat *ſacra, quibus gratiae Diis publice agebantur ob rem bene geſtam*, ut docet Perizon. ad Sanctii Minerv. L. I. C. I. *exſolvendum* habet Med. I.

8. *Cum inquirendum vel extis vel ſortibus, impertito*] Adrianus Turnebus *Impetrito* corrigit: quod ſane vetuſtum & Augurale eſt vocabulum. Feſtus dici vult, quaſi *impetratum*, hoc eſt firmum ac ſecurum, immo ſtabile, ceu *in petra fixum*, ſicut alii interpretantur. Hinc *ſacra impetrita* in inquirendis rerum eventibus, ante oracula, auſpicia, vel ſortilegia fiebant, conciliandorum numinum cauſſa, ut certa, firma, ac ſecura petentibus denunciarent. Itaque & auguri Ciceroni hoc ipſum ſuum verbum reddi debet de Divinatione II, cum dicit. *Qui evenit, ut is qui impetrire velit convenientem hoſtiam rebus ſuis immolet?* ubi aeque perperam *Impertiri* in vulgatis habetur exemplaribus. Sic & Plin. reſtituendus L. XXVIII. Cap. 2. *Praeterea alia ſunt verba impetritis, alia depulſoriis, alia commendationibus.* Non enim recte vulgo legitur: *Impetrantis, depulſoris, commentationis.* Ita valde impurus eſt iſte Plinii locus, ut ex ipſo Valerio colligere eſt, qui haec tria etiam Sacrorum genera recenſet. Apud ſolum, ni fallor, Plautum hoc ipſum genuinum vocabulum, quod ex aliis bonis auctoribus ſciolorum imperitia omnino exterminatum eſt, remanſit. Qui ſic in Aſinaria.

Impetritum, inauguratu'ſt; quovis admittunt aves. PIGH.

8. *Impetrito*] Ita legendum. Turnebus primus conjecit, cum in omnibus codd. legeretur *impertito.* Vocabulum integrum & incorruptum ſervatum eſt apud Plautum Aſin. 2. I.

Unde ſumam? quam intervortam? quo hanc celocem conferam?
Impetritum, inauguratum eſt: quovis admittunt aves.

Habet & Feſtus, *Impetritum, impetratum*; ut per hoc explicet illud. Ipſum *impetratus*, & eodem ſignificatu, eſt in Gloſſario Philoxeni; ut quod ſic habet, *Impetratus*, θυσία. Quo de Scaliger ad Feſtum ita: *Non plane explicavit* (vocem *impetratus*) *ſed ſi dixiſſet καλλιέρησις. In ſacrificiis quod litare eſt, id in auſpiciis impetrire. nihil aliud eſt quam impetrare. Sic dicebant artitum pro artato, dolitum pro dolato.* Quibus exempli gratia à Scaligero productis addi licet *fulguritum* pro *fulgurato*; quod Plautus Trin. 2. 4. habet. VORST. Turnebo gloriam hujus emendationis ereptum it Muretus L. X. Var. Lect. C. 18. Quem locum debeo indicio non minus politiſſimae humanitatis quam elegantiſſimae eruditionis laude Celeberrimi Drakenborgii, qui eum inter variantes Ultrajectinorum Codicum lectiones in margine libri ſui mecum humaniſſime communicati notaverat. Sed neque ipſe Muretus primus fuit, qui *impetrito* legendum eſſe viderit, quum jam ita legerit Georgius Merula, teſte Oliverio ad hunc locum. Joh. Bapt. Bellus de part. Templi Aug. Cap. I. legit *vel impetrito.* i. e. rato auſpicio, fixo augurio. Sed cum jam de augurum obſervatione praeceſſerit, videtur mihi illud hic non habere locum. verbum *impetrire* ad

exta

Tantum autem ſtudium antiquis [11] non ſolum ſervandae, ſed etiam amplificandae religionis fuit, ut, [12] florentiſſima tum & opulentiſſima civitate, [13] decem principum filii S. C. ſingulis Etruriae populis percipiendae ſacrorum [14] diſciplinae gratia traderentur.

Cic. de Div. I. C. 41.

[15] Ce-

exta aeque refert, quam ad *auſpicia* Cic. de div. L. I. 6.

9. *Cum ſolenni ritu peragendum ſacrificio*] Georg. Merula judicavit verbum *peragendum* debere induci, quia ſenſum deſtrueret, & idem videntur ſtatuiſſe Codrus Urceus, & Raphaël Regius, ut nos docet Oliverius, qui ideo illud quoque in Editione Mediolanenſi ſua omiſit. mihi contra neceſſarium illud hic omnino videtur, quemadmodum reperitur quoque in omnibus MSS. Scilicet exiſtimarunt illi, unam rem his verbis, & hoc uno commate contineri: *Cum inquirendum vel extis vel ſortibus impertito cum ſolenni ritu ſacrificio:* falſo. Sic ex. II. *omnibus ſolenni more peractis.*

10. *Oſtentorum & fulgurum denuntiationes procurantur*] Cicero I. de Div. *Magna vis eſt in monſtris interpretandis procurandiſque in aruſpicum diſciplina.* Item, *Cum terrae motus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret.* Livius L. V. *Quamquam & prodigia procurata fuerant, & vatum reſponſa & ſortes.* Idem I, 20, & verbo ſimplici dixit *curare prodigia.* In SC. quod Gellius IV, 6, aſſervavit, legitur, *hoſtiis majoribus Jovi & Marti procurare.* Caeſar VI. B. Gall. dicit *procurare ſacrificia.* Subinde *procurare* & *expiare* conjunguntur. Unde conjici licet *procurare monſtra, prodigia, oſtenta,* & *oſtentorum denuntiationes,* nihil aliud eſſe, quam *expiare monſtra,* quaeque haec denuntiare videntur, depellere atque avertere. Dici quoque poſſit, *procurare monſtra* locutionem conciſam eſſe pro procurare ſacrificia, malorum, quae denuntiare monſtra putantur, depellendorum cauſa. VORST. Vide Cunr. Rittershuſium ad Phaedr. L. III. 3.

11. *Non ſolum obſervandae, ſed etiam amplificandae religionis*] MS. *Servandae,* in quo videtur major, & clarior Antitheſis reſpectu τ *amplificandae.* Sic ex. II. *Servatae religionis.* Ex. 12. *conſervandae religionis.* Liv. L. XXXIX. c. 6. *Diſciplinam militarem ſevere ab eo conſervatam.* PERIZON. Idem placuit quoque Gudio, qui inſuper notat Guyetum fruſtra maluiſſe *obſervatae. Servandae* habent vetuſtiſſimae editiones, & omnes MSS. ſi ſeptimum excipias Leidenſem. L. III. 8. 6. *ſi patrius mos ſervetur.*

12. *E florentiſſima*] Praepoſitio abeſt a quamplurimis MSS. & omnibus vetuſtioribus editionibus; itaque illud reſtituendum duxi.

13. *Decem principum filii*] Conſtat Etruriae populos duodecim fuiſſe. itaque cum pro numero eorum, ſingulis populis ſingulos principum filios attributos velit: vide num, *Duodecim principum* corrigi, magis è re & veritate ſit. Cicero tamen de Divinatione, in hoc facto denarium duntaxat numerum (ſi & ipſe correctus) agnoſcit. LIPS. Cicero lib. I. de Divinat. *Quocirca bene apud majores noſtros ſenatus tum cum florebat imperium, decrevit ut de Principum filiis bis ſex, ſingulis Etruriae populis in diſciplinam traderentur.* Sic enim veriſſime Lipſius correxit. Notum eſt duodecim Etruriae populos fuiſſe; & tamen illum Servii locum non tempero mihi quin adſcribam: *Propter duodecim populos Etruriae. Duodecim enim Lucumones, qui reges ſunt lingua Tuſcorum, habebant. Hi,* ut idem Servius ait, *totius Tuſciae diviſas habebant quaſi praefecturas, ſed omnium populorum principatum Mantua poſſidebat.* Haec Honoratae nominationis ille, qui nuper publico bono vulgatus eſt à Cl. V. Petro Daniele Aurelianenſi. COLERUS. *Decem principum filii ſingulis Etruriae populis traderentur*] Lipſius ſuſpicatus eſt, legendum eſſe *duodecim principum*; quod conſtet, populos Etruriae duodecim fuiſſe. De filiis principum Rom. ad Etruſcos miſſis ſcribit & Cicero I. de Divinatione: ubi itidem viri docti non recte ſe habere numerum ſuſpicati ſunt. VORST. Duodecim Etruriae populos fuiſſe inter omnes conſtat, quare ſi omnibus ſinguli principum filii ſint dati, eos quoque duodecim fuiſſe neceſſe eſt, ego tamen nihil temere mutare auſim, vel ob id, quod etiam in ſacris numerus ille denarius Romanis valde placuit: unde frequenter memorantur, *Decemviri Sacrorum, Decemviri libris Sibyllinis inſpiciendis. duodecim* tamen cum Lipſio mavult etiam Rupertus L. I. p. 45.

14. *Diſciplinae gratia*]. Poſteriorem vocem Lipſius ad oram Libri ſui pro gloſſa expunxerat. ſic tamen iterum L. III. 3. 3. L. III. 7. 3. L. III. 2. 21. & retinetur ea vox a MStis.

15. *Cereri quoque*] Τὸ *quoque* delet MS. Copeſ. ceteri fere omnes cum antiquis editt. *Cereri-*

[15] Cereri quoque [16] quam more Graeco venerari inſtituerant, ſacerdotem à Velia, [17] cum id oppidum nondum civitatis nomen accepiſſet, Calcitanam peterent, vel, ut alii dicunt, [18] Calliphennam: [19] ne deae vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. Cujus cum in urbe [20] pulcherrimum templum haberent, [21] Grac- Anno U. 656. Cic. pro Balb. C. 24.

verique. Quod cur mutatum eſt? cohaeret enim cum ſuperioribus.

16. *More Graeco*] Hinc Graeca ſacra dicta. Feſtus: *Graeca ſacra feſta Cereris ex Graecia translata*. Cicero pro Balbo. & lib. II. de legibus. C. 9. COLER. *Quam more Graeco*. Inde ſacra Cereris, *Graeca* dicta ſunt. Feſtus: *Graeca ſacra, feſta Cereris ex Graecia translata*. VORSTIUS.

17. *Cum id oppidum nondum civitatis accepiſſet nomen*] Hoc enim ordine MS. ſed Cic. pro Balbo c. 24. quem hic ſequitur, dicit, jam diu ante foederatam fuiſſe civitatem; de hoc vero tempore ita dicit, *ante civitatem Velienſibus datam*. i. e. *jus civium Romanorum*. Intelligendus igitur & hic locus de civitate Romana. PERIZON.

18. *Calliphennam*] MS. unus *Calliphanam*, & ita Cicero appellat. COLER. MS. Coleri *Calliphanam*, alii *Calephenam*, unus *Callitennam*, & paulo ante pro *Calcitanam*, ſunt qui habent *Calcitariam*, quidam *Calcitrariam*.

19. *Vetuſti ritus perita*] Nimis ſuperſtitioſe veteres, ritus & Deos juxta colebant. Servius ad VIII. Aeneid. *Cautum fuerat & apud Athenienſes & apud Romanos ne quis novas introduceret religiones. Unde & Socrates damnatus eſt & Chaldaei vel Judaei urbe ſunt pulſi*. Idem de Gracchis Prudentius lib. I. contra Symmach.

Jam quid plebicolas percurram carmine Gracchos
Jure poteſtatis fultos, & in arce ſenatus
Praecipuos ſimulacra Deum juſſiſſe revelli?

COLER. *Ne Deae vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes*. Ita antiquiores typis expreſſi; & uterque etiam cod. MS. Brandeb. Imo & Baſileenſes, ut Cl. Wetſtenius in literis ad me teſtatus eſt. Pighius mutavit ſic, *Ne Deae vetuſti ritus perita deeſſet antiſtes*, credo, quod putaret, adjectivo nomini *perita* ſubſtantivum caſus ſecundi adjectum eſſe oportere. Verum caſus ſecundi vocabulum quoddam ſubaudiri commode poteſt, hoc modo: *Ne Deae vetuſtis ritibus perita* (eorum rituum puta) *deeſſet antiſtes*. Sic infra I. 8. 4. *Cultu anguis à peritis* (ejus cultus puta) *accepto*. VORST. Ita quoque legit Cod. Copeſ. cum permultis aliis, ut poſſit videri Auctor τὸ *peritus* junxiſſe cum ſexto caſu, quod probabat apud Suet. in Claud. c. 42. ſummus vir J. Fr. Gronovius ad Gell. L. IV. c. 8. Sed cum MSS. ibi habeant *paratus*, malim ſtatuere, τὸ *vetuſtis ritibus* regi a verbo *deeſſe*, ut *perita antiſtes* ponatur abſolute, ut idem Suet. in Aug. c. 23. *ut à peritis & aſſuetis* &c. in Aug. C. 95. *nemine peritorum aliter conjectante*. Quis ferat igitur audaciam Ruperti, ita haec conſtituentis? *ne Cereri perita deeſſet Antiſtes*.

20. *Pulcherrimum templum*] Antiquiſſimum Cereris templum ab Arcadibus conditum eſſe traditur. Dion. Hal. L. I. p. 26. aliud deinde etiam ab A. Poſtumio Dictatore votum, & cum vetuſtate ac igni abolitum eſſet, à Tiberio Imperatore reſtitutum prope Circum Maximum, de quo vide Lipſ. ad Tac. L. III. Ann. C. 49. *haberent*. Heinſ. Sec. *haberetur*, & ita alia manu in Leid. Sept.

21. *Gracchano interitu pollutum*] Sic plerique, immo omnes vulgati codices legunt; ut non temere dubitet Glareanus, quomodo Cereris templum Gracchano interitu pollutum fuerit, cum Tib. Gracchus in Capitolio, Cajus autem in luco Furinae trans Tiberim occiſi ſint, ut auctores ſunt Livius, Plutarchus, Appianus & alii. Porro Cereris templum fuiſſe ad Circum Maximum ex Taciti lib. II. & P. Victore cognoſcimus. Hunc igitur ſcrupulum à ſciolo, neſcio quo, qui auctoris mentem non intellexit, inductum nobis eximunt manuſcripta exemplaria, in quibus verba illa *interitu pollutum*, minime habentur. Campenſe enim exemplar ita legit: *Gracchano tumultu moniti ex Sibyllinis libris*. Aliud Theodori Pulmanni eadem hoc modo prodit, *Gracchano motu moniti Sibyllinis libris*. Tertium collegii Winckeliani, *Gracchano motu* habet. Auctoris autem intentio eſt, hoc toto paragrapho exemplis probare, veteres Romanos externorum etiam religiones non ſpreviſſe, Etruſcam didiciſſe, Cereri ſacerdotem Graecam à Velia accepiſſe, & civitate (ut addit Cicero) donaſſe. Cujus deae licet in urbe pulcherrimum haberent templum, Gracchani tamen tumultus tempore moniti inter alia ex Sibyllinis libris, vetuſtiſſimam Cererem placandam

Anno U. 620. Cic. Verrin. 6. Lact. II. 4. Cicer. de Aruſp. reſp.

[21] Gracchano tumultu moniti Sibyllinis libris, ut vetuſtiſſimam Cererem placarent, [22] Ennam, quoniam ſacra ejus inde orta credebant, ([22]) decem viros ad eam propitiandam miſerunt. Item [23] matri deûm ſaepenumero imperatores noſtri, compotes victoriarum, ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti [24] ſolverunt.

[25] Me-

dam eſſe: Ennam potius (unde ſacra ejus orta credebant) decemviros ad deam rite propitiandam mittere voluiſſe. Idem Lactantius divinarum Inſtitutionum libro ſecundo tradit. *Denique Gracchanis* (inquit) *temporibus turbata rep. ſeditionibus & oſtentis, cum repertum eſſet in carminibus Sibyllinis antiquiſſimam Cererem debere placari; legati ſunt Ennam miſſi.*' Multo etiam luculentius Cicero de ſignis Verrina ſexta haec refert: *Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili reipub. tempore, cum Ti. Graccho occiſo magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur P. Mucio, L. Calpurnio* coss. *aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inventum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in urbe noſtra pulcherrimum; & magnificentiſſimum templum, tamen uſque Ennam profecti ſunt. Tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad aedem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur.* Haec Cicero. ex cujus item verbis colligere eſt, pro 15. viris, 10. viros in Valerio reponi debere. Nondum enim aucto collegio, ex 10. viris ſacrorum, 15. viri eo tempore facti erant; quando adhuc Mariano bello ac Cinnanis temporibus 10. viri fuerint, idque anno urbis 670. L. Scipione, C. Norbano coss. quibus conflagratum eſt Capitolium, ut ex Dionyſii Halicarnaſſ. lib. IV. manifeſtum eſt. PIGH. Veteres editiones, *Gracchano nutu.* placet, *motu.* ut & tu Pighi alibi repperiſti. Non enim Gracchana illa ſeditio, proprie Tumultus. LIPS. *Gracchano tumultu moniti. Gracchano tumultu* eſt pro *in Gracchano tumultu.* Aldus & Chalcocondyles ediderant, *Gracchano interitu pollutum moniti Sibyllinis libris;* quaſi templum Cereris, de quo praedictum, Gracchorum caede pollutum Auctor dicere voluiſſet. Verum recte monuit Pighius, Gracchorum caedem non in Templo Cereris, ſed Tiberii quidem in Capitolio, Caji autem in luco Furinae trans Tiberim factam. Vide Epit. l. XLVIII. Livii. 'Ut nos ſcripſimus, ita plane editio vetus Martini Herbip. habet. Et reperit quoque ita Pighius in cod. Campenſi. Lipſius tamen legi malit *Gracchano motu*, ut in cod. Pulmanni ſcriptum reperit Pighius. Codices Brandeb. ſuadent, ut vel *tumultu*, vel *motu* legatur. Unus enim habet *Gracchano nutu*, alter *Graeco tuitu:* neuter vero additum habet *pollutum*, quod Aldus & Chalcoc. ediderant. VORSTIUS. MS. *Graeco ritu*, quod convenit cum altero Brandeburgenſi, in quo *Graeco tuitu.* Et ſane videntur antiqui editores ita in ſuis inveniſſe, cum dederint *Gracchano interitu.* niſi Gracchanis temporibus hoc accidiſſet, retinerem profecto claram & perſpicuam Codicis Copeſiani Scripturam. nunc proximum videtur *Gracchano motu* legere cum Lipſio. PERIZON. Mire hic turbant MSS. quorum alii exhibent, vel *Graeco nutum*, vel *Graeco ritum*, quod recentiori manu in duobus correctum *Graccano interitu pollutum*, vel *Graccano tumultu*, vel *Graeco tumultu*, *Graecano tumultu*, *Grachi nutu*, *Graeco nutu*, *Gracco nutu*, *Gracchiano motu*, *Gabino ritu tuonito.* unde incertum videtur *tumultu*, an *motu* ſcripſerit auctor; certe enim horum alterum ab ipſo profectum credo, alterum à gloſſa. *Sibyllinis:* unus Duacenſ. cum Ultraj. ſec. *ex Sibyllinis.* Leid. ſept. auctior, *moniti & docti Sibyllinis.*

22. *Ennam decem viros miſerunt.*] Cicero d. l. *Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Rom. cum eſſet in urbe noſtra pulcherrimum & magnificentiſſimum templum, tamen uſque Ennam profecti ſunt.* Fuit autem Enna oppidulum Siciliae non procul ab Aetna monte. VORST. *Ennam.* Multi MSS. *Hennam* habent. Et hoc modo potius ſcribendum eſſe ſtatuunt Viri quidam Eruditiſſimi. Vide Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. L. I. 93. & Cl. Dukerum ad Flor. L. III. 19. 8.

(22.) *Decemviros*] MS. *Quindecimviros.* mutavit Pighius. Sed neſcio an non ita ſcripſerit Valerius. Qui nonnunquam in veteri hiſtoria hallucinatur, & parum accurate eos, quos ſequitur, exprimit. De *Decemviris* & *Quindecimviris* vide Servium p. 418. *Quindecimvir ſacrorum* in nummo, apud Spanhemium p. 197. *Quindecimvirum collegii Magiſter.* Sic. Val. Max. *Fiſcum Caeſari* tribuit L. VI. 2. 2. L. VI. 3. 2. *decem Tribunos* tempore Sp. Caſſii Vecelini. Livius L. XL. C. 42. *at Pontifex Maximus Aemi-*

lius

[25] Metellus vero Pont. Max. Poſtumium conſulem, eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, [26] multa indicta, urbem egredi paſſus non eſt: [27] religionique ſummum imperium ceſſit: quod tuto ſe Poſtumius Martio certamini commiſſurus non videbatur, caerimoniis Martis deſertis.

2. Anno U. 511, Liv. xix. & xxxvii.

Lauda-

tius Lepidus, & decemvir Sacrorum, Q. Marcius Philippus in ejus locum cooptati. Quod notandum, quia eo tempore *Pontifices Maximi* nondum *cooptabantur* a Pontificibus, ſed à populo creabantur. eo vero minus ſollicitanda iſta lectio eſt, quia *cooptati* praecipue reſpicit ultimum. Sic *deſignari Caeſarem* in poſterioribus ſcriptoribus. Sic Liv. de *legitima aetate honorum* loquitur in hiſtoria Scipionis, quum diu poſt demum leges Annales ſint exortae. Vide notas Sigonii & Pighii ad Liv. XLII. L. XLIII. PERIZON. Quindecimviros invenio in ſeptem & viginti MSS. interque eos, in optimo quoque. Sic *Quindecimviros* in *decemviros* mutavit quoque Badius apud Gell. L. I. C. 12.

23. *Matri Deûm ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti*] Mater Deûm Cybele. Cujus ſimulacrum initio Peſſinunte in Phrygia fuit. Unde permiſſu Regis Attali deportatum eſt Romam, ut ex l. XXIX. Liv. conſtat. Vide & noſtrum infra VIII. 15, 3. Antequam autem Romam deportaretur, Romanos Peſſinuntem proficiſci, ibique vota ſolvere ſolitos ex his ipſis noſtri apparet. VORST. Quae fere hauſiſſe videtur noſter ex Cic. de Aruſp. Reſp. c. 13. *Quae denique majores noſtri tam ſancta habuerunt, ut, cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus, tamen noſtri Imperatores maximis, & periculoſiſſimis bellis huic Deae vota facerent, eaque in ipſo Peſſinunte ad illam ipſam principem aram, & in illo loco fanoque perſolverent.* De Peſſinunte vide etiam Herodian. L. I. 10. & 11.

24. *Solverunt*] Leid. ſept. *Perſolverunt.* Curt. L. VII. 11. 7. *qui vota pro incolumitate Regis optimi perſolvant.* Sed praeſtat ſimplex, quod aeque probum, retinere.

25. *Metellus vero*] Vide Tacit. L. III. Ann. C. 71. ſimiliter *Craſſus Conſul & Pontifex Maximus Flacco Collegae & Flamini Martiali multam dixit, ſi a ſacris diſceſſiſſet.* Cic. Philip. II. C. 8. ubi item *multam dicere*. PERIZON. vide & Lipſ. ad Tac. L. III. Ann. C. 58. *multa dicta* praeferunt undecim è noſtris MSS. & obſervavit id quoque è vetuſtis exemplaribus Theophilus. In Heinſ. ſec. pro eo ſcribitur in margine *inconſulta Dea*, quod reperi quoque plane in contextu ſeptimi Leidenſis; hinc editur utrumque in Edd. Venet. 1478. 1485. in Mediol. 1508. *inconſulto Deo*, quod corrigit Theophilus in *inconſulto eo*, ſc. *Pontifice*. Contra explicat Antonius Lenas, non prius explorata per Augures, & Aruſpices, qui ſub Pontifice eſſent divina mente. Ego utrumque falſum opinor, & ortum illud *inconſulta dea*, ex compendioſa ſcribendi ratione *ml'cta dea*, ut ſcribitur in octavo Leidenſi. Videtur vero rectum eſſe & proprium *multam dicere*. Liv. L. XXV. C. 3. *ducentûm millium aeris multam M. Poſtumio dixerunt.* ubi vide Sigonium.

26. *Multa indicta*] Lib. Dan. *dicta*. Confirmat Varro: *Multa à pecunia quae à magiſtratu dicta*. COLER. Codex Danielis, ut teſtatur Colerus, *multa dicta*. Nec aliter uterque cod. Brandeb. Epitome libri XIX, Livii. *Ob eam cauſam multa ei dicta eſt.* Ex Varrone citat Colerus, *Multa quae à Magiſtratu dicta*. VORST.

27. *Religioni ſummum imperium ceſſit*] *Summum imperium*, pro eo qui ſummum imp. habet. Sic paulo poſt, *Non dubitaverunt ſacris imperia ſervire.* Eſtque hoc uſitatiſſimum, ut abſtracta, quae vocant, pro concretis ponantur. VORSTIUS.

28. *Laudabilior quatuor & viginti faſcium*] *Quatuor & vig. faſces* per metonymiam pro duobus Procoſſ. C. Figulo & Scip. Naſica, qui à Graccho conſule conſules anni ſequentis creati, poſtea proconſules in provincias iverant. VORST.

29. *Literae ſunt ex provincia miſſae*] Lege omnino cum MSto *literis ex provincia miſſis*, quod multo concinnius eſſe patebit locum inſpicienti. PERIZON. Ita cum haberent longe maxima MStorum pars & omnes, quas inſpexi, Editiones ante Pighium, nihil obſtare credidi, quo minus in textum reciperetur.

30. *Vitio tabernaculum captum*] *Vitio tabernaculum capere* eſt non recte capere. Cujus contrarium eſt *recte capere*: qua phraſi Cicero II. Div. utitur. Sic & dicebant *vitio magiſtratum creatum eſſe*, ſi tum cum navigatio ſuſciperetur, aut magiſtratus creatur, non recte tabernaculum captum eſſet. Livius IV. 7. *Perinde ac vitio creati*

3. Ann. U. 591. Cic. de Nat. D 1. & de Div. L. 11. 35. L. 11. ad Quintum Fr. 2. Plut. in Marcel. p. 218.

Laudabile duodecim faſcium religioſum obſequium: [28] laudabilior quatuor & viginti in conſimili re obedientia. A Ti. enim Graccho ad collegium augurum [29] literis ex provincia miſſis, quibus ſignificabat, *ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animadvertiſſe* [30] *vitio taberhaculum captum*, [31] *comitiis conſularibus, quae ipſe feciſſet;* eaque re ab auguribus [32] ad ſenatum relata, juſſu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe conſulatu abdicaverunt.

[33] Con-

creati honore abiere: quod C. Curtius parum recte tabernaculum cepiſſet. Quid autem ſit *vitio* & *non recte tabernaculum capere*, intelligi licet ex Plutarchi Marcello, ubi ejuſdem rei, cujus hic apud noſtrum, fit mentio; nimirum ſi quis non obſervaret, quae ad tabernaculum capiendum pertinerent. Inter cetera autem eam ad rem pertinebat, ut ſi qua de cauſa, nullis dum viſis certis ſignis, conſuli auſpicanti redeundum in urbem eſſet, prius tabernaculum relinqueretur, & quaereretur aliud, ex quo de integro ſervaretur de coelo. Quod cum Ti. Gracchus non obſervaſſet; ſed, dum conſules renuntiaſſet, eodem tabernaculo bis uſus eſſet, vitio tabernaculum à ſe captum agnovit, & ilico ad collegium augurum, vel, ut Plutarchus habet, ad ſenatum rem retulit. VORST. Liv. L. [illegible]. 81. L. XLV. 12. & ſimile plane exemplum eſt apud Eumdem L. IV. 2. *quia tertio menſe quam inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati honore abiere.* PERIZON. Vide & Rupert. L. I. p. 41.

31. *Comitiis conſularibus*] Quibus conſules in annum ſequentem creabantur. Sic & *aedilitia, praetoria, tribunitia* comitia erant; quibus aediles, praetores, tribuni pl. creabantur. VORSTIUS.

32. *Ad ſenatum relata*] Cod. Copeſ. *delata.* Sic Liv. L. XV. 3. *& per eum ad ſenatum delata*, Cic. L. I. de Div. 43. *delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis.* PERIZON. Sic habet quoque Cod. Harl. & Bit. prim. ſed *Deferri* res ad Senatum dicitur, quae illi ſignificatur; *Referri* vero, quum Senatus de illa conſulitur. Liv. L. II. 18. *Eam rem conſules rati, ut erat, pernicioſam ad Senatum deferunt, ſed delatam conſulere ordine non licuit.*

33. *Conſimili ratione poſt P. Caelius.*] Imo ante. ex Livio lib. XXVI. & Plutarcho in Marcello. CORRADUS. Manuſcripti Codices omiſſo vocabulo (*poſt*) haec ita legunt, *Conſimili ratione P. Cloelius Siculus, M. Cornelius Cethegus.* Et recte: nam antea haec contigere, quam quae de Ti. Graccho retulit. De P. Cloelio Siculo nihil me legiſſe memini, modo non is ſit, qui anno urbis 376. inter trib. militum nominatur à Livio libro VI. M. Cethego, & Q. Sulpicio flaminium ablatum, circa urbis 532. annum, ex Plutarchi Metello colligere eſt. Idem quoque Cethegus non multo poſt aedilis curulis eſt factus; deinde praetor, cenſor, & conſul. De C. Claudio Diali flamine abdicare juſſo refert idem Livius libro XXVI. quod quidem anno urbis 543. factum fuiſſe conſtat. Ceterum haec exempla Campenſe exemplar ſub uno titulo non inepte connectit. PIGH. Titi Cloelii aliquot noti ex Livio: nullus Publius, niſi Publius Cloelius Craſſus Trib. mil. Cons. pot. anno U. C. CCCLXXVII. Legitur in Codice altero Bongarſii: *Poſt Cloelius.* Scripſerit fortaſſean Valerius noſter: *Conſimili ratione poſtea, Cloelius Siculus.* Praenomina raro addit Valerius. COLER. *P. Cloelius.* Quinque MSS. Heinſ. videlicet uterque & uterque Barber. cum uno Leidenſi haec ita conſtituunt. *P. Celius, M. Corvinus, Gneus Cethegus. G. Claudius.* Sed Leidenſis pro *Corvinus* habet *Cornelius.* Quatuor alii *Publius Celius. M. Cornelius Cethegus. G. Claudius.* Bitur. primus. *Poſt P. Celius Siculus, Meſus Cornelius Cethegus G. Glaudius.* Leidenſis primus *P. Celius. M. Cornelius. Gn. Cethegus. G. Claudius.*

34. *C. Claudius*] De hoc vide Liv. L. XXVI. C. 23. *C. Claudius quod exta perperam dederat Flaminio abiit.* PERIZON.

35. *Admota aris*] Vox poſterior deeſt in quindecim minimum MSS. in S. Dion. Rem. omittitur *aris Deorum immortalium.* An inde factum, quod auctor ſcripſit, *Deorum immortalium admota aris, variis temporibus.* unde *aris* ob ſequentis vocis ſimilitudinem excidit. Ut ſupra in praef. Sic, *felici ſeculi ſuperioris ſtilo*, factum fuiſſe videtur. Certe eo ordine verba in quibuſdam occurrunt.

36. *Flaminio abire*] Ut *conſulatu abire*, pro conſulatu ſe abdicare. Eſt autem *Flaminium* ipſum

[33] Conſimili ratione P. Cloelius Siculus, M. Cornelius Cethegus, & [34] C. Claudius, propter exta parum curioſe [35] admota aris deorum immortalium, variis temporibus belliſque diverſis [36] flaminio abire juſſi ſunt, coactique etiam. At Sulpicio inter ſacrificandum [37] apex è capite [38] prolapſus eidem ſacerdotium abſtulit.

[39] Occentuſque ſoricis auditus, Fabio Max. dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam praebuit.

4. Ann. U. 543. Liv. 26. Plut. Marc. p. 216. Anno U. 532. circ. Plut. Marcell. p. 218.

5. Ann. U. 532. Plut. Marcell. p. 218.

Adji-

ipſum flaminis munus. VORST. Liv. L. 4. C. 7. *honore abierunt*

37. *Apex è capite prolapſus*] Servius in II. Aen. *Proprie dicitur apex in ſummo flaminis pileo virga lanata, hoc eſt, in cujus extremitate modica lana. Modo autem pro ſummitate pilei intelligimus.* Apud noſtrum *apex* per ſynecd. quandam eſt pileus ipſe. Sic & quod Livius *pileum*, Cicero I. de legg. *apicem* vocat, cum Tarquinio apicem ab aquila impoſitum ſcribit. Ceterum apicem geſtaſſe ſacerdotes, perinde & ab aliis proditum. Feſtus: *Apex ſacerdotum eſt inſigne.* Vide & Rubenii II, 25. Electorum: ubi ipſas quoque apicum icones ex lapidibus expreſſas videre licet. VORST.

38. *Prolapſus Sacerdotium abſtulit*] MSS. ſupra viginti. *Prolapſus eidem Sacerdotium abſtulit*, quomodo habent etiam edd. antt. unde Lipſ. in marg. libri ſuo conjecit *idem*, ut ſic ſignificet *flaminium*. Recte *eidem* legi, & nulla opus eſſe mutatione patebit inſpicienti Cl. Burmannum ad Quintil. L. VIII. Inſt. C. 3. p. 707. & Cl. Jenſium in Lect. Lucian. L. I. C. 9. p. 101. Imo ipſum αὐτὸς ſic iteratur in Act. Apoſt. 7. 21. ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ.

39. *Occentus autem*] Praefero lectionem veterum meorum: *Occentuſque ſoricis.* Plutarchus non Fab. Maximo, ſed Minutio hoc ait accidiſſe. Vide Plinium lib. VIII. cap. 57. COLER. Colerus in ſuis codd. reperit *occentuſque ſoricis:* quam lectionem alteri & praefert. Et habent quoque ita codd. Brandeb. De re ipſa ſcribit & Plinius VIII, 57. Hiſt. Nat. *Soricum occentu*, inquit, *dirimi auſpicia annales refertos habemus.* VORST. MS. cum Colero *occentuſque.* PERIZON. Neſcio unde natum ſit illud *autem.* Certe antt. Edd. illud ignorant, pariter cum maxima MSS. parte, inter quos ſunt, qui delent quoque vocem *auditus*, ut Bitur. primus cum primo Leidenſi. Sic ſupra Ex. I. *Cererique. Cauſam praebuit. praeſtitit* Copeſ. cum Cod. Col. Romani Jeſuitarum.

40. *P. Licinio*] *Poſtumio Licinio* Heinſ. uterque. *Poſtumio Lucinio* Copeſ.

41. *Parum diligens aeterni ignis cuſtos*] Numa Pompilius focum imprimis Veſtae colendum dederat, ut ad ſimulacrum caeleſtium ſiderum cuſtos imperii flamma vigilaret; ut cum Floro loquar. Atque eum ignem extingui piaculum erat. Unde idem & *aeternus* dicitur. VORST.

42. *Flagro admoveretur.*] Lib. Dan. *Admoneretur.* Rectiſſime, *Flagro admonere*, Latini dicebant, pro caſtigare. Monuit Nonius ad illud Virgilii l. x.

Leucagus ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos.

Seneca l. I. de Beneficiis: *Verberib. admonere.* Et *admonitio fuſtium* L. VII. D. de Poenis. COLER. Ita omnino legendum, ut recte monuit Colerus: qui & in cod. P. Danielis manifeſte ita ſcriptum reperit. Alii codd. *admoveretur.* Virgilius x. Aen. ſimiliter dixit *telo bijugos admonere.* Et l. VII. D. de poen. *fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio, & vinculorum verberatio*, ut ejuſdem generis res, conjunguntur. Seneca quoque I. de Benef. ut Colerus obſervavit, *verberibus admonere* dixit. Et Tacitus V. Ann. 9. *puerili verbere moneri.* Suetonius autem Calig. 20. ad eundem modum dixit *ferulis objurgari.* VORST. Sen. L. in Sapientem non cadere injuriam c. 12. *tamquam pueros malo poenaque admonet.* PERIZON. *Admonere* placebat etiam Iſ. Voſſio ſimili modo Graecos ſuo νυθετεῖν uſos ad oram libri ſui annotanti, probat & Joh. Waſſe in ind. Saluſt. in voce *admoneo*, ex MS. Sic ſolent ſcil. optimi Scriptores vocabula orationis propria ad res facti transferre. Vide virum eximium Joh. Georg. Graevium ad Flor. L. I. C. I. MSS. tamen variant hic, & neſcio an non plures habeant *admoveretur.* *Admoneretur* mavult etiam Dempſt. ad Roſin. L. II, C. 12. quem locum in ora Cod. ſui notaverat Cl. Drakenborgius.

43. *Maxime vero virginis Aemiliae diſciplinam*] Mendoſe. Reperitur enim in manuſcripto Campenſi, atque etiam Gemblacenſis monaſterii vetuſto

6. Anno U. 547. Liv. 28. G. 11. Feſt. in ignis. Obſeq. C. 62.

Adjiciendum his, quod 40 P. Licinio Pontifici Max. virgo Veſtalis, quia quadam nocte 41 parum diligens aeterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt quae 42 flagro admoneretur.

7. Dion. Halic. antiq. 2. Prop. L. IV. 11. 53.

43 Maximae vero virginis Aemiliae diſcipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtae numen praeſtitit; 44 qua adorante, cum 45 carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

Non

tuſto codice, quem vir optimus atque doctiſſimus Auguſtinus Hunnaeus nobis procuravit. *Maximae vero virginis Aemiliae diſcipulam.* Correcte quidem. Dicebatur enim virgo Maxima, quae vel ſenior natu collegio Veſtalium praeſidebat, vel diutiſſime in eo ſacerdotio fuerat: cujus erat inſtruere ac docere reliquas. Maximarum vero virginum ſtatuae plures ad aedem Veſtae honoris cauſa Romae fuerunt poſitae, quarum baſes marmoreae inſculptis titulis adhuc reperiuntur, è quibus hoc loco adduxiſſe unam ſufficiat.

COELIAE. CLAVDIA-
NAE
V. V. MAXIMAE.
A. DIIS. ELECTAM.
MERITO. SIBI. TA-
LEM. ANTISTITEM.
NVMEN. VESTAE.
RESERVARE.
VOLVIT.
COELIA. NERVIANA. SOROR. VNA
CVM. PIERIO. CONIVGE. AC. LIBERIS.
SVIS. ORANTES. VT. PER. TOT. SECVLA
FACERE. DII. PERMITTANT.

Sic Suetonius in Domitiano, *Mox Corneliam virginem maximam abſolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam, atque convictam defodi imperavit.* Tacitus in fine lib. 11. pro *maxima vetuſtiſſimam appellat. Et Vibidiam,* (inquit) *virginum Veſtalium vetuſtiſſimam oravit Pontificis Maximi aedes adire, clementiam expetere.* Haec Tacitus de Meſſallina è Claudio jam damnata. Dionyſius Halycarnaſſ. lib. II. de Aemilia eandem quam Valerius refert hiſtoriam, eamque tunc ignis cuſtodiam uni ex novitiis adhuc caeremonias diſcenti commiſiſſe dicit. Hinc Valerius Aemiliae diſcipulam vocat. PIGH.

Ita Pighius. Sed vulgatam lectionem tuetur Mitalerius. COLER. *Maximam* virginem Pighius putat fuiſſe eam, quae vel major natu ceteris Veſtalibus praeſideret, vel diutiſſime eo in ſacerdotio fuiſſet; cujus fuerit docere ac inſtruere ceteras. Suetonius Domit. *Mox Corneliam, virginem maximam, abſolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam defodi imperavit.* Atque eadem *virginis maximae* appellatio in antiquis quoque lapidum inſcriptionibus obſervatur. Quarum una, quam Gruterus pag. 309. deſcripſit, ſic habet:

CLOELIAE. CLAVDIANAE.
V. V. MAX.
RELIGIOSISSIMAE. BENIGNISSI
MAEQVE. CVIVS. RITVS. ET. PLENAM
SACRORVM. ERGA. DEOS
ADMINISTRATIONEM
VRBIS. AETERNAE. LAVDIBVS
S. S. COMPROBAT. OCTAVIA
HONORATA. V. V. DIVINIS
EIVS. ADMONITIONIBVS
SEMPER. PROVOCATA.

Hujuſmodi titulum virgini Veſtali Maximae virgo Veſtalis alia, quae & ejuſdem diſcipulam ſe profitetur, fecit. VORST. Variant tam Codd. MSS. quam olim editi, modo *diſciplinam,* modo *diſcipulam* exhibendo, ita ut neque ipſe Aldus ſibi conſtet. A. 1514. dans *diſcipulam.* 1534. vero *diſciplinam,* quod ferme melius judicem, quum ejus exſtincti culpam Dionyſium Halic. conferre videam in τὴν τότε αὐτὸ φυλάττουσαν Αἰμιλίαν, eamque precari Veſtam, ut ſibi opem ferret, εἰ μὲν ὁσίως καὶ δικαίως τετέλεκε τὰ ἱερὰ χρόνον ὀλίγῳ δέοντα τριακονταετῆ. L. II. p. 128.

44. *Qua adorante*] An, *quam adoranti?* PERIZON.

45. *Carbaſum, quam optimam habebat*] Pulmanni codex, atque Gemblacenſis, *Quem opti-*

mum

Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoque [46] pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubuit; [47] quod tam ſcrupuloſa cura, parvula quoque momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remotos ab exactiſſimo cultu caerimoniarum oculos habuiſſe noſtra civitas exiſtimanda eſt. In qua cum [48] Marcellus quintum conſulatum gerens templum Honori & Virtuti, [49] Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus, [50] nuncupatis debitum votis, Ann. U. 545. Liv. 27. Plut. in vita.

mum habebat. Idem eſt. aeque enim maſculino ſingulariter reperiri *Carbaſus* ac foeminino, pluraliter in neutro, Phocas, Probus & Caper tradunt. Nonius docet *carbaſum* eſſe pallium è ſerico, vel tenui lino, quo foeminae divites amiciuntur. PIGH. *Carbaſum quam optimam habebat.* Uterque cod. Brand. *Carb. quem optimum:* quam ſcripturam in codd. MSS. & Pighius obſervavit. Et perinde ſane eſt. docent enim Grammatici, tam maſculini quam feminini gen. vocem eſſe. Eſt autem *carbaſus*, ut docet Nonius, *pallium è ſerico, vel tenui lino, quo feminae divites amiciuntur.* Sic enim legendum videtur. VORST. *Quem optimum* habent etiam aliquot ex noſtris. Leid. Sept. ſcribit *quod.* Sed *quem* probat etiam Rupertus Lib. 1. p. 45.

46. *Pertinax Deorum indulgentia*] *Pertinax* in bonam partem. Ita Livius: *Vicit omnia pertinax virtus.* Porro *indulgentia* eſt hic pro gratia, favore. Ita ſaepe Plinius in Epiſtolis. qui idem & Imperatores *indulgentiſſimos* vocat. Sed & ipſum verbum *indulgere* eſt quoque idem quod favere, largiri, quodque aliquis deſiderat, praeſtare. VORST. Sic quidem editur, quum in edd. vetuſtis, Mog. Ven. Mediol. Aldi, Aſcenſii, Gryphiorum, Colinaei, & Rob. Stephani legebatur *pertinax eorum indulgentia Deorum*, & ſic quoque in multis MSS. niſi quod non pauci habent *eorum Deorum indulgentia*, unde denuo cauſam videmus, cur in aliis *eorum* ſit omiſſum. Vide ſupra ad ex. 4. & infra L. v. 6. 6.

47. *Quod tam ſcrupuloſa*] MSS. quinque habent, *quo*, & paulo poſt, *examinari videntur* iidem, & alii magno numero, conſentientes in eo cum prioribus editionibus. Quod commode explicaveris *quo imperio tam ſcrupuloſa cura parvula quoque momenta religionis examinari videntur.*

48. *M. Marcellus quintum conſulatum gerens*] Ita loquitur Auctor quaſi idem Marcellus voverit Templum & dedicaverit. Contrarium vero docet nos Liv. L. XXIX. C. 11. *Aedem virtutis ea anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicavit ſeptimo decimo anno, poſtquam a patre ejus primo conſulatu vota ad Claſtidium fuerat.* Ut adeo dedicata ſit à filio ejus, qui Syracuſas expugnaverat, & jam quatuor ante annos in praelio adverſus Annibalem occubuerat.

49. *Claſtidio potitus*] Galliae Ciſalpinae oppidum id fuit. VORST.

50. *Nuncupatis debitum votis*] Ita codd. Brandeb. pro eo quod Pighius & alii ediderunt *nuncupatis votis deb.* Eſtque poſitus vocum paulo elegantior, quo inter adjectivum nomen, aut participium, & nomen ſubſtantivum aliquid interponitur. Ita magis quoque apparet, *nuncupatis votis* non ſexti, ſed tertii caſus eſſe. VORSTIUS. Intellige Pighium & alios poſt ipſum ſic edidiſſe; nam priores cum MSS. ſervant ordinem, quem Vorſtius reſtituit.

51. *Unam cellam*] Cella pro aede, templo, Cic. Phil. 11. *in hac cella Concordiae.* VORST.

52. *Nec duobus niſi certis Diis.*] *Certis* ut Caſtori & Polluc: Apollini & Dianae. VORST.

53. *Suus tenor*] Liv. L. XXXV. 16. *Uno & perpetuo tenore juris.* L. XXXVII. 57. *Cujus auctoritatem perpetuo tenore vitae partim toga candida elevabat.* PERIZON. Noſter L. VI. 5. 1.

54. *Obruitur tot etiam illuſtribus conſulatibus L. Furius*] Diſtinctius aptiusque ſcribo, *tot & tam*, item, *Conſulatibus.* Nam de Marcello retulerat quintum conſule. Itaque recte conſulatus multos: non pariter, Conſulares legeris. Nec enim plures praeceſſere. LIPS. Placet lectio Lipſiana: *Tot tamque illuſtribus conſulatibus.* COLER. Lipſius legendum putat *Tot et tam illuſtribus conſulatibus*, quae conjectura & Colero placet. Nobis nihil mutandum videtur. Quod autem *Bibaculum tot illuſtribus conſularibus obrui, & vix exempli locum poſt Marcellum invenire*, ait, ſenſus eſt, viros conſulares, qui religionis obſervantes fuerint adeo multos eſſe, ut prae multitudine eorum vix Bibaculi poſſit mentio fieri. VORST. Pro *Conſularibus*, Lipſ. legit *conſulatibus*, ex ingenio. Sed & ita MS.

votis, conſecrare vellet, à collegio pontificum impeditus eſt, negante [51] *unam cellam duobus diis recte dicari. futurum enim, ſi quid prodigii in ea accidiſſet, ne dignoſceretur, utri rem divinam fieri oporteret:* [52] *nec duobus niſi certis diis una ſacrificari ſolere.* Ea pontificum admonitione effectum eſt, ut Marcellus, ſeparatis aedibus, Honoris ac Virtutis ſimulacra ſtatueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adjectio impenſae impedimento fuit, quo minus religionibus [53] ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur.

9, Ann. U. 516. Lact. div. Inſt. I. 21. [54] Obruitur tot etiam illuſtribus conſularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix poſt Marcellum invenit. Sed pii ſimul ac religioſi animi laude

MS. codex. PERIZON. Conjectura Lipſii placebat etiam Guyeto. ceterum plerique MSS. & vett. Editt. habent *obruitur etiam tot*: porro *conſulatibus* reperio in uno Leid. & inter lineas primi Bitur. ut erat quoque correctum in ſecundo, integrum in quinto Mediceo. Neſcio tamen quomodo magis mihi quoque arridet. Etenim videtur Auctor imprimis reſpicere ad *quinque illos etiam illuſtres Conſulatus Marcelli*, quorum proxime fecerat mentionem: & nota[illegible] jam Vorſtius ad ex. 2. uſitatiſſimum eſſe, [illegible]bſtracta pro concretis ponantur. Quod cer[illegible]ns eſt noſtro. Sic L. IX. 7. 2. *Concitatae multitudinis temeritas pro impudentia & audacia adverſus conſulatum & cenſuram tetendit.* De eleganti vero uſu verbi *obruere* in hac ſignificatione vide Cl. Burmannum ad Valer. Flac. L. I. 319.

55. *Collegii Saliorum.*] Servius Danielis ad VIII. Aen. *Salii ſunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant autem ritu veteri armati poſt victoriam Tiburtinorum de Volſcis. Sunt autem Salii Martis & Herculis, quoniam Chaldaei ſtellam Martis Herculem dicunt, quos Varro ſequitur, & Tiburtes ſalios etiam dicaverant. Quidam hos à ſaltu appellatos tradunt, quos alii à Numa inſtitutos; ut arma ancilia portantes ſaltarent. Ergo bene à ſaltu appellati: horum numerum Hoſtilius addidit. nam duo ſunt genera ſaliorum, ſicut in ſaliaribus Carminibus invenitur, Collini & Quirinales, à Numa inſtituti: ab Hoſtilio vero Pavorii & Pallorii inſtituti. Habuerunt ſane & Tuſculani Salios ante Romanos. Alii dicunt Salium quendam Arcadem fuiſſe, qui Trojanis junctus hunc ludum in ſacris inſtituerit: nonnulli tamen hos à Dardano inſtitutos volunt, qui Samothracibus Diis ſacra perſolverent. Quidam etiam dicunt Salios à Morrio Rege Vejentanorum inſtitutos, ut Aleſus Neptuni filius eorum carmine laudaretur, qui ejuſdem regis familiae auctor ultimus fuit.* Vetus Gloſſarium: *Salius*: Ἱερεὺς ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων, ὑμνῳδὸς. πρύτανις. Adi Feſtum. COLER. De Saliis Livius lib. I. ita: *Salios item XII. Marti Gradivo legit* (Numa Pomp. puta) *tunicaeque pictae inſigne dedit, & ſuper tunicam aeneum pectori tegumen, caeleſtiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre; ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolennique ſaltatu, juſſit.* VORST.

56. *Sex lictoribus praecedentibus*] Tot nimirum praetores, quod munus Furius tunc ſuſtinuit, habebant; cum conſules & proconſules haberent alterum tantum. VORST.

57. *Arma ancilia tulit*] Utpote Salius. Ceterum *arma ancilia* eſt pro eo quod Livius dicebat, *arma quae ancilia appellantur:* ut ſit appoſitio, quam vocant, & vocabulum generis cum vocabulo ſpeciei conjungatur. Qua de re & Turnebus Adverſ. III, 20. monuit. *Ancile* eſt nomen ſubſtantivum, & genus quoddam ſcuti denotat. Virgilius VIII. Aen. *Succinctus trabea, dextraque ancile gerebat.* Quod autem ancilia Livius *arma caeleſtia* vocabat, ejus origo ex hiſtoria, vel fabula potius, repetenda eſt, quae apud Dionyſ. Halic. II. Antiq. & Ovidium III. Faſt. de ancilibus caelo delapſis legitur. Graece διοπετῆ ὅπλα dicuntur. VORST.

58. *Summae majeſtatis*] Sic & infra L. II. 2. 2. & 8. & Livio ſaepe. *Majeſtas conſulum.* & L. XXXIV. C. 54. *Maieſtas patrum.* L. XXXV. 33. *Majeſtas viri.* PERIZON.

59. *Non dubitaverunt ſacris imperia ſervire*] *Imperia* rurſus pro imperatoribus, quique cum imperio ſunt: ut *ſervitia* pro ſervis: *dominatio* pro domino: *cuſtodia* pro cuſtodibus: *matrimonia* pro uxoribus. Vid. Ind. in Nepotem à nobis locupletatum v. *Auxilium.* VORST.

60. *Ita*

laude fraudandus non eſt: qui praetor à patre ſuo [55] collegii Saliorum magiſtro juſſus, [56] ſex lictoribus praecedentibus, [57] arma ancilia tulit: quamvis vacationem hujus officii, honoris beneficio haberet. Omnia namque poſt religionem ponenda ſemper noſtra civitas duxit: etiam in quibus [58] ſummae majeſtatis conſpici decus voluit. Quapropter [59] non dubitaverunt ſacris imperia ſervire; [60] ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi divinae potentiae bene atque conſtanter fuiſſent famulata.

Quod animi judicium in privatorum quoque pectoribus verſatum eſt. Urbe enim à Gallis capta, cum [61] Flamen Quirinalis virgineſque Veſtales ſacra onere partito ferrent, easque [62] pontem Sublicium transgreſſas, & [63] clivum, qui 10. Ann. U. 363. Liv. 5. Flor. 1. 13.

60. *Ita ſe humanarum rerum futura regimen*] Magis placet Pulmanniani exemplaris lectio: *Ita ſe humanarum rerum velut curam gerere exiſtimantia.* Quae quidem ſententia pulchrior & nitidior videtur. PIGH. In altero manuſcripto, *Ita ſe rerum humanarum curam gerere, ſi divinae potentiae.* Magis ad ſtilum Valerii. Illud ſane *Exiſtimantia* mera gloſſa. COLER. *Ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia.* Colerus in aliquo MS. *τὸ exiſtimantia* omiſſum reperit: quod eidem & probum, ſtyloque Valerii plane congruum videtur. Verum abeſſe ea vox non poteſt; ſed prorſus ad integritatem ſenſus pertinet. Ceterum pro *futura* in cod. Pulmanni Pighius reperit *curam gerere.* Et in uno cod. Brandeb. pro eodem eſt *habere.* Cui conſonum fere, quod, ut pl. reverendus Joh. Rud. Wetſtenius mihi ſignificavit, in uno cod. Baſileenſi eſt, *Ita ſe hum. rerum habitura regimen exiſtimantia.* Et ſane voces *habere* & *habitura* apprime pertinere huc videri poſſint. Satis Latine enim diceretur *habere regimen*, *habitura regimen.* Nec tamen explodenda eſt ideo lectio vulgata *futura regimen.* Quippe *humanarum rerum futura regimen* dictum videri poteſt pro *hum. rerum futura rectores*: ut abſtractum, quod vocant, poſitum ſit pro concreto, ut in ſuperioribus. Qua quidem notione vocem *regiminis* ut magnus Gronovius me docuit, uſurpavit Tacitus 1. Hiſt. 9. in his, *Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum ſpernebat, ſenecta & debilitate pedum invalidum, ſine conſtantia, ſine auctoritate; ne quieto quidem milite regimen.* VORSTIUS. Sic Livius L. IV. C. 31. *Nihil cenſoria animadverſio effecit, quo minus regimen rerum* (dictatura) *ex notata indigne domo peteretur.* PERIZON. Pro *futura regimen.* Harlem. & Sec. Vatic. cum Sept. Leid. dant *habere regimen* Octav. habet ut & Ultraj. Sec. *futurum regimen*, Guyet. conjiciebat. *ita penes ſe humanarum rerum futurum regimen exiſtimantia.* Malc. Prud. in Hymno poſt jejunium.

Chriſte Servorum regimen tuorum.

& quantum diſtat illud Virg. L. 1. Aen. 17.

——— hoc regnum Dea gentibus eſſe,
Si qua fata ſinant, jam tum tenditque fovetque.

61. *Flamen Quirinalis*] In templo Quirini, id eſt, Romuli, quod in colle Quirinali fuit, ſacerdos. VORST.

62. *Pontem ſublicium transgreſſus*] *Pons Sublicius* in Tiberi fuit; quo quidem Janiculum junctum urbi fuit ab Anco Martio, ut lib. 1. prodidit Livius. Eum quidam, uti Feſtus auctor eſt, appellatum credidere à *ſublicibus*, peculiari Volſcorum vocabulo, quo tigna in latitudinem extenſa ſignificata fuerint. Veteres Gloſſae, uti Scaliger ad Feſtum monet, ſic habent: *Sublices καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες.* Alii tamen malunt *ſublica, ae.* Caeſar B. Gall. IV, 1, 17, 4. *Non ſublicae modo directa ad perpendiculum.* Vitruvius III, 3. *Sublicae machinis adigantur.* VORST.

63. *Clivum qui ducit ad Janiculum*] Ut Poëta, *An quo via ducit in urbem?* Ceterum *Janiculum* mons eſt, quem Ancus Martius urbi addidit; ut ex lib. 1. Livii notum. VORST. Allevit orae Cod. ſui J. Lipſius, lege, *eſcendere.* & Perizonius. An non *eſcendere?* adjectis his locis Liv. L. XXXVI. 24. *ab urbe eſcenſurus in arcem.* L. XXXIX. 15. Sic *educere* pro *in altum ducere* Liv. L. XXXII. 11. ubi vide Joh. Fred. Gronovium. Sic L. XXXIV. C. 28. *eſcenſum difficilis & arctae viae eſſe.* Vide & J. Gronovium ad Liv. L. XXXIV. 16. & L. XXXV. 13. ita & *egredi.* Liv. L. XL. 22. *quantum in altitudinem*

egre-

qui ducit ad Janiculum, deſcendere incipientes, [64] L. Alvanius plauſtro conjugem, & liberos vehens [65] aſpexiſſet, [66] propior publicae religioni, quam privatae charitati, ſuis *ut plauſtro deſcenderent*, imperavit: atque [67] in id virgines & ſacra impoſita, omiſſo coepto itinere, [68] Caeretem oppidum pervexit. Ubi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc usque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur. Inde enim inſtitutum eſt, [69] ſacra *Caerimonias*

egrediebantur. Haec vir ille Clariſſimus. Vide omnino Jo. Fred. Gronovium ad Liv. L. II. 28. ubi ſaepiſſime hoc verbum corruptum fuiſſe oſtendit. Ratio autem, quae Viros Eruditiſſimos movit, ut *eſcendere* legere mallent, haec fuiſſe videtur, quod Auctor dicit *eas jam pontem ſublicium fuiſſe tranſgreſſas*; jam vero quis ille clivus inter Janiculum & Tiberim interjectus, quem deſcendere potuerint? Porro, an ipſa dictio *deſcendere clivum* ſatis eſt Latina? Novi apud Vell. L. II. 25. occurrere. *Deſcendens montem Tifata*, ſed etiam Munkerum à Cl. Burmanno judicari recte emendaſſe *monte*, niſi locus ille graviore medicina eſſet ſanandus. In primo Ultraj. erat *adſcendere*, ut & in Leid. ſept. & Heinſ. primo, ſed ab alia manu.

64. *L. Albanius*] Ita lib. Dan. Florus & Livius *L. Albinius.* An rectius erat *Albinus?* COLERUS. *L. Alvanius.* Ita codd. quoque Brand. Alii quidam, *Albinius.* VORST. Probat Rupertus *L. Albinius* L. I. p. 21. MSS. habent *L. Alvanius*, *Alvarius*, *Alvarus*, *Albanus*, *Alvatus.* Leid. prim. *L. Albinus.* Itaque, cur *Alvanius* praeferatur nihil cauſae video. Adi V. D. ad Flor. I. 13. 12.

65. *Eaſque &c. aſpexiſſet*] MS. *Conſpexiſſet*, melius. PERIZON. Sic quoque Vatic. ſecundus.

66. *Propior publicae religioni, quam privatae charitati*] Id eſt, publicam religionem privatae charitati praeferens. Sic fere & Nepos Milt. *Amicior omnium libertati quam ſuae dominationi.* VORST. Vide Cl. P. Burmannum ad Phaedr. L. I. Fab. 10.

67. *In id*] Copeſ. cum compluribus aliis *ad id.* tres, *ſuper id.*

68. *Cerete oppidum provexit*] Correcte magis in antiquo; *Caere in opidum pervexit.* PIGH. Lib. Dan. *Caere opidum.* quod agnoſco lubens. De hoc opido Livius, Plinius. Agillam olim dictum fuiſſe multis docet Servius VIII. Aeneid. Strabo lib. V. COLER. Aldus, *Caerete oppidum.* Pro quo Pighius *Caere in oppidum*, ut in cod. quodam ipſe ſcriptum reperit. Colero placet *Caere oppidum*, omiſſa praepoſitione; ut codex P. Danielis habeat. At codicum Brandeb. unus *Caeretem oppidum:* & alter, *Caerete;* ut facile tamen appareat, initio & in illo ſcriptum fuiſſe *Caeretem.* Tantundem in ſuo cod. obſervavit Schottus, ut Obſ. hum. III. 30. idem teſtatur. Et ſane *Caeretem* ceteris ego praetulerim. Voculam *in*, quam adjecit Pighius, ſi ipſe auctor adeſſe voluiſſet, ſcripſiſſet potius *in oppidum Caere*, quam *Caere in opp.* Dicitur autem non tantum *Caere*, ſed & *Caeres*, *Caeretis:* fuitque oppidum Tuſciae, non procul Tarquiniis. Virgilius X. Aen.

Qui Caerete domo.

VORST. *Caeretem.* ſic Copeſ. unde mox *Caeretani.* Virg. *Caerete* domo. Liv. L. XLI. 21. *Caerites.* L. XXII. 36. *Caeretes aquas.* Vide Gron. L. IV. Obſ. ſic à *Vejis*, *Vejentes*, & *Vejentani.* PERIZON. Guyet. probat *Caere oppidum.* Sed MSS. longe plurimi conſentiunt cum Copeſiano, unde princeps ille criticorum J. Fr. Gronovius ad Gell. L. V. C. 3. *Caere in oppidum*, (quod fruſtra Vorſtius oppugnat ob verborum collocationem) legit. Sed cur non *Caerete in oppidum?* ut *Lampſacenae urbis* pro *Lampſaci* L. VII. 2. Ext. 4. *Romanae Urbis.* pro *Romae* L. IV. 7. Ext. 1. Et ſic noſter alibi ſaepius. Ut *Caerete* ſit adjectivum, quemadmodum in *Caerete domo*, *Caeretes aquas.*

69. *Sacra caerimonias vocari*] Ita & Feſtus Pompejus. *Alii à Cerere.* ut vetus Gloſſarium: Caerimonia Δημήτεια. Melius Scaliger à *Cerus.* quae vox ſanctum ſignificat. Cerimoniam Auſonius, ſacros mores appellat: *Qui jus & aequum & ſacros mores negligunt.* COLER. *Caeretani* aliter & *Caerites* dicti, ut ex Livio, aliiſque, notum. Vocis *caerimoniae* eam originem & alii prodidere. Feſtus; *Caerimoniarum cauſam alii ab oppido Caere dictam exiſtimant.* Scaligero tamen ea vocis derivatio non placet: & mavult ille, deductam eſſe à nomine adjectivo *cerus*, quod idem ſit quod ſanctus. Quod adſcriptionem vocis attinet, per AE & I ſcriptam repe-

monias vocari, quia Caeretani ea, infracto Reip. ſtatu [70] perinde ac florente, [71] coluerunt. [72] Quorum agreſte illud & ſordidum plauſtrum tempeſtive capax, cujuslibet fulgentiſſimi triumphalis curris vel aequaverit gloriam, vel anteceſſerit.

Eadem Reip. tempeſtate [73] C. Fabius Dorſo memorabile exemplum ſervatae reli- 11. Anno U. 263, Liv. 5. C. 6. Min. Fel. C. 6. Flor. L. 13.

reperit Manutius in lapide, ut idem in Orthographia ſua teſtatur. VORST. Quod putet caerimonias à caere vocari falſum videtur, κή-δω enim i. e. κήδομαι, κεδίω, κεδεμὼν, κεδεμονία unde *caerimonia* priore correpta. GUYET. Sed quod non placebat Gudio: & merito.

70. *Perinde ac florente*] Lib. Dan. *Perinde ac florentes*. rectius: ut ad Caeretanos referatur. COLER. Livius VII, 20. Caere *ſacrarium populi Rom. diverſorium ſacerdotum, ac receptaculum Romanorum ſacrorum* vocat. Porro *infracto* eſt pro ſimplici *fracto*; & quidem à verbo *infringere* Quem vocabuli uſum plurimis Auctorum locis confirmavimus; alterum vero, quo pro forti & imperterrito uſurpatur, rejecimus in lib. de Latinit. merito ſuſp. cap. 4. Nec erat quod Minellius in ſua Valerii editione pro *infracto* ſcriberet vocibus duabus *in fracto*. ipſum enim compoſitum *infracto* idem eſt quod *fracto*. Ceterum pro *florente* Colerus in cod. P. Dan. reperit *florentes*; ut ad ipſos Caeretanos hoc pertineat. Schottus autem in ſuo cod. ante *coluerunt* repetit *ante*: uti ipſe Obſerv. hum. 3. 30. teſtatur. VORST. Pro *infracto* habent *fracto* Codd. tredecim. *florentes ante*, ſic eſt in uno Leidenſi; in aliis *florente ante*, ut in Heinſ. & Ultraject. utriſque, Harlem. & Bitur. primo, & octo aliis: tres habent *florentem ante*. Iſ. Voſſius ex *florentes ante*, quod in ſuo repererat, acutiſſime profecto conjecit, *Perinde ac florente, ſancte coluerunt*. Quae conjectura ita ſeſe mihi approbat, ut de recipienda dubitarim.

71. *Coluerunt*] MS. *ante coluerunt*. mox *quarum*, unde recte legit Lipſ. *quorum*. PERIZON.

72. *Quare agreſte illud & ſordidum plauſtrum capax*] Libri veteres, *Quarum* referunt. Lego, *Quorum*, & ad ſacra refero. In iiſdem, *ſordidius plauſtrum*. Puto, *ſordidans fuiſſe*. LIPS. Lipſii correctio eximia: *Sordidans*. COLER. *Quorum agreſte illud & ſordidum plauſtrum tempeſtive capax*. Sic omnino legendum pro eo, quod vulgo legitur, *Quare agreſte illud*. Sane Lipſius in quibuſdam codd. reperit *quarum*: ut ipſe in Notis teſtatur. Quidni igitur porro legamus *quorum*; ut ad ipſa *ſacra* hoc pertineat? Vox *capax* omnino aliquam caſus ſecundi vocem requirit. At non alia caſus ſecundi vox conſiſtere hic poteſt, quam *quorum*: ipſa vero eſt appoſitiſſima. Porro pro *ſordidum* Lipſius legendum putat *ſordidans*; quia in quibusdam codd. reperit *ſordidius*. Verum ipſum illud *ſordidius* legi hic quid vetat? Annon uſitatiſſimum eſt comparativi gradus vocabula poni pro vocabulis poſitivi? Vide modo Ind. in Nep. v. *Comparativus*. Apud Valerium quidem ipſi quoque codd. Brandeb. *ſordidius* habent: parumque aberat, quin ipſum illud hic reſcriberemus. VORST. *Quorum* diſerte ſcriptum inveni in ſept. atque octavo Leid. & Ultraj. ſec. *ſordidius* eſt in MSS. quatuordecim.

73. *C. Fabius Dorſuo*] *Dorſo* videtur ſcribendum, ut Mento, Pedo, Gulo, Fronto, Capito, quae item ejus generis cognomina ſunt. Quaedam manuſcripta exemplaria perperam *dorſo ſuo* habent. An vero hinc Fabio cognomen, quod ſacra dorſo ac humeris per hoſtium caſtra tulerit? PIGH. Manuſcripti aliquot: *Dorſo ſuo*. Vel caeco apparet legendum eſſe: *C. Fabius Dorſuo*. Dorſuum dicebant antiqui pro Dorſum. Hinc *Dorſuaria jumenta* apud Catonem. Gloſſae veteres: *Dorſuaria* Νωτοφόρα. COLER. *Dorſo* legi vult Pighius, quia ſimiliter dixerint *Mento, Pedo, Gulo, Fronto, Capito*. At Aldus & alii ediderant *Dorſuo*: quod & retinendum cenſet Colerus; quia in quibusdam MSS. ſit *dorſo ſuo*. Et ſane literae V epentheſis apud veteres ſatis frequens fuit: ac reperiuntur in lapidibus. *oſſua, oſſuaria, tignuarii*, & id genus alia. Quod ſi ex *dorſo ſuo* colligi poſſit, quod rectius ſit *Dorſuo*, habent ita codd. quodque Brandeb. VORST. *Dorſo ſuo* ego compertum habeo inveniri in MSS. plus triginta, ut poſſit cum Colero *Dorſuo* potius quam *Dorſo* ſcribendum videri; praeſertim cum illud *u* in derivatis remanſerit. *Dorſuonem* appellat quoque ipſum Salmaſ. ad Flor. L. 1. C. 13. Sed *Dorſo* defendit Sigon. ad Liv. L. V. 46.

religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obſidentibus, [74] ne ſtatum Fabiae gentis ſacrificium interrumperetur, [75] Gabino ritu cinctus, manibus humeriſque ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes, in Quirinalem collem pervenit: ubi omnibus ſolenni more peractis, in Capitolium [76] poſt divinam venerationem victricium armorum perinde ac victor, rediit.

12. Anno U. 572. Liv. 40. C. 29. Plin. 13. 13. Plut. in Numa Lactant. de F. R. 22. Magna conſervandae religionis etiam P. Cornelio, & [77] Baebio Tamphilo coss. apud majores noſtros acta cura eſt. Siquidem in agro [78] L. Petilii ſcribae ſub Janiculo cultoribus terram altius verſantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera ſcriptura indicabat corpus [79] Numae Pompilii, Pomponis filii, fuiſſe; in altera libri reconditi erant Latini ſeptem de jure pontificum,

74. *Ne ſtatutum Fabiae gentis ſacrificium interrumperetur*] Atrebatenſis collegii manuſcriptus codex, *ſtatum Fabiae gentis ſacrificium* Quae antiqua lectio videtur eſſe, remanens itęm in Gemblacenſi. *Stata ſacrificia* vocat Feſtus, *quae certis diebus fieri debent*, citatque M. Catonis verba in L. Veturium, cum ei equum cenſor adimeret. *Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata, ſolennia, capite ſancta deſeruiſti.* Quod vocabulum & Livio reſtitui poterit, ubi de hac eadem re ſcribit libro v. legendumque ita: *Sacrificium erat ſtatum in Quirinali colle Fabiae genti.* PIGH. *Statum* legendum eſſe pro eo quod Aldus & alii ediderant *ſtatutum*, monuit Pighius. Et unus quoque cod. Brandeb. ſic habet. Ipſe quoque Livius l. v. *ſacrificium ſtatum* vocat. Feſtus ſic: *Stata dicebantur ſacrifi:ia, quae certis diebus fiebant.* VORST. *Statutum* eſt in omnibus Leidenſibus, Ultrajectinis, Copeſ. aliiſque pluribus, quod in quibusdam correctum in *ſtatum.*

75. *Gabino ritu*] Servius: *Gabinus cinctus eſt toga ſic in humerum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere veteres Latini, cum necdum arma haberent, praecinctis togis bellabant. Unde etiam milites in procinctu eſſe dicuntur. Hoc rurſus utebatur conſul bella indicturus: ideo cum Gabii Campana civitas ſacris operaretur, bellum ſubito evenit. Tunc cives cincti togis, ſuis ab aris ſunt ad bella profecti & adepti victoriam; propter quod omen tali habitu ſemper utebantur in bellis.* Adde Iſidorum lib. XIX. cap. 24. COLER. Livius l. v. *Gabino cinctu ſacra manibus gerens.* Ergo noſter nonnihil mutavit. Quanquam & Livii codices ſunt, qui, ut Sigonius teſtatur, ſic habent, ut Valerius. Ceterum & Lucanus ait, *Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino.* Rurſus Virgilius VII. Aen. ſic ut Livius, *Cinctu Gabino inſignis.* Ad quem locum Servius: *Gabinus cinctus eſt toga ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere utebatur conſul bella indicturus: ideo quia, cum Gabii Campaniae civitas ſacris operaretur, bellum ſubito venit. Tunc cives accincti togis ſuis ab agris ad bella profecti ſunt & adepti victoriam: unde hic ortus eſt mos.* VORST. Vide Turneb. L. XXII. Adverſ. C. 20.

76. *Poſt divinam venerationem victricium armorum*] Codices Brandeb. pro *poſt* habent *propter:* quod & in aliis codd. obſervarunt alii. *Victricia* illa *arma* ſunt arma ancilia: de quibus ſupra. VORST. Oliverius intelligit *arma Quirini*, quae veneratus ſit in ſacris ſuis Gentilitiis Fabius. Ridicule Pighius diſtinguit. *Poſt divinam venerationem, victricium armorum perinde ac victor*, ut ſit ſenſus, poſt ſacra peracta rediiſſe in Capitolium perinde ac hoſtium ipſorum victorem. Sed hac diſtinctione abrumpit non abrumpenda. Quanta enim ταυτολογία inquinaret Valerium? *Omnibus ſolenni more peractis in Capitolium poſt divinam venerationem rediiſſe.* Cum longe diverſum ſenſum conſtituat ab iis, *Omnibus ſolenni more peractis.* Quamobrem copulatis hiſce *poſt divinam venerationem victricium armorum* Valerii mentem ſic explico, vocabulum *divinam* poſuiſſe pro *religioſam.* Plana omnia. *Victricia arma* i. e. Victores Galli veneratione religioſa proſecuti ſunt & ipſi Fabium. Nam haec è Livii Lib. v. ita deſcripſit Auctor, ut alibi ſenſum, alibi verba retineat. Livius dicit *religione motos Gallos*, hoc è Valerio reddam *ad Divinam venerationem compulſos.* Sic L. I. C. 2. p. 45. RUPERTUS. Vides *victricia arma* etiam Vorſtium explicare *arma ancilia*, quod unde hauſit? credo recte *arma victricia* Rupertum interpretari per *victores Gallos*, ſed tum multo malim cum utroque Ultraject.

cum, totidemque Graeci de diſciplina ſapientiae: Latinos magna diligentia aſſervandos curaverunt: Graecos, quia aliqua ex parte [80] ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimabantur, [81] Q. Petilius praetor Urbanus ex auctoritate ſenatus [82] per victimarios [83] igne facto, in conſpectu populi cremavit. Noluerunt enim priſci viri quicquam in hac aſſervari civitate, quo animi hominum à deorum cultu avocarentur.

Tarquinius autem rex [84] *M. Tullium Duumvirum*, quod librum ſecreta ci- 13. Dionyſ.
vilium ſacrorum continentem, cuſtodiae ſuae commiſſum, corruptus Petronio lib. 4.
Sabino deſcribendum dediſſet, *culeo inſutum in mare abjici* juſſit: [85] idque ſupplicii

traject. & tribus Leidenſ. legere *propter divinam venerationem*, i. e. quia victores Galli venerabantur numen Deorum, & ideo violare Fabium non audebant.

77. *Baebio Tamphilo*] In multis corrupte *Pamphilo* vel *Pamphilio*. Quod frequens eſſe in hoc nomine obſervarunt Eruditi. Guyet. tamen monet *Pamphilo* legendum eſſe. Sed vide cognatum noſtrum Oudendorpium ad Obſequent. cap. 30.

78. *L. Petilii*] Lib. Dan. non geminat l. melius. Ita tabula Capitolina: Q. PETILIVS C. F. Q. N. Eſt enim à voce Petilus, quam Nonius tenue & exile exponit. Lucilius: *Inſignis variis cruribus & petilis.* apud Feſtum *petila ſura*. Horatius tamen gemino ll pronunciavit metri cauſſa lib. 1. Sat. 4.

—— mentio ſi qua
De Capitolini furtis injecta Petilli.

COLER. Ita codd. Brandeb. Pighius maluit *Petillii*. Lapides utramque ſcriptionem habent. VORST. *L. Petilii* clare exhibent aliquot è MSS. noſtris. & ſic Vett. Edd. *Petillii* editur tamen in Livio.

79. *Numae Pomponii filii*] Lege, *Numae Pompilii Pomponis filii.* Sic enim Livius libro XL. cujus eadem fere verba refert Valerius: Quae formulam quaſi nobis repraeſentant epitaphii vetuſti. PIGH. Nihil auſim adfirmare, quoniam illud *Pomponis filii* additur apud Livium, quod tamen video abeſſe ab omnibus Leidenſibus, Copeſ. Ultraj. & pleriſque aliis. Satis liquet etiam Pighium non inveniſſe in ſuis. Ante ipſum edebatur *Numae Pomponii filii*, quod annotatum video ex uno, ſed & hoc profectum videtur ab Aldo, nam in vetuſtioribus exſtat modo *Numae Pompilii.*

80. *Ad ſolvendam religionem*] *Solvendam* pro *deſtruendam, abrogandam.* Graecis quoque λύειν τ̀ νόμον idem eſt quod *abrogare legem.* VORSTIUS. Sic Liv. L. 1. C. 49. *Morem de omnibus Senatum conſulendi ſolvit.* Curt. L. X. 2. 5. *Quamquam ſolvendarum legum id principium eſſe cenſebant.*

81. *L. Petilius praetor Urbanus*] MS. *Quintus Petilius.* Rectiſſime. ita enim quoque Livius, unde haec deſcripſit Valerius. Mox pro *cremavit* etiam *concremavit.* licet Livius etiam ſimplici verbo utatur. PERIZON. Praenomen *Lucii* addidit Pigh. nam ante eum editi illo carent, ut & quidam MSS. Q. exſtat in aliis quatuordecim, quare illud reponendum duxi. Vatic. prim. *Quos Petilius*, ſec. *eos virtus & Petilius. eos Petilius.* Barber. prim. & ſec. An ſcripſit? *Eos Q. Petilius.* vide ſupra ex. 4. ubi ſimiliter abundat *eidem.*

82. *Per victimarios*] *Victimarii* ſunt victimarum miniſtri, qui victimas ligabant, cultrum, aquam & molam parabant, aliaque ad immolandum pertinentia praeſtabant. VORST.

83. *Igne facto*] In multis MSS. *igni facto.* ita porro quoque ſcripta Protagorae ob eandem cauſſam Athenienſes in concione combuſſerunt. Min. Fel. Cap. 8. ubi plura de hoc more collegerunt Wouwerus & Elmenhorſtius.

84. *M. Tullium Duumvirum*] Dionyſius Halic. l. IV. M. Atilium vocat: ſcribitque patricium fuiſſe. VORST.

85. *Idque ſupplii genus non multo poſt*] Eradenda vox negativa, *non*, quae in nullo manuſcriptorum habetur. Quadringenti enim amplius anni fuere poſt regum tempora, quando primus ea poena periit Romae matricida Malleolus. PIGH. Poſt bellum Cimbricum & victoriam Marii. auctor Florus, & Oroſius lib. V. c. 16. COLER. *Idque ſupplicii genus non multo poſt parricidis lege irrogatum.* Ita recte ediderat

cii genus multo poſt parricidis [86] lege irrogatum eſt. Juſtiſſime quidem: quia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda eſt.

14. Ann. U. 498. Polyb. & alii. Sed [87] in his, quae ad cuſtodiam religionis attinent, [88] neſcio an omnes M. Atilius Regulus praeceſſerit, qui ex victore ſpecioſiſſimo, inſidiis Aſdrubalis, & Xantippi Lacedaemonii ducis ad miſerabilem captivi fortunam deductus, ac miſſus ad S. P. Q. R. legatus, [89] ut ex ſe & uno, & ſene, complures Poenorum juvenes penſarentur: in contrarium dato conſilio, Carthaginem repetiit; non ignarus ad quam crudeles, quamque merito ſibi [90] infeſtos deos reverte-

Anno U. 503. Cic. offic. 3, Gell. 6, 4.

derat Aldus. At Pighius voculam *non* expunxit; quod putaret quadringentis demum annis poſt reges expulſos parricidis irrogatam poenam eam fuiſſe; idque ex epit. lib. LXVIII. Livii apparere. Verum Theod. Marcilius in Interpretamento Legis XII. tabb. docuit, in ipſis quoque XII. tabulis, atque adeo LX. circiter annis poſt regifugium, &, ut loquitur noſter, *non multo poſt* tempora Tarquinii, parricidis eam poenam irrogatam fuiſſe; & omnes fere membranas ac libros veteres Valerii voculam *non* additam habere. Vide pag. libri 232. & ſeqq. VORST. Particula negativa profecta eſt ab Aldo, vetuſtiores eam ignorant, cum omnibus omnino MSS. nam nulla ejus mentio in collationibus Gudianis, quae factae ad edit. Coleri, in qua eſt *multo poſt*, nec habent Leidenſes & Ultrajectini, nec Copeſianus. *Multo poſt* legit etiam Jac. Cujacius. Vide Dempſter. in Paralip. ad Roſin. L. VIII. 24. p. 654. Pro *parricidis* in aliquot MSS. eſt *Patricidis*.

86. *Lege*] Intelligit Jac. Gothofredus *Legem* XII. tabb. quomodo loquatur & Cic. L. VIII. ad. Fam. 8. & pro Caecina & in Topic. Horat. L. I. Sat. 2. Sen. Controv. 10. in fine. PERIZON.

87. *In his quae ad cuſtodiam religionis attinent*] In editionibus Francofurtenſi Coleri, Leidenſi Thyſii, & Roterodamenſi Minellii, voculam *ad* omiſſam video. Verum antiquiores typis expreſſi codices voculam eam habent; & MSS. item Brandeb. Nec ſolent boni Auctores, in iſta quidem conſtructione voculam eam omittere, ut in lib. de Lat. merito ſuſp. p. 173. monuimus. Porro *cuſtodiam religionis* vocat, ſi quae ad religionem pertinent, obſerventur atque praeſtentur. Sic & verbum *cuſtodire* pro obſervare, & praeſtare, non inſolens eſt. Videſis Ind. Rhodii in Scrib. Largum. Pari modo Graeci φυλάσσειν τοὺς νόμους non tantum eos dicunt, qui ut leges obſerventur, provident & curant; ſed & ipſos illos, qui leges obſervant, & ex iis vivunt: ut in cap. 6. Commentarii de Hebraiſmis N. T. demonſtravimus. VORST. Videndus omnino Cellarius in curis poſterioribus p. 194. *ad* reperio in omnibus MSS. Deinde *in his* non invenio in duodeviginti MSS. in aliis quibuſdam inter gloſſas reperitur. Bitur. & Pariſ. primi *ſed quod &c. attinet.* abſunt etiam iſtae voculae à primis editionibus. puto Auctorem ſcripſiſſe, *ſed quod ad cuſtodiam religionis attinet.* Vide Ex. 1. in Ext.

88. *Neſcio an omnes M. Atilius Reg. praeceſſerit*] Formula haec loquendi noſtro, aliisque, cum aliquid affirmatum volunt, frequentiſſima: diciturque, *Neſcio an praeceſſerit*, pro *videtur praeceſſiſſe*, *praeceſſit fortaſſe.* Vide & inf. 1, 4, 14. 1, 7, 2. Et in hoc ipſo cap. iterum: *Neſcio an praecipuis & exquiſitis ſacrif. colenda.* Dicunt item eodem ſenſu *Haud ſcio an*, *Dubito an:* ut in lib. de Latinit. ſelecta & vulgo fere neglecta oſtendemus. VORST.

89. *Ut ex uno & ſene complures Poenorum juvenes penſarentur*] Rejecta particula lego, *Ut ſe uno.* Impurus mihi aliter ille ſermo. LIPS. Voculam *ex* Lipſius expungendam putat. alioqui ſermonem impurum eſſe. Codices MSS. Brandeb. eam habent, & antiquiores item typis expreſſi. Nec auſim ego expungere; quod & aliam praepoſitionem eſſe ſciam, quae in conſtruendo cum nominibus verbo iſto uſurpari ſoleat. Dicunt enim non tantum *penſare aliquid aliquo*, ſed & *penſare aliquid cum aliquo*; ut in praedicto lib. itidem oſtenſuri ſumus. VORST. Deleo cum Lipſio praepoſitionem *ex*. *Penſare ex aliquo* eſt *aeſtimare*. Liv. L. [illegible] 9. *reliquas civitates monere ut ex factis non ex dictis amicos penſent.* PERIZ. Exſtat tamen illa in omnibus MSS.

90. *Infeſtos Deos*] Abeſt vox poſterior à lib. Dan. & abeſt jure. intelligit Carthaginienſes. COLER. De diis parum apta hic mentio: nec

verteretur: [91] verum quia his juraverat, *ſi captivi eorum redditi non forent, ad eos ſe rediturum.* Potuerunt profecto dii immortales efferatam mitigare ſaevitiam: ceterum quo clarior eſſet Atilii gloria, Carthaginenſes moribus ſuis uti paſſi ſunt; tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, urbis eorum interitu juſta exacturi piacula.

Quanto noſtrae civitatis ſenatus venerabilior in Deos! qui poſt Cannenſem cladem decrevit, *ne matronae ultra* [92] *trigeſimum diem luctus ſuos extenderent,* uti ab his ſacra Cereris peragi poſſent: quia majore pene [93] Romanarum virium 15. Anno U. 537. Liv. XXII Feſt. in *Graeca ſacra.*

nec ii ſane Regulo infeſti. Alii, *hoſtes*, ſubſtituunt: ego, *eos*, verum cenſeo, ut ad Carthaginenſes referas. LIPS. Vox *Deos* valde aliena ab hoc loco videtur. Et teſtatur Colerus à cod. P. Danielis eam abeſſe. Sed & unus codex Brand. habet, *quamque merito & infeſtos ſibi reverteretur;* niſi quod diverſa manu mutationem quandam factam apparet. Lipſius ne plane nihil pro ea voce reponatur, conjicit legendum eſſe *infeſtos eos.* Verum ipſam quoque voculam *eos* minus appoſitam eſſe facile intelligitur. Pighius in margine notat, quoſdam codices pro *Deos* habere *hoſtes:* quod ſane aſpernandum non eſt. Cicero III. Off. ubi de eodem hoc facto Reguli agit, ita: *Nec vero ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtem proficiſci.* Atqui ex ſcriptis Ciceronis noſter multa, & iiſdem pene verbis, collegit; ut jam ſupra apparuit; & amplius apparebit infra. VORST. Torquet hic omnes interpretes τὸ *Deos.* alii expungunt, alii legunt *hoſtes*, alii *eos.* Ego malim *dominos.* quae ſaepe inter ſe mutari ſolent *dnos* nempe in *Deos.* Erat enim captivus Carthaginienſium, unde illi recte ipſius *Domini* vocantur. Sic apud Symmachum L. III. Ep. 81. male legebatur *divo noſtro Theodoſio* pro *Domino.* Caeterum ex MSS. omnino reſtituo, *verum quia his juraverat.* Peſſimo enim exemplo expunxit Pighius τὸ *quia.* ſenſus enim loci eſt Carthaginem repetiit, non *ignarus*, vel, *non quod ignarus eſſet*, ſed *quia juraverat.* PERIZON. Τὸ *Deos* retinent MSS. in duobus inveni *hoſtes*, ſed in eorum altero ab alia manu. eſt etiam, qui omnino deleat. Dudum eſt, quod conjiciebam *Poenos*, quae vox eximium hic pondus habere videbatur, ad augendam cujuſvis graviſſimi cruciatus exſpectationem, cum reverteretur ad infeſtos ſibi non ſolum, ſed eos *Poenos.* Nunc video idem in mentem veniſſe Matth. Klokkio in Epiſt. ipſius ineditis. Guyet. τὸ *Deos* delet. Rupertus legit *hoſtes* L. I. p. 47.

91. *Verum quia his juraverat*] *Quia*, in Campenſi non habetur & ſuperfluum eſt, hiulcamque reddit clauſulam. PIGH. Antiquiores typis expreſſi, *Verum quia his juraverat:* quomodo & in codd. Brandeb. ſcriptum reperio. At Pighius expunxit *quia;* quod in cod. Campenſi id non reperiret, idemque & ſuperfluum judicaret. Nec male factum illud putem. Subjunctaque ea ſuperioribus ſint eo modo, quo praedictis verbis Ciceronis ſubjunctum eſt, *Sed jusjurandum ſervandum putabat.* Eſt autem utrobique locutio paulo conciſior. Et apud Valerium quidem pro his, *Verum his juraverat, ſi captivi eorum redditi non forent, ad eos ſe rediturum: ideoque redeundum ad eos omnino putabat.* VORST. *Quia* omnino retinendum eſſe recte cenſuit Cl. Perizonius: certe ſic faciunt MSS. quorum in Leid. Sept. & Oct. occurrit mihi praeterea, *non quod ignarus.* pro *repetiit* in multis eſt *petiit.*

92. *Trigeſimum diem*] De tempore ſolenni luctus vide Cujacii Obſ. L. XXI. 12. PERIZON.

93. *Romanarum virium parte*] In manuſcriptis melius *Romanorum virorum.* Mulieres enim licet occiſis viris afflictae, feſtiva Cereris ſacra obire coactae ſunt. PIGH. *Romanarum virium.* Ita legendum. Et habent ita antiquiores typis expreſſi, & MSS. item Brandeb. Sed & celeberrimus Gronovius, ut ipſe in literis ad me teſtatus eſt, in optimis codd. ita ſcriptum reperit. Pighius cum in uno & altero cod. reperiſſet *Romanorum virorum*, audacter hoc ſubſtituit. Et ſecuti eum ſunt Colerus, Thyſius, Minellius. Verum quid attinebat nominari hic *viros?* Annon per ſe ſatis intelligitur, non feminas, ſed viros cecidiſſe in pugna. Neque vero novum eſt, *vires* poni pro exercitu. Livius XLII, 47. *Neque arte, neque caſu, ſed collatis comminus viribus juſto ac pio bello eſſe ſuperatum.* Juſtinus IV, 3, 5. *Ne Lacedaemoniis illae vires accederent.* Et V, 1, 9. *Vires totius Orientis concurrunt.* Frontinus

rium parte [94] in execrabili ac diro ſolo jacente, nullius penates moeroris expertes erant. Itaque matres ac filiae, conjugeſque, & ſorores nuper interfectorum, abſterſis lacrymis, depoſitiſque doloris inſignibus, [95] candidam induere veſtem, & aris dare tura coactae ſunt. Qua quidem conſtantia obtinendae religionis, magnus coeleſtibus injectus eſt rubor ulterius adverſus eam ſaeviendi gentem, quae ne injuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri [96] potuerit.

NEGLECTA.

[97] Creditum eſt Varronem conſulem apud Cannas cum Carthaginenſibus tam

tinus IV, 7, 6. *Naturam Romanarum virium per hoc vobis exemplum oſtendi.* Ipſe noſter infra V, 3, 2. *Virium Romanarum & incrementum laetiſſimum & tutela certiſſima Furius Camillus.* VORST. Recte hoc revocavit Vorſtius temere mutatum à Pighio, nam ita fere omnes MSS. niſi quod pauculi praeferunt *Romanorum virium.* Probaſſe videtur illud *Romanarum virium* Cl. Perizonius adſcribens orae cod. ſui. Sic Flor. L. IV. 2. 44. *Nunquam ullo loco tantum virium Populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit.* Noſter L. VIII. I. damn. 4. *Maritimarum virium noſtrarum praecipua jactura.* Oroſ. p. 46. Probabat etiam Sam. Tennulius ad Front. L. IV. 7. §. 6. nec diſplicet Cl. P. Burmanno ad Vellej. L. I. 4. 3. Probabat etiam Gudius. Vide & Graev. ad Juſt. L. XI. 12.

94. *In execrabili & diro ſolo*] Apud Cannas, oppidum Apuliae: ubi Romanorum amplius XL. millia caeſa. VORST.

95. *Candidam induere*] Ritum priſcum Ovidius tetigit lib. X. Metamorph.

Feſta piae Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus nivea velatae corpora veſte.

COLER. Ovidius X. Metamorph.

Feſta piae Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus nivea velatae corpora veſte.

Si juſtum tempus, integer annus puta, exigendum fuiſſet, candida veſtis ſumi, & ſacra Cereris peragi, nequaquam potuiſſent; ſed matronas adhuc diu in luctu & ſqualore eſſe oportuiſſet. Interceſſit ergò ſenatus & decrevit, ne matronae luctus ſuos ultra trigeſimum diem extenderent. VORST.

96. *Potuerat*] In quam plurimis MSS. eſt *potuerit.* Et ita quum ſuperiores habeant editiones, ſitque concinnius, illud reſtitui.

97. *Creditum eſt Varronem coſ.*] Nec dum diſcedit à Cannenſi clade, ſed ejus occaſione poſt laudatam religionis obſervantiam tranſit ad exempla neglectae religionis à Romanis. Quo loco vulgati codices perperam novum caput conſtituunt. PIGH. Creditum eſt, ait, Varronem conſulem tam infeliciter pugnaſſe ob neglectam religionem. Non ſane vana, ſed certiſſima improſperae militiae cauſa, vel Horatio teſte:

DI multa, inquit, *neglecti dedere*
Heſperiae mala luctuoſae.

Contra feliciter pugnandi ratio non tam in diſciplina, ut Vegetius libro I. cap. I. aliique cenſent, quam in pietate & religione conſiſtit; quod etiam Cicero adfirmat Orat. de haruſp. reſponſ. *Quam volumus licet, P. C. ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, nec denique hoc ipſo ejus gentis ac terrae domeſtico nativoque ſenſu, Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, atque hac una ſapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perſpeximus, omnes gentes nationeſque ſuperavimus.* Legantur multa huc pertinentia apud Aurelium Auguſtinum de Civitat. & Lactantium. Inter maxima autem pietatis opera, quae militiae praeſtarentur, pudicitiam numerabant: ac viciſſim impudicitiam diſciplinae militaris peſtem eſſe maximam minime dubitabant. quod tot illuſtrium gentium ac nationum devaſtationes ac ruinae longo etiam pe[illegible]allo teſtatae ſunt. Salvianus libro VII. *Cur Deus Vandalis occupandam dederit Hiſpaniam fortiſſim[illegible] imbelliſſimis? Ad impudicitiae damnationem, ut impudi-*

tam infeliciter dimicaſſe [98] ob iram Junonis: quod [99] cum ludos Circenſes aedilis faceret, [100] in Jovis Opt. Max. templo eximia facie puerum [1] hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet. quod factum poſt aliquot annos memoria repetitum, ſacrificiis expiatum eſt. Ann. urb. 533. Lact. Inſt. div. lib. II.

17. Hercules quoque detractae religionis ſuae, & gravem & manifeſtam poenam exegiſſe traditur. Nam [2] cum Potitii ſacrorum ejus ritum, quem pro dono genti eorum ab ipſo aſſignatum, velut hereditarium obtinuerant, auctore Appio Cenſore, ad humile ſervorum miniſterium tranſtuliſſent: omnes qui erant [3] numero ſuper XXX. puberes, [4] intra annum extincti ſunt, nomenque Potitium An. urb. 441. Livius IX. C.29. & 34. L. I. C. 7. Lactant. L. II. 7. Serv. VIII. Aen. 179. 297. Victor in Appio cenſore.

pudicis pudiciſſimi imperarent. COLER. Perperam hic in antiquioribus typis expreſſis novum caput conſtituitur. Pergit enim Auctor de religione agere; ſed de neglecta ea, & quidem à Romanis. Cumque & hujus exempla propoſuiſſet, redit deinde ad religionem obſervatam; & ab exteris quidem. VORST. Attamen novum caput hîc ordiuntur non ſolum editi ante Pighium omnes, ſed etiam MSS. nolui tamen quicquam mutare, ſatius ducens ſimpliciter hoc ſubinde admonere, quam capitum numeros mutando allegationes eruditorum reddere incertiſſimas.

98. *Ob iram Junonis*] Klokkius notat in MS. Baſ. eſſe *ab ira Junonis.*

99. *Cum ludos Circenſes aedilis faceret*] Aedilium curulium erat ludos Circ. facere. Sunt autem *ludi Circenſes*, qui Romae in Circo maximo exhibebantur. Quorum curricula ſolennia ſeptem fuiſſe, ex Varrone prodidit Gellius III, 10. VORST.

100. *In Jovis Opt. Max. templo*] Schottus in ſuo cod. pro *templo* reperit *tenſa;* ut ipſe Obſ. hum III, 30. teſtatur. Et ſane vocabulum iſtud ſatis accommodatum eſt huic loco. Eſt enim *tenſa* vehiculum, quo ſimulacra Deorum è Capitolio ad ludos Circenſes portabantur, ut ex Feſto, Aſconio atque Servio ſciri poteſt. Vide rurſus Schottum praedicto loco. Mens igitur Valerii eſſet, quod Varro in vehiculo Jovis, id eſt, in vehiculo, quo Jovis ſtatua vecta fuerit, hiſtrionem ad excubias tenendas poſuerit. VORST. Lege *thenſa*, quod pro *templa* reſtituit etiam N. Heinſius in notis Graevii ad Florum L. IV. 2. extremo. *exuvias Jovis Opt. Max.* memorat Suet. in Aug. C. 94. & per eas intelligit Torrent. *Togam pictam, & tunicam palmatam.* PERIZON. An ſic *exuvias* Aeneae quoque veſtes, quas thalamo Didonis reliquerat, vocat Virg. L. IV. Aen. 496, 651?

1. *Hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet*] Hiſtriones olim infames fuiſſe intelligitur ex l. 1. & 2. D. de his qui infamia notantur; ex Nepote, & aliis. Quod igitur Varro ad excubias tenendas hiſtrionem poſuit, id in contumeliam Jovis factum videri poterat. De phraſi *excubias tenere*, deque iſto verbi *ponere* uſu, in lib. de Latinit. falſo ſuſp. p. 83. & 153. egimus. VORSTIUS. *Hiſtrionem* id eſt *κίναιδον* GUYET. Vera explicatio. Ad hoc verbum quod non intellexit pueriles notas aut nugas potius effutiit conſarcinator Thyſius. Debebat pueris latentem vim & ſenſum vocis, non originem explicare; ſed ubique iſtiuſmodi cucurbitas pingit. GUDIUS.

2. *Cum Potitii ſacrorum ritum*] Virgil. VIII. Aen.

——— ——— *Primuſque Potitius auctor,*
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri,
Hanc aram luco ſtatuit. ——— ———

Feſtus: *Potitium & Pinarium Hercules, cum ad aram, quae hodieque maxima appellatur, decimam boum, quos à Geryone abductos abigebat Argos in patriam, profanaſſet, genus ſacrificii edocuit. Quae familia & poſteri ejus non defuerunt decumantibus uſque ad Appium Claudium cenſorem, qui quinquaginta millia aeris gravis his dedit, ut ſervos publicos edocerent ritum ſacrificandi. Quo facto Potitii, cum eſſent eae familiae* (ſic enim legendum cenſet Scaliger) *numero duodecim, omnes interierunt intra trigeſimum diem.* Amplius igitur Feſtus quam Valerius habet; quod intra diem trigeſimum, & quidem univerſos, interiiſſe dicit; cum Valerius intra annum, & prope, nomen Potitium interiiſſe dicat. VORST.

3. *Numero ſuper XXX.*] Heinſ. Prim. delet *numero.* unus Duacenſ. *ſuper Num. XXX.*

4. *Intra annum*] Feſtus: intra diem trigeſimum, cum Valerio ſentit Servius ad VIII. Aeneid.

Macrob.ſat. III. 6. Dion. Hal. L. I. p. 5. 18. titium in duodecim familias diviſum [5] prope interiit. Appius vero luminibus captus eſt.

An.urb.607. App. Punic. P. 57. Pauſan. Phoc. Acer etiam ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, ut ſacrilegae [6] manus inter fragmenta ejus abſciſae invenirentur. Juſtin. XXIV. Cic. div. I. 38. [7] Brennus Gallorum dux Delphis Apollinis [8] templum ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit.

19. Ann. Urb. 723. Dion. hiſt. LI. P. 448. Lact. II. 7. Nec minus efficax ultor contemptae religionis filius quoque ejus Aeſculapius, qui [9] conſecratum templo ſuo lucum [10] à Turullio praefecto Antonii, ad

In ſacris Herculis nec ſervi intererant nec liberti adeo ut Appius, qui ſacra haec tranſtulit in libertos, vel, ut quidam volunt, in ſervos publicos, & caruerit oculis & intra annum omnem familiam perdiderit Pinariorum. Idem Servius ad illud *Herculei cuſtos Pinaria templi* intra breve tempus exſtinctos fuiſſe. Porro Valerius ſcribit nomen Potitium prope interiiſſe: Feſtus, omnes interiiſſe. COLER.

5. *Prope interiit*] Atqui Liv. L. IX. C. 29. diſerte ait. non *prope*, ſed *Potitios omnes intra annum cum ſtirpe exſtinctos, nec nomen tantum Potitiorum* (ſic quoque invenio in aliquot MSS. Valerii) *interiiſſe, ſed cenſorem etiam Appium memori Deorum ira poſt aliquot annos luminibus captum.* Quem locum cum ante oculos habuiſſe videatur Auctor, egregie hic ipſi ſuccurrere puto prim. Barber. exhibendo *propere interiit.* ubi additur al' *prope.* ad quem proxime accedit Vatic. ſec. qui habet *proprie.* Vide quae habet Voſſ. ad Caeſ. L. I. de B. Civ. C. 6. Quod autem Servius ad Virg. L. VIII. Aen. 179. *Appium Pinariorum genus perdidiſſe* ſcribit, in eo error eſt manifeſtus. Melius idem ad v. 269.

6. *Manus inter fragmenta ejus abſciſae*] *Abſciſae* in utroque cod. Brandeburgenſi ſcriptum reperio; non *abſciſſae.* Et miror Pighium edidiſſe hic *abſciſſae*; cum videam alibi & ipſum *abſciſa, abſciſior* ſcripſiſſe: ut III, 2, 22. *abſciſa dextra*; & VI, 5. ext. 4. *abſciſior juſtitia*; & VIII, 3, 3. *hereditas abſciſa.* Juſtinus item XV, 3, 4. *abſciſis auribus*, ut in codd. MSS. reperit Giſanius: & Livius XXXI, 34. *brachiis abſciſis.* Et ſane à ſimplici *caedo* fecerunt compoſitum *abſcido.* Ovidius XII. Metam.

Abſcidit jugulo pectuſque humerumque ſiniſtrum.

Martialis III. Epigr. *Abſcidit vultus enſis uterque ſacros.* Vide hoc de verbo & Giſanium in Obſ. L. L. & Gronovium ad Liv. XLIV. 5. VORST. Et ad Senec. in Phoeniſ. v. 194. Equidem utrumque ſcriptum invenio *abſciſſae* & *abſciſae*, idque omnibus fere locis, ubi hoc verbum occurrit. Eadem quoque varietas in uſu ejus obſervatur. Sic Hor. L. I. 3.

Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras.

Quod certe eſt ab *abſcindo.* contra Flor. L. III. 2. 2. *Dicit Siciliam quodammodo Italiae ſuae abſciſam.* Sed tu conſule Celeb. Bentlejum ad Horat. L. II. ſ. 3. 304. & Cl. Drakenborgium ad Sil. Ital. L. XV. 473. & praecipue J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XLIV. C. 5. & Duker. ad l. Flori.

7. *Brennus Gallorum dux.*] In Campenſi: *Brennus quoque Gallorum dux.* At in manuſcriptis pleriſque libris omnino omiſſum hoc exemplum eſt. Et ſane inter externa potius referri debet. PIGH. Exemplum hoc ab utroque cod. Brandeb. abeſt. Et teſtatur Pighius à pleriſque item eorum quos ipſe vidit, abeſſe. Et recte ſane videtur abeſſe; quia externum hoc eſt, & Valerius adhuc in exemplis Romanorum recenſendis verſatur. Alio tamen loco, & inter externa quidem, recenſuerit id Valerius: fueritque idem huc trajectum à librariis propter mentionem illam Apollinis, quae & in ſuperiore illo & in hoc exemplo facta eſt. VORST. In duodecim MSS. etiam hoc exemplum non reperio: in quibuſdam adſcriptum eſt in margine: notabiliter trajectum eſt in Leid. tertio: ibi enim interponitur ſequenti exemplo, inter *deſtinatum* & *morti*: quare omnino veriſimile eſt è margine illud in contextum irrepſiſſe.

8. *Templum ingreſſus*] Caſtiga *aggreſſus.* Apollinis enim templum Brennus ingreſſus non eſt, niſi templum accipias pro finibus & luco templi. OLIVERIUS. Aſcenſ. explicat cum Delphicum templum ſpoliaſſet. Male. Oliverius tamen nullo MStorum, in quibus exemplum hoc occurrit, juvatur.

9. Con-

ad naves ei faciendas, magna ex parte ſucciſum dolens, inter ipſum nefarium miniſterium devictis partibus Antonii, imperio Caeſaris deſtinatum morti Turullium, manifeſtis numinis ſui viribus [11] eum in locum, quem violaverat, traxit: [12] effecitque, ut ibi potiſſimum à militibus Caeſarianis occiſus, eodem exitio, & everſis jam arboribus poenas lueret, & adhuc [13] ſuperantibus immunitatem conſimilis injuriae pareret: [14] ſuamque venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, Deus multiplicavit.

Q. autem Fulvius Flaccus impune non tulit, quod in cenſura tegulas marmoreas 20. Ann. U. 579. Liv. XLII. 3. Lact. II. 7.

9. *Conſecratum templo ſuo lucum*] Fuit is in inſula Co: ubi item ipſum Aeſculapii templum fuit. VORST. Meminit hujus delubri, quod pariter Aſylum fuit, etiam Tacit. L. IV. Ann. 14. PERIZON.

10. *A Turilio praefecto Antonii*] *Turullium* vocant manuſcripti codices, & Dion Caſſius Hiſtoriarum lib. LI. P. Turullium, referens eadem & quae ad illuſtrandum hoc exemplum pertinent; nempe inter Caeſaris dictatoris percuſſores proſcriptum, poſtea bello Actiaco partibus Antonii adhaeſiſſe, & ab eodem jam victo, & gratiam ſibimet ambiente proditum ac traditum Auguſto fuiſſe, ejuſque juſſu in inſula Co (ubi lucum Aeſculapii claſſis parandae cauſſa ſucciderat) velut in vindictam numinis occiſum fuiſſe. Scribe igitur in Valerio *eum in lucum*, pro *eum in locum*. Atque mox, *effecitque Deus ut; effecitque ut*. Ita enim volunt veteres lib. PIGH. Eſt qui habet *Turulus*, alius *Turulius*. Duo *Turilius*, totidem *Rutilius*, unus etiam *Turullus*.

11. *Eum in locum quem violaverat*] Ita antiquiores typis expreſſi, & MSS. item Brand. Pighius legendum putat *lucum*. Verum non ſequitur, quia locus, qui deſignatur, lucus fuit, ideo *lucum* & legendum eſſe. Potuit enim Auctor vocabulo nunc generali uti; quoniam, quod locus iſte lucus fuiſſet, jam ante dixerat. VORST. Omnes MSS. retinent *locum*, excepto uno Leidenſi & primo Barberini, qui illud habet ab alia manu. Caeterum *locum* videtur mutari non debere, quoniam eodem prorſus modo loquitur Lact. L. II. de Orig. Err. 7. *Cum apud Coos everſo Aeſculapii luco claſſem feciſſet, eodem poſtea loco à militibus Caeſaris eſt interfectus.* Et *locum* dicere, opinor, maluit, quam *lucum*, quoniam ille magna ex parte ſucciſus pro *luco* haberi jam vix poterat.

12. *Effecitque, ut ibi potiſſimum*] Ita rurſus antiq. typis expreſſi, & MSS. cod. Brand. Pighius maluit *effecitque Deus*. Verum τὸ *Deus* ſupervacuum hic eſt: & rectius paulo poſt, ubi Pighius expunxit, locum obtinet. VORST. Confirmant hoc omnes noſtri.

13. *Superantibus impunitatem*] Videtur Mitalerio legendum *immunitatib.* Nec enim everſarum tantum poenas ab eo exigere voluit, ſed etiam ſtantes adhuc & intactas à ſimili injuria tutas deinceps immuneſque praeſtare. COLER. *Adhuc ſuperantibus* arbores ſunt, quae ſuperſtites adhuc, necdum everſae atque ſucciſae à Turullio erant. Ceterum pro *ſuperantibus* quoſdam codd. habere *ſuperſtitibus*, notavit Pighius in margine. In uno cod. Brand. eſt *adhuc ſpirantibus:* quae ſcriptio & ipſa non aſpernanda videtur. Eſſent autem arbores *adhuc ſpirantes* itidem illae, quae à Turullio non ſic, ut aliae, everſae erant. *Immunitatem* auctoritate Mitalerii reſcripſi pro eo quod in omnes codices irrepſit *impunitatem*. Certe vocabulum hoc nullo modo hic conſiſtere poteſt. Quid enim eſſet *impunitas injuriae*? Deinde ut arbores *puniri* dici nequeunt, ita nec *impunitatem pari* illis, dici poteſt. At arbores ab injuria immunes eſſe, & *immunitatem injuriae arboribus pari*, recte dicitur. Conſiſtebat autem injuriae immunitas illa in eo, quod Turullius, utpote extinctus, arbores non amplius ſuccidere poterat; quodque, ut loquitur noſter, exitio ſuo immunitatem eam arboribus pepererat. VORST. *Superſtitibus* legitur etiam in duobus Remenſ. Fruſtra. Nam *ſuperare* frequenter ponitur pro *ſupereſſe*. Liv. L. III. C. 17. *Velut quum otium ſuperat, Senator ſententiam dicit.* Ovid. Ep. Heroid. X. 147.

Hos tibi, qui ſuperant, oſtendo moeſta, capillos.

L. I. de Arte 771. Vide & Schott. ad Nep. in Themiſt. Broukhuſ. ad Prop. L. III. 3. 69. Waſſe in Ind. Saluſt. V. *ſuperare*. Deinde *immunitatem* (quod nuſquam ſcriptum reperio) legebat etiam Guyetus & Iſ. Voſſius, ut L. VII.

morcas [15] ex Junonis Laciniae templo in aedem Fortunae Equeſtris, quam Romae faciebat, tranſtulit. Negatur enim [16] poſt hoc factum mente conſtitiſſe: quin etiam [17] per ſummam aegritudinem animi expiravit, cum ex duobus

3. 8. *unius ejus fundum immunem ab hoc injuriae genere reliquit.*

14. *Suamque venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, Deus multiplicavit*] Sic omnino legendum: habentque ita antiquiores typis expreſſi, & uterque MS. Brand. Pighius haec rurſus mutavit, expungendo *Deus*, & ſcribendo *multiplicaret*. Verum non poteſt ita. Si legeretur *multiplicaret*, referendum hoc eſſet ad eundem illum, ad quem ſuperiora verba *lueret* & *pareret* pertinent, id eſt, ad Turullium: id quod fieri nullo modo poteſt. Non enim Turullium, ſed Aeſculapium, venerationem ſui multiplicaſſe vult Valerius. VORST. Cum Brandeb. conſentiunt caeteri omnes, niſi quod duo aut tres habent *Diis*, unus, *aliis*. De *colentes*, dubitaſſe videtur aliquando Cl. Perizonius, an in hoc vocabulo lateret Gentilitium nomen inſulae *Co*, *Coos* videlicet, licet haud eſſet ignarus *colentes* ita ſimpliciter pro cultoribus divini alicujus numinis dici, adſcripſit enim ſic Front. L. IV. 3. 13. *Omnem quidem colentium imitationem expreſſerunt.* & Ovid. L. III. Am. 9. 37. aut *incolarum*. Liv. L. XLII. C. 67. *Antrona voluntate colentium recepit.* Mihi *colentium*, in quo nulla mutatio vel minima in MSS. retinendum videtur; quoniam non apud ſolos *Coos*, ſed apud omnes, qui numen ſuum colerent, aut cultum illuc venirent, quod credibile eſt, multos etiam ex vicinis regionibus aegrotos (Quod de Aeſculapio Epidaurio ſatis liquet ex Liv. L. XLV. C. 28.) feciſſe, venerationem ſuam hac poenae exactione multiplicavit. *τὸ Deus* videbatur Perizonio olere gloſſam.

15. *Ex Junonis Laciniae templo*] Fuit hoc in Italia, & in Brutiis quidem, prope Crotonam. De appellatione ejus Servius ad III. Aen. ita: *Junonis Laciniae templum ſecundum quoſdam à rege conditore dictum: ſecundum alios à latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & loco expiato, Junoni templum conſtituit. Alii à promontorio Lacinio, quod Junoni Thetis dono dederat* VORST. Nimis notum eſt & factum hoc, & ipſa *Juno Lacinia*, quam ut attentionem noſtram mereantur illi MStorum, qui nobis aut *Locrinam*, aut *Locriniam*, aut *Lacuniam*, aut *Luciniam* ſuppeditant.

16. *Poſt hoc factum*] *Factum* recte abeſt in Harlemenſi & debet ſubintelligi, quemadmodum elliptice proferuntur *poſt ea*, *poſt haec*, *poſt illa*. in nupera Thyſii editione male abeſt *hoc*. GUDIUS.

17. *Per ſummam aegritudinem animi expiravit*] *Aegritudo proprie nomen habet in animo*, ut Cic. 3. & 4. Tuſc. qq. docet. Et uſurpatur quoque vox ſaepiſſime, ut vocem *animi* diſtinctionis cauſa non habeat additam. Juſtinus l. XXXII. *Ex aegritudine collecta infirmitate decedit.* Interdum tamen vox *animi* adjicitur; quaſi & corporis quaedam aegritudo eſſet. Idem Juſtinus l. XXXII. *Morbo ex aegritudine animi contracto deceſſit.* Atque ita prorſus & noſter. Et ſane aegritudinem etiam corpori tribuunt; verum non aevi Ciceroniani Auctores, credo. Vide de vocabuli hujus uſu librum de Latinit. merito ſuſp. p. 120. & Notas ad Dial. Sulp. Severi. VORST. *Mane ingreſſi cubiculum ſervi laqueo dependentem invenerunt.* Liv. L. XLII. 28.

18. *Cujus caſu motus ſenatus*] Imo motus ipſo ſacrilegio, quod maxima cum flagraret invidia, ſenatus de illo fuit conſultus, & ſtatim factum decretum, praeſente ipſo cenſore Fulvio, quem ſinguli univerſique conviciis laceraverant, *ut tegulae in templum reportarentur*: ille vero anno ſequenti demum vitam finivit. Vide Liv. L. XLII. 3.

19. *Tegulas Locros reportandas curavit*] Pulmanni codex habet *loco reportandas*, fortaſſis legendum, *ilico reportandas.* Neque enim nomen loci Livius ipſe exprimit, ex quo videtur Valerius deſumpſiſſe hanc hiſtoriam. Et ſane conſtat Laciniae Junonis celeberrimum illud templum, non *Locris* fuiſſe, ſed ad *Crotonem*, vix paſſuum milibus ſex ab urbe diſtans, quod ipſum pulcherrime deſcribit idem Livius libro XXXIV. Meminere Strabo lib. VI. Virgil. Aeneidos III. ac commentator Servius; item Stephan. de Urbibus, & alii. PIGH. Quaerere libeat cur eas tegulas tranſtulerit Fulvius. Rationem reddit Servius, ubi de nomine & templo Junonis Laciniae lib. III. Aen. *In hoc templo illud miraculi fuiſſe dicitur, ut ſi quis ferro in tegula templi ipſius nomen incideret, tamdiu illa ſcriptura maneret, quamdiu is homo viveret, qui illud incidiſſet.* COLER. Vides lector rationem oppido fabuloſam, qua motus nequaquam fuit Fulvius. Vera haec fuit cauſſa, cur tegulas transferret, quod eas magno ornamento, ei, quod magnificentiſſimum moliebatur templum, futu-

bus filiis in Illyrico militantibus, alterum deceſſiſſe, alterum graviter audiſſet affectum. [18] Cujus caſu motus ſenatus, [19] tegulas Locros reportandas curavit, [20] decretique circumſpectiſſima ſanctitate impium opus cenſoris [21] retexuit. Tam

futuras rebatur. ut diſerte tradit Livius loco citato.

(19.) *Tegulas Locros reportandas curavit*] Ita antiquiores typis expreſſi. Nec multo aliter codd. MSS. Brandeb. habent enim *Locris*, ſed ut appareat literam I ſcriptam eſſe diverſa manu, ac pro alia quadam ſubſtitutam. Sed & codex Baſileenſis, ut Cl. Wetſtenius me docuit, habet *Locris*. Pighius quod in uno libro reperiſſet *loco reportandas*; ſciretque templum Junonis Laciniae non tam propinquum Locris, quam Crotonae fuiſſe, pro *Locros* legendum putavit *ilico:* & ſecure eum ſecuti ſunt Colerus & Thyſius. Verum de loco ad quem reportatae fuerint tegulae, omnino aliquid adjectum eſſe neceſſe eſt. Alibi ſane, ubi aliquid reportatum ſcribit Valerius, locum ad quem reportatum fuit, minime negligit. Ut in exemplo, quod inter externa hujus capitis eſt tertium, *Quinqueremi reportandos Melitam curavit.* Et 11, 10, ext. 1. *In priſtinam ſedem reportandas curavit.* Sic & Livius, ubi de eadem tegularum reportatione agit, *Ut hae tegulae reportandae in templum locarentur.* Sed templum Junonis Laciniae, inquit, non Locris, ſed ad Crotonem fuit. Quod ſane verum ita eſt; neque negari ullo modo poteſt. Ipſe noſter 1, 8, ext. 18. *Crotonae in templo Junonis Laciniae aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit.* Quid ergo dicemus? Vir ſummus, Jo. Fred. Gronovius, in literis ad me ſuſpicatur, *Locros nominaſſe Valerium, quod eo eſſet commodiſſimus & frequentiſſimus appulſus navibus, quae quid in omnem eam oram portarent, & ſimiliter inde paratiſſima ad Junonis ſubvectio.* Quibus ſubjicio, quae in uno cod. Brand. in margine adjecta reperi: *Lacunus latro fuit inſignis, qui Locrenſibus maxima damna ſolebat inferre: quem Hercules de mandato Junonis interfecit. Ob quam cauſam Locrenſes in honorem Junonis aedificaverunt templum, vocaveruntque templum Junonis Laciniae.* Quicunque fuerit, qui in margine notam iſtam adjecit, videtur is alicubi legiſſe, quod templum Junonis Laciniae exſtructum fuerit à Locrenſibus. Quod ſi ita omnino ſe habeat, nihil mirum, quod tegulas, quae ex templo Junonis Laciniae aſportatae fuerant, Locros reportatas ſcribit Valerius, quippe cum Locrenſes, utpote auctores ejus templi, ſingularem ejus curam habuiſſe veriſimile ſit. Quod de latrone dicit, id ex verbis Servii, quae paulo ante protulimus, hauſtum videri poſſit. Minellius inepte hic fecit, quod utramque vocem, & quam Pighius excogitavit, & quae in MSS. apparet, conjunxit, edíditque *tegulas ilico Locros reportandas curavit.* VORST. An *loco ſuo reportandas?* non diſplicet. GUDIUS. MSS. aequali fere numero habent vel *Locris*, vel *Locros*, *Locris* tamen plures. Dubito an vox illa orta ſit ex eo, quod ſupra in ſat multis *Juno Locrinia* fuit dicta, hic vero Auctor ſcripſerit *ſociis*, quam conjecturam tamen non niſi timide propono. Sic *Locrenſes ſocii* appellantur apud Liv. XXIX. C. 19.

20. *Decretique circumſpectiſſima ſanctitate*] Campenſe exemplar, *ſanctiſſima circumſpectione*, nec quidem ſatis apte. Hoc tamen ea variatione colligitur, priorem illam lectionem puriorem fore; ſi pro *ſanctitate*, *ſanctione*, legas. Decreta enim ac leges *ſanctionibus* quibuſdam firmari ac muniri ſolent; ſcilicet, vel poenae alicujus adjectione, vel adverſarum aliarum legum expreſſa derogatione. Cujus pulcherrimum exemplum extat Romae in aenea Lateranenſis eccleſiae tabula. PIGH. Lib. Danielis, *Sanctitate.* Recte, mea opinione. *Decreti illius ſanctitatem* impio cenſoris operi oppoſuit. COLER. *Decretique circumſpectiſſima ſanctitate.* Ita omnino legendum: atque ita antiquiores typis expreſſi, & MSS. Brand. habent. Neque aliter codex P. Danielis, ut Colerus teſtatur. Pighius cum in uno cod. repeririſſet *ſanctiſſima circumſpectione*, inverſo ordine, & permutatis vocum terminationibus legendum putavit *circumſpectiſſima ſanctione.* Verum rectius feciſſet, ſi vel ipſum illud quod in MSS. legerat *ſanctiſſima circumſpectione*, vel, quod editum ante fuerat *circumſpectiſſima ſanctitate*, retinuiſſet. Nomen ſubſtantivum *ſanctitate*, aut adjectivum *ſanctiſſima*, apprime huic loco congruit. Apparet enim, *circumſpectiſſimam ſanctitatem*, aut *ſanctiſſimam circumſpectionem*, opponere Valerium voluiſſe ei, quod dixerat, *impio operi cenſoris.* VORST. Et ſic noſtri ad unum omnes.

21. *Retexuit*] Ita loquitur Auctor, quaſi jam tegulae iſtae poſitae fuiſſent in aede Fortunae Equeſtris, quod ex Livio minime colligas.

22. *Q. Pleminii*] MS. *Poſtumii Levinii* Ex. 22. *Publii Levinii.* patet utrumque eſſe ortum ex *P. Leminio* pro *Pleminio*, & forte ſine praenomine

21. Ann. U. 549. Liv. xxix. & xxxiv. Lact. II. 7.

Tam me hercule quam [22] Q. Pleminii, legati Scipionis, [23] in theſauro Proſerpinae ſpoliando ſceleratam avaritiam juſta animadverſione vindicavit. [24] cum enim *eum vinctum* [25] *Romam protrahi* juſſiſſet, ante cauſſae dictionem in carcere [26] teterrimo genere morbi conſumptus eſt: pecuniam Dea ejuſdem ſenatus imperio, [27] & quidem ſummam duplicando, recuperavit.

Externa exempla, observatae vel neglectae religionis.

[28] Quae quod ad Pleminii facinus pertinuit, bene à patribus conſcriptis vindicata eſt: quod ad violentas regis Pyrrhi ſordes attinuerat, [29] ſeipſam potenter atque efficaciter defendit. Coactis enim Locrenſibus ex theſauro ejus magnam

mine ſcripſit Valerius, ut *Turullium*, *Varronem* & alios. PERIZON. *P. Leminii* habent editt, antiquiſſimae, cum aliquot MSS. qui partim etiam dant *Junii Levinii*, & *poſtumi Levini*, vel *poſt Publii Levinii*, vel *poſt Leminii.*

23. *In theſauro Proſerpinae ſpoliando*] Fuit is theſaurus in oppido Locris: qui, ut Livius l. xxix. ſcribit, omni aetate intactus manſerat. VORST. MSS. Duo *exſpoliando.*

24. *Cum enim eum vinctum*] Revocavi proenomen *eum* temere hic à Pighio contra vett. edd. & MSS. omiſſum; quemadmodum eadem auctoritate motus expunxi *is*, quod tantum in uno aut altero comparebat, & quidem ſuperſcriptum, ut liqueat eſſe ex gloſſa. unus, *qui ante.*

25. *Romam protrahi*] Nonnulli MSS. *pertrahi*, probante Voſſio ex Phaedro L. III. Fab. 10. & profecto *protrahi* potius dicuntur latentia, quae proferuntur in lucem. Inſpice exempla apud J. Fr. Gronov. ad Liv. L. xliv. 26.

26. *Teterrimo genere morbi conſumptus eſt*] Alias, *genere mortis.* Livius libro xxxiv. in Tullianum ſeu inferiorem poſtea carcerem demiſſum atque necatum ſcribit: cum de urbe per ſceleratos homines incendenda habuiſſe concilia compertus eſſet. Sed haec Livius ex Clodii Licini rerum Rom. lib. III. refert; alii mortuum prius in vinculis, quam de eo populi judicium perficeretur, volunt. PIGH. *Teterrimo genere morbi conſumptus eſt*] Ita codd. quoque Brandeb. Pighius in margine notavit, pro *morbi* quoſdam codices habere *mortis.* Quod magis conſonum foret narrationi Livii in lib. xxxiv. ubi ſcribit, *Pleminium in inferiorem carcerem demiſſum, ibique necatum fuiſſe.* VORST. Imo *morbi.* Noſter enim magis ſequitur communem auctorum opinionem. ut optime docuit Cl. Perizon. in Animad. Hiſt. C. 8. p. 350.

27. *Et quidem ſummam*] Unus, *Eque.* alius *& que*, duo *& quinquies*, quod tertius pro emendatione habet in margine.

28. *Quae quod ad Pleminii facinus*] Lege ex V. C. *Quod quidem ad Pleminii facinus pertinuit bene à patribus conſcriptis vindicatum eſt.* Externa hoc paragrapho incipiunt exempla cultae vel neglectae religionis, ut in Pulmanni codice annotatum quoque invenio: igitur eo loco interſerendus eſt titulus. PIGH. *Quae, quod ad Pleminii facinus pertinuit, bene à patribus conſcriptis vindicata eſt*] Mire haec mutavit Pighius, & quidem hunc in modum, *Quod quidem ad Pleminii facinus pertinuit, bene à patribus conſcriptis vindicatum eſt.* At veteres typis expreſſi, & MSS. Brandeb. habent ita, uti nos reſcripſimus. Et recte ſane. Relativum *Quae* pertinet ad nomen, quod antecedit, *Dea.* Ipſaque Dea vindicata à patribus dicitur; quia patres eam vindicarunt atque ulti ſunt, ſupplicium puta ſumendo de Pleminio. VORST. Conſentiunt omnes MSS.

29. *Seipſam potenter defendit*] Pighius, *Seipſam potenter Dea defendit.* Verum voce *Dea* nihil hic eſt opus; ſi, ut ante oſtenſum, relativa *Quae* antecedat. Abeſt illa ab antiquioribus typis expreſſis, & ab utroque MSS. Brandeb. VORST. Caeteri omnes carent ea ſimiliter, ut & Cod. Bamberg. teſte Modio in Novant. Ep. LIV. nonnulli etiam *ſeipſa.*

30. *Sanctiſſimi theſauri cuſtodiae reſtituta*] *Theſaurus*

magnam illi pecuniam dare, cum onuſtus nefaria praeda navigaret, vi ſubitae tempeſtatis tota cum claſſe vicinis Deae littoribus illiſus eſt: in quibus pecunia incolumis reperta [30] ſanctiſſimi theſauri cuſtodiae reſtituta eſt.

1. Ann. U. 478. Liv. XXIX. 18. Lact. II. 7.

At non ſimiliter [31] Maſiniſſa rex. Cujus [32] cum praefectus claſſis Melitam appuliſſet, [33] & aeque ex fano Junonis dentes eburneos eximiae magnitudinis ſublatos, ad eum pro dono attuliſſet, ut comperit unde advecti eſſent, quinqueremi reportandos Melitam, inque templo Junonis collocandos curavit, inſculptos gentis ſuae literis, ſignificantibus *regem ignorantem eos* [34] *accepiſſe; libenter Deae reddidiſſe.* [35] Factum Maſiniſſae animo, quam Punico ſanguini conveniens. quanquam [36] quid attinet mores natione perpendi? in media barbaria ortus ſacrilegium reſcidit alienum.

2. Ex Cic. Verr. VI.

[37] Syra-

ſaurus hic videtur eſſe ipſe locus, in quo aſſervantur pretioſa. Nec mirum illud; cum eandem vocem & latius uſurpatam videamus. Virgilius IV. Georg.

Siquando ſedem anguſtam, ſervataque mella,
Theſauris relines.

Ubi ipſa apum alvearia *theſauros* vocat poëta. Etiam antrum, caverna, & cavum quodlibet, *theſaurus* appellatur. Sed & ipſi Graeci quasvis ἀποθήκας & conditoria θησαυρὸς appellant. Vide & Giſanii Obſ. L. L. & Grotium in Notis ad cap. 2. Matth. VORST.

31. *Maſiniſſa rex Numidarum*] *Numidarum* non habetur in manuſcriptis, nec item in Cicerone. Quapropter è ſcholiis irrepſiſſe in contextum Valerii ſuſpicor. PIGH. Pighius maluit *Maſſaniſa.* Verum antiquiores typis expreſſi & MSS. Brand. habent *Maſiniſſa.* Quam ſcriptionem & in omnibus MSS. Livii ſe obſervaſſe literis ad me teſtatus eſt Gronovius. Aldus ediderat *Maſiniſſa rex Numidarum.* Sed vocem poſtremam recte expunxit Pighius, cum in MSS. eam non reperiret. Abeſt eadem ab utroque etiam cod. Brand. Videtur autem ex ſcholiis irrepſiſſe in textum. VORST. Plures è noſtris habent *Maſſiniſſa.*

32. *Cum praefectus claſſis Melitam appuliſſet*] Praefectus claſſis recte dicitur *appellere.* At navis, & claſſis, non *appellere*, ſed *appelli* dicenda eſt. Vide lib. de Latinit. mer. ſuſp. p. 143. & ſeqq. VORST. Ita tamen locutus eſt Val. Flac. L. II. 445.

Theſſal. [illegible]niis tum primum puppis arenis
Appulit.

Ubi vide Cl. Burmannum.

33. *Eque fano*] MS. *Et eque ex fano.* Hoc eſt, ſimiliter ex fano. Nempe ut Pyrrhus. Cum ita alii quoque Codd. habeant, credo ita legendum, licet forte à Valerio non ſit profectum; dubito enim, an non pleraque ſint haec Epitomatoris. Sic apud Macrob. L. II. C. 4. *Eoſdem aeque inter coenam requirenti Caeſari:* & noſter L. I. 8. 12. PERIZON. Sic ſane in ſeptemdecim Codd. ſcriptum reperio, vel *& aeque Junonis ex fano.* quare nequaquam dubitem ipſius eſſe Auctoris, quem video, iſto adverbio delectari. Sic L. I. 5. 2. *Aeque enim virtutis eſt.* L. III. 2. Ext. 8. *Verum ut aeque Pop. Romano inimicae urbis excidium referam.* Sic L. VIII. I. 4. abſol. *Idque proximo exemplo aeque patet.* Adde L. III. 2. Ext. 9. L. III. 7. 8. L. IV. I. 9. L. IV. 3. Ext. 3. L. VIII. 15. init.

34. *Accepiſſe & libenter Deae reddidiſſe*] Particulam copulativam cum delerent omnes MSS. cum editis ante Pighium, qui multa mutavit, quorum nullam reddidit rationem, ad vitandum ſcilicet Lectoris faſtidium, & cum videatur hoc haud paulo convenientius inſcriptioni, eam denuo expellendam duxi.

35. *Factum Maſiniſſae animo, magis quam Punico ſanguini conveniens*] Campenſe exemplar *Maſſaniſſae plus animo, quam Punico ſanguini conveniens.* Recte trunca ſuppletur oratio. PIGH. *Factum Maſiniſſae plus animo, quam Punico ſanguini conveniens.* Ita tu è Campenſi. Alii libri, *Maſiniſſae animo, magis quam.* Ego utrumque adjectamentum arbitror, & verum eſſe, *Maſiniſſae animo, quam Punico.* quomodo & libri mei ſcribunt. Sileri & intelligi illud, *Magis*, crebrum & pulchrum in oratione Latinis. Exempla mihi ad Tacitum cumulata. LIPS. *Scipionis.*

3. Ex Cicer. de nat. Deor. III. Aelian. hiſt. var. I.

[37] Syracuſis Dionyſius genitus, tot ſacrilegia ſua, quot jam recognoſcimus, [38] jocoſis dictis proſequi voluptatis loco duxit. fano enim Proſerpinae ſpoliato Locris, cum per altum ſecundo vento claſſe veheretur, ridens, amicis, *Videtisne*, ait, *quam bona navigatio ab ipſis diis immortalibus ſacrilegis tribuatur?* Detracto etiam [39] Jovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, [40] quo eum tyrannus Hiero è manubiis Carthaginenſium ornaverat, injectoque ei laneo pallio, dixit, *aeſtate grave amiculum aureum eſſe, hieme frigidum: laneum autem ad utrumque tempus anni aptius.* Idem Epidauri Aeſculapio barbam auream demi juſſit: [41] quod affirmaret, *non convenire patrem Apollinem imberbem, ipſum barbatum*

pionis. Deeſt in libro Daniel. COLER. *Plus animo.* Deeſt in opt. l. Dan. *plus.* Et ita Lipſius correxerat, itemque ex libro Bamberg. Fr. Modius in Novantiq. COLER. Pighius ex cod. Campenſi adjecit *plus*, ſcripſitque, *Factum Maſiniſſae plus animo.* Sed recte τὸ *plus* expunxit rurſus Colerus. Antiquiores typis expreſſi & MSS. Brandeb. vocem eam non habent. Sed ſubaudienda tamen eadem, aut ſimilis quaedam eſt. Suntque ellipſeos ejus exempla paſſim obvia. Plautus Rud. *Tacita bona eſt mulier ſemper quam loquens.* Ubi *bona* eſt pro *magis bona.* Tacitus I. Annal. *Pacem quam bellum probabant.* Ubi ſubaudiendum *potius.* Vide & Vechneri Hellenol. c. 5. & Berneggeri Notas ad Juſt. VI. I. Porro pro *animo* Vir ſummus, Jo. Fred. Gronovius, exiſtimat legendum eſſe *Romano.* Quae conjectura magnopere & nobis placet. Vult omnino Valerius, factum illud Maſiniſſae, quod dentes eburneos Melitam reportandos curavit, Romano magis quam Punico, qualis Maſiniſſae erat, ſanguini convenire. Sic & alibi Romano ſanguini quaedam convenire ſcribit noſter. Ut VI, 4, ext. I. *Melius iſtud noſtri ſanguinis homines dixiſſent, quam audiſſent.* VORST. Scribendum forte *id factum Maſiniſſae animo magis, quam Punico ſanguini convenit. Sed ἐπέχω.* GUYET. Tantum ſubintelligenda eſt particula *magis*, ut apud alios. GUDIUS. Scilicet Guyetus non ſenſit eſſe Epiphonema noſtro Auctori admodum frequens. Lipſii ſententia, teſte Klokkio, confirmabatur MS. Baſ. Sed & meis propemodum omnibus; nam *magis* invenio in duobus Leid. *plus* in uno Ultraj. Quam ſaepe illae comparativae particulae deſint, ſatis jam docuerunt J. Fr. Gronov. ad Liv. L. V. 21. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. IV. 7. Daviſ. ad Minuc. Fel. Cap. 5.

36. *Quid attinet mores natione perpendi*] Uterque codex Brandeb. *perpendi:* quomodo & in vetere typis expreſſo Martini Herbip. legitur. Sed & Pighius in ſuis codd. idem obſervavit. VORST. Et hoc denuo ut in omnibus vetuſtis, ita in omnibus quoque exſtat MSS. quare mutatum eſt? Cic. de Amicit. C. 26. *Quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur.* Curt. L. IV. 12. 21. *Parmenionis conſilium ſera aeſtimatione perpendere.* Noſter L. I. 6. 12.

37. *Syracuſis Dionyſius genitus*] Dionyſium ſuperiorem intelligit. Quem quod Syracuſis genitum dicit, id reſpectu Maſiniſſae facit, quem in media barbaria ortum dixerat. Vult igitur, mirum eſſe, quia Dionyſius Syracuſis, id eſt, in urbe Graeca & cultiſſima natus fuit, religionis eum adeo negligentem fuiſſe. VORST.

38. *Jocoſis dictis*] De *dictis* Macrobius II. Saturn. ex Cic. *Noſtri, cum omnia quae dixiſſemus dicta eſſent, quae facete, & breviter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* De ſuis ipſius dictis, & quomodo agnoſcenda ea eſſent, Cicero VII, 32. ad fam. agit. VORST. Vide Cl. Burman. ad Phaedri Praef. Lib. II. v. 9.

39. *Jovi Olympio*] Quo nomine colebatur etiam in Sicilia, nequis de Peloponneſio hic cogitet; in quem errorem etiam Celeberrimi ex Antiquitate viri ſunt prolapſi. Vide Ampliſ. Cuperum L. III. Obſ. C. 10.

40. *Hiero*] Lib. Dan. *Gello.* Gelo is fuit, ſatis notus ex Cic. lib. V. de nat. Deor. Clemens Alex. tribuit hoc Dionyſio filio. COLER. *Quo eum tyrannus Gelo ornaverat.* Antiquiores typis expreſſi pro *Gelo* habent *Hiero.* Quod Pighius & retinuit: ſatiſque habuit notare in margine, quod nonnulli codices *Gelo* habeant. At Colerus, cum in cod. P. Dan. &

batum conſpici. [41] Idem menſas argenteas, atque aureas è fanis ſuſtulit: quodque in his more Graeciae ſcriptum erat, [43] bonorum deorum eas eſſe, *uti ſe bonitate eorum* praedicavit. Idem [44] Victorias aureas & pateras, & coronas, quae ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat, & *eas ſe accipere, non auferre*, dicebat, *perquam ſtultum eſſe* argumentando, *à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere.* Qui tametſi debita ſupplicia non exſolvit, Juſt. lib. xxi. 5. [45] dedecore tamen filii, mortuus poenas rependit, quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui divina procedit ira: [46] tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.

In

& ipſe reperiſſet *Gelo*, recepit id in textum. Et ſane veri eſt ſimile genuinam eam lectionem eſſe. Cicero III. de Nat. D. ubi eadem de re agit, ſic habet: *Quo* (amiculo puta) *Jovem ornarat ex manubiis Carthaginienſium tyrannus Gelo.* Atqui Ciceronem manifeſte ſecutus eſt noſter. quippe eodem plane ordine quo Cicero, quinque iſta Dionyſii ſacrilegia recenſet. VORST. *Gelo* in uno invenio Leidenſi, ſed a manu ſecunda, & ita quidem, ut, quod antea ſcriptum fuerat, ſit eraſum, & in marg. adſcriptum l. *Hiero*. in ſec. Vat. legitur *Gero. Hiero.* Quare non auſim hoc Ciceronis auctoritate motus immutare; quamvis praeterea ſciam *Hieronem* toto fere ſeculo Dionyſio poſteriorem eſſe, & donaria de victis Carthaginienſibus dedicata à *Gelone* & *Syracuſanis*, interque ea *Jovem* ingentes magnitudinis commemorari a Pauſan. L. VI. Eliac. p. 499. & etiam à Diod. Sic. L. XI. p. 20. maxima Deorum templa à *Gelone* è manubiis Carthaginienſium extructa praedicari. Sed in tanto Codicum conſenſu manum potius abſtineo, cum videam Auctorem ſaepius à vero aberraſſe. Niſi ipſe de Hierone intellexerit, qui Geloni ſucceſſit, de quo Diod. Sic. L. XI. p. 37. Et cujus etiam meminit Pindarus Olym. Ode 6. Certe ridiculus eſt Oliverius, qui *manubias* intelligit, quas *Hiero* à Scipione acceperat. Porro in multis MSS. deſideratur praepoſitio *e*.

41. *Quod affirmaret, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipſum vero barbatum conſpici*] Pulmanni codex: *Quod affirmaret Apollinem patrem imberbem, & ipſum barbatum conſpici non oportere.* Sed ſenſus eſt idem. PIGH. Vide Olear. ad Philoſt. p. 315.

42. *Idem menſas argenteas*] Vide an ita ne legendum quoque ſit in Cicerone, ubi habetur, *Jam menſas argenteas.* De Natura Deorum III. PIGH.

43. *Bonorum Deorum*] Graecis *οἱ μεγάλοι, δυνατοὶ, χρηστοὶ*, ut Latinis Magni, Potes, Boni Dei. de quibus lege Servium ad I. Aeneid. & Athenaeum. COLER. *Quod in his more Graeciae ſcriptum erat, bonorum Deorum eas eſſe.* Cicero praedicto loco: *In quibus quod more veteris Graeciae inſcriptum eſſet BONORUM DEORUM.* Apparet, Valerium verba Auctorum, quae excerpſit, nonnihil & mutaſſe. Ipſa Graeca inſcriptio, ad quam tum Cicero, tum Valerius alludit, fuit, ΑΓΑΘΩΝ ΘΕΩΝ, vel ΧΡΗΣΤΩΝ ΘΕΩΝ. VORST. Alluſit Dionyſius ad morem Graecorum, qui poculum Ἀγαθοῦ Δαίμονος bibere ſolebant, cum tolleretur menſa: ut accuratiſſime docuit Cl. Jenſius in Epiſt. quam Lucianeis ſubjunxit Lectionibus. Vide & Scheffer. ad Aelian. L. I. Cap. 20.

44. *Victorias aureas*] Cicero praedicto loco *victoriolas aureas* vocat. Et Oliverius de ipſis Deae Victoriae ſtatuis intelligit. Sed apparet ex Valerio, & magis ex ipſo Cicerone, ut qui *victoriolas* vocat, quod aureae iſtae Victoriae non ipſae ſtatuae fuerint, ſed aliquid quod manibus ſtatuarum ſuſtineri ſolitum fuerit. Forma earum in antiquis numiſmatis frequens. Eſtque una talis, quamvis non aurea, in re antiquaria Sereniſſ. ELECTORIS Brandeburgenſis, eruta quidem in Ducatu ejuſdem Clivenſi. VORST. In permultis legitur *victorias aureas & pateras*, Eſt hoc inter minuta illa, quae mutavit Pigh. peſſimo exemplo. Inter excerpta Gudiana pro varia Lectione invenio *Victoris*, ex Voſſiano ſec. quem ego ſeptimum Leidenſ. appellare ſoleo. & pro conjectura additur, an *Victoriis aureas & pateras & coronas?* omnino praeter rationem.

45. *Dedecore tamen filii*] Cicero praedicto loco ſcribit, *Nec Olympium Jovem Dionyſium fulmine percuſſiſſe, nec Aeſculapium miſero diuturno-*

 que

4. Ann. U. 359. Liv. v. Plut. Camillo. In quam ne incideret [47] Timaſitheus, Liparitanorum princeps, [48] conſilio ſibi pariter, atque univerſae patriae, utili providit exemplo. Excepta namque in freto à civibus ſuis piraticam exercentibus magni ponderis [49] aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, ut comperit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, [50] manibus venundantium ereptam Deo Delphos perferendam curavit.

5. Lact. Inst. ii. 8. [51] Mileſia Ceres, Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum ſpoliaturi irruperant, flamma objecta privavit oculis.

[52] Per-

que morbo intabeſcentem interemiſſe; ſed in ſuo lectulo eum mortuum fuiſſe. At Valerius ſaltem mortuum poenam pependiſſe ſcribit; & eo quidem quod filius regno exutus per ſummum dedecus Corinthi vixit. Sed hoc amplius Juſtinus in lib. xx. inſidiis ſuorum interfectum ſcribit. Quod ſi ita factum ſciviſſet Valerius, ſine dubio & ipſe commemoraſſet. VORST.

46. *Tarditatem ſupplicii gravitate compenſat*] Uterque cod. Brandeb. pro compoſito *compenſat* habet ſimplex *penſat:* quo ſubinde & alias uſus noſter deprehenditur ut ſupra L. I. I. 14. L. I. 6. Exr. 2. VORST. Videtur imitari Ciceronem in Orat. C. 21. de Spondaeo: *paucitatem enim pedum tarditatis ſuae gravitate compenſat*. GUDIUS. Multi MSS. praeferunt ſimplex *penſat*, quo ſaepe alibi utitur noſter. pro *rependit* ſunt qui habent *pependit*.

47. *Timaſitheus*] Ita ſcribendum eſſe nomen iſtud, non, ut Pighius edidit, *Thymaſitheus* monet Rutgerſius in Var. Lect. p. 593. Sic enim & apud Livium & apud Plutarchum ſcriptum reperiri. Livius enim tum temporis *in ſummo magiſtratu fuiſſe* ſcribit *Romanis ſimiliorem, quam ſuis*. VORST. Eodem modo ſcribitur hoc nomen etiam apud Diod. Sicul. Lib. XIV. p. 307. ubi vocatur τῶν Λιπαραίων στρατηγὸς. Med. ſec. bene ſcriptum nomen effert, cum ſept. Leid. & Periz. Leid. ſex. cum Ultraj. ſec. haud longe diſcedit exhibens *Thimaſeitheus*.

48. *Conſilio ſibi aliter*] *Pariter*, melius in manuſcriptis. In fine ejuſdem exempli verba haec, *manibus venundantium ereptam*, in vulgatis libris deſiderantur, quae ſuo loco reſtituimus, ex Pulmanniano libro & aliis. PIGH. Vocem *pariter* reſtituit Pigh. ex MSS. cum Aldus edidiſſet *aliter*. quod in utroque etiam MS. Br. apparet. Etſi vero ipſum *aliter* locum hic non habet, tamen veſtigium in eo apparet genuinae lectionis, quam Chalcocondyles & Martinus Herbip. in ſuis editionibus expreſſerunt: & hujus quidem, *Sibi & aliis atque univerſae patriae utili.* VORST. *Pariter* diſerte exhibet Leid. ſext. reliqui fere *aliter*. Edit. Venet. 1478. *ſibi & aliter.* Recte vero *pariter*. Providit enim *conſilio ſibi*, dum hoc facto Romanorum benevolentiam & amicitiam ſibi conciliat, ita ut hoſpitium cum eo facerent, & donis ipſum ornarent non ſolum tunc, ſed etiam erga poſteros ejus ſeſe hujuſce beneficii memores totis CXXXVII. annis poſt oſtenderent, ut docet Diod. Sic. loco cit. & ſimul *patriae* praebuit *exemplum*, quod cum magno fructu ſemper ſequerentur.

49. *Aurea cratera &c.*] MSS. plerique omnes haec cum vetuſtiſſimis edd. ita conſtituunt. *aurea cratera, quam Romani Pythio Apollini decimarum nomine dicaverant, incitato ad eam partiendam populo, ut comperit, eam Delphos perferendam curavit.* Vel etiam, *Delphos perferendam ad eum curavit.* unus *portandam*, alius *reportandam.*

50. *Manibus venundantium ereptam*] Reſtituenda haec putavit Pighius ex Pulmanniano & aliis codd. Antiquiores typis expreſſi non habent. Imo nec MSS. Brandeb. VORST. Nec habent etiam noſtri, nec ulla *venditionis* apud ceteros ſcriptores eſt mentio.

51. *Mileſia Ceres*] Haec & quae ſequuntur uſque ad verba capitis v, *Dejotaro vero regi*, ſunt illa, de quibus adeo ſibi gratulatus fuit Aldus, ut in frontiſpicio ſuae editionis ſcriberet, *Exempla quatuor & viginti nuper inventa ante Caput de Ominibus.* Et ſcribit idem Aldus in Praef. ad Cuſpinianum, à quo codicem MS. qui iſta habuit, acceperat, *omnibus in Italia Valerii Max. exemplaribus tam impreſſis quam manu conſcriptis ea defuiſſe.* Habet tamen eadem unus quoque cod. Brandeb. Ceterum ſuſpicari licet, XXIV. exempla iſta, quae in pleriſque codd. MSS. deſiderantur, non integra neque ipſius verbis Valerii concepta eſſe. Sunt enim eadem

paulo

52 Perſae mille navium numero Delum compulſi templo Apollinis 53 religio- 6.
ſas potius manus quam rapaces adhibuerunt. Herod. VI.

Athenienſes 54 Protagoram philoſophum pepulerunt, quia ſcribere auſus fue- 7. Cic. de
rat, *primum ignorare ſe, an dii eſſent: deinde* 55 *ſi ſint, quales ſint.* Iidem So- Nat. Deor. I. C. 23.
cratem damnaverunt, quod novam religionem introducere videbatur. Iidem Illuſtrius.
56 Phidiam tulerunt, quamdiu is 57 *marmore potius quam ebore Minervam fieri* Suid. Aelian. Var.
debere dicebat, quod diutius nitor eſſet manſurus: ſed ut adjecit & *vilius*, ta- Hiſt. I. 16. & II. 13.
cere juſſerunt. Plato.

Dio-

paulo conciſius, quam Valerius ſolet, conſignata. Ceterum cum ipſi Valerio ea periiſſent, reſtituta videntur ex Epitome quadam Valerii, quae jam ante, quam ipſi Valerio perirent, confecta fuerit. Et praeclarum eſt, quod in frontiſpicio codicis P. Danielis apparueruut talia: *In abbreviatore, qui & vetuſtus eſt, quaedam reperta ſunt, quae quoniam noſtro deerant, neceſſario ſupplevi*; quodque ipſa illa conciſius conſignata exempla ſtatim addita fuere. Exemplum quoque Timaſithei, quod, ut ab ipſo Valerio conſignatum eſt, adhuc habemus, quomodo conciſius conceptum fuerit, in eodem P. Danielis cod. liquido apparuit. Habuit autem ſic: *Timaſitheus Liparenſis crateram, quam Romano Pythio Apollini miſerant, interceptam à piratis, curavit Delphos perferendam,* Vide ſuper his epiſtolam ad Colerum ſcriptam, quae editioni Valerii Francofurtenſi eſt praemiſſa. VORST. Reperiuntur haec exempla in Cod. Harlem. & Bitur. primo: in tert. & ſept. Leid. folium, quod ea continet alia manu ſcripta, inſertum eſt.

52. *Perſae mille navium numero*] In quibuſdam exemplaribus haec duo exempla de Perſis atque Athenienſibus non reperiuntur, in nonnullis quoque tertium de Diomedonte non habetur. PIGH. De hoc & proximo ſequente exemplo monet Pighius, quod in quibuſdam codd. perinde ut cetera non inveniantur: quodque tertium item, quod de Diomedonte agit, in quibuſdam non appareat. In codicum Brandeb. illo quem diximus quomodo cetera, ita duo quoque priora non deſunt; ſed tertium tamen & in hoc deſideratur. VORST.

53. *Religioſas potius manus quam rapaces adhib.*] A codice Brand. abeſt *potius.* Et poteſt vox ea commode ſubaudiri: quomodo ſup. I. I. ext. 2. & in plurimis aliorum Auctorum locis ſubaudienda illa eſt. Illud miror, quod pro *religioſas* Pighius edidit *irreligioſas*; eumque ſecure Colerus atque Thyſius ſunt ſecuti. Sane *irreligioſas* plane alienum eſt: ipſum *religioſas* autem & in cod. Brandeb. apparet. VORST. *Religioſas* ſcribitur etiam in ſept. Leid. prorſus eamdem exprimens ſententiam, quam Liv. L. V, C. 22. *Quum jam humanae opes egeſtae à Vejis eſſent, amoliri tum Deum dona ipſoſque Deos, ſed colentium magis quam rapientium modo, coepere.*

54. *Diagoram philoſophum*] Cic. Suidas, Aelianus. Hunc, & alios θεομάστιγας defendit Juſtinus Martyr Apolog. II. & Clemens Alex. Protrep. Minutius Octaviano. COLER. *Pythagoram* habet Harl. Bitur. tert. Leid. Sed ſept. habet *Protagoram.* Optime, judice Gudio. Similiter legebat Cl. Perizon. ad Aelian. L. II. Cap. 23. Scilicet ſententia, quae *Diagorae* tribuitur à Valerio, illa à ceteris ſcriptoribus adſcribitur *Protagorae.* Vide Scalig. ad Euſeb. pag. 1574. Min: Fel. Cap. 8. Plutarch. περὶ δεισιδαιμ. p. 403. Cic. de Nat. Deor. L. I. C. I. & C. 12. & C. 42. ex quibus omnibus locis, quae orae libri ſui Vir Cl. adſcripſerat, ſatis liquet, *Protagoram negaſſe ſeſe omnino de Diis habere, quod liqueat, ſint, non ſint, qualeſve ſint. Diagoram* contra dixiſſe, *Nullos omnino eſſe Deos.* Itaque cum *Pythagoras* vel *Protagoras* in MSS. meis occurrat, non auſim hic erroris accuſare Auctorem, neque id ſi ſciſſet, feciſſet, credo, P. Baelius in Dict. Hiſt. Crit. ad art. Diagoras. *Protagoras* legit etiam P. Leopardus, obſervante Perizonio in Epiſt. ad N. Heinſium.

55. *Si ſint, quales ſint*] Ultimum *ſint* delent MSS. aliquot. male.

56. *Phidiam*] Atqui Plin. ex ebore & auro Minervae ſtatuam ſcribit conſtitiſſe. Aureae meminit Thucydides, & Plut. cujus in baſi Phidias nomen ſuum ſcripſerit. Ovid. aeneam & eburneam facit lib. IV. de Pont.

Arcis ut Actaeae vel eburna vel aerea cuſtos,
Bellica Phidiaca ſtat Dea picta manu.

 Strabo:

8. Diomedon unus [58] ex decem ducibus, [59] qui Arginuſae eadem pugna Athe-
Inf. III. 8. ext. 3. & IX. 8. ext. 2. nienſibus victoriam, ſibi vero damnationem pepererunt, [60] cum jam ad immeritum ſupplicium duceretur, nihil aliud locutus eſt, quam *ut vota pro incolumitate exercitus ab ipſo nuncupata ſolverentur.*

Strabo: Καὶ τὸ Παρθενὼν ὃ ἐποίησεν Ἴκτινος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον. COLER.

57. *Marmore potius quam ebore Minervam fieri oportere*] Ovidius IV. de P.

Arcis ut Actaeae vel eburna vel aerea cuſtos,
Bellica Phidiaca ſtat Dea picta manu.

Alii & aureae ſtatuae Minervae mentionem faciunt: ut Thucydides, Plinius, Plutarchus. VORST. Vide Plut. in Pericle. Pauſ. in Attic. Ulpian. in Orat. Demoſth. in Ariſtog. & Scalig. ad Euſeb. n. 1578. PERIZON.

58. *Ex decem ducibus, qui Arginuſae*] Exemplum hoc, ut diximus, in cod. Brandeb. qui cetera tamen illa, quae à plerisque codd. abſunt, habet, non apparet. Ceterum *Arginuſae* reſtituit Pighius ex cod. Campenſi, cum ab editione Aldina idem abeſſet. Sunt & in vetere editione Martini Herbip. ejus veſtigia. habet enim illa ſic, *Quibus Argivi ſe eadem pugna.* Infra quoque III, 8, ext. 3. ubi eadem hiſtoria repetitur; *Arginuſarum* diſerte fit mentio. Ceterum quos hic *decem duces* appellat, eos altero loco *decem praetores:* & IX, 8. ext. 2. *decem imperatores* vocat. Et ſunt vocabula iſta fere ἰσοδύναμα. VORST. Exemplum hoc de Diomedonte ſervatae, non neglectae religionis eſſe quis non videt? GUYET. MSS. habent *quibus Arginuſae eadem pugna, & victoriam & damnationem peperit.* Harl. *pepererit.* Bit. prim. *quibus muſae* &c. *pepererunt.* Valde autem errat in Explicatione hujus loci Aſcenſius, ideo eos damnatos dicens, quod Remp. manifeſto diſcrimini commiſiſſent: quum puniti ſint, quod naufragos cives non ſuſtulerant, venti vehementia ſeſe prohibitos licet contenderent. Videatur Xenoph. L. I. Hiſt. Gr. p. 449.

59. *Qui eadem pugna*] Campenſis codex: *Qui Arginuſae eadem pugna.* PIGH.

60. *Cum jam ad meritum ſupplicium duceretur*] Idem codex: *Cum ad immeritum.* Recte: nam indigne ac injuſte cum collegis praetoribus damnatus & occiſus fuit Diomedon. PIGH. Aldus perperam ediderat, *Cum jam ad mer. ſupp. duc.* At Pighius in Campenſi cod. reperit *Cum ad immeritum.* Mirum igitur, quod non ipſum hoc ſervavit, ſed pro eo ſcripſit, *Cum jam non ad meritum ſuppl. duc.* quodque idem retinuit & Colerus. Saltem voculis tranſpoſitis ſcripſiſſet *Cum jam ad non meritum ſuppl. duc.* Editio vetus Martini Herbip. habet *Cum ad jam meritum ſuppl.* Quo quidem codicis Campenſis ſcriptio confirmatur. Apparet enim, *jam meritum* eſſe pro *immeritum.* VORST. *Non* delent mei, & legunt *ad jam meritum.* unde procul dubio recte fecerunt *immeritum.* Dicitur enim ab ipſo Auctore noſtro civitas Athenienſis iniquiſſimo ac truculentiſſimo errore inſtincta triſtem de his praetoribus ſententiam tuliſſe. L. III. 8. Ext. 3. Sed cur hinc faciant *jam ad immeritum* non video, certe *ad immeritum* ſufficit & propius accedit ad MSS.

Caput II.

DE RELIGIONE SIMULATA.

A ROMANIS.

1. *Numa Pompilio rege.*
2. *P. Scipione Africano majore.*
3. *L. Cornelio Sulla.*
4. *Q. Sertorio.*

AB EXTERNIS.

1. *Minoë Cretenſium rege.*
2. *Piſiſtrato Athenienſi.*
3. *Lycurgo Spartano.*
4. *Zaleuco Locrenſi.*

Numa

NUma Pompilius, ut populum Romanum [1] ſacris obligaret, volebat videri *ſibi cum dea Aegeria congreſſus eſſe nocturnos:* [2] *ejuſque monitu ſe, quae accepta diis immortalibus ſacra forent, inſtituere.*

Scipio Africanus non ante ad negotia publica vel privata ibat, quam in cella Jovis Capitolini moratus eſſet, & ideo Jove genitus credebatur.

L. Sulla, quoties proelium committere deſtinabat, parvum [3] Apollinis ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum complexus, orabat *uti promiſſa maturaret.*

Q. Sertorius per aſperos Luſitaniae colles [4] cervam albam trahebat: *ab ea ſe, quaenam aut agenda, aut vitanda eſſent,* praedicans *admoneri.*

EXTERNA.

Minos Cretenſium rex [5] nono quoque anno [6] in quoddam praealtum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat: & in eo moratus, tanquam à Jove, quo ſe ortum ferebat, traditas [7] ſibi leges praerogabat.

Piſi-

1. A. U. 39. circiter. Liv. I. Plutarch. Dionyſ. & alii.
2. An. urb. 542. Livius XXVI. Quint. II. 4. Gell. L. VII. 1. Victor.
3. An. urb. 671. Plutarch. Front. I. II. 13. Gell. L. XV. 22.
4. An. urb. 673. Plut. Front.
1. Plato in Minoë. Marshami Chron. p. 277. & 613.

1. *Sacris obligaret*] Servius ad VI. Aeneid. de Numa; *Qui ferociam populi à bellis ad ſacra contulit. Unde etiam Numa dictus eſt ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione & conſtitutione legis.* Adde Plutarchum. COLER. In Leid. tertio nec inſcriptio apparet, nec capitis mentio, tantum erat aliquantum vacui ſpatii.

2. *Ejuſque monitu ſe, quae accepta diis, &c.*] Duo ſunt exemplaria, quae haec ita ſuccinctius habent: *Ejuſque monitu accepta diis immortalibus ſacra inſtituere.* PIGH. *Ejuſque monitu ſe quae accepta Diis immortalibus ſacra forent inſtituere.* Ita unus codex Brandeb. & editiones item Aldi, & Martini Herbip. Pighius mutavit ita, *Ejuſque monitu accepta Diis immort. ſacra inſtituere:* quod in duobus codd. ita ſcriptum inveniſſet. Pighium vero Colerus atque alii ſunt ſecuti. Nobis altera lectio praeferenda videtur; quod magis ea congruit cum verbis Livii, quae lib. I. haec ſunt; *Simulat ſibi cum Dea Aegeria congreſſus nocturnos eſſe: ejus ſe monitu quae acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere.* Obſervatum eſt ſupra, eodem ordine, iiſdemque fere verbis noſtrum hiſtorias expoſuiſſe, quo ordine, quibuſque verbis, expoſuerat Cicero. Pari modo igitur illud de Numa iiſdem fere verbis, quibus Livius propoſuit. Tantum pro *eſſent* poſuit *forent*, & leves id genus alias mutationes fecit. VORST. Ut edidit Vorſtius, ita Harl. Bit. Leid. oct. niſi quod is habet *acceptis*. Leid. tert. *ſeque attempta diis ſacra forent.*

3. *Apollinis ſignum*] *Signum* pro ſimulacro & ſtatua, ut paſſim Cicero VII, 23. ad fam. *Quanti ego genus omne ſignorum omnium non aeſtimo, tanti iſta quatuor aut quinque ſumpſiſti.* VORST.

4. *Cervam albam trahebat*] *Trahere* pro ducere ſecum. Infra III, 2. ext. 8. *Uxor Aſdrubalis dextra laevaque communes liberos trahens.* Curtius III. *Feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant.* VORST.

5. *Nono quoque anno*] Recte hoc, quamquam Harlem. *novo*, quod fuit quoque in ſept. Leid. ſed mutatum eſt. Mirare, vel ride potius Thyſium edentem, contra Hiſtoriae fidem, *unoquoque anno.* Vide modo auctores in marg. citatos.

6. *In quoddam praealtum ſpecus*] Cod. Brandeb. *In quendam praealtum ſpecum.* Et perinde ſane eſt. *Specus* enim tam maſculinum, quam neutrum eſſe tradunt Grammatici. Livius XXXIX. *Quos ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant.* VORST.

7. *Traditas ſibi leges praerogabat*] Ita Aldus atque alii ediderunt. At cod. Brandeb. habet *prorogabat.* Et Giſanius in Obſ. L. L. ubi hunc locum citat, *perrogabat.* VORST. *Traditas ſibi leges praerogabat.* Lego *prorogabat.* atque ita cod. Brandeb. I. *promulgabat.* quo ſenſu apud

Cic.

2. Herod. I. C. 60. Poliaen. I. 21. Athen. L. XIII.

Piſiſtratus [8] in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcem Minervae eſt uſus: cum per oſtentationem ignotae mulieris, quae [9] Phya vocabatur, formatae ad habitum Deae, Athenienſes deciperet.

3. Herod. I. 65. Plutarch. Strab. L. X. Juſt. XXXIII.

Lycurgus conſilio Apollinis graviſſimae Lacedaemoniorum civitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit.

4. Cic. de leg. II. Aelian. Var. Hiſt. II. Suid.

[10] Zaleucus ſub nomine Minervae apud Locrenſes prudentiſſimus habitus eſt.

Cic. in Bruto etiam legiſſe me puto. Pro Muren. C. 23. *Prorogationem legis Maniliae.* Hinc autem Minos legifer appellatur ab Ovid. Amor. L. III. 9. 41. PERIZON. *Prorogabat* eſt in Bit. ceteri *perrogabat.* quod non damnem.

8. *In recuperanda tyrannide*] Ita cod. quoque Brand. Aldus & Mart. Herbip. *in recuperandam tyrannidem.* VORST.

9. *Phya*] Quidam libri *Ero.* Sed Phya dicitur etiam Polyaeno Strat. lib. I. PIGH. *Phyam* & Herodotus appellat: itemque Polyaenus. Quidam codices pro eo habent *Ero*, ut Pighius notavit in margine: interque eos cod. Brand. & vetus editio Mart. Herbip. VORST. *Quae afro vocabatur.* Harl. ꝗ *fro vocab.* ſept. Leid. *quae ſto voc.* Sic Bitur. & Leid. tert.

10. *Zaleucus ſub nom. Minervae*] Zaleuci & infra VI, 5, ext. 3. mentionem facit, dicitque urbem Locrenſium ſaluberrimis legibus eum muniviſſe. VORST. Vide Scalig. ad Euſeb. N. 1355. & Symmach. L. X. Ep. 18. Cic. ad Att. L. VI. 1. Zenob. Cent. 4. Prov. 10. Aelian. L. III. 17. L. II. 37. PERIZON.

CAPUT III.

Liv. IV. 30.

DE PEREGRINA RELIGIONE REJECTA.

1. *A Senatu Romano.*
2. *A Cornelio praetore.*
3. *A. L. Aemilio Paulo. Coſ.*

1. An. urb. 567. Liv. XXXIX. 16. Cic. de Legg. II. 15.

[1] BAcchanalium ſacrorum mos novus inſtitutus, [2] cum ad pernicioſam veſaniam iretur, [3] ſublatus eſt.

Luta-

1. *Bacchanalium ſacrorum mos*] Quidam codices haec exempla ſuperiori capiti ſimulatae religionis annectunt; alii proxime ſequenti de auſpiciis. Ad neutrum tamen pertinere vel caeco clarum eſt. Scholiolae marginales exemplaris Campenſis, quae pro titulis ſaepe ſerviunt, in ſuſpicionem me deducunt, ad titulum peregrinae religionis rejectae à Romanis haec exempla ſpectare. Unde colligo caput iſtud cum proximis conſarcinatum eſſe, atque haec exempla ejus eſſe quoddam fragmentum. Quapropter titulum his ſuum reſtituere viſum fuit, quamvis integrum caput conſtituere nequeamt, cum ex his quaedam videantur, cum externis omnibus omiſſa, quaedam etiam mutila atque in epitomen contracta. PIGH. Haec & eorum quae ſequuntur nonnulla codex Brandeb. in caput proximum ſuperius conjecta habet. neque aliter eſt in editione Mart. Herbip. Sed & Aldus haec eadem de Bacchanalibus, ſed ſola tamen, in eum locum conjecerat. At Pighius novum hic caput conſtituit. Cujus rei quam cauſam habuerit, ex ipſius in Valerium Notis intelligi licet. VORST. Etiam in noſtris MSS. omnia juncta cohaerent, ſine ullo tituli novi veſtigio. Ceterum, ſi, Lector, de

Lutatius, qui primum Punicum bellum confecit, à ſenatu prohibitus eſt [4] *ſortes Fortunae Praeneſtinae adire.* [5] Auſpiciis enim patriis, non alienigenis, remp. adminiſtrari oportere judicabant. An. urb. 511.

C. Cornelius [6] Hiſpallus praetor peregrinus M. Popilio Laenate, Cn. Calpurnio. coss. edicto [7] Chaldaeos *intra decimum diem abire ex Urbe, atque Italia*, juſſit, levibus & ineptis ingeniis, fallaci ſiderum interpretatione, quaeſtuoſam mendaciis ſuis caliginem [8] injicientes. 2. An. urb. 614.

[9] Idem, qui Sabazii Jovis cultu ſimulato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coëgit.

L. Aemi-

de *Cultu Peregrinae Religionis* apud Romanos praeclara multa diſcere expetis, & praeſertim etiam de Senatusconſulto, quo *Bacchanalium Sacrorum mos novus ſublatus eſt*, adeundus tibi omnino Ampliſ. Corn. Bynkershoek, qui peculiari eruditiſſimaque Diſſertatione hoc Argumentum pertractavit in Opuſculis.

2. *Cum ad pernicioſam veſaniam iretur*] Codex Brandeb. *iret.* Ita ipſe mos novus Bacchanalium ad veſaniam iviſſe dictus fuerit: quod nec abſurdum videtur. VORST. Tert. Leid. Ultr. prim. *iret.* ceteri *iretur.* Et Pigh. hoc in Erratis mutandum monuerat in *iret.*

3. *Sublatus eſt*] Cura Poſtumii conſulis, qui, cum ſatis de Bacchanalibus inquiſiviſſet, primo ad ſenatum, deinde ad populum gravi habita oratione rem retulit. Ita primo auctores comprehenſi: deinde tum in ipſos, tum in alios animadverſum. Cautum item, ut Livius l. XXXIX. habet, *nequa Bacchanalia Romae, neve in Italia eſſent.* Sed additum tamen, *ſiquis tale ſacrum ſolenne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe, apud praetorem urbanum profiteretur: praetor ſenatum conſuleret. ſi ei permiſſum eſſet, cum in ſenatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, dum ne plus quinque ſacrificio intereſſent, neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum aut ſacerdos eſſet.* Ergo tantum ſceleribus & conjurationibus anſam praecidere; non, ut nulla plane Baccho ſacra fierent, decernere voluerunt. VORST.

4. *Sortes Fortunae Praeneſtinae adire*] *Sortes* pro oraculo. Cicero II. de Div. *Sors illa edita eſt Croeſo.* Idem ibidem & *ſortes Praeneſtinas* vocat, quae ſortes Fortunae Praeneſtinae fuerunt. Sed & *nuſquam fortunatiorem quam Praeneſte fortunam eſſe* ibidem ſcribit. Fuit autem Praeneſte oppidum Latii non procul Roma, templo Fortunae celebre. VORST. Harum quanta fama & exiſtimatio fuerit poſtea, ſatis liquet ex Suet. in Tib. C. 63. ubi videantur Commentatores.

5. *Auſpiciis enim patriis*] In editione Antverp. Pighii perperam eſt *auſp. patris:* quod mirum eſt in editione quoque Coleri ſervatum eſſe. Sunt autem *auſpicia patria* non quae patris, ſed quae patriae, & quidem Romae ſunt. *Patrium* enim non tantum quod patris, ſed & quod patriae eſt, dicitur. VORST.

6. *Hiſpallus*] Lib. Dan. *Hiſpalus.* nomen ipſum Cornelii. tabula Capitolina CN. CORNELIVS L. F. L. N. SCIPIO HISPALVS. COLER.

7. *Chaldaeos intra dec. diem abire ex urbe*] *Chaldaei* dicuntur hic, qui aliter Mathematici & Aſtrologi appellantur: eſtque nomen non gentis, ſed artis. Qua notione ipſe quoque Cicero I. & II. de Div. aliique uſurpant. VORST. Ita quoque poſtea, quamquam aliam ob cauſſam edicto Vitellii *Italia pulſi ſunt Mathematici* Tacit. Hiſt. II. Cap. 2. Vide de vana Chaldaeorum arte diſputantem Favorinum apud Gell. L. XIV. I.

8. *Injicientes*] Liber Danielis *Inicientes.* Idem paſſim: *adicit, obicit, conicit.* COLER. Sic paſſim multi è noſtris.

9. *Idem qui Sabazii Jovis cultu ſublato mores Rom.*] *Sublato* in Jo. Cauchii codice Batavo non habetur, & abeſſe ſalva ſententia poteſt. In Campenſi autem adſcriptum (alias *ſimulato*) quod ſatis placet, modo non omnino vocabulum hoc auferre viſum fuerit. Atqui apud Romanos ſacra Jovis Sabazii, licet priore ſeculo damnata, ac prohibita, à poſteris tamen recepta fuiſſe, docent ejus Dei pulvinaria, Domitiani tempore facta: quae adhuc Romae viſuntur cum his titulis:

IOVI.

3. An. urb. 534. L. Aemilius Paullus conſul, cum ſenatus [10] *Iſidis & Serapis fana diruenda* cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet, poſita praetexta [11] ſecurim arripuit, templique ejus foribus inflixit.

Ca-

IOVI. SABAZ.	Q. NVNNIVS
Q. NVNNIVS	ALEXANDER
ALEXANDER *	DONVM. DEDIT
V. S. L. M.	IOVI. SABAZIO.

Literae ſingulares ſonant, Votum Solvit Lubens Merito. ut hoc obiter imperitiorum cauſſa adjiciam. PIGH. *Sabazii Jovis.* Nomen generale, quod & Baccho tributum. Strabo libro x. Diodorus Siculus libro iv. Stephanus, ubi de Sabis Ariſtophanis interpres Veſpis, qui monet τὸ σαβάζειν, εὐάζειν εἶναι, καὶ τὸν εὐασμὸν σαβασμόν. Mihi tamen potius σαβάζειν quaſi σεβάζειν fuerit. Arnobius libro iv. *Sacra & initiationis ritus quibus Sabaziis nomen eſt.* COLER. Aldus & Mart. Herbip. ediderant *cultu ſublato.* At Pighius cum in margine codicis Camp. reperiſſet *ſimulato*, ipſum hoc pro altero ſubſtituit. Teſtatur autem idem quoque Pighius in cod. Cauchiano neutrum apparere. Quod idem & de codice Brandeb. teſtari licet. Et aſſentior Pighio, utrumque ſalva ſententia abeſſe poſſe. *Sabazii* cultum, etſi rejectum aliquando, à poſterioribus tamen revocatum fuiſſe demonſtrat Pighius duabus inſcriptionibus, quae tempore Domitiani factae Romae adhuc viſantur:

IOVI. SABAZ.	Q. NVNNIVS
Q. NVNNIVS	ALEXANDER
ALEXANDER	DONVM. DEDIT
V. S. L. M.	IOVI. SABAZIO.

At Colerus nomen Jovis Sabazii generale, & Baccho quoque tributum fuiſſe obſervat. Videſis Notas ejus in Valerium, & Gerh. Joh. Voſſii Theol. gent. ii. 13. Non dubium autem eſt, nomen *Sabazii* ex Hebraeo numeri plur. צבאות, quod in appellatione Dei veri toties uſurpatum eſt, ortum eſſe. Nimirum cum Deus verus יהוה צבאות, id eſt, Dominus exercituum, quod in militiam caeleſtem atque terreſtrem, id eſt, in omnes creaturas imperium habet, diceretur; ſtolidae nationes inſtinctu Diaboli creaturae, quam pro numine habuere, nomen *Sabazii* tribuerunt. VORST. Vide Cic. de Legg. L. ii. 15. & Marsh. Chron. p. 244. & 245. *Sabazia Sacra* autem inſtituta ſunt Dionyſo ſeu Baccho Aſiatico. Cic. de Nat. Deor. L. iii. 23. PERIZON. Adde Clem. Alex. Protrept. p. 11. MSS. Bitur. & Leid. prim. *Idemque ſublato Jovis cultu Romanos inficere conati erant, repetere domos ſuas coëgit.* Leid. tert. *Idem qui.* oct. exhibet ut editur, niſi quod habet *erant* pro *ſunt.*

10. *Iſidis & Serapidis*] Dii Aegyptii, ſed culti olim Romae. Quod Varro indicat & exagitat opinor aliquot locis. libro iv. de Lingua Lat. *Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt.* Idem Eumenidibus: *Et medicina Serapi utor.* Et alibi: *Hoſpes quid miras animo curare Seraphim? Quid quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.* Auguſtinus libro xviii. capite 5. De Civit. Dei. Aras horum Deorum penitus everterunt Piſo & Gabinius coss. Tertullianus Apolog. capite 6. *Serapidem Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo capitolio prohibitos inferri, id eſt, curia Deorum pulſos Piſo & Gabinius* coss. *non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium & ſuperſtitionum otioſarum vitia cohibentes.* Servius ad illud viii. Aeneid. *Omnigenumque Deum monſtra & latrator Anubis.* Ideo *monſtra dixit, quia ſub Auguſto nec dum Romani Aegyptia ſacra ſuſceperant.* COLER. *Iſis* & *Serapis* Dii Aegyptii. Varro iv. de L. L. *Principes Dei caelum & terra. hi Dei iidem qui in Aegypto Serapis & Iſis.* De cultu eorum Romae ſublato Tertullianus quoque c. 6. Apologet. agit, *Serapidem*, inquit, *Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id eſt, curia Deorum pulſos, Piſo & Gabinius COSS. non utique Chriſtiani, everſis etiam aris eorum, abdicaverunt.* VORST. *Serapis*, MSS. & Edd.

11. *Securim arripuit*] Sic & Dionyſ. apud Aelian. L. i. V. H. C. 20. Vide & Cloppenburgii opuſcula p. 161. & 165. PERIZON.

CAPUT IV.

DE AUSPICIIS.

Cic. L. II. de Legg. C. 12, 13.

QUAE CEPERE ROMANI.

1. *Attius Navius Augur.*
2. *Ti. Gracchus, Ti. F. trib. pleb.*
3. *P. Claudius Pulcher, & L. Junius Pullus coſſ.*
4. *L. Metellus Pont. Max.*
5. *M. Tullius Cicero.*
6. *M. Junius Brutus Procos.*

EXTERNI.

1. *Alexander Magnus.*
2. *Dejotarus rex.*

I. An. urb. 140. circ. Liv. I. Cic. divin. I. Feſt. in Navia & ibi N. Ant. Aug.

[1] L. Tarquinius Rex [2] centuriis equitum, quas Romulus auſpicato conſcripſerat, alias adjicere cupiens; [3] cum ab Attio Navio augure prohiberetur, offenſus interrogavit, [4] *Poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat.* [5] *Poſſe fieri* dicente, juſſit novacula cotem diſcindi. Qua Attius allata, adminiſtrato incredibili facto, effectum ſuae profeſſionis oculis regis ſubjecit.

Ti.

1. *L. Tarquinius rex*] Hoc loco incipit caput de auſpiciis, praecedentia enim exempla (ut dixi) ſpectant alio, docentque alienigena ſacra in bene inſtitutis civitatibus admittenda non eſſe. PIGH. Haec etiam in MSS. noſtris connectebantur cum ſuperioribus, niſi quod in octavo Leid. titulus eſt de Auſpicio C. 4. ubi tamen primum exemplum refertur male ad caput praecedens.

2. *Centuriis equitum, quas Romulus auſpicato conſcripſerat*] Livius lib. 1. *Tarquinius equitem maxime ſuis deeſſe viribus ratus, ad Ramnenſes, Titienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat, addere alias conſtituit. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius, neque mutari, neque novum conſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe.* VORST. *Auſpicando* Bitur. prim.

3. *Cum ab Decio Accio Navio*] Campenſe exemplar *Decius* omittit, & omnino ſuperfluum eſt. Alioquin variatur mirum in modum hujus auguris licet celeberrimi nomen apud auctores, de quo non diſplicebit, vidiſſe, quae Sigonius adfert in primum Livii. Nos autem hoc ex vetuſtis exemplaribus reſtituimus. In Valerio vulgato mox ita, *Poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat*, ubi diſcrepat Campenſe exemplar, in eodem tamen ſenſu permanet. Habet enim ſic, *An id fieri poſſet, quod animo cogitaret.* PIGH. Vulgo legebatur: *A Decio Atio Navo*. ſed rectius Mitalerius *Decimo* emendat. quem vide. COLER. Nomen hujus apud Auctores varie exprimitur. Et in ipſo quoque Valerio ejus ſcriptio variat. Aldus ediderat *Ab Decio Accio Navio.* Verum prænomen *Decio* rectius omitti videtur. Abeſt ſane à cod. Brandeb. itemque Campenſi, quem Pighius inſpexit. Sed & à vetere editione Mart. Herbip. abeſt. Ceterum edidit Pighius *ab Atio Navio*; & ex vetuſtis quidem, ut ipſe teſtatur, exemplaribus. Ego tamen legere malim *Attio*: quod videam à Dionyſio Halic. l. III. vocari Ἄττιον, & à Feſto v. *Navia* ſimiliter *Attium*: apud Livium vero & Ciceronem legi *Accius*; & in MSS. tam Livii, quam Valerii *Attus* & *Actus*. Vide Notas Gronovii ad 1, 36. Livii. VORST. *Atto Nanio* Harl. *Atto Navio* oct. Leid. *Actio Navio* tert. Leid. *Attio Vanio* Bitur. *Atium Navium* recte ipſum à Pighio appellari cenſet Rupert. p. 67. *Attium Navium* praefert J. Fr. Gronovius ad Liv. L. 1. 36. & ad Plin. L. XXXV. 5.

4. *Poſſetne fieri quod ipſe mente conceperat*] Cod. Br. *An id fieri poſſet quod animo cogitaret.* Quod idem in cod. quoque Campenſi legi teſtatur Pighius. Nec aliter vetus editio Martini Herbip. habet. Altera lectio magis congruit verbis Livii; quae quidem haec ſunt: *Agedum divine tu, inaugura, fierine poſſit, quod nunc ego mente concipio.* VORST. Ut Camp. ſex. alii.

5. *Poſſe fieri dicente*] Idem exemplar haec co-

pio-

2. An. urb. 620. Plut. in vita. Obſeq. 86. Ti. Gracchus, [6] cum ad res novas pararetur, [7] auſpicia domi prima luce petiit: quae illi perquam triſtia reſponderunt. Nam janua egreſſus, [8] ita pedem offendit, ut [9] digitus ei decuteretur; tres deinde corvi in eum adverſum occinentes, [10] partem tegulae decuſſam ante ipſum propulerunt. Quibus omnibus contemptis, à Scipione Naſica pontifice maximo decuſſus Capitolio, fragmento ſubſellii ictus procubuit.

3. P. Claudius bello Punico primo, cum proelium navale committere vellet, au-

pioſius; *Eo, augurio capto, poſſe fieri dicente.* Sic enim & Cicero de Divinat. I. de eadem re ſcribens; *Ille augurio capto poſſe reſpondit.* Mendoſe tamen in vulgatis Ciceronianis, *augurio acto* legitur, Dein rurſus in Valerio, *Qua Decius allata*, corrige, *qua Atius allata*, quemadmodum eſt in Campenſi. PIGH. Cod. Brand. paulo plenius, *Eo, augurio capto, poſſe fieri dicente.* Nec aliter cod. Camp. ut teſtatur Pighius; & vetus ed. Mart. Herbip. Et congruit id verbis Livii atque Ciceronis, quae & ipſa paulo amplius habent. Livii l. I. ſunt, *Cum ille, in augurio rem expertus; profecto futuram dixiſſet.* Ciceronis autem I. de Div. *Ille augurio capto poſſe reſpondit.* Sic enim legendum ibi videtur; non *aug. acto.* VORST. Quod Pighius, & Vorſtius teſtantur ſe inveniſſe in ſuis MSS. idem ego inveni in meis, qui praeterea multi pro *profeſſionis* paulo poſt habent *perfectionis.*

6. *Cum ad res novas pararetur*] *Parari* pro *parare ſe*; ut *lavari* pro *lavare ſe*, & *exerceri* pro *exercere ſe:* qualia plurima apud auctores obſervantur, ac in libello de Latinitate vulgo fere neglecta recenſebuntur. *Res novae* hic ſunt latio legis agrariae; qua exigebatur, ut agri à populo Rom. acquiſiti, qui fere à patribus conſc. pauciſque nobilibus tenebantur, aequaliter inter cives dividerentur. VORST. Auctor de cauſſis Cor. Eloq. C. 34. *Ergo apud Majores noſtros juvenis ille, qui foro & eloquentiae parabatur.* PERIZON. Sed aliud eſt *juvenis paratur foro*, qui inſtitutione praeceptorum, cura & conſiliis propinquorum formatur ad actiones forenſes, & eloquentia imbuitur, aliud *Tib. Gracchus paratur ad res novas*, qui ſuo conſilio omnia egit, nec alium auctorem habuit. Quare non temere in tali caſu hanc locutionem imitandam duxero. Scio advocari in exemplum hominem dici *lavari*, qui *lavat ſe.* ſed hoc natum eſt ex quotidiana loquendi conſuetudine, quum revera in balneis lavabantur opera ſervorum; & ne hoc quidem dixerunt ſine diſcrimine. Quid enim diſertius quam haec Varronis L. VIII. de L. L. p. 123. *In toto corpore potius utimur Lavamur, in partibus Lavamus. Quod dicimus, lavo manus, ſic pedes & cetera, quare & in balneis non recte dicunt Lavi, Lavi manus recte.* Recte igitur Hor. L. I. S. 5. v. 24.

Ora manuſque tua lavimus, Feronia, Lympha,

Quod cum Eruditiſſimo Bentlejo in *lavimur* mutari non oportet. Eſſe verba, quae hanc conſtructionem admittant non nego; de *parari* plura deſidero exempla. Plin. quidem L. VII. Ep. I. *Cum viceſimo balinei die balineo praepararer.* ope nempe ſervorum, utpote aeger.

7. *Auſpicia petiit, quae illi perquam triſtia reſponderunt.*] Neſcio an *Auſpiciis reſponſio* conveniat. F. *Deſponderunt* i. e. deſtinarunt, certo eventura ſignificarunt. Sic etiam Plin. de Trajano in Paneg. C. 76. *Una erat in limine mora conſultare aves revererique numinum monitus.* PERIZON. Ubi dubitat Lipſ. an hoc factum fuerit more publico, an Trajani privato. & poſterius concludere videtur: quum ego ex hoc exemplo colligam potius prius.

8. *Ita pedem offendit*] Julius Obſequens cap. 86. Et de pedum offenſione Cic. libro II. de Divinat. Plinius lib. II. cap. 7. Plutarchus Demetrio, Craſſo & Tiberio, Tibullus, Ovidius, alii. COLER.

9. *Digitus ei decuteretur*] Quid eſt *decuteretur?* quomodo poterat tali offenſione digitum pedis amittere. Forte legendum *decutiretur.* GUDIUS. Habent tamen *decuteretur* MSS. & Obſeq. *decuſſerit.* Quid fuerit docet Plutarch. p. 832. ſcribens ictum adeo vehementem fuiſſe, *ὥστε τὸν μὲν ὄνυχα τοῦ μεγάλου δακτύλου ῥαγῆναι, τὸ δὲ αἷμα διὰ τοῦ ὑποδήματος ἔξω φέρεσθαι.* Videtur ludere voluiſſe in voce *decutere*, quod eam ter in tam brevi capite uſurpat: certe poſterius *decutere aliquem Capitolio* nemo elegantior quoque dixerit.

10. *Partem tegulae decuſſam ante ipſum protulerunt*] Campenſis codex, *propulerunt.* Rectius, nam

auſpiciaque more majorum petiiſſet, & [11] pullarius *non exire cavea pullos* nuntiaſſet, abjici eos in mare juſſit dicens, [12] *Quia eſſe nolunt, bibant.* Et L. Junius P. Claudii collega neglectis auſpiciis, [13] claſſem tempeſtate amiſit. Quorum ille populi judicio concidit, damnationiſque hic ignominiam voluntaria morte praevenit.

Cum Metellus pontif. maximus, [14] Tuſculanum peteret, corvi duo in os ejus adver-

An. urb. 504. Polyb. I. Cic. divin. I. C. 16. & II. 33. de Nat. Deor. II. C. 3. Suet. Tib. C. 2. Serv. ad Virg. Aen. VI. Liv. Ep. 19. Eutrop. p. 426. Min. Fel. C. 7. Cic. de Divin. II. 33.

nam Plutarchus corvos in ſtillicidio pugnantes tegulam dimotam ante pedes ejus projeciſſe refert. PIGH. Aldus ediderat *protulerunt.* Sed recte Pighius ex cod. Camp. reſcripſit *propulerunt.* Habetque ita & codex MS. Brand. & vetus editio Mart. Herbip. VORST. Diſerte Plutarch. λίθ☉ ἀπωθεὶς, & habent mei quoque *propulerunt.*

11. *Pullarius non exire cavea pullos nuntiaſſet*] *Pullarius* dicitur, qui pullis praeeſt. Is recluſa cavea pullis pultem aut offam objiciebat. Ad quam ſi pulli non ilico proſilirent, aut egreſſi eam non attingerent, aliſve diſſiparent, malum illud omen credebatur. Inſignis hac de re locus eſt in II. Ciceronis de Div. VORST.

12. *Quia eſſe nolunt, bibant*] Quod quidam Codd. legunt *Quia exire nolunt, bibant* ſpurium eſt, & natum in cerebris librariorum, qui putabant pullos non ad alimenta capienda, ſed auſpicia ferenda, cavea exire debuiſſe, idque patere ex praecedentibus. Verum vulgata lectio proba & elegans eſt, ut mittam acumen ſententiae, latet hoc loco aliquid antiqui ritus in petendis auſpiciis: nemo hunc diſertius memoriae conſignavit quam ipſe Valerius; ecce verba L. II. 5. 5. *Pullis, quibus auſpicia petuntur, puls objicitur.* Prud. Rom. Mart.

Cum conſulatum initis, ut vernae ſolent
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis.

GUDIUS. Forte, *qui eſſe nolunt, bibant.* PERIZON. *Exire* MSS. quinque.

13. *Claſſem tempeſtate amiſit, damnationiſque ignominiam*] Truncus hoc loco Valerius, ut ex Campenſi colligitur exemplari, quamvis etiam incorrecto, in quo ſic: *Populique judicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte praevenit.* Haec diligentius conſideranti, quaedam deeſſe haud dubio videbantur; non enim Junius jamjam damnatus ignominiam praevenire potuit. Quare locum Ciceroni dum confero (ex cujus libris de Deorum Nat. II. ac Div. II. Valerius haec hauſiſſe videtur) venit in mentem de utriuſque conſulis exitu auctorem noſtrum cum Cicerone loqui, ſupplendamque hoc modo ſententiam illam eſſe: *Quorum ille populi judicio concidit, damnationiſque hic ignominiam voluntaria morte praevenit.* Accedit & illud argumenti, quod idem codex haec duo de Claudio & Junio conſulibus exempla voce copulativa connectat, quae perperam in impreſſis libris ſeparantur, quum tamen cauſſa, tempore, & caſu ſint eadem. PIGH. *Quorum ille populi judicio concidit: damnationiſque hic ignominiam.* Ita Pighius ex cod. Camp. collatis cum eo verbis Ciceronis, quae ſunt in libb. de Nat. D. & de Divinatione, verba Valerii informavit; cum in aliis codd. priora prorſus omiſſa eſſent. Sane de Coss. duobus, qui auſpicia neglexerint, hic agitur. Quemadmodum igitur ipſe Cicero, ad cujus verba ſic ut ſolet, alludere videtur noſter, de utriuſque exitu ſtatim ſubjunxit; ita noſter non de unius, ſed de duorum exitu ſcribere voluiſſe videtur. Verba Ciceronis II. de Div. ſunt: *Jure igitur alter populi judicio damnatus eſt: alter mortem ſibi ipſe conſcivit.* Et in II. de Nat. D. *Itaque P. Claudius à populo condemnatus eſt: Junius necem ſibi ipſe conſcivit.* Quae dum conſidero, apud Valerium legendum videtur ita, *Populique judicio ille damnatus: hic ignominiam voluntaria morte praevenit.* Vox *damnatus* in cod. Camp. quem inſpexit Pighius, manifeſte apparuit, quemadmodum in ipſius verbis Ciceronis. Habuit enim ille ſic, *Populique judicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte praevenit.* Quid ergo opus erat addere, aut ſubſtituere verbum *concidit*? Tantum unum adhuc pronomen adjiciendum erat; ut appareret de duobus agi. Sed nec vocem *damnationis* opus erat adjici; ſed poterat ex voce *ignominia* intelligi, quod damnationis ea ignominia fuerit: quoniam vox *damnatus* proxime antecedit. Ad damnationem P. Claudii quod attinet, ſcire licet ipſam poenam tamen effugiſſe eum; idque beneficio coorti imbris. Vide infra VIII, 1, 4. VORST. Harl. Leid. tert. Ultr. Bitur. *tempeſtate amiſit, damnationiſque ignominiam v. m. praevenit.* Leid. oct.

 hic

4. An. urb. 512. Livius XIX. Dionyſ. III. 8. Ovid. VI. Faſt.

adverſum veluti iter impedientes advolaverunt: [15] vixque extuderunt, ut domum rediret. [16] Inſequenti nocte aedes Veſtae arſit: quo incendio, Metellus inter ipſos ignes raptum [17] Palladium incolume ſervavit.

5. An. urb. 710. Plutarch. Appian. civil. Scal. ad Euſ. p. 160.

[18] M. Ciceroni mors imminens auſpicio praedicta eſt. cum enim [19] in villa Cajetana eſſet, corvus in conſpectu ejus horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togae eo uſque morſu tenuit, donec ſervus *ad occidendum eum milites ven:ſſe* nuntiaret.

6. An. urb. 711. Plutarch. Dionyſ. XLVII. App. p. 341.

M. Brutus cum reliquias exercitus ſui adverſus Caeſarem & Antonium eduxiſſet, duae aquilae ex diverſis caſtris advolaverunt, & edita inter ſe pugna, ea quae à parte Bruti fuerat, [20] male mulcata fugit.

Externa.

1. Cum Rex Alexander urbem in Aegypto conſtituere vellet, [21] architectus Dino-

hic eſt mutilus. Praeterea ſeparant hoc exemplum à praecedenti. Leid. tert. delet, &c. Emendationem Pighii in textum jure merito receptam Rupertus arbitratur p. 68.

14. *Tuſculanum peteret*] Omnes MSS. praeferunt, quod dedit Aldus, *Tuſculanum petens iret*, & ita potuit loqui, ut ſignificaret ipſum pedibus iviſſe, non curru, aut equo, quomodo de Mancino notat, *Ipſum ad portum Herculis pedibus perveniſſe.* Sic Graeci utuntur ſuo *βαδίζειν*. Ultr. prim. *Peteret.*

15. *Vixque extuderunt*] Aldus & Mart. Herbip. perperam ſine dubio ediderant *excuderunt*: & melius omnino eſt, quod ſubſtituit Pighius, *extuderunt*. Codex tamen Brand. pro utroque habet *extorſerunt*. VORST. Leid. tert. *Extruſerunt*. Placet Codd. Brand. lectio. L. 1. 7. 4. Ext. *Filius à patre extorſit; ut ad eum opprimendum mitteretur.* Sic Ultr. prim.

16. *Inſequenti nocte*] Ita codex Brand. Aldus edidit *inſeq. noctu*: quem & ceteri ſecuti ſunt. VORST. Noſtri, *In ſequenti nocte.*

17. *Palladium incolume ſervavit*] *Palladium* eſt ſimulacrum Palladis ſeu Minervae, quod magna cura aſſervatum in templo Veſtae, ac nemini oſtenſum fuit. Quomodo autem delatum fuerit Romam, variae auctorum ſunt ſententiae, ut ex Servii & Donati ad II. Aen. v. 166. Notis apparet. VORST. Hinc *conſervator religionum* dicitur Symm. L. II. 36. de *Palladio* vide etiam Appian. in Mithrid. p. 133. PERIZON.

18. *M. Ciceroni mors imminens*] Proſcriptus is à triumviris, laborante M. Antonio. Miſſi igitur Popilius & Herennius, è lectica prominenti caput abſciderunt. VORST.

19. *In villa Cajetana*] Scal. ad Euſeb. loco in margine citato ex Valerio noſtro pro *in Caletis*, emendat *Cajetis*. Interim notabile eſt, quod MSS. Harl. & Leid. oct. habent *Caletana*, tert. *Calectana*, ſed ſolet ille ita *c* ante, *t* ſuperfluum addere, & ſcribere *milicles, admiraclionis, inictia*. Bitur. *Calenta*. Nota eſt Ciceronis *Villa Formiana*, ea forte haud procul *Cajeta*. Sed & notae ſunt in Campania urbes *Cales* & *Calatia*, unde Gentilia *Calenus*, & *Calatinus*. Jam vero Appian. L. IV. Bell. C. IV. p. 306. dicit illum καταχθέντα ἀμφὶ Καπύην πόλιν τῆς Ἰταλίας ἠρεμεῖν. & Plut. in Cic. p. 885. Ed. Franc. Παρέδωκεν ἑαυτὸν τοῖς οἰκέταις εἰς Καπίτας κατὰ πλοῦν κομίζειν. Quod ibi ſecure vertitur. *permiſit ſervis ad Capuam ſe navigio deportandum* Sed vidit jam Fabricius in Vita Cic. mendoſe ita legi apud Plut. pro Καϊάτην. (vel forte Καϊάτας. Vide Strab. p. 233.) quamvis *Capuam* quoque dicat Appian. Sed, ut dicam quod ſentio, non dubium mihi videtur, quin mendo non uno inquinatus ſit Appianus. Quid enim? an neceſſe erat, Capuam illam celeberrimam, & toties ipſi memoratam, deſcribi ut πόλιν τῆς Ἰταλίας? & quum noſſet eam longinquo ſatis intervallo a mari remotam, an ſcribere potuit tam parvo temporis ſpatio, eum navigio illuc delatum, & rurſus in altum devectum? non eſt veriſimile. Attende etiam ad praepoſitionem ἀμφὶ. Vide ergo, an praeſtet legere ἀμφὶ Καϊάτην πόλιν τῆς παραλίας

Dinocrates cum cretam non haberet, polentaque futurae urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo [22] proximo lacu emerſa polentam depaſta eſt: quod ſacerdotes Aegyptiorum interpretati ſunt, [23] *advenarum frequentiae alimentis ſuffecturam urbem.*

An. urb. 420. Plutarch. Curtius IV. 8. Ammian. XXII. 16. Schol. Eur. ad Androm. v. 17.

[24] Dejotaro vero regi omnia fere auſpicato gerenti ſalutaris aquilae conſpectus fuit: qua viſa, abſtinuit ſe ab ejus tecti uſu, quod nocte inſequenti, ruina ſolo aequatum eſt.

2. A. urb. 700. circ. Cic. divin. I. & II. C. 8. & 15.

εγλίας. Vel τ̃ ἀϑγαλίυ, qua formâ ipſe utitur L. v. de Bel. Civ. p. 367.

20. *Male multata fugit*] Voſſius in ora libri ſui legebat *mulcata*, ut & Cl. Burmannus ad Phaed. L. I. 3. Quod ita certum mihi videbatur, ut reſtituerim.

21. *Architectus Democrates*] *Dinocratem* vocant alii. Et paullo poſt, *Lineamenta deduxiſſet*] in manuſcriptis, *duxiſſet.* Item, *Primo lacu*] *proximo lacu.* PIGH.

22. *Proximo lacu emerſa*] *Emerſa* pro ea quae emerſit: ut *juratus* pro eo qui juravit, & *conſpiratus* pro eo qui conſpiravit, & *ſol occaſus* pro ſole qui occidit, & *penetratus* pro eo qui penetravit. nam à multis quoque verbis activis & neutris participia deſcendunt temporis praeteriti, quae formam habent participiorum vocis paſſivae, & ſignificationem tamen activam. Vel, quia *emergere* genuinum activum eſt, diciturque *emergere ſe*; pro verbis activis autem cum pronomine reciproco, utuntur etiam verbis formae paſſivae: poſſit pro *emergere ſe* dici quoque *emergi*; atque ita porro pro *ea quae emerſit ſe*, dici *emerſa*: ut participium hoc ſit paſſivum. Sane pro *parare ſe*, ut ſupra vidimus, dicunt etiam *parari*, & pro *exercere ſe*, *exerceri*. Nec aliter pro *erumpere ſe* dicunt *erumpi*; ut in libello de Latinitate vulgo fere neglecta pluribus demonſtrabimus. VORST.

23. *Advenarum frequentiae &c.*] Legenda puto poſtrema verba *non convenarum frequentiae alimentis ſuffecturam urbem.* GUDIUS. Scil. quia Vir Clar. videbat Cod. Harl. habere, *cum venarum.* Voſſ. ſec. quem dixi eſſe Leid. ſept. *Convenarum.*

24. *Dejotaro vero regi*] Hoc primum eſt eorum, quae poſt ingentem lacunam, quae in codd. pleriſque omnibus eſt, in ſingulis rurſus apparent. Rejectum autem fuit in caput ſequens, quo de ominibus agitur, tam in codicum Brand. illo in quo proxima ſuperiora apparent, quam in iſto, cui eadem illa deſunt. Sed recte fecit Pighius, quod exemplum iſtud de Dejotaro conjecit rurſus in caput de auſpiciis. Quod & ante eum jam Aldus fecerat. VORST. Incipiunt etiam hic Codd. noſtri omnia integre exhibere, & hic unus & viginti eorum, inter quos ſex Leidd. habent *Auſpicatu.* Vide ſupra C. I. Ext. I. Nonnulli *auſpicata.* Quod in Ultraj. primo eſt à manu ſec.

CAPUT V.

DE OMINIBUS.

QUAE ACCEPERE ROMANI.

1. *Patres conſcripti.*
2. *M. Furius Camillus dictator.*
3. *L. Aemilius Paullus coſ.*
4. *Caecilia Metelli.*
5. *C. Marius exul.*
6. *Cn. Pompejus Magnus procoſ.*
7. *M. Brutus procoſ.*
8. *C. Caſſius procoſ.*
9. *Q. Petilius coſ.*

EXTERNI.

1. *Prienenſes.*
2. *Apolloniatae.*

Omi-

[1] OMinum etiam obſervatio aliquo contactu [2] religionis innexa eſt: quoniam non fortuito motu, ſed divina providentia conſtare creditur.

1. An. urb. 363. Liv. v. 55. Quae effecit, ut [3] Urbe à Gallis disjecta, deliberantibus P. C. [4] utrum Vejos migrarent, an ſua moenia reſtituerent, forte eo tempore [5] è praeſidio cohortibus redeuntibus, centurio in comitio exclamaret, *Signifer, ſtatue ſignum, hic optime manebimus.* Ea enim voce audita, ſenatus [6] *ſe accipere omen* reſpondit, eveſtigioque Vejos tranſeundi conſilium omiſit. [7] Quam paucis verbis [8] de domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt [9] conditio! [10] credo indignum diis exiſtimantibus, [11] proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum, Vejentanae urbis appellatione mutari: [12] inclytaeque victoriae decus modo abjectae urbis ruinis infundi.

13 Hu.

1. *Ominum etiam obſervatio*] Connexio iſta, quodque novum argumentum tractare incipit, declarat, quod proximum ſuperius exemplum, de Dejotaro puta, quod in codicibus, qui ingentem illam lacunam habent, capitis hujus primum eſt, ad hoc ipſum haud pertineat. VORST.

2. *Religionis innexa eſt*] Guyetus conjiciebat legendum, *religioni*, quod invenio in utroque Heinſiano, nec diſplicet.

3. *Urbe à Gallis deleta*] Manuſcripti codices, *disjecta*, legunt. Quod ſane non diſplicet, non enim prorſus deleta, ſed incendiis erat urbs paſſim vaſtata, ac ruinis diſturbata. *Disjecitque rates.* Virgilius. PIGH. Vocem *disjecta* reſtituit Pighius ex MSS. cum Aldus edidiſſet *deleta*. Habet ita uterque etiam cod. Brandeb. Conſtat autem & aliunde, urbem tunc temporis non prorſus deletam, ſed incendiis ac ruinis modo vaſtatam fuiſſe. VORST. MS. *Delecta* ſed *c* punctulo ſubtus notavit, ac ſi deleri vellet, quod & faciendum; & ſane ſummo jure urbs potuit dici *deleta*, quae incolis & civibus expulſis omnibus deſerta & incendio conſumta eſt. PERIZON. *Disjecta* tamen retinent etiam noſtri. Leid. tert. *Dejecta*.

4. *Utrum Vejos migrarent*] *Vejos* Romani paulo ante duce Camillo ceperant. Cicero quidem in libb. de Divin. ſcribit, ſexennio poſt captos Vejos Romam à Gallis occupatam fuiſſe. VORST.

5. *E praeſidio*] Multi MSS. delent praepoſitionem *e*. ut apud Curt. L. IV. 3. 7. *tantaeque molis vix ulla veſtigia invenit Arabia rediens Alexander.*

6. *Se accipere omen reſpondit*] Cicero I. de Div. *Accipio omen, inquit, mea filia.* Tacitus II. Ann. ſcribit, milites Romanos, cum Cheruſcorum aliquis nomine Arminii voce magna conjuges & agros & ſtipendii indies ſeſtertios centenos pollicitus eſſet, ſiquis transfugiſſet, *accipere* ſe *omen*, & matrimonia ac pecunias hoſtium praedae deſtinare dixiſſe. VORST.

7. *Quam paucis verbis*] Camillus ad manendum Romae longis orationibus adhortatus fuerat: ſed *rem adhuc dubiam*, ut ait Livius, *decrevit opportune emiſſa vox ſigniferi.* VORST.

8. *De domicilio futuri imp.*] Nepos Att. *In qua* (urbe) *domicilium orbis terrarum eſſet imperii.* VORST.

9. *Conditio*] Sunt, qui habeant *Condictio*, & tamen *c* ante *t* corrupte ponere non ſoleant.

10. *Credo indignum diis exiſtimantibus*] Libri Campenſis alia lectio eſt, nec adeo contemnenda: *Credo indignum diis viſum, exiſtimantibus Romanis nomen proſperis auſpiciis ortum Vejentanae &c.* PIGH. Etiam tres e noſtris habent *indignum diis viſum exiſtimantibus proſperrimis auſpiciis Romanum* &c. Mihi alterutrum è gloſſa ortum videtur.

11. *Proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum*] Codices Brand. & vetus edit. Mart. Herbip. *proſperrimis auſp.* Fuerunt autem *proſpera* aut *proſperrima auſpicia* illa XII. vulturum, qui Romulo inauguranti ſe oſtenderunt. Vide Livium l. I. VORST. Octodecim noſtri confirmant illud *proſperrimis*, quod tamen in nulla inveni editione, quamquam nihil cauſſae videam, cur hunc tot MSS. conſenſum non ſequamur; *proſperrimis* in ſuis etiam invenit J. Waſſe. ind. Saluſt. in V. *proſper.*

12. *Inclytae decus victoriae modo abjectae urbis ruinis*

[13] Hujus tam praeclari operis auctor Camillus, cum eſſet [14] precatus, ut ſi cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, [15] ejus invidia, ſuo aliquo incommodo ſatiaretur, ſubito lapſu decidit. [16] quod omen ad damnationem, qua poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt. Merito autem de laude inter ſe, victoria, & pia precatio ampliſſimi viri certaverunt. aeque enim virtutis eſt & bona patriae auxiſſe, & [17] mala in ſe transferre voluiſſe.

2. An. urb. 357. Livius LV. C. 21. Plutarch.

[18] Quid illud, quod [19] L. Paullo conſuli evenit, quam memorabile! cum ei ſorte eveniſſet [20] ut bellum cum rege Perſe gereret, & domum è curia regreſſus, [21] filiolam ſuam nomine Tertiam, quae tum erat admodum parvula, oſculatus, triſtem animadverteret: interrogavit, *quid ita eo vultu eſſet.* quae reſpon-

3. An. urb. 585. Cic. divin. I. C. 46. Plutarch. in Paullo. & in Apophr.

ruinis infundi] Victoria hic eſt, qua Romani Vejos expugnarunt. Et *abjecta urbs* ipſi Veji ſunt. Dicitur autem *abjecta* pro victa, ſuperata. Sic infra v, 1, 8. *abjicere hoſtem* pro vincere. Et Nepos in Att. *Abjecto Bruto.* Dicunt & *dejicere* pro vincere. Vide Curtium III, 5. 5. VORST. Vide L. III. 2. Ext. 5. L. I, 7. 8.

13. *Hujus tam praeclari operis auctor Camillus*] Ut in urbe maneretur, neque migraretur Vejos, longa oratione Camillus ſuaſerat. Sed res, ut dixi, dubia tamen manſit, donec omen ſigniferi accederet. VORST.

14. *Precatus ut, ſicui Deorum &c.*] In MSto deeſt *ut*, & poteſt commode deeſſe. paulo poſt *pro transferri* habet *transferre.* PERIZON. *Ut* retinent noſtri, ſed pro *transferri* magno numero habent *transferre* cum editt. vetuſtis, quare reſtitui. MSS. ſed pauci admodum habent *Populo Romano*, quod in antiquiſſimis invenio editt. Heinſ. ſec. habet *patriae:* pro *decidit*, *cecidit* Leid. ſec. pro *certaverunt* Heinſ. prim. & prim. Barb. *certaverint*, quod concinnius.

15. *Ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur*] Livius L v. non ſui privati tantum, ſed & publici, etſi minimi, incommodi mentionem eum feciſſe docet. Verba ejus ſunt: *Ut ſicui Deorum nimia ſua fortuna, populique Rom. videretur, ut eam invidiam lenire quam minimo ſuo privato incommodo, publicoque Romano, liceret.* VORST.

16. *Quod omen ad damnationem*] Non unum, ſed duo exempla ominis hinc petere potuiſſet noſter. Livius enim rurſus ſic: *Id omen pertinuiſſe poſtea eventu rem conjectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli; captae deinde urbis Romanae, quod poſt paucos accidit annos, cladem.* Vult omnino Livius, lapſum Camilli ad cladem quoque urbis Rom. cum à Gallis occuparetur, pertinuiſſe viſum fuiſſe. Ceterum *damnatio Camilli* fuit ea, qua in exilium ire juſſus, abſensque XV. millibus gravis aeris damnatus fuit, uti lib. v. auctor eſt Livius. VORST.

17. *Mala* (patriae) *in ſe transferri voluiſſe*] Non prorſus conſentanea haec ſunt narrationi Livii; ut ex his, quae jam dicta ſunt, intelligi poteſt. Non ait Livius, Camillum mala patriae transferri in ſe voluiſſe; ſed *precatum fuiſſe, ut, ſi cui Deorum hominumque nimia fortuna populi Rom. videretur, eam invidiam lenire quam minimo incommodo publico Romano liceret.* VORST.

18. *Quid illud quod*] Unus Leid. *Quid illud eſt, quod.* uterque Barb. *id.* Sed *illud* delet Copeſ. *Conſuli* deeſt in ſec. Ultraj.

19. *L. Paullo conſuli*] Eſt is Paullus Aemilius. Ceterum hoc & proximum ſequens exemplum ex lib. I. Ciceronis de Div. hauſiſſe videtur. Quemadmodum enim Cicero iſta duo conjunxit, ita plane & noſter. VORST.

20. *Ut bellum cum rege Perſe gereret*] Perſeus, ultimus Macedoniae rex, & *Perſes* dictus. Cicero I. de Div. *Cum ei bellum ut cum rege Perſe gereret, obtigiſſet.* VORST. *Cum rege Perſe.* Cum poſtea *Perſa*, & *Perſam* legimus, & hic cum MSto repone *Perſa.* Vide omnino Scalig. ad Euſeb. n. 1841. PERIZON. *Perſa* etiam in duodecim occurrit mihi MSS. Eadem tamen variatio, ut Rex *Perſes*, catellus *Perſa* dicatur, eſt apud Cic. de Divin. Apud noſtrum C. 8. Ex. 2. *Perſen Regem.* & L. II. C. 7. Ex. 14. *Perſe rege ſuperato.* L. IV. 3. 8. *At Perſe rege devicto.* Sic L. IV. 4. 9. nulla mutatione MSS. exhibent omnibus locis. habet edit. Venet. 1478. & 1485. tamen etiam hic *Perſa*, & ſic recte

 dici

reſpondit, *Perſam periiſſe.* [22] deceſſerat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Perſa. [23] Arripuit igitur omen Paullus, [24] exque fortuito dicto, quaſi ſpem certam clariſſimi triumphi animo praeſumpſit.

4. An. urb. 622. circiter. Cic. divin. I. C. 46. [25] At Caecilia Metelli, dum [26] ſororis filiae, adultae aetatis virgini, more priſco, nocte concubia nuptialia petit, omen ipſa fecit. Nam cum [27] in ſacello quodam ejus rei gratia, aliquamdiu perſediſſet, [28] nec ulla vox propoſito congruens eſſet audita: feſſa longa ſtandi mora puella, rogavit materteram, ut ſibi pauliſper locum reſidendi accommodaret. cui illa, *Ego vero*, inquit, [29] *libenter tibi mea ſede cedo.* Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit eventum: quoniam Metellus [30] non ita multo poſt, mor-

dici notavit J. Fr. Gronovius ad Liv. L. XLII. C. 25. L. IV. Obſ. C. 15. Broukh. ad Prop. L. II. El. 1. Perizon. ad Aelian. L. III. V. H. 30. Vide infra L. V. 1. 1.

21. *Filiolam &c. quae admodum parvula*] Videndus Gud. ad Phaedr. L. 1. 2.

22. *Deceſſerat autem catellus*] Vehementer offendit hoc verbum *deceſſerat* Rupertum, qui p. 69. ita ſcribit: Illud locutionis flagitium in Valerio praeterire non poſſim, cum ait *deceſſiſſe catellum, quem puella in deliciis habuerat.* Eſt enim in verbo *decedere* Εὐφημισμὸς, quem ſi mentio humanae mortis facienda eſt, tantum uſurpamus. Ita de canibus dicere non poſſum, cum mortui ſunt, *abiiſſe, ad plures penetraſſe*; & quae ſunt alia inventa, quibus ingratum mortis nomen tegimus. Hoc eſt illud, quod Scaligerum in Catalectis permovit, ut de Valerio noſtro diceret, *eſſe ineptum verborum affectatorem.*

23. *Arripuit omen Paullus*] Cicero 1. de Div. *Accipio omen, inquit, mea filia.* Ipſe noſter ſupra 1, 5, 1. *Senatus ſe accipere omen reſpondit.* At nunc dicit *arripere.* VORST. Amat id imprimis auctor noſter ad celeritatem aviditatemque ejus, qui accipit, indicandam. Sic ſaepe utitur etiam ſimplici *rapere.* ut L. III. 2. 3. *omen victoriae rapuit.* & L. VII. 2. 5. *Timoris modum, poenae genus, ſpei viam, uno mentis impetu rapiendo.* L. VII. 3. 3. *rapuit conditionem imbellis & timida juventus.* & Ext. 1. *occaſionem in aliquanto viliore animali expiandae religionis rapuit.*

24. *Eque fortuito dicto*] Codices Brand. *Exque fortuito dicto.* Nec aliter vetus editio Mart. Herbip. Sed *eque* noſter & ſupra non ſemel dixit. VORST. Hic vero cum *exque* pluſquam viginti habeant è noſtris, illud revocandum putavi: praeferunt etiam illud vetuſtiſſimae editiones.

25. *At Caecilia Metelli*] Antiquo more loquendi, ut Cornelia Gracchi; Et ut in Mauſolaeo non procul ab urbe ad viam Appiam:

CAECILIAE
Q. CRETICI. F.
METELLAE. CRASSI.

Intellige, *uxor.* At in nonnullis manuſcriptis codicibus hoc adjungitur, quod tamen ex interlinearibus ſcholiis irrepſiſſe in contextum videtur: nam ille loquendi modus receptiſſimus apud antiquos fuit. Cuinam Metello Caecilia haec fuerit nupta, non indicat Cicero de Divinat. lib. 1. Ex quo Valerii hoc exemplum deſumptum, omnino videtur. Ex relatione L. Flacci flaminis Martialis ſe hoc ſcribere teſtatur, quem conſulem ſcimus fuiſſe anno urbis DCXXII. ut hinc facile colligi poſſit, ejus tempore hoc contigiſſe, quo Metelli quatuor Macedonici filii aliique plures fuerunt. Ipſam vero Caeciliam Q. Numidici ſororem fuiſſe, ex auctore de Viris illuſtrib. eſt colligere, qui cap. 62. ſcribit *Numidicum ſororis ſuae virum Metellum laudare noluiſſe, quod is olim ſuum judicium & leges detrectarat.* PIGH. *Caecilia Metelli.* Nota utraque Caecilia Metelli & Caecilia Craſſi. de hac vetus inſcriptio: CAECILIAE Q. CRETICI F. METELLAE CRASSI. COLER. Intellige *uxor:* quod in quibuſdam codd. & diſerte additum teſtatur; ceterum ex ſcholiis in textum irrepſiſſe judicat Pighius. Cicero 1. de Div. itidem *Caeciliam Metelli* vocat. Parique modo dicunt, *Cornelia Gracchi.* VORST. *Uxor* additur in Bitur. prim. Med. ſec. & Leid. tert. & Ultraj. ſec. Sed recte Pighius vidit illud ortum è Gloſſa; ſolet enim ab Auctore omitti. Sic L. VIII. 13. 6. memoratur *Livia Rutilii,* & *Terentia Ciceronis, Clodia Aufilii.* & apud alios *Porcia Bruti,*

mortua Caecilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

[31] C. autem Mario obſervatio ominis proculdubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis à ſenatu judicatus, [32] in domum Fanniae Minturnis cuſtodiae cauſſa deductus eſt. ° Animadvertit enim aſellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam [33] procurrentem. Quo ſpectaculo, deorum providentia, quod ſequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritiſſimus, à multitudine, quae ad opem illi ferendam confluxerat, impetravit ut ad mare perduceretur: ac protinus [34] naviculam conſcendit; eaque in Africam pervectus, arma Sullae victricia effugit. 5. An. urb. 665. Plutarch.

[35] Pom-

ti, *Arria Paeti* & ſimilia. Ceterum hanc *Caeciliam Metelli Numidici ſororem fuiſſe* ſtatuit Pighius, ſed non ſatisfacit P. Baelio, cui aetas Flacci a Ciceronis aetate remotior videtur, quam ut hic familiariter cum illo colloqui potuerit; quippe qui totis viginti quinque annis poſt Flacci conſulatum fuit natus; praeterea Aurelius Victor modo nominat illum *ſororis virum*, quem Metellus laudare noluerit, ut adeo hinc colligere nihil liceat. Vide Dict. Hiſt. Crit. in *Metello*.

26. *Sororis filiae nuptialia petit*] Ut ei ſponſus & maritus deſignaretur. Cicero I. de Div. *Cum vellet ſororis ſuae filiam in matrim. collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſſa.* VORST. *Nocte concubia nuptialia.* Id verbum hoc loco non intellexiſſe librarios doceor, partim ex corruptione vocis ſequentis, ubi non *nuptialia*, ſed quemadmodum in margine Voſſ. ſec. *nuptiali* legitur, partim ex gloſſa in Heinſ. primo. hoc verbum explicabatur perperam, *concubia* i. e. *connubia*, *ſponſalia*, *quia volebant maritare eam.* Deinde lego cum MSS. quibuſdam *libenter tibi meam ſedem cedo.* corruptum eſt à Grammatiſtis librariis, qui *Cedo* verbum, ut ajunt, neutrale eſſe exiſtimarunt. Falſo! patet enim caſus quartus, quem more veterum hoc loco expreſſit Valerius, ut alibi L. IV. *ille ceſſit eam Bianti*; & ſtatim *eam provinciam collegae ceſſit.* L. V. 7. *Cariſſimam conjugem filio ſuo cedere non dubitavit.* Virg. *Cedat jus proprium Regi.* GUDIUS. Vide ad L. IV. I. Ext. 7. *Nuptialia petit.* Dicit Auctor hoc factum eſſe, *more priſco*; quia ſcilicet illius aetate ille exoleverat, & quidem jam aliquanto tempore. Liquet ex Cic. L. I. de Div. C. 16. *Quod etiam nunc nuptiarum Auſpices declarant, qui, re omiſſa, nomen tantum tenent.*

27. *In ſacello quodam ejus rei gratia*] Klokkius legebat *in ſacello quodam ei rei aliquamdiu perſediſſet.*

28. *Nec ulla vox*] Vett. Edd. *Nec aliqua vox*, cum quibus conſentit maxima pars MSStorum; niſi quod nonnulli habent, *nec aliqua ulla vox.* Quod poſſet videri profectum à gloſſa, vel ut *id*, & *illud*, *iis* & *his* ſaepe unum pro altero ponitur; Niſi aliud credere ſuaderent Cod. tres, Remenſes duo cum uno Leid. qui diſerte exhibent, *nec aliqua illi vox propoſito congruens eſſet audita.* Quod placet.

29. *Libenter tibi mea ſede cedo*] Ita unus quoque cod. Brand. Alter, *meam ſedem cedo*: quomodo codices quoque alios habere viri docti teſtantur. Cicero I. de Div. *Vere, mea puella, tibi concedo meas ſedes.* Et II. de Div. *Caecilia ſororis filiae ſedes ſuas tradere.* Dicitur ſane ſatis Latine utrumque, & *cedere alicui ſedem ſuam*, & *cedere alicui ſede ſua.* Et ambiguum eſt, utrum noſter cum duo exempla ex Cicerone huc transferret, verba hujus ita mutare voluerit, ut alium caſum poneret; an vero ejuſdem caſus nomen retinuerit. Paulo ante mutavit genus; cumque Cicero ſcripſiſſet, *Erat mortua catella eo nomine*, ſcripſit noſter, *Deceſſerat catellus nomine Perſa.* Pari modo fortaſſe nunc caſum mutare voluit. VORST. Aliquot MSS. habent *tibi in mea ſede cedo. meam ſedem* unus Renenſ. Vide Sanctii Min. L. III. C. 3. p. 329. ed. ult.

30. *Non ita multo*] *Ita* deeſt in aliquot MSS. & edd. Pighio antiquioribus.

31. *C. autem Mario*] In omnibus, quos ego vidi, MSS. ſcribitur ſemper G. aut omnibus literis, *Gajo.* ut hic in ſept. Leidenſi. Vide Cl. Perizon. Animad. Hiſt. Cap. 7.

32. *In domum Fanniae Minturnis cuſtodiae cauſſa deductus*] De benevolentia & fide Minturnenſium in Marium noſter & infra agit non ſemel: ut II, 10, 6. & VIII, 2, 3. Fuerunt autem *Minturnae* urbs Latii. VORST.

33. *Procurrentem.*] Quatuor MSS. *percurrentem.*

6. An. urb. 705. [35] Pompejus vero Magnus in acie Pharſalica victus à Caeſare, fuga quaerens ſalutem, [36] curſu in inſulam Cyprum, ut aliquid in ea virium contraheret, claſſem direxit: [37] appellenſque ad oppidum Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum aedificium: gubernatoremque interrogavit, *quod ei nomen eſſet*: qui reſpondit [38] *κακοβασιλέα vocari*. quae vox ſpem ejus, quantulacunque reſtabat, comminuit. Neque id diſſimulanter tulit. avertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

7. An. urb. 710. Plutarch. App. 344. M. etiam Bruti dignus, [39] admiſſo parricidio, eventus omine deſignatus eſt. Siquidem poſt illud nefarium opus, natalem ſuum celebrans, cum Graecum

tem. ut mox Harl. cum ſept. Leid. & Perizon. *produceretur*. Etiam oct. Leid. cum Perizon. *provectus*. Porro, ut hoc ſemel moneam, plerique MSS. *Silla* ſcribunt omnibus locis pro *Sulla*.

34. *Naviculam conſcendit*] Liber Manuſcript. Colmarienſis: *Naviculam deſcendit*. lego: *eſcendit*. monui in notis ad Jugurth. Salluſtii noſtri. COLER.

35. *Pompejus vero Magnus*] Cognomen *Magni* nactus fuit, cum de liberis Mithridatis, de Tigrane & Tigranis filio triumphavit; ut ex epit. CIII. Livii apparet. VORST.

36. *Curſu in inſulam Cyprum claſſem direxit*] *Curſus* pro itinere maritimo, & *currere* pro navigare frequens apud Auctores. Nepos Milt. *Curſum direxit quo tendebat*. Vide & lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 22. & Ind. in Nep. VORST. *In ea.*] Copeſ. *Inde ea*. Octo alii, *in eam*.

37. *Appellens ad oppidum Paphum*] *Appellere* recte homo dicitur: navis, & claſſis non item. Vide lib. de Latinit. mer. ſuſp. p. 143. *Paphus* oppidum fuit Cypri; unde & Venus *Paphia* dicta: quae à nomine ipſius inſulae & *Cypria* appellatur. VORST. *Appellenſque*. MS. *applicanſque*. Sic I. 7. Ext. 3. pro *appuliſſet* MS. *applicuiſſet*. PERIZON. Quatuor habent *amplicans*. Perizon. à prima manu habuerat *appillens*. ſept. Leid. *Applicans*. Sic Juſt. L. II. 4. 21. *Hercules ad litus Amaſonum applicuit*. Et ita ibid. C. 12. 2. *Quo applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat*. Vide Freinsh. Ind. Curtianum. Flor. Lib. IV. 2. 51. *Ut una navicula Lesbon applicaretur*. Ovid. Ep. Didonis v. 117. *Applicor ignotis*.

38. Κακοβασιλέα] In MSS. quos ego inſpexi nullo loco Graeca Graece ſcripta inveni, ſed vel vocem unam Latinis literis. ut hic *Cacobaſileam*, *Katiobaſilea*, *Captiobaſilea*. in marg. Leid. oct. additur hinc ridicule, cum ſcriptum eſſet in textu, *Katio baſilea*. *Graecum, vel captio i. e. Captivitas*. Perizon. *Qui reſpondit mala regina cacobaſilea vocari*; & in marg. adſcriptum erat alia manu nitidiſſima, quae MSto ſatis eſt ſimilis, ſed atramentum paulo dilutius Κάκον βασιλίον *i. e. malum templum*. Omnes fere, ubi Graeca occurrunt, habent paucos non legendos literarum ductus, & adſcriptum ſaepe *Graecum*. Edd. quaedam Vett. hic habent *Cacobaſilea*. Guyet. conjiciebat. κακοβασιλειαν. in marg. Bitur. primi *mala domus*, *malum Palatium*. F. κακοβασίλεια, ἡ βασίλεια enim *domus regia*. pro *conceperat*, multi MSS. *ceperat*.

39. *Admiſſo parricidio. Poſt illud nefarium opus*] Intelligenda caedes Julii Caeſaris, à Bruto & Caſſio facta. Quia enim Julium Caeſarem initio operis & paſſim alibi laudibus evehit, conſentaneum erat, ut caedem ejus omnibus modis deteſtaretur. VORST.

40. *Expromere vellet*] Subintellige captandi ominis cauſſa. Deinde mallem, *ad illud Homericum offendit*. Locus interpolatus eſſe videtur. GUYET. *Exprimere* habent multi MSS. cum Edd. antt. excepta Mediolan.

41. *Illud Homericum*] Quod Patroclus ad Hectorem dicens inducitur, & Latine ſic habet: *Sed me fatum exitiale & Latonae filius interfecit*. Eſt autem filius Latonae Apollo: qui & *Latoides*, atque *Latous* appellatur. Ipſum nomen *Apollinis* apud Homerum diſerte antecedit. VORST.

42. Ἀλλά με μοῖρ'] Adſcriptus erat hic verſus Graecus in ora Perizon. & ſubjectus hic Latinus,

Sic me ſors dira & Latonius abſtulit infans.

Similiter videtur fuiſſe in Heinſ. primo, & praeterea additum, *Vel aliter*.

Late-

eum verſum 40 expromere vellet, ad 41 illud potiſſimum Homericum referendum animo tetendit. Iliad. π. Vid. Dion. XLVII.

42 Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

43 Qui deus Philippenſi acie; à Caeſare & Antonio 44 ſigno datus, in eum tela convertit.

45 Conſentaneo vocis jactu C. Caſſii aurem fortuna pervellit: 46 quem orantibus Rhodiis, *ne ab eo cunctis deorum ſimulacris ſpoliarentur*, *Solem à ſe relinqui* reſpondere voluit: 47 ut rapaciſſimi victoris inſolentiam, dicti tumore protraheret, 8. An. urb. 710. Dion. XLVII. p. 346. Appian. p. 321. 324. Oroſ. VI. 18.

Latonae Gnatus & me ſors dira peremit.
Guarinus, ut appareat eſſe a manu admodum recenti.

43. *Qui Deus*] Apollo puto. VORST.

44. *Signo datus*] Ut Caligula apud Suet. Cap. 57. *Caſſio Chaereae ſignum petenti*, *PRIAPUM aut VENEREM dabat.*

45. *Conſentaneo vocis jactu*] Sic paulo poſt, *Fortuitum jactum vocis.* Ubi vox non unum quoddam vocabulum, in quo neque affirmatio neque negatio ſit; ſed enuntiationem atque orationem, ut ſaepe, ſignificat. Porro quomodo dicitur *jactus vocis*: ita & *jacere vocem* dici ſine dubio poteſt. Sed habet id verbi, de ſermone uſurpatum, ſubinde & alios penes ſe accuſativos. Livius v. *Quod primo velut temere jactum ſperni.* Item: *Quisnam is eſſet qui per ambages de lacu Albano jaceret.* Salluſtius B. Jug. *Jugurtha inter alias res jacit, oportere quinquennii decreta reſcindi.* Tacitus I. Ann. *Quaedam de habitu cultuque & inſtitutis ejus jecerat.* VORST. Plura in hanc rem ſi deſideres, vide quae notavit Cl. Burmannus ad Vellej. L. II. 65. I. Ut fruſtra Harl. praeferat *ictu.* Non omittendum etiam, quod in primo Ultraj. legitur, *Conſentaneae.*

46. *Quem orantibus Rhodiis*] Vetus typis expreſſus M. Herbip. *Qui orantib. Rhodiis:* quod & rectum videtur, niſi enim ita legatur, nullus eſt nominativus, qui verbum *voluit* antecedat. Et fuit quoque ita in uno cod. MS. Brandeb. ut veſtigia ſatis oſtendunt. VORST. Peſſime hic Vorſtius legit *Qui*, quaſi nominativus deſit, cum non videat in lectione Pighiana intelligi *fortunam*, quae ita Caſſium voluerit reſpondere, ut eum pertraheret. Nullo autem modo *qui* hic habet locum; quum ita multo durius alius nominativus intelligi debeat, in voce *pertraheret.* Sed invenit haud dubie in ſuo codice, ut ego in Copeſiano, nempe q̄ i. e. *quae*, nempe *fortuna*, *quae Caſſium ita reſpondere Rhodiis voluit, ut rapaciſſimi victoris inſolentiam dicti tumore protraheret.* Sic enim lego cum MSto. & Vorſtio, non *pertraheret.* Liv. L. XLIV. 26. *Protraheret inimicum*, ubi vide J. Fr. Gronovium, & ſic infra L. II. 6. 3. Eſt enim illud *in lucem protraheret*, *oſtenderet*, *declararet.* Paulo poſt. *effigiem Solis*, *quem tantummodo ſupplicibus ceſſerat*, melius MS. *conceſſerat.* In fine *relinquere cogeret*, Ita Pighius, quum ante eum legeretur *coëgit.* Quomodo & in MSto inveni; quod cur rejiciamus nulla eſt cauſſa. Senſus enim eſt. *Quae* (fortuna) *Caſſium Solem à ſe relinqui Rhodiis reſpondere voluit*, *ut inſolentiam victoris protraheret*, *abjectumque*, *Solem revera relinquere coëgit.* Similis plane conſtructio etiam ſupra I. I. 19. ut ex MStis reſtituit Vorſtius, cui Copeſianus conſentit contra Pighium. PERIZON. *Quae* inveni in MStis novem, & habent ita editiones vetuſtae, niſi quod pro eo apud Anton. Gryphium invenio, *quod. Protraheret* recte etiam anteferunt Viri eruditi, utpote ſententiae melius conveniens, & multis nixum MStis optimae notae.

47. *Ut rapaciſſimi victoris inſolentiam dicti tumore protraheret*] In Pighii editione eſt *pertraheret*: quod Colerus, Thyſius & Minellius ſervarunt. At antiquiores typis expreſſi codices, Aldi puta, Chalcocondylae & Mart. Herbip. habent *protraheret*. quod idem in uno quoque cod. MS. Brandeb. obſervo. Videturque paulo concinnius hoc quam alterum. Quod Caſſium *victorem* vocat, id inde eſt, quod, ut ex Dionis L. XLVII. ſcire licet, Caſſius Rhodios proelio navali ſuperavit, & non ſolum armis, navibus & pecunia, ſed & ſtatuis & ſacris donariis ſpoliavit, nihilque praeter currum ſolis iis reliquit. VORST. Pro *dicti tumore*, ali-

heret, [48] abjectumque Macedonica pugna, [49] non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat, ſed ipſum [50] Solem revera relinquere cogeret.

Annotatu dignum illud quoque omen, ſub quo Petilius conſul in Liguria
9. Ann. U. bellum gerens [51] occidit. Nam cum montem, [52] cui Leto cognomen erat,
577. Livius XLI. 18. oppugnaret; interque adhortationem militum dixiſſet, *Hodie ego Letum utique*
Front. Strateg. IV. 2. *capiam:* [53] inconſideratius proeliando, fortuitum jactum vocis leto ſuo confirmavit.

Ex-

aliquot MSS. habent *victi tumore.* Edit. Ven. 1478. *Dicti timore.* Sed recte *dicti tumore*, id eſt, ſuperbo illo reſponſo patefaceret inſolentiam Caſſii, quem hic ſugillat more ſuo nullam praetermittens occaſionem parricidas Caeſaris inſectandi,

48. *Abjectumque Macedonica pugna*] Id eſt, ſuperatum. Oſtenſum jam ſupra, *abjicere* & *dejicere* idem quoque eſſe, quod vincere, ſuperare. Vide & infra V, I, 8. *Macedonica pugna* eſt, quam paulo ante *Philippicam aciem* dixit; in Macedonia, & quidem apud Philippos facta. VORST.

49. *Non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat*] Dixerat quidem Caſſius, ſolem ſe relinquere: ſed non ſolem ipſum tamen, ſed effigiem & currum ſolis intellexerat. Urget ergo hoc auctor, quod non effigiem tantum ſolis, ſed ſolem ipſum Rhodiis relinquere coactus fuerit. Simulacrum illud ſolis, quod inter ſeptem mirabilia mundi numeratur, auferre propter magnitudinem non potuerat, alioquin & ipſum aſportaturus. VORST. *Solem.* Simulacrum ſeu Coloſſum Rhodium Solis intelligit, qui ſeptuaginta cubitorum fuit. De quo Scaliger ad Euſeb. n. 1794. Cum quo conferendus eſt Leo Allatius ad Philon. Byzantium, de Septem Miraculis Tom. VIII. Theſ. Antiq. Graec. Ut hinc facile liqueat, cur Solem Rhodiis reliquerit. Dio L. XLVII. p. 346. dicit quidem πλὴν τοῦ ἅρματος τοῦ ἡλίου, ubi tamen legere malim, πλὴν τοῦ ἀγάλματος τοῦ ἡλίου. Quis enim unquam de curru Coloſſi Solis apud Rhodios quidquam audivit?

50. *Solem revera relinquere coëgit*] Corrige *cogeret*, ex exemplarium manuſcriptorum conſenſu. Ceterum de C. Caſſio ſcribit Dion hiſtoriae Roman. XLVII. ipſum Rhodios navali proelio ſuperatos non ſolum armis, navibus ac pecunia ſpoliaſſe; verum etiam ſtatuis ſacriſque donariis omnib. nihilque ex his praeter Solis currum reliquiſſe. PIGH. Cum Pighio conſentiunt propemodum omnes MSS.

51. *Occidit.*] Vett. Edd. cum pleriſque MSS. habent *Occiderit.*

52. *Cui Leto*] *Letum* Copeſ. Leid. ſept. cum Venet. 1485. Aſcenſ. & Gryph. *Leti* Ven. 1478. Vide Gron. ad Liv. L. I. C. 3.

53. *Inconſideratius proeliando*] Leid. prim. habet *inconſiderantius*, Copeſ. cum Harl. *proelians* Sed *proeliando* eſt Valerii amantis, ut paſſim liquet, iſta gerunda. Ceterum Petilius ita proeliabatur, ut ſuos milites à turpi fuga revocaret, quos Senatus etiam puniit, dum illi legioni *neque ſtipendium anni procedere, neque aera dari voluit.* ut dicit Auctor L. II. 7. 15.

54. *Alienigena exempla*] Alibi *externa* vocat. ut c. prox. ſeq. *Attingam igitur externa.* VORST. Pro *poſſunt.* Ultraj. prim. *poſſint.*

55. *Samii*] Quos bellum cum Prienenſibus quandoque & ipſos geſſiſſe liquet ex Plut. Quaeſt. Graec. 20. ut poſtea τὸν περὶ Πριήνης πόλεμον ἐπολέμουν cum Meleſiis. teſte eodem in Pericle p. 165. De *Priene* Vide Uſſer. A. 3465. PERIZON.

56. *Prienenſibus auxilium adv. Caras implorantibus*] *Priene* oppidum Ioniae, & patria Biantis, fuit. *Cares* populus Cariae; quos pugnaces fuiſſe, & per totam Graeciam mercede militaſſe, auctor eſt Strabo. VORST. *Adverſus Caras.* Edd. Vett. cum MSS. geminato *r* habent *Carras*, niſi quod Leid. ſept. *Caras*; ubi alterum *r* videtur fuiſſe ſuperſcriptum, ſed eſſe eraſum. Hinc factum eſt, ut Oliverius putet noſtrum declinaſſe *Carres*, *Carrium* ut Virg.

Hic Lelegas, Carraſque, ſagittiferoſque Gelonos.

Hinc etiam, ut deceptus Lucas à Penna, *Carras Meſopotamiae* intellexerit. Sed recte jam olim diſtinxit Theophilus ille, quem Arcadicum Aſinum appellare gaudet Oliverius, & hic *Caras* docuit ſcribendum. Quare indignor, cum video etiam nunc, bellas illas, ſi Diis placet, editiones cum notis Variorum hujuſmodi ſordibus contaminatas. Ecce enim *Carras* retinet utra-

Externa.

Adjici noſtris duo ejuſdem generis [54] alienigena exempla non abſurde poſſunt. [55] Samii [56] Prienenſibus auxilium adverſus Caras implorantibus, [57] arrogantia inſtincti, pro claſſe & exercitu [58] cymbulam eis deriſus gratia miſerunt.

utraque Thyſii Editio. Quod ex Virg. L. viii. Aeneid. v. 725. dudum eſt exterminatum; quemadmodum etiam ex Thucydide & Salluſtio, quos in auxilium idem vocabat Oliverius.

57. *Arrogantia inſtincti*] Pulmanni codex, *Arroganti inſtinctu.* Atque illud etiam recte. Sic enim Cicero, quae inſtinctu divino funduntur, de divinat. 1. & alibi ſaepe. PIGH. *Arrogantia inſtincti.* Ita veteres typis expreſſi & MSS. item Brandeb. Pighius in cod. Pulm. reperit *arroganti inſtinctu:* idque probum putat. Nobis ſecus videtur; ut qui meminerimus auctorem & infra ita locutum, uti nunc hic edimus. VORST. Guyetus aſſentiebatur Pighio. Cum Vorſtio faciunt omnes noſtri. Vide infra L. iii. 8. Ext. 3.

58. *Sibyllam eis deriſus gratia miſerunt*] Manuſcripta exemplaria *cymbulam* non *Sibyllam* legunt. Nec profecto inepte, nimirum, pro claſſe cymbulam irriſus gratia miſſam licet intelligere. ἄλογον namque videtur atque abſurdum, feminam unam in auxilium mittere. Duo alii codices, quos contuli, *lembunculum* poſuere pro *cymbula*, quae vox librariorum culpa proculdubio ex interlinearibus annotatiunculis in locum alterius irrepſit. Omen autem accepiſſe Prienenſes videntur ex ipſo navigii nomine, eſt enim κύμβη Graecis non ſolum lembus vel navicula; ſed etiam caput, vertex, fiducia, ac ſumma rerum, κορωνὶς, ϗ κεφάλαιον. Atque ita cymbulam illam interpretati Prienenſes libenter receperunt, atque etiam victoriae ducem habuerunt. Erant autem Samiis in uſu cymbae biremes, à Polycrate tyranno primum inventae, forma fere rotunda & concava, in alvi prope effigiem fabricatae, Duridis opus ac figmentum, Samaenas appellabant; ex quo genere miſſam unam fuiſſe veriſimile videtur. Meminere Samaenarum Suidas, Plutarchus, & Athenaeus, qui Samias item vocari dicit. PIGH. *Cymbulam* reſtituit Pighius è MSS. cum ante editum fuiſſet *Sibyllam.* Prius illud confirmat quoque vetus editio Mart. Herbip. ut quae *lembulam* habet: quod ab altero illo non multum diſcrepat. VORST. MS. clare habet *Sibillam lenunculam* pro *Cymbulam.* Dubito ſane; nec plane rejicio eam lectionem, cum mox illi tribuat *veram fatorum praedictionem*, & dicat eſſe *receptam.* Sic enim MS. non *acceptam.* Forte fuit meretricula illa, nomine *Sibylla.* Quod nomen in omen verterunt Prienenſes, atque iſta futurorum praeſcia forte fuit. Alioquin legendum forſan erit *Lenunculum* i. e. navigium piſcatorium: maxime, cum & duo Pighii Codd. habeant *lembunculum*, quod ex *lenunculum* corruptum eſt, ut etiam apud Caeſarem. & doctior profecto ac rarior eſt vox *lenunculus*, quam ut Gloſſam ſapiat; quin potius *cymbulae* gloſſa erit τοῦ *lenunculi*, ex *cymbula* factum deinde puto *Sibilla.* PERIZON. Cum Cod. Copeſ. conſentit Med. quintus. Reliqui quatuor vel *fibulam* habent cum duobus Remenſ. & uno Leid. vel *Sibillam*, cum tribus Leid. & utroque Bitur. In octavo Leid. eſt *Sibullam.* & in margine notatur *aliquid vile, vel fibulam, vel fuit mulier.* Leid. tert. ex correctione *lembunculam.* Septimus *Lembulam.* Heinſ. prim. *Sibillam*, ſec. ab alia manu *Cymbam* in marg. *lembulam.* Harl. *Sibulam lenonculam.* Ultraj. prim. *Lembuculam* quod gloſſ. exponit *parvam navim.* alter *Lembucula.* Ex quibus omnibus, quid certi ſtatuam non invenio. Inclinat tamen animus ut credam ab auctore τὸ *Sibyllam*, eſſe profectum, i. e. mulierem aliquam fatidicam, quales omnes *Sibyllas* vocatas fuiſſe, ſatis conſtat. ut Samii propemodum idem tunc fecerint, quod in bello Meſſeniaco Athenienſes, mittentes ducem Lacedaemoniis Tyrtaeum claudum poëtam, in contemptum videlicet ipſorum. Juſt. L. iii. 5. 5. Et videtur non ſolum hoc magis convenire *cum fatorum praedictione*, quam commemorat Auctor; ſed etiam cum eo, quod dicit, habuiſſe illos: *eam victoriae ducem*, dum ſcil. utriuſque gentis fata praedicit, & victoriam Prienenſibus ſpondendo, illorum animos ad pugnam fortiter capeſſendam accendit. Quemadmodum excitati quoque fuerunt ita Locrenſium animi à Lacedaemoniis, quorum auxilium imploraverant, opem petere juſſi à Caſtore & Polluce. Vide Juſt. L. xx. 2. *Receptam* quod perſonae egregie convenit, invenio in qua-

tuor-

runt. [59] Quam illi velut divinitus datum praeſidium interpretati, libenter receptam, vera fatorum praedictione victoriae ducem habuerunt.

[60] Ne Apolloniatae quidem [61] poenitentiam egerunt, quod, cum bello Il-
Strab. VII. 2. lyrico preſſi [62] Epidamnios, ut ſibi opem ferrent, oraſſent, [63] atque illi *flu-*
Plin. III. 23. *men vicinum moenibus ſuis nomine Aeantem* [64] *in adjutorium eorum ſeſe mittere* dixiſſent:

tuordecim MSS. & habent omnes Edd. antt. unus atque item alter habet, *recepta munera.* vel *munere.* Munkerus credebat auctorem ſcripſiſſe, *Sibyllam in lenunculo*, ut *Sibylla* exercitui, *lenunculus* claſſi opponatur, vide ad Fulgent. p. 178. quod videtur à veritate proxime abeſſe. De *Lenunculo* Vide Lindenbrog. ad Ammian. L. XIV. 2.

59. *Quam illi velut divinitus datum praeſid. interpretati*] Quaerat quiſpiam, qui ex cymbula ad ſe miſſa omen capere potuerint Samii. Quam in rem Pighius non abſurde ſic diſſerit: *Omen accepiſſe Prienenſes videntur ex ipſo navigii nomine. eſt enim κύμβη Graecis non ſolum lembus vel navicula; ſed etiam caput, vertex, fiducia, & ſumma rerum, κορωνὶς καὶ κεφάλαιον. Atque ita cymbulam illam interpretati Prienenſes libenter receperunt atque etiam victoriae ducem habuerunt. Erant autem Samiis in uſu cymbae biremes à Polycrate tyranno primum inventae, forma fere rotunda & concava in alvi prope effigiem fabricatae, Duridis opus ac figmentum. Samaenas appellabant. Ex quo genere unam miſſam veroſimile videtur. Meminere Samaenarum Suidas, Plutarchus & Athenaeus: qui Samias item vocari dicit.* VORST.

60. *Ne Apolloniatae quidem*] Ita codd. Brand. & veteres item typis expreſſi. Pighius miror cur maluerit *Neque Apolloniatae quidem*; quodque eum Colerus, Thyſius & Minellius ſunt ſecuti. *Apollonia* Epiri oppidum. VORST. *Apolloniatae.* Sic recte editi. quod corrupte MSS. *Appolianite*, *Apoliniate*, *Appolinate*, *Apolionate*, *Appolinates.* Proxime ad verum Bitur. prim. *Apolloniates* al' *Apolloniatae.* Pighius, qui multa, ut ipſe praedicat, & ſupra vidimus, mutavit, quorum rationem reddere ſuperſedit, hic Codd. ſuos videtur ſecutus. Certe in quatuor Leid. invenio *neque*, ut & in uno Ultraj. & ſolent haec promiſcue uſurpari.

61. *Poenitentiam egerunt*] Ea phraſi & infra uſus eſt. Et locuti quoque ſic Petronius & alii. VORST. Sic L. III. 4. 2. *Ne haec civitas poenitentiam ageret.* L. VII. 2. ext. 1. *Reſpondit, utrum eorum feciſſet acturum poenitentiam.* & ibid. ext. 8. GUDIUS. Nec aliter Curt. L. VIII. 6. 23. *Quia frater ipſius quamquam impium facinus auſus foret; tamen & poenitentiam ejus ageret.*

62. *Epidamnios*] *Epidauros*, *Epidaurios*, *Epidanios*; (quod in Heinſ. primo mutatum in *Epidamnios*,) *Ephidamos*, *Epidamos*, *Epydaneos.* Hae variationes in MSS. mihi occurrerunt, praeter eos, qui diſerte ſcribunt *Epidamnios.*

63. *Aeantem*] De hoc flumine Steph. de Urbibus. Plin. lib. III. cap. 23. Strabo lib. VI. & VII. E Lacmo Pindi promontorio erumpere, ac praeter Apolloniam fluere in mare Adriaticum: *Aoum* quoque vocari ab Hecataeo aliiſque antiquioribus. Ex quo quidem nomine ſuſpicor Apolloniatas omen accepiſſe. ἀὼς enim ſalus, vel medela eſt. PIGH. *Atque illi flumen vicinum moenibus ſuis nomine Aeantem in adjutorium eorum ſeſe mittere dixiſſent.* De Epidamniis agit. Quorum moenibus an Aeas flumen vicinum fuit? Iſ. Voſſius in Notis ad II, 3. Pomp. Melae, Apolloniatarum illud, non Epidamniorum fuiſſe cenſet: ideoque in verbis Valerii voculam *ſuis* expunctam vellet. Verum abeſſe ea vocula non poteſt. Quam enim ineptum foret, flumen quoddam vicinum moenibus dicere, nec tamen addere, quorum moenibus ſit vicinum. Habentque voculam eam typis expreſſi omnes, & MSS. item Brand. Sed ait ille, Aeantem flumen Apolloniatarum, horumque moenibus admodum vicinum fuiſſe. Scribit tamen Strabo lib. VII. Apolloniam à flumine abeſſe X ſtadia. Quicquid ſit, idem flumen quod Apolloniam, & Epidamnum praeterfluxiſſe neceſſe eſt. Quod ni ita ſe haberet, non potuiſſet noſter ſcribere, Aeantem flumen vicinum moenibus Epidamniorum fuiſſe. Et pertinet huc, quod Dion lib. XLI. fluvium, qui Epidamnum praeterfluxit, *Anam* vocat. Nomen hoc mendoſum, ipſumque *Aeantem*, alio nomine *Aoum* dictum, intelligendum eſſe vero eſt ſimile. Et videſis ita conjicientem Iſaacum Caſaubonum in Notis ad Strabonem. Quoniam igitur idem fluvius Aeas, qui Apolloniam, & Epidamnum praeterfluxit: potuerunt Epidamnii probabiliter dicere, ſe fluvium Aeantem Apolloniatis in auxilium mittere. VORST. *Suis.* Intellige *Apolloniatarum*, ut ſaepius noſter. Recte autem Voſſius animadvertit, illos

ita

ſent: *Accipimus quod datur*, reſponderunt; eique primum in acie locum, perinde ac duci, aſſignaverunt. Ex inſperato enim ſuperatis hoſtibus, [65] ſucceſſum ſuum omini acceptum referentes, [66] & tunc Aeanti ut Deo immolaverunt, & deinceps [67] omnibus proeliis [68] duce uti inſtituerunt.

ita luſiſſe Apolloniatas, dum dicebant ſe mittere *αἰαν&*, quod & fortiſſimi Ajacis apud Graecos nomen.

64. *In adjutorium eorum*] *Eorum* abeſt ab editionibus Aldi, Pighii, Coleri, Thyſii, Minellii. Sed abeſſe id non poteſt. Vel enim dicendum eſt *in adjutorium alicui mittere*, vel *in adjutorium alicujus mittere*; ut intelligatur, cujus in adjutorium aliquid mittatur. Et habent quoque eam vocem MSS. Brand. &, ut Wetſtenius mihi ſignificavit, Baſileenſes. imo & inter veteres typis expreſſos ii, quos Chalcoc. & Martinus Herbip. curarunt. VORST. In edd. quas ego poſſideo, *Eorum*, non invenio, ſed in pleriſque MSS. Quare eam vocem hic locum ſuum tenere facile patior; Ut tamen neceſſariam eſſe judicem, Vorſtius non perſuadet. Satis enim per ſe intelligitur, *mittere eos in adjutorium opem orantium.* Sen. de Ira L. I. 9. *Ideo nunquam adſumet ratio in adjutorium inconſultos & improvidos affectus.* & C. 13. *Non in adjutorium virtus venit. Seſe* pro *ſe* reſtituit Vorſtius ex ſuis, credo, MSS. quibus conſentiunt plerique meorum.

65. *Succeſſum ſuum omini acceptum referentes*] Manuſcriptorum codicum lectio magis placet, *Succeſſum ſuum in omen acceptum referentes ex tunc Aeanti ut deo immolaverunt, & deinceps in omnibus praeliis uti ducem conſtituerunt.* PIGH. Velim ſcire an ullo exemplo probari poſſit, ſatis Latine dici *aliquid in omen acceptum referre?* de Codd. Pighii, credo fuiſſe, qui ita exhibeant, cum videam in Ultraj. primo exſtare, *in omen referentes*; & *omini in acceptum omen* in Leid. tert. Sed in quatuordecim aliis invenio *omini*, ut edebatur ante Pighium, & merito Vorſtius reſtituit.

66. *Et tunc Aeanti ut Deo immol.*] Ita rurſus veteres typis expr. & MSS. Brand. Pighius maluit *ex tunc*: quem rurſus alii ſunt ſecuti. Verum vel voculae quae ſequuntur *& deinceps*, argumento eſſe poſſunt, quod legendum ſit *& tunc*. VORST. Refertur illud pulcherrimum *ex tunc* inter ea, quae ſuſpectam reddant Valerii Latinitatem, à Doct. Munkero in Append. ad Anton. Liber C. 16. Sed in eo Valerii culpa eſt nulla, qui ſcripſit, *& tunc*, ut ex longe maximo MSStorum numero apparet.

67. *Omnibus proeliis*] Sic repoſui, cum viderem ita editum fuiſſe ante Pighium, idque niti MSS. auctoritate, & conſuetudine Auctoris. Sic ex. 7. *Philippenſi acie.* Adde L. IV. 2. 7. L. V. init. omiſſo *in*.

68. *In omnibus proeliis uti ducem conſtituerunt*] Praeoptem ut in priſco: *duce uti inſtituerunt.* LIPS. Corrigit Lipſius: *Uti duce inſtituerunt.* Probe. COLER. *Et deinceps omnibus praeliis duce uti inſtituerunt.* Ita rurſus veteres typis expr. & MSS. Brand. ac Baſil. Sed & Gronovius ita ſcriptum reperit; niſi quod in uno fuit *pro duce uti inſt.* Unde ille colligit, legendum eſſe *eo duce uti inſt.* Et ſane pronomen demonſtr. abeſſe vix poteſt. *Uti aliquo duce* formae uſitatiſſimae eſt. Nepos I, I, 29. *Quo potiſſimum duce uterentur.* Pighius hic rurſus peſſime, *uti ducem conſtituerunt.* quem editores ceteri ſecure rurſus ſunt ſecuti. VORST. Ut nunc editum vides, ita ex Baſilienſibus legebat etiam Klokkius, nec aliter credo eſt in Anglicanis, qui *inſtituerunt* ſaltem retinent, teſte J. Waſſe in Ind. Sall. v. *conſtituo* MSS. mei variant hoc modo, ut plerique conſentiant cum Vorſtianis. *Pro duce* habet Harl. *uti omnibus praeliis duce*, Leid. tert. *Ducem inſtituerunt.* Leid. ſext. & ſept.

CAPUT VI.

DE PRODIGIIS.

QUAE EVENERE ROMANIS.

1. *Ser. Tullio regi.*
2. *L. Marcio centurioni.*
3. *Populo Rom. ac Vejentibus.*
4. *L. Sullae procos.*
5. *Populo Roman. diverſis temporibus.*

6. *C. Flaminio Coſ.*
7. *C. Hoſtilio Mancino Coſ.*
8. *Ti. Graccho procoſ.*
9. *M. Claudio Marcello Coſ.* V.
10. *Cn. Octavio Coſ.*
11. *M. Licinio Craſſo procoſ.*
12. *Cn. Pompejo Magno procoſ.*
13. *C. Julio Caeſari dict.*

Externis.

1. *Xerxi Perſarum regi.*
2. *Midae Phrygum regi infanti.*
3. *Platoni Philoſ. infanti.*

1. An. urb. 150. circ. Liv. I. 39. Dion. III. Serv. Aen. II. 683.

PRodigiorum quoque, [1] quae aut ſecunda, aut adverſa acciderunt, debita propoſito noſtro relatio eſt.

Ser. Tullio [2] etiam tum puerulo dormienti [3] circa caput flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotaverunt. Quod prodigium [4] Priſci Tarquinii regis uxor

1. *Quae aut adverſa, aut ſecunda acciderunt*] Rectius melioreque ordine manuſcripti libri haec produnt. *Quae aut ſecunda, aut adverſa.* Atque eodem ordine depromit prodigiorum exempla Valerius. PIGH. In quibuſdam hunc; in aliis alterum ordinem obſervo.

2. *Etiam tum puerulo*] Legebat Klokkius *Etiamnum puerulo.* Quod ego in nullo codice inveni; ſed quidem in nonnullis *etiamtunc.*

3. *Flammam emicuiſſe*] Servius: *Cum Tarquinius cepiſſet Ocriculanam civitatem, ex captiva quadam in domo ejus natus eſt Servius Tullus Hoſtilius, qui cum obdormiſſet caput ejus ſubito flamma corripuit, quam cum vellet extinguere Tanaquil regis uxor auguriorum perita intelligens augurium prohibuit. Flamma puerum cum ſomno deſeruit.* COLER. *Circa caput flammam emicuiſſe.* Multa id genus Vir ſummus & amicus noſter Thomas Bartholinus in libro de luce animantium recenſet: qui dignus omnino qui videatur. VORST. *Emicuiſſe.* Deletur hoc verbum in Harl. Leid. vero ſextus habet *enituiſſe.* Sed hoc verbum magis proprium eſt de iis, quae cura & cultu expoliuntur & ſplendeſcunt, quam quae ſubito exiſtunt. Vide Waſſe ad Sall. B. Cat. C. 52. Weitz. ad Petron. C. 2. & quos ibi laudat Cl. Burmannus. Noſter L. IV. 1. 6. *Ipſarum miſeriarum experimento enituit.* Infra L. V. 2. 3. pro *Domeſtici oculi* Waſſe in Ind. Sall. V. *Domeſtici* notat ſe in MS. legiſſe *Domeſticorum*, quod eſt etiam in utroque Ultraj. uno Duac. & duobus Leid.

4. *Priſci Tarquinii regis uxor Tanaquil*] Ita ſane habent editiones Aldi, Chalcocondylae, & ceterorum. At in utroque cod. Brandeb. eſt *Anci Marcii regis ux. Tanaquil.* Quod idem & in ſuo cod. Andr. Schottus obſervavit, ut Obſerv. hum. III, 30. ipſe teſtatur. Sed & vetus editio Martini Herbip. ita habet. Jam falſum quidem eſt Tanaquilem uxorem fuiſſe Anci Marcii; ſed videtur tamen ipſe Valerius, & quidem per μνημονικὸν ἁμάρτημα, ita ſcripſiſſe. Non enim video qui irrepere id potuerit in textum, ſi Valerius ipſe non ita ſcripſiſſet. Cum vero ab auctore ſcriptum eſſet *Anci Marcii*, fieri potuit, ut qui Valerium legerent, lapſumque hunc memoriae animadverterent, verum nomen, *Tarquinii Priſci* puta, in margine ſcriberent; idque deinde in ipſum textum transferrent alii. VORST. MS. *Anci Regis Marci Uxor.* Atque ita etiam Brandeb. teſte Vorſtio: qui putat eſſe ἁμάρτημα μνημονικὸν Valerii. Sed non videtur mihi tantus error in Valerium poſſe cadere, & malo librariis adſcribere, qui in Valerio ſibi multum permiſere. Quid videlicet de regibus cognitum habuerint patet ex gloſſis MStis marginalibus. PERIZON. In marg. Barber. primi legitur haec gloſſa, *quae Tanaquil poſtea uxor Tarquinii Priſci Quinti Romanorum Regis.* Ceterum *Anci regis Marci, vel Marcii, vel M. uxor*, invenio in uno ſupra viginti MSS. Ultraj. prim. *Anci Marcii.* ſec. *Duci Regis Marcii uxor.* In Mediceis an exſtet *Priſci Tarquinii* adfirmare non poſſum, quorum non niſi parcam video in excerptis mentionem, & hic nihil ex iis notatur, cum mox moneamur, eos omnes omittere *Servium.* *Anci Regis Marci uxor*, editum video in utraque mea Veneta. & notat Oliverius Valerium hic diſſentire à Livio, qui non Anci, ſed Tarquinii uxorem vocet.

5. *Servium ſerva natum*] Plerique codices habent, *Servum ſerva natum*, omiſſo Tullii regis praenomine: ad quod ipſum alluſio tamen non eſt.

uxor Tanaquil admirata, [5] Servium ſerva natum in modum filii educavit, & ad regium faſtigium evexit.

Aeque felicis eventus illa flamma, quae ex L. Marcii ducis duorum exercituum, quos interitus P. & Cn. Scipionum in Hiſpania debilitaverat, capite concionantis eluxit. Namque ejus aſpectu pavidi adhuc milites, priſtinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hoſtium caeſis, magnoque numero in poteſtatem redacto, bina caſtra Punicis opibus referta ceperunt. 2. Anno U. 541. Livius xxv. 39. Polyb. Inf. viii. 15, 11.

Item cum [6] bello acri & diutino Vejentes à Romanis intra moenia compulſi, capi non poſſent, eaque mora non minus obſidentibus, quam obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatae victoriae iter miro prodigio dii immortales patefecerunt. ſubito enim Albanus lacus, neque coeleſtibus imbribus auctus, neque inundatione ullius amnis adjutus, ſolitum ſtagni modum exceſſit. cujus rei explorandae gratia legati, [7] ad Delphicum oraculum miſſi, retulerunt, [8] *praecipi ſortibus, ut aquam lacus ejus emiſſam per agros diffunderent. ſic enim* [9] *Vejos in poteſta-* 3. Ann. urb. 356. Livius v. 15. 16. Plutarch. Camillo. Cic. de Div. I. 44.

eſt inepta, ſi retineas. Idcirco enim, Servium appellatum eſſe tradit Dionyſius quod è ſerva matre natus erat. PIGH. Quidam codd. ut Pighius teſtatur, *ſervum ſerva natum.* Et habet quoque ita vetus typis expr. Mart. Herbip. Ad eum modum ipſe Livius I, 40. *Id* (regnum) *ſervus ſerva natus poſſideat. Servus ſerva natus* plus eſt quam *ſervus* aut *ſerva natus* ſolum. Schottus in ſuo cod. neque *ſervum*, neque *Servium* obſervavit, ſed tantummodo *ſerva natum.* Ceterum *Servium* dictum fuiſſe, quod mater eum in ſervitute peperiſſet, prodidit Dionyſius Halic. lib. IV. VORST. Miror hic tacere de Codd. ſuis Vorſtium, quoniam in nullo mihi occurrit, quod laudat Pighius; ſed in triginta MSS. id quod obſervavit in ſuo Schottus, *Serva natum*, quod ſufficit, quoniam *Servium* jam appellarat in ipſo exempli principio. Bitur. *de ſerva.* Barber. prim. *e ſerva.* Duo etiam *ad regni faſtigium.*

6. *Bello acri & diutino Vejentes*] Livius l. v. *Decem aeſtates hiemeſque continuas circumſeſſa*, opulentiſſima urbs Veji puta. VORST.

7. *Ad Delphicum oraculum*] Ita Codd. quoque Brand. alii quidam, ut Pigh. in marg. notavit; *ad Delphicum Apollinem*, Atque ita vetus quoque editio Mart. Herbip. Quae oraculi hujus ratio fuerit exponit Juſt. XXIV. 6. VORST. *Apollinem* habet Ultraj. ſec.

8. *Praecipi ſortibus*] Sortes rurſus pro Oraculo. Liv. L. v. vocat *Pythias ſortes.* Conjungit quoque voces ſynonymas dicitque ibidem *Decrevere ſortes Oraculi Pythici.* item *ſortem Oraculi afferentes.* VORST.

9. *Vejos in poteſtatem populi Romani venturos*] Liber vetus, *futuros.* Et quis ambiget? Vetus & ſelectum ſermonis genus de quo jampridem A. Gellius in Noctibus. LIPS. Lib. Dan. *Futuros.* optime. & ita Lipſius. Vide Agell. COLER. Unus codex Brandeb. *In poteſtatem pop. Rom futuros*: quomodo codicem quoque P. Danielis habuiſſe teſtatur Colerus. Placetque lectio ea tum Colero, tum Lipſio. Quorum hic *vetus & ſelectum ſermonis genus* illud vocat: de quo Gellius I, 7. agat. Gronovius quoque in Notis ad Liv. II, 14. in veteribus libris non *venturos*, ſed *futuros* eſſe teſtatur; variaque locutionis ejus exempla profert. VORST. *Futuros* occurrit in Harl. & uno Leidenſi, & primo Ultraj. & ſic *eſſe* pro venire eleganter dici, docuit etiam Cl. Burmannus ad Phaed. L. I. 5. Et eo magis adducor ut credam, hoc elegantius quam ut ab imperitis caperetur librariis, ab ipſo auctore profectum, quod video locum hunc variis gloſſis interpolatum. ut *venturos*, quod eſt in pluribus; *reduci*, quod ipſe in tribus inveni Leid. ubi unus alia manu ſuperſcriptum habet, *fore.* quod erat etiam in Chart. Duac. Vide Gell. L. I. C. 7.

10. *Aruſpex Vejentium à milite noſtro raptus &*

teſtatem populi Romani venturos. Quod priuſquam legati renuntiarent, [10] aruſpex Vejentium à milite noſtro (quia domeſtici interpretes deerant) raptus & in caſtra perlatus futurum dixerat. Ergo ſenatus duplici praedictione monitus, eodem pene tempore, & religioni paruit, & hoſtium urbe potitus eſt.

4. An. urb. 664. Cic. divin. 1. c. 33. Ex hiſtoriarum L. Sullae lib.

[11] Nec parum proſperi ſucceſſus eſt, quod ſequitur. [12] L. Sulla cos. [13] ſociali bello, cum in agro Nolano [14] ante praetorium immolaret, ſubito [15] ab ima parte arae [16] prolapſum anguem proſpexit. Qua viſa Poſtumii aruſpicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima [17] Samnitum caſtra cepit. Quae victoria futurae ejus ampliſſimae potentiae gradus & fundamentum extitit.

Prae-

& in caſtra perlatus] Livius l. v. prodidit non tantum in Romana caſtra pertractum, ſed & Romam miſſum fuiſſe ad ſenatum. Cic. 1. de Div. *nobilem* vocat, & ad Romanos profugiſſe ſcribit. VORST.

11. *Nec parum proſperi ſucceſſus eſt*] Non aliter etiam Vett. editt. in MSS. tamen fere omnibus non reperio *τὸ eſt.* Quod ſolet omitti: ut liquet ex. 2. *Aeque felicis eventus illa flamma*, & 5. *Praecipuae admirationis etiam illa prodigia.* & ſic locis aliis infinitis.

12. *L. Sulla Procos*] A Pighio profecta eſt haec lectio, quamvis in re non levi admoneat nihil. Nam omnes & ſcripti & editi, quos mihi inſpicere licuit, habent. *L. Sulla Conſul.* Mutavit fortaſſe, quia cenſebat Auctorem à vero aberrare. Nam Liv. dicit. Epit. LXXV. *Legatum Sullam*, non *Conſulem*, *Samnites proelio viciſſe, & bina caſtra eorum expugnaſſe.* Etiam Vellej. L. II. C. 17. *illum poſt praeturam illuſtratum eſſe bello Italico.* Sed utut haec poſſint videri ſpecioſa, tradit tamen contra prodigium hoc *Sullae Conſuli* accidiſſe, Plut. in Sulla p. 457. agens de Sulla Conſule. Ὁ δὲ Σύλλας ἄγων ἓξ τάγματα μετὰ τοῦ συνάρχοντος ἀπὸ Νώλης ἐκίνει τὸν μὲν στρατὸν ὁρῶν πρόθυμον ὄντα χωρεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν &c. Ὁ δὲ μάντις Ποστούμιος καταμαθὼν τὰ σημεῖα &c. & deinde ſubjungit, illum hortatu Poſtumii excitatum recta perrexiſſe Romam eamque occupaſſe. ſed tum caſtra Samnitum Sulla non cepit, neque ſociali bello hoc factum eſt, ſed cum proficiſceretur contra Mithridatem, ut adeo diverſis temporibus tribuant illud Plutarchus & Valerius, qui fortaſſe hoc prodigium legens apud Ciceronem, cum apud alios legiſſet ipſi *conſuli* hoc prodigium factum eſſe, utrumque per errorem conjunxit. Porro errat hic inſigniter Oliverius Nolam Samnii urbem faciens, quae eſt Campaniae.

13. *Sociali bello*] Florus III, 18. *Sociale bellum vocetur licet; ut extenuemus invidiam. Si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit; quippe cum populus Rom. Etruſcos, Latinos, Sabinoſque miſcuerit.* Ibidem & de origine ac progreſſu belli ſocialis legere eſt. VORST.

14. *Ante praetorium*] *Praetorium* dicebatur tabernaculum, quod imperatores & duces exercitus occupabant: dictum inde quod initio conſules, qui plerumque bella adminiſtrabant, *praetores* dicerentur. Ceterum imperatores duceſque ab ipſo quoque noſtro *praetores* dicti infra III, 8, ext. 3. Nec aliter à Corn. Nepote & aliis. VORST.

15. *Ab una parte arae*] Pulmanni liber, & Gemblacenſis, *ab ima parte.* Quod placet. Cicero enim de Divinat. 1. ex quo forſan hoc exemplum Valerius deſumpſit, ſic ait: *Ab infima ara cum ſubito anguis emergeret.* Plutarchus cum adverſus urbem ab Nola exercitum duceret, Sullae prodigium hoc eveniſſe ſcribit. PIGH.

16. *Prolapſum anguem*] Serpentum allapſus multis magnis viris ſalutaris fuit ominis. Aureliano Imp. apud Vopiſcum. Maximino, apud Julium Capitolinum. Auguſto ipſi apud Dionem lib. XLVII. Eo Virgilius ſpectat lib. v.

Dixerat haec; adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum lapſuſque per aras.

COLER. *Ima* reſcripſit Pighius ex MSS. cum alii edidiſſent *una*. Martinus tamen Herbip. jam ante Pighium ita ediderat. Et firmat hanc lectionem quod Cicero, quem noſter ſubinde ſequitur, 1. de Div. eandem rem exprimit his verbis: *Ut cum Sylla in agro Nolano immolaret ante praetorium, ab infima ara ſubito anguis emergeret.* Ubi *ab infima ara* eſt pro *ab infima* ſeu *ima parte arae*, ut loquitur Valerius. Notio *partis* enim ſubinde aliis vocabulis ſimul involvitur.

Praecipuae admirationis etiam illa prodigia, quae [18] P. Volumnio, Ser. 5. An. urb.
Sulpicio coſs. in Urbe noſtra inter initia [19] motuſque bellorum acciderunt. 292. Livius III. C. 10.
Bos namque, [20] mugitu ſuo in ſermonem humanum converſo, novitate mon- Dionyſ. x.
ſtri audientium animos exterruit. [21] Carnis quoque in modum nimbi diſſipatae 7. Plin. II. 56.
partes ceciderunt: quarum majorem numerum, [22] praepetes diripuerunt aves; Liv. III. 10.
reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, [23] neque deformi aſpectu
mutatum jacuit.

Ejuſdem generis monſtra [24] alio tumultu credita ſunt: puerum [25] infantem An. urb.
ſemeſtrem in foro boario triumphum proclamaſſe. Alium cum elephantino 536. Livius. XXI. 62.
capi-

vitur, neque peculiari voce exprimitur. Cicero I, 9. ad fam. cum ſcripſiſſet *reliquam partem corporis inchoatam reliquit*, paulo poſt ſubjicit *reliquum corpus imperfectum reliquerunt*, pro *reliquam partem c. imp. reliq.* Alia id genus vide in Ind. in Nep. v. *pars*. VORST. Firmant etiam MSS. noſtri aliquot, & in quibuſdam ita ſcriptum offendi, ut diſtingui vix poſſit, utrum *ima* an *una* eſſet legendum.

17. *Samnitum caſtra cepit*] Florus praedicto l. *Cato diſcutit Etruſcos: Gabinius Marſos: Carbo Lucanos: Sylla Samnites.* De Samnitum potentia & in arma ardore idem Florus I, 16. VORST.

18. *P. Volumnio*] Hic in plerisque MSS. appellatur *Gajus*, vel G. in ſept. Leid. & Bitur primo. *Gn.* Hoc denuo mutatum eſt à Pighio. Quia apud alios videlicet exſtat *P. Volumnius.* Quum à Plinio contra appelletur *Lucius.* L. II. 56. Saltem admonitum oportuit. Porro diſſimulare non poſſum conjecturam Guyeti interrogantis, an hic ante *Ser.* deſideretur, *&c.* Quaſi non hoc millies omittatur.

19. *Motuſque bellorum*] Tres Rhem. cum Bitur. primo una voce ſunt auctiores, nempe *civilium*; ſed quae orta eſt ab inepto Gloſſatore.

20. *Mugitu in ſermonem humanum converſo.*] En denuo diligentiam Pighianam. Ita enim ille edidit. Cum ante ederetur ex omnibus MSS. *mugitu ſuo in ſermonem humanum converſo.* ubi quis non videt genium Valerii opponentis *ſuo* & *humanum*, *mugitu*, & *ſermonem*?

21. *Carnis quoque in modum nimbi diſſipatae partes ceciderunt, quarum majorem numerum praepetes diripuere aves*] Campenſe exemplar haec ita prodit, *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatae ceciderunt, quarum majorem partem praepetes, &c.* Alii codices ita habent, *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatae ceciderunt in partes, quarum majorem numerum, &c.* Eum in modum pro cujuſque libidine exemplaria diverſimode tranſcripta ſunt. PIGH. *Carnis quoque in modum nimbi diſſipatae partes ceciderunt.* Ita ſane & codd. Brand. Campenſis, ut Pighius teſtatur, habet, *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatae ceciderunt.* VORST. Sext. Leid. *Carnes &c. diſſipatae in partes ceciderunt.* duo Rem. delent *partes.*

22. *Praepetes diripuerunt aves*] *Praepetes* dicebantur aves quae volatu futura ſignificare credebantur: *oſcines* autem quae non volatu tantum, ſed & garritu. Feſtus: *Praepetes aves dicuntur, quae ſe ante auſpicantem ferunt. nam praepetere dicebant pro anteire.* Dicunt autem & *praepetes pennae, praepes ala, praepes curſus*, ut prorſus appareat, *praepes* nomen eſſe adjectivum. VORST.

23. *Neque deformi adſpectu mutatum*] Cod. Copeſ. *immutatum*, recte. PERIZON. Sic Harl. & tres Leid.

24. *Alio tumultu credita*] *Alio tumultu* reſpicit ad id quod praeceſſit *inter initia motuſque bellorum.* *Credita* habet ſane uterque etiam cod. Brand. Sed notatum in margine unius, diverſam lectionem eſſe *praebita.* In altero *credita* mutatum plane in *praedita.* Quid ſi legatur *prodita*; ut ſenſus ſit ejuſdem generis monſtra memoriae prodita eſſe? Sane *prodere* ſolum, & pro *memoriae prodere* uſurpatur. Vide Juſtinum XXVIII, 4, 14. & ad eum locum Notam Berneggeri. Cicero quoque in Tuſc. qq. *Cujus ne nomen quidem proditum eſt.* VORST. Harl. *condita ſunt.* tres alii *praebita ſunt*, unus *praedicta.*

25. *Infantem ſemeſtrem in foro Boario triumphum proclamaſſe*] Livius lib. XXI. in foro Olitorio contigiſſe ſcribit. Atque hic variant exemplaria. Pulmanni ſic habet, *Puerum infantem ſemeſtrem in foro Boario locutum triumphum protuliſſe.* Winchelianum vero ſic, *In foro Boario triumphum locutum.* Livius *infantem ſemeſtrem* dicit. Tertia igitur vox illa *puerum*, cum ſit

 ſuper-

An. urb. 544. Livius XXII. 1. An. urb. 536. Liv. XXI. 62. & XXII. 1. Plutarch. Fabio.

capite natum. In Piceno [26] lapidibus pluiſſe. In Gallia lupum vigili è vagina gladium abſtuliſſe. [27] In Sardinia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe. [28] Etiam metentibus [29] apud Antium cruentas ſpicas in corbem decidiſſe. [30] Caerites aquas ſanguine miſtas fluxiſſe. [31] Bello etiam Punico ſecundo conſtitit, Cn. Domitii bovem dixiſſe, *Cave tibi Roma.*

[32] C.

ſuperflua, è ſcholiis in contextum Valerianum irrepſit. Atqui hic mihi videtur Valerius ab indocto aliquo in epitomen redactus. Nam plura prodigia quae diverſis evenere temporibus, tanquam ejuſdem temporis, ſub uno exemplo conciſe ac temere congeſta animadvertimus: quae Valerium ut alia ejus capitis prodigia ſane exiſtimo meliore ordine copioſius enarraſſe. Nos autem ea quae extant tempora diverſa, annotatis ſingulatim annis, ut dignoſci poſſent, ſuis intervallis diſtinximus. PIGH. *Credita ſunt: infantem ſemeſtrem &c.* Multa hic recenſentur prodigia, quae ad verbum ex Liv. L. XXI. C. 62. & XXII. C. 1. ſunt exſcripta, & forte plura adhuc deſiderantur. Vorſtius pro *credita* mallet *prodita.* Sed tamen & Liv. L. XXI. C. 62. *multa nunciata & temere credita* dicit, ubi & tunc extemplo ſequitur de *infante ſemeſtri* hoc modo. *In queis ingenuum infantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe.* Poſtremam vocem etiam in MS. reperi apud Valerium, non *proclamaſſe*, ut editur. Quod propterea non rejicio. In eodem MSto *Puerum ſemeſtrem infantem*, forte fuit etiam ex Livio *ingenuum*, ſed de eo nihil affirmare velim. Ceterum major eſt diſcrepantia, quod Livius ait id accidiſſe in *foro olitorio*, Valerius in *boario.* Quia videlicet illico poſt *clamaſſe* apud Livium ſequitur, *& foro boario bovem.* Forte fuit haec ipſius Valerii in exſcribendo oſcitantia. Qui ſaepe hallucinatur hoc ipſo in loco. paulo poſt, ait. *Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn Domitii* &c. Cum certum ſit accidiſſe id multis annis poſt illud bellum: priora vero omnia prodigia illo bello acciderunt. PERIZON. Exſtat *puerum infantem* non in Copeſ. modo, ſed in Med. omn. ſex Leid. Ultraj. utroque, & multis aliis: praeterea in ceteris ante Pighium edd. Quare illud reſtituendum duxi. Potuit ita ſexum deſignare voluiſſe, ut Livius addens *ingenuum* ſignificat conditionem. Et quis praeſtabit, *infantem* non potius eſſe gloſſam *pueri ſemeſtris?* Deinde in utroque Heinſ. & uno Rhem. & utroque Barber. eſt *triumphum locutum*, & in Perizon. *triumphum locutum cum elephantino.* Sed ita ut ſatis appareret *alium* fuiſſe eraſum, emendatumque in *locutum*, quod partim erat ſuperſcriptum. Leid. oct. *locutum triumphum clamaſſe, trium pedum.* & in marg. al' *locutum*, al' *triumphum.* Leid. ſept. *in foro boario locutum.* & in marg. al' *luprio*, al' *triumphum clamaſſe. Proclamaſſe* delet Med. prim. & ſext. In Ultraj. primo ſuperſcriptum videtur manu ſecunda. In quibuſdam *exclamaſſe.* illud *Luprio* ſuſpicionem praebet quaſi ortum ſit ex *Olitorio.* Praeſertim quia *o.* antecedit, unde omiſſum ſequens *o* cauſſam corruptioni praebuit. Certe cum *clamaſſe triumphum* illum puerum dicat, *locutum fuiſſe* ſatis intelligitur. Quare merito ſuſpicor, illud *infantem locutum* è margine in contextum irrepſiſſe.

26. *Lapidibus pluiſſe*] Lego cum Ed. Ald. & MSS. *lapides pluiſſe* Fateor ingenue in quibuſdam ſcriptis eſſe *lapidibus*, ſed hoc eſt ab ineptis librariis, qui verba iſtius modi exiſtimabant autodetera, cum tamen ſint pura activa. *Pluere ſanguinem & lacrymas* habemus in hiſtoriis. *Depluere lacrymas* apud Prop. L. II. Apul. Lib. I. Flor. *totum illud ſpatium qua pluit, qua ningitur.* Eadem ratione corruptum eſt, quod ſequitur, *in Sicilia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe.* in Heinſ. reperi *ſanguinem emanaſſe*, quod antiquum & genuinum eſſe cenſeo. Librarii quia non aliter edocti erant à Grammaticis, veram hanc lectionem tamquam minus Latinam eliminarunt, ſubſtituto gloſſemate, quod hactenus tanta diligentia obſervatum eſt. Quantum eos ratio fugerit ſuperiori exemplo vidimus, neque in hoc aliter ipſe Plinius *in attritu ſudorem purpureum emanat.* Idem, *manat picem*, & in ſimplice Hor.

——— fidis enim manare poëtica mella
Te ſolum.

GUDIUS. Nequaquam propter diverſam unius Cod. in marg. lectionem hic quidquam mutandum cenſeam. Quamvis cum quarto caſu hoc verbum nonnunquam conjungi ſoleat, quia Liv. L. XXII. I. diſerte ait, *Scuta duo ſanguinem ſudaſſe* Quemadmodum idem verbum ſic rurſus uſurpat L. XXVII. II. *quattuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe.* Prout

ſan-

[32] C. autem Flaminius inauſpicato conſul creatus, cum apud lacum [33] Traſymenum cum Annibale conflicturus, [34] *convelli ſigna* juſſiſſet, lapſo equo, ſuper caput ejus humi proſtratus eſt: nihilque eo prodigio inhibitus, ſigniferis negantibus *ſigna moveri ſua ſede poſſe*, [35] malum, ni ea continuo effodiſſent, minatus eſt. Verum hujus temeritatis, utinam ſua tantum, non etiam pop. Rom. 6. An. urb. 536. Livius XXII. 3. & 7. Plutarch. Fabio.

ſanguine hic quoque in nonnullis MSS. obſervo. Vide Cerd. ad Virg. L. IV. Geor. 30. Cl. Drakenborchium ad Silium L. II. 455. *Lapides autem pluiſſe*, plerique omnes habent MSS. cum Vett. Edd. recte omnino. Sic & *depluere lacrymas* apud Prop. L. II. 16. 8.

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.

Tibul. L. II. 5. 72.

Hae fore dixerunt belli mala ſigna cometen,
Multus ut in terram deplueretque lapis.

Ut adeo perinde ſit, ſive dicamus *Lapides pluunt*, ſive *pluit* (ſc. coelum) *lapides*. Vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. III. 10. & L. XXXV. C. 21. & Scheff. ad Obſeq. C. 59. & quos citat Eruditiſſimus Drakenborchius ad Sil. L. XII. 52.

27. *In Sicilia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe*] MS. *Sardinia* & *ſanguine*, & legendum eſſe omnino *Sardinia* patet ex Liv. L. XXII. C. 1. Qui itidem *in Sardinia* inter multa alia prodigia ait, *ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe*. PERIZON. *In Sicilia.* cum Cl. Perizonius optime monuerit hoc in *Sardinia* accidiſſe, & illud etiam in undecim reperiatur MSS. non potui non admittere.

28. *Etiam metentibus cruentas*] Antii cruentas metentibus ſpicas in corbem decidiſſe, Livius & Plutarchus in Fabio tradunt, non in Sicilia, velut ex vulgatis Valerii verbis colligere eſt. Quapropter loco *etiam*, quod in exemplari Campenſi non habetur, *Antii* reponerem; vel potius verba duo praetermiſſa dicerem, quorum veſtigia habemus in Pulmanni codice, ubi ſic legitur, *Etiam apud Aritium metentibus*, &c. ſed ſcribendum erit non ſecus ac habet Oroſius, *apud Antium metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe*, lib. IV. c. 15. PIGH.

29. *Apud Antium*] Voces *apud Antium* reſtituit Pighius beneficio cod. Pulm. in quo legit *ap. Aritium*. Pro *Aritium* enim legendum eſſe *Antium*, ſcire potuit conferendis Livio, Plutarcho & Oroſio, qui diſerte prodiderunt apud Antium id contigiſſe. VORST. *Apud Antium* eſſe in uno, qui quondam Voſſii fuit, video, in ceteris fere legitur ut eſt in vulgatis. *Etiam metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe.*

30. *Caerete aquas ſanguine miſtas fluxiſſe*] *Caerete* legitur ſane in quibuſdam codd. uti Pighius in margine ſuae editionis monuit. Sed praefero nunc tamen lectionem alteram, *Caerites aquas*, quae & in codd. MSS. Brandeb. apparet: quia ſimiliter dixerunt, *Caeritem populum*, *tabulae Caerites*, *Caerite cera*: quorum hoc apud Horatium, iſtud apud Gellium, illud apud Livium legitur. Ita *Caeres* genuinum nomen adjectivum fuerit pro *Caeretanus* Sed ut ſubſtantivum, eſt ipſum nomen oppidi Tuſciae maritimi, cujus & ſupra ad I, I, 10. facta mentio. Ab Aldo, Pighio & aliis perperam factum videtur, quod *Cerites* ediderunt pro *Caerites*. neque enim per E ſimplex ſcriptum reperiri putem. VORST. Non pauci habent *celites* etiam *celitus*. Unde & in Heinſ. ſec. marg. *Prodigium de pluvia ſanguinea* dicitur. Male. Itaque cum *Caerete* in MSS. non reperirem, *Caerites* reſtituendum putavi, quomodo legit etiam J. Fr. Gronovius ad Liv. L. XXII. 1. E nonnullis annotatum video, ſcriptum quoque eſſe *mixtas*, quod in quatuor invenio Leid.

31. *Bello Punico ſecundo*] Errat Auctor, ut ſupra obſervavit Perizon. factum enim eſt hoc ipſis novem annis poſt finitum bellum Punicum ſecundum. L. Quintio Flaminino Cn. Domitii Ahenobarbo Coſſ. hic vero pariter inſigni menda nobis liberandus eſt Valerius. Vulgati enim habent *Cn. Domitio bovem dixiſſe*, cum *bos Domitii* Conſulis, neſcio cui, dixerit. Teſtis Liv. L. XXXV. C. 21. Recte igitur, quod Leid. ſec. & Ultraj. prim. ita clare exhibent.

32. *C. autem Flaminius cum inauſpicato*] Neſcio cur Pighio libuerit invertere ordinem quem in editis inveniebat, & à MSS. confirmatur. eſt autem hic. *C. autem Flaminius inauſpicato Conſul creatus, cum apud lacum.* Similiter paulo poſt edidit *juberet*, cum antea legeretur *juſſiſſet*. id, quod praeferunt etiam MSS.

33. *Traſymenum*] In vetuſtiſſimis edit. & novem MStis invenio *Tranſimenum*. An inde natum,

Rom. maxima clade poenas pependiſſet! In ea namque acie XV millia Romanorum caeſa, VI millia capta, [36] X millia fugata ſunt. Conſulis obtruncati corpus [37] ad funerandum ab Annibale quaeſitum eſt: qui quantum in ipſo fuerat, Romanum ſepelierat imperium.

7. An. urb. 616. Livius LV. Jul. Obſeq. C. 83. Flaminii autem praecipitem audaciam C. Hoſtilius Mancinus veſana perſeverantia ſubſequitur. cui conſuli in Hiſpaniam ituro haec prodigia acciderunt: [38] Cum Lavinii ſacrificium facere vellet, [39] pulli cavea emiſſi in proximam ſilvam fugerunt, ſummaque diligentia quaeſiti reperiri nequiverunt. Cumque [40] ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conſcenderet, talis vox ſine ullo auctore ad aures ejus pervenit, *Mancine mane*. Qua territus, cum itinere converſo [41] Genuam petiſſet, & ibi ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximiae magnitudinis viſus è conſpectu abiit. Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum aequavit, infelici pugna, turpi foedere, deditione funeſta.

8. Ann. U. 541. Livius XXV. 16. Minus miram in homine parum conſiderato temeritatem Ti. Gracchi graviſſimi civis triſtis exitus, & prodigio denuntiatus, nec evitatus conſilio, facit.

tum, quia ſcripſit per adſpirationem, ut apud Livium & Ciceronem editur? etiam Polyb. L. III. 83. Θρασυμένην λίμνην vocat. Sed varie legitur etiam apud alios. Vide Salmaſ. ad Flor. L. II. 6.

34. *Convelli ſigna juberet*] Signa figebantur in caſtris: cumque eundum eſſet in proelium, captis auguriis eadem evellebantur rurſus è terra. Servius ad verſus Virgilii in II. Aen. *Ubi primum vellere ſigna Annuerint ſuperi*, ſcribit inter auguria habitum & hoc fuiſſe, ſi avellentem ſigna facile ſequerentur. Quae *auſpicia ex acuminibus* Ciceroni dicta Gevartius Electorum I, 2. exiſtimat. VORST. Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. L. III. 54.

35. *Malum, ni ea continuo effodiſſent, minatus*] *Malum* pro poena, verberibus. Plautus Perſ. III, I. *Herus ſi minatus eſt malum ſervo ſuo.* Et Rud. IV, 4. *Non ego te comprimere poſſum ſine malo.* Terentius Andr. II. 5. *Renuntiabo ut pro hoc malo mihi det malum.* VORST.

36. *Decem millia fugata ſunt*] De *caeſis* & *captis* conſentiunt MSS. ſed *fugatorum* numerum altero tanto reddunt majorem, habent enim *viginti millia* plurimi, ut eſt in antt. editt. Sed Liv. ait L. XXII. C. 7. *Decem millia ſparſa fuga fuiſſe per omnem Etruriam.* & ſic cum habeat Cod. Copeſ. cum quibuſdam aliis, recte à Pighio reſtitutum, videtur.

37. *Ad funerandum*] Id eſt, ut funerari poſſet. Gerundium paſſive uſurpatum: quod & ab aliis factum. Livius l. XXII. *funeris cauſa* corpus Flaminii inquiſitum ait. Verbo *funerare* & alii uſi: ut Horatius, Plinius, Suetonius. VORST.

38. *Cum Lanuvii ſacrificium facere vellet*] Manuſcripti codices, *Lavinii* legunt. Recte. Pullos enim avolaſſe in proximam ſylvam ſcribit Valerius, & Jul. Obſequens in ſylvam Laurentinam, quae Lavinii erat, non Lanuvii. vide quae nos de Lavinis in anno urbis 415. in Magiſtratuum annalibus. PIGH. Aldus ediderat *Lanuvii*. Pro quo Pighius è MSS. repoſuit *Lavinii*: quomodo codices quoque Brand. habent. Et firmatur lectio eo, quod Valerius *in ſilvam proximam*, & Jul. Obſequens *in ſilvam Laurentinam* pulſos avolaſſe ſcribit. Quippe ſilva haec non Lanuvii, ſed Lavinii fuit. VORST. *Lavinii* habent hic omnes ad unum MSS. ſed *Lanuvii* Aldus, Aſcenſius, quique hos ſunt ſecuti, *Lanuvi* Mediol. 1508. ſed utraquae Veneta & Mog. *Lavinii*. Quod omnino hic mihi retinendum videtur. vide Oudendorpium noſtrum ad Obſeq. C. 38.

39. *Pulli cavea emiſſi in prox. ſilvam fugerunt*] Malum id omen habebatur, ſi pulli è cavea emiſſi à pullario, ex propoſita offa non paſcerentur, ſed ilico avolarent: bonum contra, ſiquid inde caperent; praeſertim ſi paſcentibus aliquid ex ore cecidiſſet: quod primo *terripavium*, mox *terripudium*, tandem *tripudium* dixere. Videſis Cic. II. de Div. & Feſtum in

Pulc.

cit. Procos. enim cum in Lucanis [42] ſacrificaſſet, [43] angues duo ex occulto prolapſi, repente hoſtiae, quam immolaverat, [44] adeſo jecinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt. Ob id deinde factum, inſtaurato ſacrificio, idem prodigii evenit. Tertia quoque caeſa victima, diligentiuſque aſſervatis extis, neque allapſus ſerpentum arceri, neque fuga impediri potuit. *Quod* quamvis aruſpices *ad ſalutem Imperatoris pertinere* dixiſſent, Gracchus tamen non cavit, ne perfidi hoſpitis ſui Flavii inſidiis in eum locum deductus, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

Et conſulatus collegium, & erroris ſocietas, & par genus mortis à Ti. Gracc- 9.
cho, ad Marcelli memoriam me trahit. Is captarum Syracuſarum, & Annibalis ante Nolana moenia à ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum ſummo ſtudio niteretur ut Poenorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret; ſolennique ſacrificio voluntates deorum exploraret; [45] quae prima hoſtia ante foculum decidit, ejus [46] jecur ſine capite inventum eſt: proxi-

An. urb. 539. Livius XXIII. Plutarch.

An. urb. 545. Livius XXVII. 28. Plutarch.

Puls. VORST. Similiter *auſpicanti Galbae pulli evolarunt*, Suet. Galba C. 18. PERIZON.

40. *Ab Herculis portu naves conſcend.*] Fuit is portus in Liguria; dictus & *portus Herculis Monoeci.* VORST. Aliquot MSS. delent *que*, pauculi praepoſitionem *ab.*

41. *Genuam*] Nonnulli MSS. habent *Fanuam*, plurimi *Januam.* & in marg. Barber. primi eſt haec gloſſa. Antiqui *Genuam* vocabant civitatem, quam moderni *Fanuam* dicunt, in libris quidem Valerii ab antiquo ſcriptis, videtur *Genua* & non *Fanua*, & ſic in Tito Livio & aliis. Hinc pretium ſtatuere debemus MSto Perizoniano, qui diſerte ſcribit *Genuam* ? & judicare eum, quamquam manus videatur non valde antiqua, ex antiquo tamen & bono quodam codice eſſe deſcriptum, praeſertim cum ſit accuratiſſimus in nominibus propriis.

42. *Sacrificaret*] Plerique MSS. *ſacrificaſſet*, quomodo edebatur ante Pighium.

43. *Angues duo, ex occulto prolapſi*] Veteres, *angues duae*, & *prolapſae.* quod genus magis in hac voce amant. LIPS. Codices MSS. Brand. *Angues duae ex occ. prolapſae.* Idem & Lipſius in MSS. obſervavit, & genus femin. in hac voce magis amari ait. Supra 1, 6, 4. ipſe noſter, *Ab ima parte arae prolapſam anguem proſpexit.* VORST. Etiam major pars noſtrorum MSS. habet in faemin. genere, & ita utraque mea Veneta. Sic in Ovidio quoque emendat Nob. Heinſius ad L. IV. Met. 495. Sed Mediol. cum Aldo & ceteris *duo prolapſi.* Quod cum in bonis etiam exſtet MSS. & hoc genere dixerit Liv. L. XXV. 16. & L. XLI. 9. & ſic noſter exemplo praecedente, & ſaepius Obſequens, cauſſam non video cur mutaremus. Non refugit enim quoque Virg. L. II. Aen. 203.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago pariterque ad littora tendunt.

nec Ovid. L. III. Metam. 31.

——— ——— *hoc conditus antro*
Martius anguis erat.

Valer. Flac. L. I. 400.

——— *vacua nam lapſus ab arbore parvum*
Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis.

44. *Adeſo jecinore*] Nonnulli *jocinore*, alii *jecore.* Ut dein pro *ſerpentum* quidam *ſerpentium*, etiam corrupte *a lapſu* pro *allapſus.* Quomodo de ſerpentibus etiam Horat. Epod. I.

Ut adſidens implumibus pullis ales
Serpentium adlapſus timet.

45. *Quae prima hoſtia ante foculum decidit*] MS. *cecidit*, melius: & credo *decidit* pro *cecidit* legiſſe editores, quia fere conveniunt. PERIZON. Ita quoque uterque Ultraj. ſex Leidd. cum Harl. & duobus Rhem. exhibent. *cecidit.*

46. *Jecur ſine capite*] Id eſt, ſine parte aliqua jecinoris eminentiore. Sic & Jul. Obſequens Poſtumium conſulem, cum immolaret, in plurimis *caput in jecinore non inveniſſe*, & Catoni immolanti *caput jecinoris inventum non fuiſſe* ſcri-

 bit.

proxima [47] caput jecinoris duplex habuit. Quibus inſpectis aruſpex triſti vultu, *non placere ſibi exta*, [48] *quia prima trunca*, *ſecunda nimis laeta apparuiſſent*, reſpondit. Ita monitus M. Marcellus, ne quid temere conaretur, inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, à multitudine hoſtium in Brutiis circumventus, aeque magnum dolorem, ac detrimentum patriae, interitu ſuo attulit.

10. An. urb. 666. Plutarch. Mario. [49] Jam Octavius conſul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit. Ex ſimulacro enim Apollinis [50] per ſe abrupto capite, & ita infixo humi [51] ut avelli nequiret, [52] armis cum collega ſuo Cinna diſſidens, praeſumpſit ani-

bit. Varia id genus ipſe quoque Livius habet. VORST.

47. *Caput jecinoris duplex*] Partes duae jecinoris eminentiores. VORST. *Pars eminentior jecinoris* alia intelligi non poteſt, quam *protuberantior*, quae in diſciplina aruſpicum dicebatur *hoſtilis*, quemadmodum interior cava pars, *familiaris*, *caput* vero eſt ſummum jecinoris faſtigium, unde findi incipit in fibras duas. *Caput* autem illud *duplex* ſeu *geminum* dicitur, quando ita excrevit ut geminum videri poſſit.

48. *Quia prima trunca*, *ſecunda nimis laeta*] In uno manuſcripto ſic: *Quia prima tam triſtia, ſecunda tam laeta apparuiſſent.* lego itaque *tam trunca.* Item Livius *ſecundum trunca & turpia exta nimis laeta* dicit *fuiſſe.* In Gemblacenſi codice ſic: *Quia ſecundum truncatam laeta.* Quae lectio Livianae quam proxime accedit. PIGH. Ita veteres typis expreſſi, & MSS. Brand. niſi quod pro *trunca* in quibuſdam eſt *truncata.* Pighius cum pro *trunca* in quodam cod. reperiſſet *tam triſtia*, ipſum hoc pro altero ſuppoſuit. Verum ſatis apparet, ſciolum quendam, qui ſequentem vocem *laeta* conſideraret, pro *trunca* ſcribendum putaſſe *triſtia.* Codex Gemblacenſis, ut idem Pighius teſtatur, habuit ſic, *Quia ſecundum trunca tam laeta app.* Quam lectionem ego plane genuinam credo, ceteriſque praefero; quod videam, ipſum Livium, ex quo noſtrum exempla collegiſſe manifeſtum eſt, lib. XXVII. c. 28. ſcripſiſſe ſic, *Nec id ſane aruſpici placuiſſe, quod ſecundum turpia & trunca exta, nimis laeta apparuiſſent.* Ubi *ſecundum* eſt pro *poſt* Cumque apud Valerium, ut dixi, ſimiliter legeretur, librarii qui vim vocis *ſecundum* non caperent, tranſponendam eam, nonnihilque & mutandam putarunt. VORST. Cum Brandeb. conſentiunt longe plurimi, vel *trunca* habentes vel *truncata*, illud tamen plures: *triſtia* erat in Leid. oct. à manu ſec. Quod è Gemblacenſi notavit Pighius, & Vorſtius probat, id ego nuſquam invenio. Praeterea τὸ *nimis*, omnino retinendum, quoniam hoc ſolum movit aruſpicem, ut reſponderet exta ſibi minus placere, & loca Livii ac Valerii conferenti liquet, hunc non ſemper verbis illius inhaerere. *Nimis* male igitur deſideratur in nonnullis MSS.

49. *Jam & Octavius*] Elegans ratio connectendi per voculam *jam*: eſtque idem quod *porro.* Sed vocula *&* quae ſequitur, ſupervacua ac temere addita à Pighio videtur. Certe veteres typis expreſſi, & MSS. Brand. eam non habent. VORST. In MSto. ut & Vorſtianis deeſt τὸ *&*. Probat Vorſtius *jam.* ſed MS. Copeſii habet *nam*, quo ſaepe utuntur veteres in tranſitionibus pro *ſed*, *vero.* & proinde recipiendum hoc loco puto. Sic. II. 7. 13. Vide & VI. 9. Ext. IV. & VIII. 10. 3. & IX. 9. 2. Sic infra II. 4. 7. MS. *Nam gladiatorium munus primum Romae datum eſt.* ubi male in vulgatis deeſt *nam*, quia videlicet non intelligebatur. Sic II. 8. 7. *Nam L. Sulla.* ubi in vulgatis *item*, male. Sic III. 6. 1. MS. *Nam Papirius quidem Naſo.* Ubi in vulgatis omittitur. & IV. 8. 3. *Namque hinc* ex MSto. pro *jam qui hinc.* PERIZON. Deletur etiam *&* in MSS. noſtris, qui plures numero *jam* exhibent, quam *nam*, quae utraque particula tranſitioni apud noſtrum ſaepe inſervit, & apud alios. Vide quos ad Flor. prooem. §. 3. citavit Cl. Dukerus.

50. *Per ſe abrupto capite*] Alibi pro *per ſe* eſt *ſua ſponte.* Infra, *ſua ſponte ſigna converſa.* VORST.

51. *Ut evelli nequiret*] Ita habent Oliverius, & Aſcenſius, ceteri *avelli*, quod fere omnibus firmatur MSS.

52. *Armis a collega ſuo diſſidens*] Ita ſane Aldus. Et retinuerunt Pighius & alii. At MSS. Brand.

animo ea re ſignificari [53] exitium ſuum, in quod metu augurii, triſti fine vitae incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit. II.

Non ſinit nos M. Craſſus [54] inter graviſſimas Romani imperii jacturas numerandus,* hoc loco de ſe ſilentium agere; plurimis & evidentiſſimis ante tantam ruinam monſtrorum pulſatus ictibus. Ducturus erat à Carrhis adverſus Parthos exercitum: [55] pullum ei traditum eſt paludamentum; cum in proelium exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret. Moeſti & taciti milites [56] ad principia convenerunt, qui [57] vetere inſtituto cum clamore alacri accurrere de-

An. urb. 700. Plutarch. Dion. XL. Appian. in Parthic. Serv. ad Virg. Aen. II.

Brand. *Cum collega ſuo diſſid.* Nec aliter vetus editio Mart. Herbip. Et credo ego Valerium omnino ſic ſcripſiſſe; ſciolum vero, cui conſtructio ea ignota eſſet, mutationem feciſſe. Dicunt omnino *cum aliquo diſſidere*; & pari ratione *cum aliquo diſcrepare, cum aliquo diſſentire:* ut in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta oſtenſuri ſumus. Vide interim infra III, 8, ext. I. VORST. Etiam noſtri *cum* praeferunt cum utraque Ven. & Mog. editione.

53. *In quod metus augurii triſti fine vitae incidit*] Priſca lectio, *in quem metus augurii.* LIPS. *Exitium ſuum, in quod metu augurii triſti fine vitae incidit.* Ita edidit Pighius; niſi quod pro *metu* habet *metus.* Et ſecuti eum ſunt Colerus & alii; niſi quod Thyſius ac Minellius maluerunt *metu.* At Aldus ediderat, *Significari exitum ſuum in quem metus augurii.* Nec aliter Chalcocondyles & M. Herbip. codiceſque MSS. Brand. habent; niſi quod pro *exitum* habent *exitium*; cum tamen ſequatur *quem*: quodque in MSS. *metus* alia manu mutatum in *metu.* Crediderim ego, quia in tot codd. ſequitur *quem*, genuinum eſſe *exitum.* Sane vocabulo hoc pro exceſſu & morte noſter & alibi uſus deprehenditur. Vide modo V, 1, 5. & V, 4. ext. 3. VORST. MS. *Exitum* & *metum.* Interim ex MSto lego, *in quem metum*, metuebat illo augurio ſignificari exitium ſuum, in quem augurii iſtius metum incidit triſti fine vitae. i. e. *in fine* PERIZON. Oliverius *Exitium, in quem.* Rob. Stephanus, cum Gryph. *exitium ſuum, in quem.* & ſic uterque Ultraj. cum quibuſdam, ut videtur, MSS. qui tamen multo plures habent, *exitum ſuum, in quem metus.* Sic Venet. utraque, ut & Aldus, Aſcenſius, Colinaeus. *Exitum* certe melius huc quadrat. Augurabatur enim non *exitium* ſibi portendi modo, ſed *exitii* genus; qualis futurus eſſet ipſi *Vitae exitus*; ut nempe caput auferretur, & defigeretur, *in quem exitum metus augurii triſti fine vitae incidit.* i. e. quem metum Augurii haud vanum fuiſſe triſtis vitae ipſius finis comprobavit, cum nempe *caput ipſius pro roſtris exponeretur*, ut narrat Flor. L. III. C. 21. Sic Curt. L. VII. 1. 19. *Qualiſcumque exitus nos manet* & L. VII. 1. 33. *Hic exitus Parmenionis fuit.* & noſter L. I. 7. 6. *Id ex Graccho prius, quam tribunatum iniret, in quo fraternum exitum habuit, multi audiverunt.* Adde L. I. 7. Ext. 10. L. I. 7. 6. Interea reticere non debeo in ſex MSS. inveniri *manu augurii.*

54. *Inter graviſſimas Romani imperii jacturas*] Campenſe exemplar *noſtri imperii* quemadmodum frequenter Valerius, ut *noſtrae civitatis, noſtris caerimoniis.* PIGH. Pro *noſtri* in veteribus typis expreſſis & MSS. Brand. eſt *Romani.* Pighius cum in uno cod. reperiſſet *noſtri*, id ipſum ſupponendum putavit: levi motus argumento; videlicet quod Valerius alibi ſcripſit *noſtrae civitatis, noſtris caerimoniis.* VORST. *Noſtri* invenio in ſec. Ultraj. Quare cum ceteri habeant *Romani*, hoc revocavi. Praeſertim cum ſaepiſſime ſic etiam loquatur auctor. Sic Ext. I. *Ne ſi ulterius Romana apprehendero.* Sed putidum foret exempla colligere.

55. *Pullum ei traditum eſt paludamentum*] Eo ordine in veteribus typis expreſſis & MSS. Brand. voces conſiſtunt. Eſtque ordo paulo concinnior, quam qui in editione Pighii, aliiſque recentioribus apparet; quo videlicet pronomen locum primum occupat. VORST. Idem ordo obſervatur in noſtris, ante Pigh. edebatur etiam in utraque Veneta, Ald. Colin. Gryph. Rob. Steph. *ducturus enim erat*, Aſcenſ. *Ducturo enim à Carris.* Sed neutrum auctoritate MSS. defendi poteſt. Quod vero ad album, purpureum & pullum paludamentum attinet, videri poteſt Lipſ. L. II. de Mil. Rom. Dial. 12. Adde Flor. L. IV. 2. 45. & ibi Freinſh. aliquot MSS. pro *ſoleret* ſcribunt *ſoleat.*

56. *Ad principia convenerunt*] *Principia* locus caſtrorum ſunt princeps & ſacer: ubi tabernaculum imperatoris, ſigna aſſervata, jus redditum, conſilia capta fuerunt. VORST.

debebant. Aquilarum altera [58] vix convelli à primipilo potuit: altera aegerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem ſe ipſa convertit. Magna haec prodigia: ſed & illae clades aliquanto majores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Romanae militiae decus barbarorum [59] obtritum equitatu, optimae indolis filii cruore paterni reſperſi oculi, corpus Imperatoris inter promiſcuas cadaverum ſtrues, avium ferarumque laniatibus objectum. [60] Vellem quidem placidius: ſed, quod relatum, verum eſt. [61] Sic dii ſpreti excandeſcunt: ſic humana conſilia caſtigantur, ubi ſe coeleſtibus praeferunt.

12. Cn. etiam Pompejum Jupiter omnipotens abunde monuerat, ne cum C. Cae-

57. *Vetere inſtituto*] De quo Livius lib. IV. poſt Polybium; qui lib. XV. hoc inſtitutum ab illo verſu Homerico: *οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς*, deducit. COLER. Pro *accurrere* ſex MSS. *occurrere.*

58. *Vix convelli*] Servius Danielis, qui multas ſuperioris aevi librariorum culpas arguit: *Vellere proprie dixit, inquit, quia Romana ſigna figebantur in caſtris &, cum ad bellum eundum fuiſſet, captatis auguriis avellebantur è terra. nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi avellentem facile ſequerentur: adeo ut cum filio Orodis bello ſit Craſſus occiſus, qui iturus ad Parthiam avellere ſigna vix potuit; quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperaſſet ſigna tolli, eaque non poſſent moveri, effoſſo ſolo in quo erant fixa, vi magna extrahi praecepit.* COLER. *Vix convelli à primipilo potuit. Primipilus* dicebatur, qui pilum, id eſt, primum ordinem triariorum duceret, praecipuus centurionum: qui & *primipili centurio* vocabatur. Idem & aquilam, ſignum primum, regebat. Supra I, 6, 6. *Cum convelli ſigna juberet.* Item, *Signiferis negantibus ſigna moveri ſua ſede poſſe.* Aquilas à ſignis diſtinguunt interdum: ſed verum tamen ipſas quoque aquilas ſigna fuiſſe; quamvis non uſquequaque ſic vocarentur. Vide Notas Manutii ad ep. 30. l. X. ad famil. VORST. Pro *ſe ipſa* codd. aliquot *Se ipſam* cum antiq. edd. ſed praeſtat *ſe ipſa* quod reſtat in pluribus. In *corpuſque* delent MSS. & editi *que*, iidem magno numero pro *equidem* dant *quidem.* Quod utrumque quum à Pighio nulla cauſſa mutatum ſit, quid vetabat priſtina reducere?

59. *Obtritum equitatu*] Unus atque item alter Leid. *obrutum.* Male. Curt. L. III. 2. 10. *Satiſne ei videretur inſtructus ad obterendum hoſtem.* L. IV. 14. 14. *Obteri, mehercule, ungulis equorum poſſunt.*

60. *Vellem quidem placidius, ſed relatu verum eſt*] Nec Badius, nec Glareanus, ſemet plane hic explicant; abrupta enim & obſcura eſt ſententia. Tria exemplaria, Suſianum, Gemblacenſe & Campenſe, uno addito vocabulo, hanc ita illuſtrant, *Vellem equidem placidius, ſed quod relatu verum eſt.* Hoc eſt: Vellem quidem placidius ac levius me de his poſſe loqui, ſed quod relatu verum. Et mox ſequitur: *Sic deorum ſpreti praemonitus excandeſcunt.* Pulmanni codex legit, *Sic deorum ſpiritus excandeſcunt.* Suſii autem: *Sic dii ſpreti.* Quod habet neſcio, quid majeſtatis amplius, & epiphonema hoc requirit. PIGH. *Sed quod relatu verum eſt.* In quibuſdam deeſt *quod*, omiſſum etiam ab Aldo & aliis. Venetae meae editiones habent *quia.* Ultraj. prim. *narratu*, quatuor alii *relatum.* Quod probo. haec enim hujus loci ſententia. *Vellem quidem placidius hoc referre, ſed id eſt verum, quod eſt relatum:* atque adeo ipſa veritas ut ita referrem exegit. lege itaque & diſtingue. *Sed, quod relatum, verum eſt.*

61. *Sic dii ſpreti excandeſcunt*] Ita reſcripſit Pighius ex cod. Suſii. Et ſcriptum quoque ita in margine unius cod. Brand. Aldus ediderat, *ſic Deorum ſpreti praemonitus excandeſcunt.* VORST. Ut eſt in Cod. Suſii ita etiam clare video exſtare in Perizon. in oct. Leid. ſic emendatum eſt, cum antea videretur fuiſſe *Deorum ſpreti monitus*, quod pro *praemonitus* eſt etiam in aliis. Neſcio an recte fecerit Pighius quod mutarit. Cur enim Valerius non potuit dicere *ſpretos praemonitus Deorum excandeſcere*, pro *Deos ſpretos praemonentes?* quum nihil ſit ipſi familiarius, quam adjuncta pro ſubjectis ponere *μετωνυμικῶς.*

Caeſare ultimam belli fortunam experiri contenderet; egreſſo à Dyrrhachio adverſa agmini ejus fulmina jaciens: examinibus apum ſigna obſcurando: ſubita triſtitia implicatis militum animis: nocturnis totius exercitus terroribus: ab ipſis altaribus hoſtiarum fuga. [62] Sed invictae leges neceſſitatis [63] pectus alioqui procul ab amentia remotum, prodigia iſta juſta aeſtimatione perpendere paſſae non ſunt. [64] Itaque dum illa elevat, auctoritatem ampliſſimam, & opes privato faſtigio excelſiores, omniaque ornamenta, [65] quae ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat, ſpatio unius diei confregit. Quo conſtat in delubris deûm ſua ſponte ſigna converſa: militarem clamorem, [66] ſtrepitumque armorum adeo magnum Antiochiae & Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur: [67] ſonum tympanorum Pergami abditis delubris editum: pal-

Ann. U. 705. Lucan. Jul Obſeq. Dion. XLIII.

Caeſar III. belli civ.

Ut hoc ipſo in loco dicit *conſilia humana caſtigari*. Quae in ſe ſpectata non magis *caſtigari* poſſunt, quam *monitus excandeſcere*; ſed intelligit homines, qui ſua conſilia conſiliis deorum praeferunt. Sic *uxoria pietas conſcendit rogum*. pro pia uxor. L. II, 6. 14. & L. II. 7. 6. *Cujus infantiae blandimenta ſinu atque oſculis foveris*. i. e. quem infantem blandientem, & alia id genus infinita. Vide & Oudendorp. ad Obſ. C. 60.

62. *Sed invictae leges neceſſitudinis pectus alioquin procul ab amentia remotum*] V. c. *neceſſitatis legum*, & magis proprie. Deinde illud *procul* ſuperfluum eſt, nec in manuſcriptis erat. PIGH. Eadem, *neceſſitudinis*. probe. LIPS. Vetus editio Veneta: *Neceſſitudinis*. Ita ſaepiſſime Salluſtius & priſci reliqui; licet vulgo dicatur *neceſſitudo* ἀνάγκη κ(ατὰ) φιλίαν, καθῆκον, ut exponit vetus γλωσσογράφος. COLER. Antiquiores typis expreſſi *leges neceſſitudinis*. Neque aliter codd. MSS. Brand. At Pighius ex uno cod. maluit *neceſſitatis*. Notum autem, non noſtrum tantum, ſed & Salluſtium, alioſque, *neceſſitudinem* dixiſſe pro *neceſſitate*. Vide Gellium XIII, 3. & Buchneri Additiones ad Lex. Fabri. VORST. Habent omnes, ni fallor, noſtri etiam *neceſſitudinis*, de qua voce videri poſſunt loca à Joh. Waſſe. in Ind. Sall. citata: ex quibus liquebit pro *neceſſitate* eam poni, ſed ἀρχαϊκῶς.

63. *Pectus alioqui procul ab amentia remotum*] Vocem *procul* expunxit Pighius; quod ſupervacuam putaret, & à quibuſdam MSS. abeſſe videret. At habent eam veteres typis expreſſi, & MSS. Brand. Neque ſupervacua habenda eſt vox iſta. Plus enim eſt *procul ab am. remotum*, quam *ab am. remotum*. VORST. Sic etiam major pars noſtrorum, inter quos ſunt tamen, qui deleant praepoſitionem *ab*. Unus *pectus procul à mente remotum*. Alter. *alioquin à mente remotum*.

64. *Itaque dum ille elevat auctoritatem*] Guyetus τ' *elevat* interpretatur extollit; quare poſt *omnia* delebat, *que*. Quomodo videlicet Oliverius, Aldus & ceteri uſque ad Pighium dederunt. Nam Venetae Edd. cum Pighio conſentiunt, & propemodum univerſa MSS. cohors. Cl. Perizonius in margine libri ſui adſcripſit, lege, *Illa*, & textum ita diſtinxit. *Itaque dum illa elevat, auctoritatem ampliſſimam, & opes privato faſtigio excelſiores, omniaque ornamenta, quae ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat, ſpatio unius diei confregit*. Vere; ſi quid video. Pompejus confregit auctoritatem, opes, omniaque ornamenta, dum illa prodigia elevat, i. e. levia ducit, extenuat, contemnit, ſpernit, quae verbi hujus ſignificatio eſt. Quod ſcivit ſane ipſe Guyetus, ut liquet ex nota ejus ad Phaedr. L. III. 10. 7. Atque ita legendum eſſe vidit quoque Tollius ad Auſonii Sapientes, in Pittaco v. 4. ubi obſervat quoque in MS. eſſe *pleniſſimam* pro *ampliſſimam*, quod tamen in noſtris non invenio.

65. *Quae ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat*] Epitome l. LXXXIX. Livii: *Quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Rom.* (necdum conſularis) *quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit*. VORST.

66. *Strepitumque armorum*] Sic omnes MSS. & edd. Vide quae habet Oudendorpius noſter ad Obſeq. C. 104.

67. *Sonum abditis delubris editum*] An potius, *abditis delubri*? Sic *Remota templi*, in Caeſare

lego;

palmam viridem Trallibus in aede Victoriae, [68] ſub Caeſaris ſtatua, inter coagmenta lapidum [69] juſtae magnitudinis enatam. Quibus apparet coeleſtium numen & Caeſaris gloriae faviſſe, & Pompeji errorem inhibere voluiſſe.

13. Tuas aras, tuaque ſanctiſſima templa, dive Juli, veneratus oro, ut propitio ac faventi numine tantorum caſus virorum ſub tui exempli praeſidio ac tutela deliteſcere patiaris. [70] Te enim accepimus, eo die, quo purpurea veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo ſtudio ſenatus exquiſitum, & delatum honorem ſpreviſſe videreris, priuſquam exoptatum civium oculis conſpectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras tranſiturus, vacaſſe: mactatoque [71] opimo bove cor in extis non reperiſſe: ac reſponſum tibi à Spurinna aruſpice, [72] *pertinere id ſignum ad vitam & conſilium tuum, quod utraque haec corde continerentur.* Erupit deinde eorum parricidium, qui dum te hominum numero ſubtrahere volunt, deorum concilio adjecerunt.

An. urb. 709. Cic. divin. 1. Suetonius. Obſeq. Plin. xi. 37.

Ex-

lego: & adyta ſignificari ac penetralia templi ſcimus. LIPS. Lipſius mallet *abditis delubri*; quomodo Caeſar dicat *remota templi* Sed poteſt *abditis delubris* eſſe pro *abditis delubrorum partibus.* Ita enim notio partis aliis vocabulis ſubinde ſimul involvitur. Pari modo Terentius Heaut. 1, 29. *ultimas aedes* vocat, quae ſunt ultimae partes aedium, & *ultimam plateam*, quae ultima pars plateae eſt. Vide quoque ſupra 1, 6, 6. VORST. Non placet *a'ditis delubris:* placet quod eſt in Heinſ. primo *aditis delubris*, ſed emaculandum *adytis delubri.* Dicam tamen quod ſentio. Omnino expungendum illud *delubris* quod à Gloſſatoribus eſt. *Adyta* enim ſunt ipſa *remota templi* ſeu *delubri.* Ne dubito quidem, quin haec lectio vera ſit: namque ita apud Caeſarem, qui ipſe illud prodigium narrat, L. III. B. Civ. *Pergami in occultis ac remotis templi, quo praeter Sacerdotes adire fas non eſt, quae Graece ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt.* GUDIUS. *Aditis delubris* erat etiam in Perizon. ſed ſuperſcriptum alia manu erat *b*. Dion. Voſſius ad Caeſ. L. III. B. Civ. c. 105. illud certum ſtatuit, non hic *delubris*, ſed *delubri* ſcribendum eſſe, ſeque, ait, facile adduci, ut credat Valerium ſcripſiſſe *adytis templi* cum illud *abditis* in hac re uſitatius ſit. Sed cur *delubri* mutabitur in *templi.* An quia *templi* dixit Caeſar? Certe mutandum ergo erit etiam paulo ante, ubi dicit. *In delubris Deûm ſigna ſua ſponte converſa.* Nam idem Caeſar eodem loco dicit, hoc factum eſſe, *Elide in templo victoriae*, ubi, *ſimulacrum victoriae, quod ante ipſam Minervam collocatum erat, & ante ad ſimulacrum Minervae ſpectabat, ad valvas ſe templi limenque convertiſſe.* *Abditis delubri* vel potius *adytis* placebat etiam Cl. P. Burmanno. Sed Rupertus *abditis delubris* retinendum cenſet, & eodem modo dictum, quo *ſummam rupem* pro *ſumma illius parte* dicit Florus 1. 13. 15. Equidem *adytis delubri* cum Gudio & Burmanno praetulerim.

68. *Sub Caeſaris ſtatua*] Julius Obſequens, verbis Valerii. Plutarchus, Dio, ipſe Caeſar. Philippus Poëta Epigrammatarius laurum enatam non palmam ſcribit:

Φοῖβον ἀειγναμένη ποτὶ δάφνη, νιῶ ἀνέτειλε
Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον.

Sed Philippus nihil penſi habuit, modo victoriae ſignum poneret. VORST. Vide Brodaeum ad Anthol. p. 41.

69. *Juſtae magnitudinis enatam*] Sic intelligit credo palmam tantae magnitudinis, quantae victoribus dari ſoleret, ſubito illic enatam eſſe. Niſi malis intelligere, quae eſſet *inſtar arboris*, ut de ramo, quem quercus antiqua repente à frutice dedit Veſpaſiano prodigium futurae magnitudinis, loquitur Suet. in Veſpaſ. C. 5. Porro ſimiliter Auguſtus *enatam inter juncturas lapidum ante domum ſuam palmam in compluvium Deorum Penatium tranſtulit.* Suet. in Aug. C. 92.

70. *Te enim accepimus*] Sic edidi, quum Vorſtius Pighium ſecutus dediſſet, *accipimus*, quod à ſolo eſſe Rob. Stephano recte in margine nota-

EXTERNA.

Claudatur hoc exemplo talium oſtentorum domeſtica relatio, ne, ſi ulterius Romana apprehendero, è coeleſti templo ad privatas domos, [73] non conſentaneos uſus tranſtuliſſe videar. Attingam igitur externa: quae Latinis inſerta literis, ut auctoritatis minus habent, ita aliquid gratae varietatis afferre poſſunt. In exercitu Xerxis, quem [74] adverſus provinciam Graeciam contraxerat, equae partu leporem editum conſtat, [75] eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri tanti apparatus ſignificatus eſt eventus. [76] Nam qui mare claſſibus, [77] terram pedeſtri operuit exercitu, ut fugax animal, pavido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus. I. Herod. VII.

[78] Priuſquam Athenas deleret, Lacedaemonis invadendae conſilium agitanti, admirabile inter coenam prodigium incidit. Infuſum namque paterae ejus vinum,

notaverat Cl. Perizonius. Aliter enim Editi & MSS.

71. *Opimo bove*] Hunc, ſi bene conjicio, Feſtus, *pulchrum* vocat. *Pulcher bos appellabatur ad eximiam pinguedinem perductus.* Sic *pulchrae clunes* apud Horatium, quae M. Varroni *bonae* dicuntur. COLER.

72. *Pertinere id ſignum ad vitam & conſilium tuum*] Non ad conſervanda & ſtabilienda ea, ſed ad adimenda & extinguenda. Cicero I. de Div. *Cum Spurina diceret, timendum eſſe ne conſilium & vita deficeret.* VORST.

73. *Non conſentaneos uſus tranſtuliſſe videar*] Parum expoſita aut appoſita ſententia in voce, *uſus.* Legam, *viſus.* hoc acumine: (id enim ſcriptor iſte mirum quantum amat.) cum de Divo Julio dixerim, inquit, claudam Romana exempla, nec oculos parum decore transferam è caelo iterum ad terram. LIPS. Emendat Lipſius: *Viſus.* Sane acute. COLER. *Non conſentaneos uſus.* Ita codices tam MSS. quam typis expreſſi. Lipſius autem conjecturam fecit, pro *uſus* legendum eſſe *viſus*, hoc quidem ſenſu: Cum de divo Julio dixerim, claudam Romana exempla, nec oculos parum decore transferam è caelo rurſus ad terram. Quae Lipſii conjectura plane acuta videtur Colero. VORST. Vellem Lipſius conjecturam ſuam, cui refragantur omnes MSS. aliquo exemplo confirmaſſet. Scio Servium ad Virg. L. III. Aen. v. 36. ſcribere maſculinum genus adhiberi *cum de his loquimur, quibus videmus, ut ſi dicas nubecula obeſt viſibus meis*, reſpiciens fortaſſe ad haec Lib. II. 605.

Aſpice: namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Et ſic ſaepius alii poëtae. Tamen neſcio, quomodo nimis poetica hic illa vox videtur. *Uſus non conſentaneos* dicit, quia non decebat exemplum Divi Caeſaris exemplis humanis quaſi familiariter immiſceri.

74. *Adverſus Graeciam*] MSS. & Editi ante Pighium omnes, *adverſus provinciam Graeciam* i. e. cum Graeciam ſibi ſumpſiſſet provinciam, in qua bellum gereret.

75. *Eidem montem Athon juxta Idam tranſgreſſo*] Locus hic haud dubie corruptus ac diſturbatus eſt, cujus ſynceram lectionem ex Atrebatenſis collegii codice, ordinem ex Campenſi reſtituimus. Ex Herodoto namque liquet, non diu poſtquam Helleſpontum tranſiiſſet Xerxes cum copiis, prodigium leporis ex equa nati contigiſſe. Legendus eſt itaque locus hoc modo: *Leporem editum conſtat eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri, &c.* PIGH. *Eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo.* Ita legenda haec, atque ipſo illo loco, ex codd. Atrebatenſi & Campenſi docuit Pighius. Alii habent ſic, *Eodem montem Athon juxta Idam transgreſſo.* Legebanturque haec inferius poſt verba, *Regnum ſuum repetere eſt coactus.* VORST.

76. *Nam qui mare claſſibus, terram, pedeſtri operuit exercitu, ut fugax animal*] Campenſis exemplaris diverſa eſt lectio: *Nam qui mare claſſib. texerat, terram equitib. velut fugax animal, &c.* Nec meo judicio contemnenda eſt. PIGH.

Ultraj.

vinum, in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum, & tertio, converſum eſt. Qua de re conſulti magi, monuerunt [79] ut ſe ab incepto abſtineret. Et, ſi quod veſtigium in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cavere potuiſſet, [80] ante de Leonida & Spartanis abunde monitus.

2. Cic. divin. I. 36. II. 31. Aelian. XII. 45. IV. 17. & III. de Anim. C. 1.

2. [81] Midae vero, cujus imperio Phrygia fuit ſubjecta, puero dormienti formicae in os grana tritici congeſſerunt. Parentibus deinde ejus, [82] quorſum prodigium tenderet, explorantibus, augures reſponderunt, *Omnium illum mortalium futurum ditiſſimum.* Nec vana praedictio extitit. nam Midas cunctorum pene regum opes abundantia pecuniae anteceſſit: infantiaeque incunabula utili deorum munere donata, [83] onuſtis auro atque argento gazis penſavit.

Formi-

Ultraj. prim. *claſſico.* ſec. addit *texerat*, quod non neceſſe. Sic enim *opertum velis mare* dicit Flor. L. II. 8. notante Perizonio. Pro *regreſſu* oct. Leid. *egreſſu.* *Equitibus* habet etiam Ultr. ſec.

77. *Terram pedeſtri operuerat exercitu*] Codices Brand. *operuit.* VORST. Et hoc denuo à Pighio eſt. Omnes enim MSS. & Edd. *operuit.* quod mutandi nulla idonea eſt cauſſa.

78. *Priuſquam Athenas deleret*] Praemittit his MS. *eodem monte Atho juxta Idam tranſgreſſo*, & omittit, ubi ea ſuperius leguntur, cum quo faciunt etiam Brandeburgenſes codices. & ſane magis exiſtimo huic loco convenire, quam ſuperiori. Deſiderari enim hic aliquid videtur, quod ſequentia ſuperioribus conjungat. Lego itaque. *eidem montem Atho vixdum tranſgreſſo, priuſquam &c. vix dum* facile potuit tranſire in *iux idam.* Ita enim legitur in MSto. PERIZON. Eodem loco, collocant hoc caeteri quoque MSS. ut omnino probabilis videatur Cl. Perizonii ſententia. Pro *iux idam*, ſunt qui habeant, al' *indum*, al' *index.* unus *India.* Delenda vero haec *Eodem montem &c. trangreſſo* videbantur Guyeto. Sed haec quidem vis eſt, non medicina. *Atho* in accuſativo more Graecorum hic dici notabat Gudius, additis his locis. ita apud Virg. Aen. VI.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia coelo
Dejicit.

Sed Plin. in acc. *Athon*, ut Mela L. II. in dat. *Atho.* Cic. *Athonem* dixiſſet. L. II. de fin. *Helleſponto juncto Athone perfoſſo.* Catul. de Beren. Coma.

Per medium claſſi barbara juventus navit Athon.

79. *Ut ab incepto abſtineret*] Iidem codd. *Ut ſe ab incepto propoſito abſtineret.* Et ſolet ſane ita plene & ſine ellipſi ſcribere noſter. Ut cap. proximo, *Ut proxima die à curia ſe abſtineret.* Pari modo & alii. Cicero VII. 26. ad fam. *Qui me oſtreis & muraenis facile abſtinebam.* Ut in MSS. eſt, ita plane & Aldus ediderat. Et mirum eſt Pighium non unam, ſed duas voces hic expunxiſſe. VORST. Sic ſolet videlicet Pighius expungere ſuo arbitratu. Scias itaque, Lector, etiam hic cum Brand. conſentire MSS. noſtros, & ceteras ante Aldum editt. Heinſ. prim. *Ut ſe propoſito abſtineret.* *Abſtinere ſe* uſitatum eſt Livio. Ut L. XXIV. C. 18. *Abſtinere ſe locationibus.* Sic Hirt. L. VIII. de B. G. C. 44. *Paucis diebus ſeſe cibo abſtinuit.* Item Plaut. Caſ. act. I. v. 13. *Urbanis rebus te abſtines.* Jungit etiam Livius cum aliis accuſativis, ſic enim L. II. 22. *Apud Regillum accepta clades, Latinos ira odioque ejus, qui arma ſuaderet, ne ab legatis quidem violandis abſtinuit.* Poſſis ſuſpicari, ne in *incepto propoſito* alterutrum ſit e gloſſa. Sed potuit dixiſſe ut *ab incepto conſilio* L. II. 6. Ext. 8. ubi Leid. Quint. itidem *ab incepto propoſito* habet.

80. *Ante de Leonida & Spartanis*] Leid. ſec. de *Leonida & a Caeſare Spartanis.* Copeſ. *De Leonida & Spartanis à Caeſare.* Leid. ſext. *De Leonida & Spartanis ceſſare.* Leid. oct. *De Leonida & à Ceſſare Spartanis.* Sed ita ut in *Ceſſare*, tribus prioribus literis eraſis ſubſtitutum appareret *Ceſ.* in marg. erat. *à Caeſare.* Periz. *De Leonida Spartanis.* Quod unde natum ſit, equidem divinare nequeo. Praeterea, qua re, aut a quo monitus erat *de Leonida? à Leonida & Spartanis monitus erat cavere*, dum in illis expertus erat, cum quibus viris ipſi res eſſet futura, ſi ipſam Lacedaemona invaderet. An ſcripſit *à Leonida & ccc ejus Spartanis abunde monitus?* nam *trecentos* ipſi cives tribuit L. III. 2. Ext. 3. cum Cicerone L. II. de fin. 30.

81. *Mi-*

Formicis Midae jure meritoque [84] apes Platonis praetulerim. illae enim caducae ac [85] fragilis, hae ſolidae & aeternae felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis parvuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes *ſingularem eloquii ſuavitatem ore ejus emanaturam* dixerunt. At mihi quidem illae apes non montem Hymettum thymi flore redolentem; ſed Muſarum Heliconios colles omni genere doctrinae virentes, dearum inſtinctu depaſtae, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummae eloquentiae inſtillaſſe videntur. 3. Cic. divin. 1.36.11.31. Plin. xi. 17. Aelian. x. 21. & xii. 45.

81. *Midae vero*] Cicero l. 1. Divin. Aelianus libro xii. cap. 1. de eodem is ipſe Aelianus libro xiii. cap. 1. De Animalibus. COLER.

82. *Quorſum prodigium tenderet*] Codd. Brand. *quorſus prod tend.* Et ſane etiam *quorſus* dixerunt, quomodo *prorſus, rurſus, ſeorſus, introrſus.* Vide lib. de Latinit. mer. ſuſp. p. 212. VORST. *Quorſus* eſt in utroque Ultraj. Pro *utili Deorum munere*, Matt. Klokkius legebat *fructili Deorum munere.* Nimio novandi ſtudio.

83. *Onuſtus auro & argento gazis penſavit*] Praeferenda manuſcripta lectio, *Onuſtis auro & argento gazis.* Item in ſequenti exemplo: *Illae enim caducae ac fragilis, hae ſolidae & aeternae felicitatis indices.* Non *fragiles*, ut in vulgatis. De felicitatis enim diverſitate loquitur, non indicum. PIGH. *Onuſtis auro & arg. gazis penſavit. Penſare* pro aequare, exacte reſpondere. Vult enim dicere, factum Midae jam adulti prodigio Deorum planiſſime reſpondiſſe. Juſtinus v, 2, 3. *Parata cum amiſſis imperia penſare, i. e.* tantundem imperii quantum amiſeris, rurſus adipiſci, vel adeptum eſſe. Is enim verus loci ejus ſenſus. Sed conſtructio ab ea quae in verbis Valerii apparet diſcrepat: qua de in lib. de Latinit. vulgo neglecta agemus. VORST. Vide illum p. 286. *onuſtis* MSS. noſtri.

84. *Apes Platonis*] Cicero lib. 1. Divinat. Plinius lib. xi. cap. 17. Aelianus lib. xii. Julius Firmicus. Tertullianus de Anima: *Sed nemo unquam cunctanti de exitu animae mulſam aquam de eloquio Platonis infudit.* COLER.

85. *Fragilis*] Sic bene Pighius, cum ante a multis *fragiles* ederetur; *fragilis* tamen habet Aſcenſius. Porro pro *mel inſerendo.* Bit. prim. *mel inferendo.* & mox Ultr. prim. *ac mihi quidem.* Haud pauci *montem Hymetium.*

CAPUT VII.

DE SOMNIIS.

ROMANORUM.

1. *Artorii Medici de Auguſto.*
2. *Calpurniae de Caeſare.*
3. *P. Decii, T. Manlii coſſ.*
4. *Ti. Atinii cujuſdam.*
5. *M. Ciceronis exulis.*
6. *C. Sempronii Gracchi.*
7. *Caſſii Parmenſis.*
8. *Aterii Rufi eq. Rom.*

EXTERNORUM.

1. *Annibalis Poeni.*
2. *Alexandri Magni regis.*
3. *Simonidis poëtae.*
4. *Croeſi Lydorum regis.*
5. *Cyri Perſarum regis.*
6. *Himeraeae mulieris de Dionyſio.*
7. *Matris Dionyſii tyranni.*
8. *Amilcaris Poeni.*
9. *Alcibiadis Athenienſis.*
10. *Arcadis cujuſdam.*

Sed quoniam [1] divitias Midae, diſertumque Platonis ſomnium attigi, referam quam certis imaginibus multorum quies adumbrata ſit.

1. Ann. urb. 711. Dion. XLVII. Vellejus II. 70. App. Civil. IV. aliter. Suet. Aug. 91. Lactant. II. 7.

Quem locum unde potius ordiar, quam à divi Auguſti ſacratiſſima memoria? [2] Ejus medico Artorio ſomnum capienti nocte, quam dies inſecutus eſt, quo [3] in campis Philippicis Romani inter ſe exercitus concurrerunt, [4] Minervae ſpecies oborta praecepit, *ut illum gravi morbo implicitum moneret, ne propter adverſam* [5] *valetudinem*, [6] *proximo proelio non intereſſet*. Quod cum Caeſar audiſſet, lectica ſe in aciem deferri juſſit. ubi dum ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria excubat, [7] caſtra ejus à Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus, quam [8] divino munere effectum, ne deſtinatum jam immortalitati caput indignam coeleſti ſpiritu fortunae violentiam ſentiret?

2. Ann. urb. 709. Suet. C. 81. Plut. Obſeq.

Auguſtum vero praeter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter perſpiciendis vigorem, etiam recens & domeſticum exemplum, ut Artorii ſomnio obtem-

1. *Divitias Midae diſertumque Platonis ſomnium*] Ecce quam ineptum initium Capitis! *referam de ſomniis, quia divitias Midae attigi.* Argumentum ἀσύστατον, abſurda ratio! Deinde quid quaeſo eſt, *diſertus ſomnus.* An qui futuram eloquentiam indicat? Mira & inepta Catachreſis. nihil ſani eſt. Probo, quod eſt in MSS. *diſertique Platonis ſomnum.* Id adjunctum proprie Platoni tribui videbis in praecedentibus. Ideoque egregie illud Epigramma vetus Platonem appellat L. I. p. 170. Ἀτθίδος εὐγλώσσου ςόμα φέρτατον. Nihil ergo jam ſupereſt, niſi ut, extrita una literula, etiam Midae ſuam gloriam, & toti huic commati ſanitatem reddamus. Legendum enim eſt. *Sed quoniam divitis Midae, diſertique Platonis ſomnum attigi.* GUDIUS. Haec ex margine Excerptorum Gudianorum deſcripſi, licet ſcirem iiſdem paene verbis virum Eruditiſſimum haec quondam ſcripſiſſe ad Menagium, quam Epiſtolam edidit Cl. Burmannus in Praef. Epiſt. Gud. & meminit ejus emendationis ipſe Menag. ad Diog. Laërtium L. III. 5. *Diſertique* invenio in Heinſ. prim. ſec. Ultraj. & tribus Leid. Sed ita ut in duobus ſic pro *diſertumque*, correctum eſſe liquido appareat. Magna pars pro *ſomnum* habent *ſomnium.*

2. *Ejus Medico Artorio*] *Antonium Muſam* hic negligentia librariorum *Artorium* vocari corrupte, conjecit P. Lambecius Bibl. Caeſ. L. II. 7. ſed quam infeliciter oſtendit C. Patinus in Commentario ad Cenotaphium huic M. Artorio à Smyrnenſibus poſitum p. 440. Quemadmodum & Medicum & Amicum pariter Auguſti fuiſſe docet p. 439.

3. *In Campis Philippicis*] Vetuſtiſſimae edd. *in Campis Philippis.* & ſic multi MSS. novi illa *Inda Monilia*, *Dacas exuvias*, *Mauros poſtes*, *Tiburtes Faunos*, *Perſidem Gazam* & ſimilia; legi etiam quae habet ſummus ille Iſ. Caſaubonus in Lect. Theocriticis Cap. I. ut oſtendat τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τοῦ παρωνύμου ſaepe poni. Vidi à Caeſare L. I. B. G. 30. *terram Galliam* dici, & à Gellio L. I. I. *Terram Graeciam*, & L. I. II. *Terram Lydiam*, & ipſum *Campum Marathona* à Nep. in Milt. C. 4. Malo tamen hic eos ſequi, qui *Philippicis* ſcriptum exhibent.

4. *Minervae ſpecies oborta praecepit*] In Heinſ. primo erat *oblata* ſed correctum pro *oborta.* Sic Curt. L. IV. 3. I. *Oblatam eſſe per ſomnum ſibi ſpeciem Apollinis.* & C. 2. 17. *Speciem ſibi Herculis in ſomno oblatam eſſe pronunciat.* tres alii *aborta.* Etiam, quamvis leve, monendum eſt tamen, *concurrerunt* pro *concurrere* in omnibus fere MSS. & edd. ante Pighium legi.

5. *Valetudinem*] Libro Danielis *Valitudinem.* & ita alibi. Nec prave à validus, valitudo. Horatius ſibi aliquid permiſit & dixit *valetudo* è producto, unde puto iſta ſcribentium varietas orta. Sed *valetudo* ſcribit vetus etiam Gloſſarium, & plerique lapides antiqui. quod monere volui ob quorundam in his minutiis δεισιδαιμονίαν. COLER.

6. *Proximo proelio*] MS. *bello*, & ſolet ſaepe bellum poni pro proelio. Sic infra L. III. 2. 19. *labentemque belli fortunam.* PERIZON. Ultraj. ſec. etiam *bello* exhibet.

7. Ca-

obtemperaret, admonuit. Audiverat enim divi Julii patris ſui uxorem Calpurniam nocte, [9] quam is in terris ultimam egit, in quiete vidiſſe multis eum confectum vulneribus in ſuo ſinu jacentem, ſomniique atrocitate vehementer exterritam, rogare non deſtitiſſe, *ut proxima die à curia ſe abſtineret.* At illum, ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum, in quo ei parricidarum manus allatae ſunt, [10] adire contendiſſe. [11] Non eſt inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, praeſertim divinitatis faſtigio junctos: ſed jam alter operibus ſuis aditum ſibi ad coelum inſtruxerat, [12] alteri longus adhuc terreſtrium virtutum orbis reſtabat. Quapropter [13] ab hoc tantummodo impendentem mutationem ſtatus cognoſci, ab illo etiam differri dii immortales voluerunt; ut aliud coelo decus daretur, aliud promitteretur.

Illud etiam ſomnium & magnae admirationis, [14] & clari exitus; quod eadem 3.

Ann. urb. 413. Livius VIII. 6. & alii.

7. *Caſtra ejus à Bruto capta ſunt*] Voluerat Caeſar in caſtris, & in tabernaculo ſuo, dum proelium committeretur, manere. Quod ſi ita factum fuiſſet, in ipſis caſtris fuiſſet oppreſſus. Etſi enim victoriam reportavit, milites tamen Brutiani caſtra ejus ante ceperant, eademque ingreſſi lecticam, in qua cubare Caeſarem putarant, transfixerant. VORST.

8. *Divino munere*] Vetus, *divi numine*, Ego *divino numine*, omnino malim. LIPS. Omnino vere in vet. edit: Veneta: *Divino numine.* COLER. Codd. Brand. *Div. numine.* Nec aliud in vetere edit. Veneta Colerus, inque vetere Martini Herbip. ego reperi. VORST. *Divi Numine* habet Ultraj. primus, *Divino numine* undecim alii cum Mog. & ſic cum MS. Baſil. legebat quoque Klokkius.

9. *Quam is in terris ultimam egit*] Hac ratione Caeſaris ἀποθέωσιν ſignificare voluit. VORST.

10. *Adire contendiſſe*] Nonnulli MSS. *habere contendiſſe.* Nihilo deterius.

11. *Non eſt inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri*] Abrupta & conciſa dictio eſt. Jo. Cauchii liber itaque legit, *Non eſt operae inter patrem, &c.* PIGH. *Non eſt inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri.* Ita ex antiquioribus typis expreſſis, & MSS. item, legendum cenſeo cum Gronovio. Sane codd. quoque Brand. non ſecus habent. Pighius cum in uno cod. reperiſſet *Non eſt operae*, vocem *operae* omnino reponendam putavit. Verum nihil opus ea diſerte addita. Seneca Praef. Nat. Quaeſt. *Niſi ad haec admitterer, non fuerat naſci.* Plinius XXXV, 18. *Alioſque deinceps enumerare jam non eſt.* Varro apud Gellium VIII, 12. *Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonam & Tulliam, eſt animum advertere.* Haec & id genus alia obſervavit Clariſſ. Gronovius l. IV. Obſ. c. 8. Subaudiendum tamen in talibus eſt aliquid; & quidem *tempus* vel *operae pretium.* Ipſeque noſter alibi vocem *operae* diſerte adjecit. Vide modo principium lib. II. VORST. Recte omnino fecit Vorſtius expellens inſiticium illud *operae*, quod in MSS. non reperio, & quod omnino non deſiderari, niſi tibi perſuadeat J. Fr. Gronovius Criticorum ſagaciſſimus, evincet certe Heinſ. ad Ovid. L. II. de Arte Am. v. 28. & Burmannus ad Petron. C. 127.

Nunc erat a torva ſubmittere cornua fronte.
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.

12. *Alteri vero longus*] En denuo liberalitatis Pighianae documentum. Intruſit enim hic particulam *vero* contra editos & MSS. in ſolo enim Leid. ſexto ſuperſcriptum invenio; & poteſt commodiſſime abeſſe; ut cauſſa quoque non erat, cur *junctos*, quod habent editi omnes, & MSS. longe maximo numero, mutaret in *conjunctos.* Ceterum Guyeto placebat ſcribi *manus illatae ſunt* pro *allatae.* & *longus virtutum orbis peragendus reſtabat.* Sed neutrum neceſſe eſt.

13. *Ab hoc tantummodo pendentem mutationem ſtatus cognoſci*] Omnes quos vidimus manuſcripti codices *impendentem* habent, quod magis placet. PIGH. MSS. meorum pars multo major retinet, quod antea vulgabatur *pendentem.* Sed tamen *impendentem*, quod in quibuſdam invenio, ut & Mog. omnino probaverim.

 14. *Et*

dem nocte duo conſules [15] P. Decius & T. Manlius Torquatus, [16] Latino bello [17] & gravi & periculoſo, non procul à Veſuvii montis radicibus poſitis caſtris viderunt. Utrique enim quidam per quietis ſpeciem praedixit, *ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum, Diis Manibus, Matrique Terrae deberi.* [18] *Utrius autem dux copias hoſtium, ſuperque eas ſeſe ipſum devoviſſet,* [19] *victricem abituram.* Id luce proxima conſulibus [20] ſacrificio vel expiaturis, ſi poſſet

14. *Et clari fuit exitus*] Supra jam vidimus ſolere Valerium verbum ſubſtantivum in hujuſmodi tranſitione omittere, L. 1. 6. 4. ſimiliter igitur *fuit* MSS. pariter & Pighianâ priores Editiones omittunt: itaque delevi. Habent etiam MSS. *& magnae admirationis & clari exitus.* Non *magnae & admirationis.*

15. *P. Decius*] Pighius edidit *P. Decius Mus:* quem Colerus & alii ſunt ſecuti. Verum in antiquioribus typis expreſſis, & MSS. item Brand. *Mus* non apparet. Sed nec Livius, ubi eandem rem narrat, cognomen *Muris* adjecit. VORST. Recte fecit Vorſtius ejiciendo τὸ *Mus,* quod ſuperſcriptum video in ſept. Leid. cur non inſerſit etiam L. v. 6. 5? & ita ſaepe ſimpliciter apud Ciceronem; qui *Mures Decios* vocat Philip. XIII. 13. cum illos ab aliis vult diſtinguere, non ubi glorioſum hoc eorum narrat factum.

16. *Latino bello*] Quod cum Latinis geſtum, qui conſulem alterum, partemque ſenatus creari ex ſuis volebant. VORST.

17. *Et gravi & periculoſo*] *Ac periculoſo gravi* Bit. prim. & Harl. *ac periculoſo & gravi* Barb. uterque & Leid. ſec. *ac periculo gravi* Ultraj. prim. *ac periculo ſuo gravi.* Ultraj. ſec. Rhem. duo Leid. ſec. & ſext. alii tres, *ac periculoſo & gravi*, & ſic Copeſ. cum Perizon. pro *Veſuvii* nonnulli *Euſubii*, alii *Euſebi.*

18. *Utrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum devoviſſet*] Quod in priſca editione verbum *aggrederetur*, abeſt: valde probo: Et ſane addititium eſt. Nam hoc è Livio clarum devotionem hanc ita concipi ſolitam, ut ſeſe unaque hoſtes Diis manibus ſacrarent. LIPS. *Aggrederetur.* Tollit hanc vocem ſupervacuam cenſura Lipſiana. COLER. Aldus & alii ediderunt, *Utrius dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas &c.* Et mirum eſt Pighium atque Colerum hic non de mendo monuiſſe, vocemque *aggrederetur* expunxiſſe. Eſt ea omnino ſpuria: recteque abeſt ab utroque cod. Brand. &, ut Cl. Wetſtenius mihi ſignificavit, à Baſileenſi. Quod opido manifeſtum erit, ſi verba noſtri cum verbis Livii componantur. Livius VIII, 6. ita, *Utrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partiſque victoriam fore.* Quae Livii ſi integra ſunt, neque ellipſin habent: Valerii item integra erunt; ſi maxime ea quam dixi vox abſit. VORST. MS. *Dux ſuper copias hoſtium aggrederetur, ut ſeſe* &c. Forte. *Dux ſuper copias hoſtium etiam ſeſe ipſum.* Nam teſtantur Lipſius & Vorſtius antiquis codd. deeſſe *aggrederetur*, quod rectius quoque abeſt. Vide Mod. Novant. Epiſt. 54. PERIZON. *Aggrederetur* abeſt à multis noſtrorum, in quibuſdam additum eſt alia manu, in Perizon. habetur in ipſo textu, ſed linea tranſverſa inductum. Recte judicarunt Viri Eruditi eam vocem locum hic non habere. Delet quoque Klokkius.

19. *Victoriam habiturum*] Modius ex lib. Bamberg. reſtituit: *victricem abituram.* cujus ſententiam probant ea quae ſequuntur. COLER. *Victricem abituram.* Ita codices Brand. & ut Wetſtenius mihi ſignificavit, unus quoque Baſileenſis. Sed & cod. Bambergenſis, ut Modius teſtatur, Schottique, & quos magnus Gronovius inſpexit, ita habent. At typis expreſſi *victoriam habiturum:* ut id referatur ad ducem. Verum tolerari hoc non poteſt: ſuadetque ipſa συνέπεια, ut ſic, ut nunc nos edimus, legatur. Praecedit *Ex altera acie imperatorem, ex altera exercitum.* Item, *Utrius*, aciei puta, *dux ſe devoviſſet.* Quid igitur convenientius quam Valerium ſcripſiſſe, ipſam illam *aciem*, cujus dux ſe devoviſſet, *victricem abituram*? Neque dux ipſe victoriam reportare poterat, utpote victoriae nec ſuperfuturus; ſed acies cujus ille dux fuiſſet: Quod praeterea verba quoque Livii declarant, quae produximus, *Ejus populi partiſque victoriam fore.* Quod ad phraſin attinet, uſus ea noſter & infra eſt. Ut 1, 8, 5. *Romanus exercitus victor abibit.* Nepos & alii dicunt *ſuperiorem diſcedere.* VORST. Quod Modius primus emendavit *victricem abituram*, id in duodecim ego invenio membranis exſtare, ſed ita ut partim dent *habituram*, ſit etiam, qui praeferat *victo-*

poſſet averti: vel, ſi certum deorum etiam monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Convenitque inter eos, cujus cornu prius laborare coepiſſet, ut is patriae fata capite ſuo lueret: quae, [21] neutro formidante, Decium depoſcerunt.

Sequitur aeque ad publicam religionem pertinens ſomnium. Cum plebejis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium, [22] priuſquam pompa induce- 4.

Ann. urb. 256. Livius II. 36. Cic. I. divin. 22. Dionyſ. VII. 705. 706. Plutarch. Coriolano. Macrob. I. Sat. 2. Lact. II. 7. Min. Fel.

victoriam habituram. & ita, ut Wetſtenius è Baſileenſi Codice, emendabat quoque Klokkius; & ex MS. Anglicano J. Waſſe. Ind. Sall. v. *abeo.* Quid dubitemus quum Auctor noſter amarit ſic loqui? Sic L. VIII. 7. Ext. 1. *Proeliatus eſt contra rerum naturam, & quidem Victor abiit.* L. III. 2. 8. *Proelium nocte dirimente, victores ne an victi abirent incerti diſceſſerunt.*

20. *Sacrificio expiaturis, ſi poſſet averti*] Pertinent huc *depulſiones* & *procurationes*, de quibus ad principium capitis I. VORST.

21. *Neutro formidante*] Sec. Leid. *deformidante*, ſed ſext. ſept. & oct. cum utroque Duac. *reformidante. re* neglectum fuit propter praecedens *ro*.

22. *Priuſquam pompa induceretur*] In Gemblacenſi & Atrebatenſi, *priuſquam chroma induceretur* Quod vocabulum, ſi auctoris eſt ipſius, ſignificat apparatus atque ornamenta ludorum. PIGH. Verbum & ſententia ad rem Circenſem apta. tamen neſcio quid me ſiſtit & illigat vetus lectio *priuſquam croma induceretur.* neque nunc expedio. LIPS. Pighius ex Gemblacenſi & Atrebatenſi: *Priuſquam Croma introduceretur.* Verbum quidem *pompa* ad rem Circenſem & ludicram aptum, Lipſio etiam fatente. Sed ad illud *Croma* merito ſubſtitit Lipſius. & is quidem clariſſ. & doctiſſ. vir, quid id verbi ſit, nobis cogitandum reliquit. Exiſtimo igitur legendum: *Priuſquam acroama.* ipſos ludiones & perſonas fabulae vocat *acroama*, quod eos actitantes audiamus ſive auſcultemus potius. Cicero pro Sextio: *Ipſe ille maxime ludius non ſolum ſpectator, ſed & acroama.* Nota etiam acroamata convivalia ex Agellio. Cicero Verrina quarta: *Hic quaſi feſtivum acroama, ne ſine corollario de convivio diſcederet, ibidem convivis inſpectantibus, emblemata avellenda curavit.* COLER. In quibuſdam codd. pro *acroama* legitur *pompa:* itaque Aldus & alii ediderant. Pighius cum in duobus codd. reperiſſet *priuſquam chroma induci* tamen veram lectionem olfacere non potuit. Sed & Lipſio aqua hic haeſit. Pontanus autem, cum in quibuſdam codd. legi ſciret *croma*, feliciter *acroama* legendum eſſe conjecit, ipſoſque hiſtriones & fabularum actores ita dictos hic docuit. Vide Notas ejus in lib. I. cap. 11. Saturnal. Macrobii. Veterum quaedam loca quibus *acroamatum* ſit mentio, haec ſunt. Et Ciceronis quidem pro Sext. *Ipſe ille maxime ludius non ſolum ſpectator, ſed & actor & acroama.* Ubi quod *actor* & *acroama* conjunguntur, quid *acroama* ſit, facile intelligitur. Sic & Suetonius Aug. 74: *acroamata* & *hiſtriones* conjungit. Et Lampridius quoque in Alex. Sev. ipſas perſonas ſic dici ſatis declarat, quod ita ſcribit: *Nanos & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donavit.* VORST. Sic *acroama* occurrit etiam apud Nep. in Att. C. 6. *Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit quam Anagnoſten.* tamen vocem eam hic locum habere non poſſe contendo. Oſtendant, quaeſo, mihi Colerus, qui primus hanc lectionem excogitavit, & Pontanus jam tum anno U. C. CCLVI. haec *acroamata* Romae fuiſſe uſitata: cum ludorum ſcenicorum initium, idque admodum rude, ludionibus ex Etruria accitis, ſit factum anno U. C. CCCLXXXIX. cum ante Circi modo ſpectaculum fuiſſet. Confer Liv. L. II. 34. 36. & L. VII. 2. Praeterea apparet factum fuiſſe *mane*. Cicero inquit, *cum populus conſediſſet. quem conſidere ſolere*, antequam *pompa induceretur*, apparet ex Ovid. L. III. Am. El. 2. An vero jam tunc, etiam poſterioribus temporibus, illa audiebantur *acroamata*? Attende, quaeſo, etiam ad verbum *inducere*, & ſenties illud haud minus recte *pompae*, quam *acroamati* convenire. Denique *pompa* exſtat in viginti & duobus MSS. cum corruptum illud *croma*, unde *acroama* procuderunt, reperiatur in pauciſſimis. Diceret fortaſſe Colerus, *reſpexit auctor noſter tempora ſua.* Sed quid attinet errores ejus ſine cauſſa multiplicare? Itaque non praeter rem me facturum exiſtimavi, ſi antiqua lectione revocata, illepidum illud *acroama* expellerem, etſi placuerit Ruperto, atque etiam Salmaſio ad Lampridii Alexandrum Severum p. 211,

ceretur, ſervum ſuum verberibus [23] mulcatum, ſub furca ad ſupplicium egiſſet, Ti. [24] Atinio homini ex plebe Jupiter in quiete praecepit, *ut conſulibus diceret, ſibi* [25] *praeſultorem ludis Circenſibus proximis non placuiſſe.* quae res niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocre urbis periculum. Ille veritus, ne cum aliquo incommodo ſuo religione ſummum implicaret imperium, ſilentium egit. Eveſtigioque filius ejus ſubita vi morbi correptus, interiit. Ipſe etiam per quietem ab eodem deo interrogatus, *an ſatis magnam poenam neglecti imperii ſui pependiſſet*, in propoſito perſeverans, debilitate corporis [26] ſolutus eſt. ac tum demum ex conſilio amicorum, [27] lectica ad tribunal conſulum, & inde ad Senatum perlatus, ordine totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

[28] Ac

ubi dicit, ſe dubitaſſe etiam, an non legendum eſſet *cruma*, quia κρῦμα dicitur ἀντὶ τοῦ αὐλήματος. Quod quis non adſpernetur, ut nimium inſolens vocabulum?

23. *Mulcatum*] Sic reſcripſi pro *multatum.* Vide ſupra L. I. 4. 6.

24. *Latino homini ex plebe*] Is Livio, Plutarcho & Dionyſio vocatur *T. Latinus*, Macrobius Saturnalium I. cap. II. *Annium* nominat. Lactant. divin. Inſtitit. II. cap. 7. *Ti. Atinium.* Atqui correcte. Antiqua enim & plebeja eſt familia *Atinia.* PIGH. Codices tam MSS. quam typis expreſſi habebant *Latino homini ex plebe.* Verum Pighius ex Lactantio aliter legendum docuit. Eandemque lectionem ipſi quoque Livio II, 36. reſtitutam video à Gronovio. VORST. *Latino* retinent etiam noſtri omnes. Deinde aliquot habent *Conſuli.*

25. *Praeſultorem*] Gloſſae veteres: *Praeſultor* ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. COLER. Livius II, 36. *praeſultorem* vocat; modo lectio vera ſit. At Cicero I. de Div. itidem *praeſultorem* dicit. In veteribus Gloſſis *praeſultor* dicitur eſſe ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Eſtque vox à *praeſiliendo:* unde & *praeſul* ita dicitur. Hic vero vocatur ita paterfamilias qui, cum ludi in Circo exhibendi fuerunt, ſervum verberibus multatum ſub furca ad ſupplicium egit. VORST. Cur non potius intelligemus *praeſultorem ſervum ipſum* geſtus ſaltantis exhibentem, dum ſub furca caeditur? certe ſic intelligit gloſſa, quae textui inſerta erat in Heinſ. ſec.

26. *Solutus eſt*] Leid. ſec. *reſolutus eſt*, quomodo ſaepe de hac re loquuntur. Celſ. L. II. C. I. *Reſolutio nervorum, quam* παράλυσιν *Graeci vocant.* Curt. L. IV. 16. 13. *Reſolutis & torpentibus membris.* L. IX. 5. 10. *Adeoque reſolutus, ut ne ad vellendum quidem telum ſufficeret dextra.* Non ideo tamen quidquam mutaverim, eſt enim & ſimplex hac ſignificatione frequens.

27. *Lectica*] Manuſcripti duo: *lecticula.* quo magis exprimatur lectica hominis plebei. COLER. Idem ego in quinque invenio MSS.

28. *Ac ne illud quidem*] Sic ſatis frequenter in tranſitionibus uſurpat noſter particulam *ac*, etiam aliis ſaepe ita uſurpari ſolitam, vide Bentlejum ad Horat. I. Ode 18. 7. Hic tamen MSS. aliquot praeferunt *at*, cujus uſus ſimiliter eſt ſatis pervulgatus; praeſertim, ubi res habet admirationem, ut ſat multis docuit N. Heinſ. ad Ovid. Ep. Heroïd. XII. I. & ſic quoque Valerius. L. IV. I. 8. L. V. I. 4. L. V. 6. Ext. I. ut frequenter quoque apud ipſum adhibitum occurrit ſoli inſerviens exemplorum connexioni.

29. *M. Cicero*] Sumſit ex Cicerone lib. I. de Divinat. ubi neſcio quis ſaepius hoc de Cicerone ſibi narraſſe Salluſtium ait: Salluſtium, inquam, non illum Criſpum noſtrum, ſed Publium, quem admodum Ciceroni familiarem fuiſſe apparet ex ejus epiſtolis. COLER. Ipſe Cicero I. de Div. Quintum fratrem haec referentem inducit, ut qui ex ipſo fratre Marco, ſed ſaepius ex Salluſtio, non Criſpo illo, ſed Publio, cujus in epp. Ciceronis mentio fit, id audiviſſet. VORST.

30. *In villa quadam campi Atinatis*] *Atina* oppidum juxta Pontinas paludes: uti docet Servius ad illud Virgilii VII. Aen. *Atina potens, Tiburque ſuperbum.* VORST. Vide ne potius legendum ſit *Arpinatis*, eo namque Cicero

pulſus

[28] Ac ne illud quidem involvendum ſilentio. Inimicorum conſpiratione Urbe pulſus [29] M. Cicero, cum [30] in villa quadam campi Atinatis [31] deverſaretur, [32] is animo in ſomnum profuſo, per loca deſerta & invias regiones vaganti ſibi C. Marium conſulatus ornatum inſignibus putavit obvium factum: [33] & interrogantem eum, [34] *quid ita tam triſti vultu, incerto itinere ferretur:* audito deinde caſu, quo conflictabatur, comprehendiſſe dexteram ſuam, ac ſe proximo lictori [35] in monimentum ipſius deducendum tradidiſſe, quod diceret, *ibi eſſe ei* [36] *laetiorem ſtatus ſpem repoſitam:* nec aliter evenit. Nam in aede Jovis Mariana S. C. de reditu ejus eſt factum. 5.

Ann. urb. 695. Cic. divin. 1, 28.

Cic. pro Planc.

C. autem Graccho imminentis caſus atrocitas palam atque aperte [37] per quietem denuntiata eſt. Somno enim preſſus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, 6.

Ann. U. 626. cum Quaeſturam peteret. Cic. divin. 1. 22. Plutarch.

pulſus urbe conceſſit, ut ſatis conſtat ejus teſtimonio. Sic ſcribere placuit Theophilo. Sed praeterquam quod huic conjecturae nullus MSS. favet, (habent enim plerique omnes *Atinatis*. Noſter ſept. *Capinatis*. Barber. prim. *Acinatis*) diſerte de villa *Atinati* teſtatur ipſe Cic. de Divinat. Et fuit non in paterno ſuo fundo *Arpinati*, ſed in *villa aliena*, hinc dicit *quâdam*, & ipſum ibi *fuiſſe deverſatum*.

31. *Diverſaretur*] Heinſ. ſec. Remenſ. tres, cum primo Barber. & Leid. ſecundo *deverſaret*, Leid. vero ſept. *deverſaretur*. & ſic Copeſ. Dudum eſt quod obſervarunt Viri Eruditi, corrupte ſcriptum hoc vocabulum plerumque circumferri, rectiuſque *devertere*, & *deverſorium* &c. dici, quam *divertere*. Vide quos citat Cl. Burmannus ad Petron. C. 9. & ad Quintil. Inſt. Orat. L. 11. 3. & ſic Cic. in Verrem L. 1. 27. *Omnes ad eam domum, in qua iſte deverſabatur, profecti ſunt*. Itaque ſic repoſui, licet reliqui haberent, aut *diverſaret*, aut *diverſaretur*.

32. *Is animo in ſomnum profuſo*] *Is*, in manuſcriptis non habetur, & commode abeſſe poteſt. PIGH. Aldus, *Is animo in ſ. prof.* Sed Pighius pronomen expunxit; quod in MSS. id non reperiret. Abeſt quoque ab uno cod. Brand. Et commode ſane abeſſe poteſt. VORST. Non Aldus modo habet *is animo*, ſed omnes, quos vidi Aldo antiquiores, cum longe maximo MSS. etiam optimorum numero, & ſolere ita pronomen illud παρέλκειν, ſatis apparet ex iis, quae diximus ad L. 1. 1. 4. *In ſomnum profuſo*. Heinſ. ſec. *perfuſo*. *profuſo* delent duo Remenſ. unus Duac. chartaceus *pulſo*. Leid. ſec. *inſomniis*. Bit. 1. *avias* pro *invias*.

33. *Et interrogantem eum*] Commodius abeſt τὸ *&* cum MSto. PERIZON. Recte hoc admonuit Vir Cl. Abeſt certe à pleriſque omnibus MSS. nec in ulla antiqua inveni editione; primus, quod ſcio, dedit illud Rob. Stephanus. Quare abire juſſi, unde malum pedem huc intulerat. Porro Aldus habet, *interrogantem ſe*, quod ut nihilo deterius eſt, ita tamen neceſſe non eſt, quum nullius, quantum ego comperi, MSti auctoritate nitatur.

34. *Quid ita tam triſti*] Leid. ſept. *Quid tam triſti* Cic. L. 1. de Divin. 28. *Quid triſtis eſſes*. Sed recte & alterum pro *cur*. Liv. L. 11. 41. *Quid ita enim aſſumi ſocios & nomen Latinum*. Noſter L. 1. 8. ext. 18. *Quid ita ſilveſtres capreas Cretae genitas tantopere dilexerit*. L. VI. 2. Ext. 2. *Quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret interrogavit*. & prout hic, ita ſupra quoque C. 5. *Interrogavit, quid ita eo vultu eſſet*.

35. *In monimentum ipſius deducendum*] Alluſum ad aedem quam Marius dedicaverat: quae & mox *aedes Jovis Mariana* appellatur. Cicero quoque 1. de Div. ubi eadem de re agit, *monumentum Marii* vocat. Sic & III. & in Verr. *monumentum* pro ipſa aede & templo uſurpat. VORST. *Deducendum* Cod. Copeſ. & in Leid. ſept. ſic correctum eſt, atque ita Cic. loco citato. Quatuordecim alii cum Ed. Mog. exhibent *ducendum*, quod proprium de lictoribus. Sed quum hic Marius praeſidii cauſſa, vel etiam honoris, proximum ei det lictorem, praetulerim *deducendum*.

36. *Laetiorem ſtatus ſpem*] In Excerptis Gud. notatum invenio, in primo Voſſiano fuiſſe *laetioris*.

37. *Per quietem denuntiata eſt*] Voſſ. primus *nuntiata*, ſed male. Multo enim magis appoſitum

dit, dicentis ſibi, *Nulla ratione eum vitare poſſe*, [38] *ut eo fato non periret*, *quo ipſe propulſus* [39] *è Capitolio occidiſſet.* Id ex Graccho prius, quam [40] tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiverunt. [41] Coelius etiam certus Romanae hiſtoriae auctor, ſermonem de ea re ad ſuas aures illo adhuc vivo perveniſſe ſcribit.

Vincit hujuſce ſomnii dirum aſpectum, [42] quod ſequitur. Apud Actium M.

ſitum ad hanc rem eſt *denuntiare*; quod verbum eſſe minax & violentum recte docuit Broukhuſ. ad Tib. L. III. 5. 5. adde Cicer. L. II. ad Att. 23. L. III. de Orat. 36. Liv. L. III. 39. Curt. L. III. I. 6. & ſic noſter L. I. 7. Ext. 4. *ad evitandam denunciatae cladis acerbitatem.*

38. *Ut eo fato non periret*] Veteres libri, *Ne eo fato non periret.* Quo loco particula, *Ne*, ſimpliciter pro, ut, ponitur. Mox ſequitur, *Quo ipſe occidiſſet.* Plenius haec in Campenſi, Colonienſi & Wincheliano, *Quo ipſe propulſus è Capitolio occidiſſet.* PIGH. *Ut eo fato non periret.* Codicum Brand. unus, *Ne eo fato periret:* alter *ne eo fato non periret.* Quarum lectionum poſteriorem & Pighius in veteribus libris ſe repperiſſe teſtatur, ac *ne* ſimpliciter pro *ut* poſitum cenſet. Cicero in lib. I. de Div. rem ita exprimit. *Ti. fratrem viſum eſſe dicere, quam vellet, cunctaretur, tamen eodem ſibi leto, quo ipſe interiſſet, eſſe pereundum* VORST. MS. *Ne eo fato non periret.* Sic & in nonnullis invenit Pighius & in uno Vorſtius. & exponit Pighius per *ut.* PERIZON. Viginti fere MSS. conſentiunt cum Copeſ. ut etiam Ed. Mog. Leid. ſext. habet, *vitare poſſe, ne eo fato periret.* Ceterae edd. ſtant pro vulgato.

39. *E Capitolio*] Non habet haec cod. Dan. Et agnoſco annotamentum cujuſdam paedotribae. COLER. *Quo ipſe propulſus è Capitolio occidiſſet.* Codices Brand. *Quo ipſe occidiſſet.* omiſſis ceteris illis. Atque ita & Aldus ediderat. Pighius cum in tribus codd. illud *propulſus è Capitolio* reperiſſet, textui Valerii id reſtituendum putavit. At Colerus, cum nec in cod. Danielis reperiſſet, judicavit id adnotamentum eſſe, exque margine irrepſiſſe in textum: id quod & nobis videtur. VORST. *Propulſus è Capitolio.* Haec ſunt in Ed. Mog. MSS. Leid. tribus; inter quos ſept. habet in margine adſcripta alia manu: eſt etiam in ſec. Ultraj. Voſſ. prim. *pulſus è Capitolio*, in Barb. primo *à Capitolio depulſus*, Sed in margine. Copeſ. videtur ſolum *propulſus* delere. Crediderim tamen & ego cum Colero & Vorſtio, gloſſam eſſe. Vix enim convenit hoc plane ſuperfluum imagini, quam in ſomnis viderat C. Gracchus. Porro Cicero eandem hiſtoriam ex eodem referens Coelio ſcribit eam effigiem *C. Graccho Quaeſturam petenti*, dixiſſe, *Eodem ſibi leto, quo ipſe interiſſet, eſſe pereundum*, quo magis credas illud *propulſus è Capitolio* ab alio eſſe adjectum.

40. *Tribunatum in quo fraternum exitum habuit*] Duo fratres Ti. & C. Gracchi iiſdem fere de cauſis interempti ſunt; quod videl. legem agrariam ferre molirentur, urgerentque, ut ager bello captus inter omnes divideretur: & unus quidem in Capitolio, alter vero in luco Furinae trans Tiberim. Sed errat noſter, quod fraternum exitum in tribunatu eum habuiſſe ſcribit. quippe tribunatu tunc jam abierat, uti Sigonius in Comment. ad Faſtos Rom. monet. VORST. Cecidit videlicet in Tribunatus tertii petitione.

41. *Coelius item, certus hiſtoriae Rom. auctor*] Hujus mentionem & Cicero facit lib. I. de Div. Ut, ubi de ruſtico Romano agit, qui ludorum inſtaurationem faciendam dixiſſet, *Omnes hoc hiſtorici, Fabii, Gellii, ſed proxime Coelius.* Et, ubi de Graccho: *Ut ſcriptum apud eundem Coelium eſt.* Item: *Hoc antequam tribunus plebis Gracchus factus eſſet, & ſe audiviſſe ſcribit Coelius & dixiſſe multis.* Fuit autem L. Coelius Antipater; de quo Voſſius in lib. de Hiſt. Lat. VORST. *Certus* deeſt in uno Rem. & ſext. Leid. in quibuſdam alio ponitur loco, nempe *Romanae hiſtoriae certus auctor.*

42. *Quod ſequitur*] Edit. utraque mea Veneta & Mediolan. cum Aſcenſiana habent *inſequitur* ſuffragantibus duodecim MSS. An ortum illud ex compendio ſcribendi pro *nunc ſequitur*? quam particulam amat noſter in tranſitionibus. Sic L. III. 2. 8. L. IV. I. init. L. IV. I. 15. item L. IV. 7. init. L. V. 6. init.

43. *Caſſius Parmenſis*] Hujus mentionem & Horatius facit lib. I. ep. 4. tanquam inſignis Poëtae:

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.

Plinius

M. Antonii fractis opibus, [43] Caſſius Parmenſis, qui partes ejus ſecutus fuerat, Athenas confugit: ubi concubia nocte, cum ſolicitudinibus & curis, mente ſopita in lectulo jaceret, exiſtimavit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & [44] capillo demiſſo: interrogatumque, quiſnam eſſet, reſpondiſſe [45] *κακοδαίμονα*. Perterritus deinde [46] tam tetro viſu,

Ann. urb. 722. Velleius II. 88. Porphyrio & Acron.

Plinius quoque l. xxxi. c. 2. ejus epiſtolae ad M. Antonium mentionem facit, ut in qua appareat, Cydnum Ciliciae amnem podagricis mederi. VORST. Vide Torrentium ad Horat. l. c. & ad Sat. 10. L. 1. ubi cenſet diverſos fuiſſe *Caſſium Parmenſem*, & *Caſſium Etruſcum.* Neſcio an vere. Nam quod Tibullum nitidiſſimum poëtam illic comparari dicit *Caſſio Parmenſi*, cum in *Etruſco* majorem ſaltem diligentiam requirat Horatius; ſi non aperte reprehendat, in eo vereor ne ipſum ratio fugerit. Quid vetat enim ita accipere locum è Lib. 1. Ep. 4. ut ibi multitudo potius ſcriptorum ejus ſpectetur, quam elegantia ſumma cura expolita. Nec juvat quidquam, quod bellis civilibus diſtrictus fuit *Caſſius Parmenſis*, neque ideo multa ſcribere potuiſſe videatur. Quid enim non ſcribere poſſit homo, utcunque occupatus, qui

——— amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem coenatus, Etruſci
Quale fuit Caſſi rapido ferventius amni
Ingenium.

Voſſius vero de Poëtis Latinis Cap. 2. hunc noſtrum vocat *Caſſium Severum Parmenſem*, & ad eumdem refert, quae de *Etruſco* memorantur, quum tamen *Caſſius Severus* ſine dubio à *Parmenſi* fuerit diverſus, ut abunde intelligi poteſt ex iis, quae de ipſo diſputat Torrentius ad Horat. Epod. 6. & Lil. Giraldus Dial. IV. De Poëtis p. 219.

44. *Capillo demiſſo*] Rectius vetus, *capillo immiſſo*. LIPS. *Capillo demiſſo.* Lib. Daniel. *immiſſo*. Rectius. Servius ad III. Aeneid. interpretatur *immiſſam barbam neglectam & impexam.* Siſenna lib. III. hiſt. *Complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo.* Servius alibi: *Veteres non ſolum comam ornabant, ſed etiam barbam, ut nonnullas videmus ſtatuas.* Sed *immiſſos capillos* etiam Ovidius dixit Metamorph. ——— *immiſſos edera collecta capillos.* Sic enim ex veteri membrana, quae penes me eſt, jampridem emendaveram. COLER. *Squalida barba & capillo demiſſo.* Uterque codex Brandeb. *capillo immiſſo*; quomodo codicem quoque P. Danielis habere teſtatur Colerus. Eſtque lectio ea ſine dubio & vera. Virgilius III. Aen. *Dira illuvies, immiſſaque barba.* Ubi Servius: *Quidam barbam majorem, luctus indicium à Virgilio poſitum reprehendunt, cum heroës non fuerint ſoliti tondere barbam.* Donatus autem: *Immiſſa, ultra modum grandis.* Et Nonius: *Immittere, dimittere ad prolixitatem.* Lucilius lib. XXX. *Neque barbam immiſeris iſtam.* Ex quibus apparet, veteres dixiſſe *immittere barbam* pro *promittere.* VORST. *Immiſſo* habet etiam unus Rem. cum primo Bitur. & Leid. quinto, & Ed. R. Stephani. Ceteri cum editis tuentur vulgatum, quomodo *tunicas demiſſas* pro longioribus dicit Propert. L. IV. 2. 38. *Immiſſo* tamen praetulerim. Ovid. L. I. Triſt. 3. 89.

Egredior (ſive illud erat ſine funere ferri)
Squallidus immiſſis hirta per ora comis.

Copulam *&* ante *capillo* delet Ultraj. prim.

45. *Κακοδαίμονα*] Legendum eſſe *κακὸν δαίμονα* ſentio cum Mitallerio. *κακοδαίμων* enim non ipſe malus Genius dicitur, ſed qui à malo genio exagitatur. Sic ille Bruti: *ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαίμων κακός.* COLER. Ed. Mog. ut & Veneta 1485. Vacuo ſpatio relicto vocem hanc prorſus omittunt cum multis MSS. in quorum aliis corruptiſſime ſcripta exhibetur. In Leid. quinto, aſſequi fere poſſis id quod editur, in ſept. adſcriptum eſt marg. literis Graecis, ΚΑΚΟΔΗΜΟΝΑ quod Latinis ſuperſcriptis exponitur. In ſexto, eſt *Cacodemona*, in Perizon. *Cacodemon.* in marg. *malus genius*. in Harlem. & in Copeſ. *Caconiaſmona*, quod vides proxime accedere ad Mitallerii *κακὸν δαίμονα*, ut corrigendum putat conſentiente Colero, dum opinatur hic intelligi *malum* ejus *Genium*. Sed alicui non minus ſpecies haec foeda ac dira, videri poſſit, etiamſi intelligatur *ἄθλιος καὶ θεῷ ἐπαχθής*, ut explicant hanc vocem Heſychius & Suidas: non minus ominoſa, quam *τὸ κακοβασιλέα*, quod adeo averſabatur Pompejus L. 1. 5. 7. Eſt tamen, ut verum fatear, potius Genii, quam hominis deſcriptio. Nam & ſic Flor. IV. 7. *Atram imaginem* tribuit *Genio Bruti*, & Plutarch. in Bruto p. 1000. *Δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκφύλου σώματος καὶ φοβεροῦ.* & vel ipſa illa *ingens magnitudo* quam

ſu, & nomine horrendo, ſervos inclamavit: [47] ſciſcitatuſque eſt, *ſiquem talis habitus*, *aut intrantem cubiculum*, *aut exeuntem vidiſſent*. Quibus affirmantibus *neminem illuc acceſſiſſe*, iterum quieti & ſomno ſe dedit: atque eadem [48] animo ejus obverſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen introferri juſſit, [49] pueroſque à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem & ſupplicium capitis, quo eum Caeſar affecit, [50] paulum admodum temporis interceſſit.

8. [51] Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis [52] Aterii Rufi, equitis Romani, ſomnium [53] certo eventu admonitum eſt: qui cum [54] gladiatorium munus Syracuſis ederetur, [55] inter quietem retiarii ſe manu confodi vidit: idque poſtero die in ſpectaculo conſeſſoribus narravit. Incidit deinde ut [56] proximo ab equite

noſter ei adſcribit, indicat aliquid plus quam humanum. Ut & ego fere aſſentiar Mitallerio. Nam quod H. Stephanus in Theſauro ait: *κακοδαίμονα* etiam exponi per *Malum genium*, id fortaſſe natum eſt ex hoc loco; voluiſſem certe aliquo ex vetuſto Auctore prolato loco hunc illius vocabuli uſum oſtendiſſet.

46. *Tam tetro*] Copeſ. Ultraj. uterque, uterque etiam Heinſ. cum ſeptem Leid. uno Bitur. duobus Barb. & uno Rem. delent *tam*, quod etiam non eſt in Ed. Mogunt. Copeſ. pro *horrendo* habet *horrido*.

47. *Sciſcitatus eſt*, *ſiquem talis habitus*] Notavit Pighius in margine, aliam lectionem eſſe *an quem*. Verum *ſiquem* ſine dubio recte ſe habet. Et habent quoque ita codd. Brandeb. *Si* pro *an* in auctoribus non rarum eſt. Terentius: *Viſam*, *ſi domi eſt*. Vide & Vechneri Hellenol. p. 209. VORST. *An quem*, neque in Edd. inveni, neque in ſcriptis. Sed mox *iterum ſe quieti & ſomno dedit*, hoc ordine verba exhibentur in Ed. Mog. & tredecim MSS. Heinſ. ſec. & unus Rem. *ſe & quieti & ſomno*.

48. *Animo ejus obverſata eſt ſpecies*] Edit. Mog. cum ſec. Ultraj. & tribus Rem. *obſervata*. male. Frequens enim alterum de Somniis. Suet. in Aug. C. 94. *Affirmavit ipſum eſſe*, *cujus imago ſecundum quietem ſibi obverſata ſit*. Liv. L. II. 36. *Aegro animi eadem illa in ſomnis obverſata ſpecies viſa rogare*.

49. *Pueros à ſe diſcedere vetuit*] Quos ante *ſervos*, nunc *pueros* dicit. Ex quo apparet, Latinum *puer* eodem fere modo quo Graecum *παῖς*, non tantum aetatis, ſed & ſtatus vocabulum eſſe. Notum quoque illud poëtae, *Perſicos odi*, *puer*, *apparatus*. VORST.

50. *Parvulum admodum tempus acceſſit*] In manuſcriptis pleriſque, *Paululum admodum temporis interceſſit*. PIGH. *Paululum admodum temporis interceſſit*. Sic Pighius è codd. MSS. Et habent quoque ita codd. Brand. Aldus ediderat *Parvulum admodum tempus acceſſit*. VORST. Non Aldus dedit primus *parvulum admodum tempus acceſſit*, ſed ita jam exſtabat in Ed. Ven. 1478. 1485. & Mediol. Secutus etiam eſt Aſcenſius & R. Stephanus cum Colinaeo & Gryphiis. Ed. Mog. habet, *parvulum admodum temporis interceſſit*. Quomodo eſt in Ultraj. primo. trib. Rem. & duobus âliis. Ceteri fere, *parvulum admodum tempus interceſſit*. Quod cum etiam in Cop. obſervaſſet Perizon. quaſi comprobans adſcripſit. Sic infra Ext. 5. *parvulum argumentum*. Et quid dubites, an hoc ſit Valerii, quum etiam L. VI. 2. 10. dicat. *Carbonis quoque ira*, *quia materiam ſaeviendi perquam exiguam habebat*, *parvulum vitae tempus ablatura*, *in ſe ipſa collapſa eſt*.

51. *Propioribus lineis*, *ut ita dicam ſomnium certo eventu admonitum eſt*] Dixi vere in II. Electorum nuper, legendum *admotum eſt*, metaphora à Circo ut alibi clare dicam. LIPS. *Propioribus*, *ut ita dicam*, *lineis*. Id eſt, propioribus ſpatiis; metaphora ducta à ſtadio. Primae & *propiores lineae* ſunt unde initium curſus capiebatur: longinquae & ultimae, quae curſum finiebant. Donatus in Eun. Ter. *An ſic dixit* extrema linea, *quemadmodum dicitur longis lineis quid fieri*, *id eſt*, *de longinquo*. Vide Salmaſii Exercitat. in Solin. p. 922. VORST.

52. *Aterii Rufi*] Duo Rem. *Artorii*. Leid. ſec. *Artei Rufi*. Cop. *Aterii Ruffi*. Leid. quint. *Haturii*, ſed corr. *Haterii*, ſept. *Haterii*, ſed in Marg. *Haturii*, ſext. *Atterii*. Ult. prim. *Anterii*. Ed. Ven. utraque *Atterii Ruffi*, Mediol. *Atteriti Ruffi* Ald. & reliqui *Atterii Rufi*.

53. *Certo eventu admonitum eſt*] Id eſt, indubitata

te loco, [57] retiarius cum mirmillone introduceretur. cujus cum faciem vidiſſet, [58] idem dixit, *ab illo ſe retiario trucidari putaſſe*, protinuſque inde diſcedere voluit. Illi ſermone ſuo metu ejus diſcuſſo, cauſſam exitii miſero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulſo mirmillone & [59] abjecto, dum jacentem ferire conatur, [60] trajectum gladio Aterium interemit.

Externa.

Annibalis quoque ut deteſtandum Romano ſanguini, ita certae praedictionis ſomnium, cujus non vigiliae tantum, ſed etiam ipſa quies hoſtilis imperio noſtro I. Ann. urb. 534. Livius XXI. 22. Cic. Divin. I. 24. Polyb. ut fabulam irridet.

bitata morte completum. Sed pro *admonitum* Lipſius legendum cenſet *admotum*; & metaphoram ductam eſſe à lineis Circenſibus. Vide lib. II. Elect. c. II. Ubi & verba Senecae ex ejus epiſt. I. citat iſta: *Nunc incredibilis curſus apparet, ſive quia admoveri lineas ſentio, ſive quia attendere coepi & computare damnum meum.* Atque ea Lipſii conjectura vehementer & Gronovio placet; ut idem literis ad me teſtatus eſt. Itidemque monet *eventu* eſſe pro *eventui*; niſi & ſic fingere malis. Certe declinationis quartae caſus tertius in U apud veteres non infrequens eſt. VORST. *Admotum* conjecit etiam Barthius. Intricatam locutionem dicit Lipſius *admoneri lineis propioribus*. Sed cur magis intricatum hoc quam *amare extrema linea*, quod ut Salmaſius explicat Excert. in Solin. p. 648. Ed. Ultr. de longinquo amare, ut qui amicam tantum videat, ita hic *propioribus lineis admoneri* accipi poteſt, *è propinquo admoneri*, cum reſpectu temporis; quoniam ſomnium poſtero die eventu confirmatum eſt; cum inter *noctem ſomnii & ſupplicium capitis Caſſii Parmenſis parvulum* tamen *tempus interceſſiſſet*: tum etiam quod magis clare & diſtincte, & magis adeo ex propinquo, ipſi videndum praebuit, cujus manu eſſet interiturus. Quod vero *ſomnium* dicit *admonitum*, non ipſum *admonitum ſomnio*, id Valerii oſtendit ſtilum amantis adjuncta pro ſubjectis ponere. Certe *admotum* in nullo nec ſcripto nec edito codice reperio; & quamquam ſciam ſubſtantiva quartae declinationis in tertio caſu ſaepe in *u* deſinere, tamen id eſt praeter morem Valerii. & ſic *ſomnos monitos* eleganter dici docet, & hinc *admotum* Lipſii improbat Nic. Heinſ. ad Ovid. L. XIII. Metam. v. 216. Pro *eventu* ſec. & quint Leid. *adventu*. item Heinſ. ſec. Harl. *certo admonitu eventum eſt*.

54. *Gladiatorium munus*] Genus ſpectaculi & ludi; ſed admodum calamitoſum; utpote quod multa hominum milla abſumpſit. Dicebatur autem *munus*, quod ambitioſa liberalitate maximiſque ſumptibus edi ſoleret: vel quod ad officium ſeu munus, quod mortuis deberetur, pertinere credebatur. In honorem quippe mortuorum edi ſolebat. VORST. Barb. prim. cum Copeſ. & Perizon. *Gladiatorum*. mox *in ſpectaculo* delet Voſſ. prim. cum Copeſiano. *in ſpectaculum ſeſſoribus*. Leid. quint. *cum ſeſſoribus* Heinſ. ſec. & ſic fuerat in Leid. ſept. in quo correctum eſt. Recte vero, *narrat conſeſſoribus*, quod de ſpectaculo proprium Cic. ad Att. L. II. Ep. 15. *praeclarum ſpectaculum mihi propono, modo te conſeſſore ſpectare liceat.*

55. *Inter quietem vidit*] Vide quam orationem variet. Supra dixit *in quiete* & *per quietem*. Et ipſum *inter quietem* nihil aliud eſt quam *in quiete, in ſomno.* Siquidem *inter* ſaepe idem eſt quod *in:* ut lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 223. oſtendimus. VORST.

56. *Proximo ab equite loco*] Miror quid commentatori Batavo in mentem venerit, qui edidit. *Incidit deinde ut proximo ab equitum loco retiarius &c.* Sed haec & pleraque alia ἀκυρίαν & ſtuporem Editoris arguunt, qui tanti non eſt, ut caſtigari debeat. GUDIUS.

57. *Retiarius cum mirmillone*] Duo genera gladiatorum erant. *Retiarii* ita docti factique, ut arte quadam collectum ſuſpenſumque dextra manu rete in adverſarii caput jacerent; &, ſi erraſſent, effuſe fugerent, donec forte iterum rete collegiſſent. Tridens ſive fuſcina illis pro gladio: cetera inermes & in ſola tunica. At *mirmillones* toti in armis erant: veneruntque è Gallia. Feſtus: *Retiario pugnanti adverſus mirmillonem cantatur: Non te peto, piſcem peto. quid me fugis Galle? quia mirmillonicum genus armaturae Gallicum eſt, ipſique mirmillones ante Galli*

appel-

ſtro fuit. Hauſit enim propoſito & votis ſuis convenientem imaginem, exiſtimavitque miſſum ſibi ab Jove mortali ſpecie excelſiorem juvenem, invadendae Italiae ducem: cujus monitu [61] primo veſtigia nullam in partem motis ſecutus oculis, mox humani ingenii prona voluntate [62] vetita ſcrutandi pone reſpiciens, animadvertit immenſae magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne quicquid obvium fuerat, proterentem: [63] poſtque eam magno cum coeli fragore erumpentes nimbos, lucemque caliginoſis involutam tenebris. Attonitus deinde, *quidnam eſſet monſtri*, & *quid portenderet* interrogavit. [64] Hic dux: *Italiae vides*, inquit, *vaſtitatem?* [65] *proinde ſile*, & *cetera tacitis permitte fatis.*

2. Quam bene Macedoniae Rex Alexander per quietem viſa imagine praemonitus erat, ut vitae ſuae cuſtos eſſet diligentior, ſi eum cavendi etiam periculi con-

appellabantur; *in quorum galeis piſcis effigies inerat*. Vide & Lipſium II, 10. Saturnal. VORST.

58. *Idem dixit*] Heinſ. prim. *Eidem*. Lipſ. Lib. II. Saturn. C. 8. legit *iiſdem*. Quod notarat Perizon. Sed non videtur neceſſe. Pro *Mirmillone* Leid. ſext. & Ultraj. prim. *Mirmilone*, Heinſ. prim. *Murmulione*. & ita in Voſſ. prim. utroque Barber. ut prius fuerat in Heinſ. ſec. *Mirmilione* Leid. quint. & Perizon.

59. *Abjecto*] Id eſt, victo, ſuperato, ut ſupra. Sic & infra III, 2, ext. 5. *Fortis & animoſa civitas Spartana jacet armis noſtris abjecta*. VORST. Ita noſter L. I. 5. I. *Inclytaeque victoriae decus modo abjectae urbis ruinis infundi*. Vide & L. V, 6. in fine.

60. *Trajectum*] Heinſ. ſec. cum Voſſ. primo *transjectum*. Quod in Venetis, Ald. aliiſque antiquis eſt Editionibus.

61. *Primo veſtigia nullam in partem ſecutis oculis*] Obſcurus & mancus eſt ſenſus ejus loci, qui mihi quidem ex Campenſis exemplaris ſcholiolis interlinearibus reſtitui poſſe videtur. Annotatum enim ſupra, *nullam in partem*, ſic, ſupple *motis*. Inde in conjecturam venio vocabulum hoc ſolum deſiderari. Quare ſi hoc modo legamus, *Primo veſtigia nullam in partem motis ſequutus oculis*, ſententia erit integra, & manifeſta, atque etiam Livianae narrationi conveniens. qui rem eandem ita perſequitur. *Proinde ſequeretur, neque uſquam à ſe deflecteret oculos, pavidum primo nuſquam circumſpicientem, aut reſpicientem ſequutum.* Hoc eſt, ut Valerius ait, *nullam in partem motis oculis ſecutus*. PIGH. *Cujus monitu primo veſtigia nullam in partem motis ſecutus oculis. Motis* ab omnibus codd. abeſt. At Pighius quod in aliquo cod. ſupra voces *nullam in partem* illud ſcriptum reperiſſet, conjecit idem excidiſſe, Valerioque reſtituendum eſſe. Livii lib. XXI. verba ſic habent: *Fama eſt in quiete viſum ab eo juvenem divina ſpecie qui ſe ab Jove diceret ducem in Italiam Annibali miſſum: proinde ſequeretur neque uſquam à ſe deflecteret oculos.* Utitur Livius phraſi *nuſquam oculos deflectere.* Ad cujus verba quoniam alludere ſolet noſter, deeſt fortaſſe in verbis Valerii vox *deflexis*, legendumque *nullam in partem deflexis ſecutus oculis*. VORST. *Motis* abeſt etiam ab omnibus noſtris MSS. Leid. quint. *veſtigio*. Med. quint. *ſecuturis*. quart. *ſecutus*, cum Leid. quinto; quomodo correctum etiam erat in Perizon. Ceteri cum Editis. *Cujus monitu primo veſtigia nullam in partem ſecutis oculis.* E quibus ut nullam commodam ſententiam exſculpſeris, ita quoque dubito, an omnes aeque probaturi ſint Pighii factum, qui vocabulum *motis* ex Campenſis exemplaris ſcholiolis interlinearibus recepit in contextum, quamvis ſic integra & aperta videatur ſententia. Nam Vorſtii *deflexis*, vel etiam ſimplex *flexis* non minus huc quadrat, & excidiſſe potuit facilius propter convenientiam cum τὸ *ſecutis*. *motis* poteſt eſſe gloſſa τοῦ *flexis*, quoniam inter gloſſas eſt additum.

62. *Vetita ſcrutandi*] Imitatio Salluſtiana: *more humani ingenii, cupido ignara viſundi animum vortit.* Sic & Petronius: *Vitio gentis humanae concupiit ſcire, quis aut quid faceret.* COLER.

63. *Poſtque eam*] Scil. *Serpentem* MS. *Poſt eum*. paulo poſt. *Et quid portenderet*. PERIZON. *Eam* quoque Heinſ. ſec. & Harl. *Poſt eum* Ultraj. prim. *Et quid*, Ed. Mog. utraque Ven. Mediol. Aſcenſii, MSS. ſex Leidd. Perizon. uterque Ultraj. Heinſ. & Barb. uterque, Bitur. prim. *Et quid protenderet.* Guyetus probabat

et-

conſilio fortuna inſtruere voluiſſet! Namque [66] Caſſandri peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognovit, quam exitu ſenſit. [67] exiſtimavit enim ab illo ſe interfici, cum eum nunquam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquam in conſpectum veniſſet, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium eſſe cognovit, adjecto verſu Graeco, qui fidem ſomniorum elevat, [68] praeparati jam adverſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, [69] ſuſpicionem animo repulit.

Longe indulgentius dii in poëta Simonide, [70] cujus ſalutarem inter quietem admonitionem conſilii firmitate roboraverunt. Is enim cum ad littus navem appuliſſet, [71] inhumatumque corpus jacens ſepulturae mandaſſet, [72] admonitus ab eo, ne proximo die navigaret, in terra remanſit. Qui inde ſolverant, fluctibus 3. Cic. divin. I. 27.

& quid. recte. Duo enim rogat, *Quidnam eſſet monſtri*; *Et quid portenderet?* Ut apud Liv. L. XXI. 22. *Quae moles ea, quidve prodigii eſſet.* Duo Cod: *Et quid portentum diceret.* Gloſſam agnoſcis.

64. *Hic dux*] Quam pulcre in Ed. Thyſiana haec illuſtrantur! *Qui apparuerat ei prius, ut Juvenis divina ſpecie.* Tu *hic* expone *tunc*, *poſt eam interrogationem* cum Cl. P. Burmanno ad Phaed. L. I. 14.

65. *Proinde ſile, & cetera tacitis permitte fatis*] In MS. deſideratur τὸ *tacitis*. Si retinendum, malim *tacitus*. PERIZON. Non favent MSS. qui conſtanter retinent *tacitis*, hoc eſt, *quae ſe non aperiant*, quae volunt *in occulto eſſe*, quomodo Liv. dicit *ſineretque fata in occulto eſſe*. quomodo paſſim hoc vocabulum ſolet accipi.

66. *Caſſandri peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognovit*] Tum cum Caſſander, filius Antipatri, adhuc in Macedonia eſſet, necdum cum fratribus Philippo & Jolla regi Alexandro miniſtraret. VORST.

67. *Exiſtimavit enim ab illo ſe interfici, cum eum nunquam vidiſſet.*] Haec omnia omittit Cod. Copeſianus; ſed non alio adſtipulante. Heinſ. ſec. *Interpoſito demum tempore.* Quatuor alii, *in conſpectu*, cum antiquiſſimis Edit. Mog. & Venetis. Item *venit* pro *veniſſet* MSS. pluſquam viginti, & Ed. Mog.

68. *Praeparati adverſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur*] Juſtinus XII, 14. *Igitur ad occupandum regem, Caſſandrum filium dato veneno ſubornat*, Antipater puta. *Adverſus caput* eſt pro adverſus vitam. Nam *caput* ſaepe idem quod vita. Ut in phraſibus *capitis damnari*, *capite plecti* Deinde *veneficium* ipſum hic venenum eſt: à qua voce & originem traxit. Fuit autem aqua Stygis è Graecia apportata, & quidem in ungula, ut ex aliis notum. VORST.

69. *Suſpicionem animo repulit.*] Ed. Mog. *retulit*, cum MSS. ſec. quint. & ſext. Leid. utriſque Heinſ. Ultraj. & Barb. Harl. atque etiam Copeſiano. in Leid. ſept. *repulit*, al' *retulit*. Bit. prim. *tulit ac repulit.* Quod vero Vorſtius *veneficium* hic accipit pro *ipſo veneno*, id quo alio loco probaverit? Certe enim commode poſſis explicare inſidias praeparatas adverſus caput ejus ad ipſum veneno è medio tollendum. Quomodo *praeparatas inſidias* dicit Curt. L. VI. 7. 31.

70. *Cujus ſalutarem*] Malim *cui ſalutarem inter quietem admonitionem*. GUDIUS. Invitis MSS. & praeter neceſſitatem. pro *appuliſſet* habet Copeſ. *applicuiſſet*.

71. *Inhumatumque corpus jacens*] An ſcribendum *inhumatumque jacentis corpus?* GUYET. Omnino non; ſiquid video. Sic L. I. 7. 9. *Eo, interfectus & inſepultus jacens, contectus eſt.* Cic. de Divin. L. II. 69. *Is cum eſſet projectus inhumatus, ab omnibuſque deſertus jaceret.* Auctiores vero hic ſunt MSS. Rem. tres cum primo Bit. & Voſſ. hoc modo. *Inhumatumque corpus jacens reperiſſet, & id ſepulturae mandaſſet.* Quod eſt etiam in Marg. Leid. ſept. Leid. ſext. *Inhumatumque corpus terrae jacens:* & ſic mox iidem Codd. *Admonitus ab eo per ſomnum ne proximo die navigaret*; quae procul dubio ſunt ab interpolatoris manu, quemadmodum etiam quod habet Heinſ. ſec. *Qui inde ſolverant naves ſuas.*

72. *Admonitus ab eo*] Inhumato corpore puta, quod ſepulturae mandaverat. Et *admonitus* quidem *inter quietem*, ſive in ſomno. Ante enim *ſalutarem inter quietem admonitionem* dixit. VORST.

ctibus & procellis in conſpectu ejus obruti ſunt. Ipſe laetatus eſt, quod [73] vitam ſuam ſomnio, quam navi credere maluiſſet. [74] Memor autem beneficii, elegantiſſimo carmine aeternitati conſecravit, melius illi & diuturnius in animis hominum ſepulcrum conſtituens, quam [75] in deſertis arenis & ignotis ſtruxerat.

4. Efficax & illa quietis imago, quae Croeſi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam [76] è duobus filiis, & ingenti agilitate, & corporis dotibus praeſtantiorem, imperiique [77] ſucceſſioni deſtinatum Atym, [78] exiſtimavit ferro ſibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam denuntiatae cladis acerbitatem pertinebat, [79] nulla ex parte patria cura ceſſavit avertere. Solitus erat juvenis ad bella gerenda mitti: domi [80] retentus eſt. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum: id quoque amoveri juſſit. Gladio cinctis comitibus utebatur: vetiti ſunt propius accedere.

Herod. I. C. 34. 46. Excerpta Diodori Sic. Valeſii p. 238.

VORST. Et ſic *Monere* eleganter dicuntur Oracula & Vates futura canentes. Vide Broukh. ad Tib. L. I. 7. 56. & Burman. ad Val. Flacc. L. I. 29. Sed praecipue etiam de ſomniis. Vide Broukhuſ. ad Tibul. L. III. 4. 12.

73. *Vitam ſuam ſomnio*] *Suam* ex MS. Angl. delet J. Waſſe Ind. Saluſt. in v. *credere*. & ſic dedit Aſcenſius.

74. *Memor autem beneficii elegantiſſimo eum carmine aeternitati conſecravit*] *Eum* ex vetuſtis editionibus habent Gryph. & R. Steph. MStorum vero, quantum novi, nullus. Quod Thyſ. dedit *eam*, id denuo ipſi debemus. Hinc vero Guyetus notabat, an ſcribendum *Elegantiſſimo hominem carmine aeternitati conſecravit? Eum* enim ſeu *eam* ex compendio *hoem* factum fuiſſe ei videtur. Gudius vero emendabat, *memoriam beneficii elegantiſſimo carmine aeternitati conſecravit*. haud male. Sed pronomen commode poteſt abeſſe. Vide Lib. III. 7. I. & J. Fr. Gron. ad Liv. L. XL. 27.

75. *In deſertis arenis ſtruxerat*] Auctior priſca ſcriptura, *deſertis & ignotis arenis*. LIPS. *Deſertis arenis*. Auctior verbo lib. Dan. *in deſertis & ignotis arenis*. Virgilius v. Aeneid.

Nudus in ignota Palinure jacebis arena.

Ubi Servius *ignotam arenam peregrinam, ante non viſam* interpretatur. Hoc Simonidis ſomnium Cicero crebro à Stoicis ait commemorari. Simile aliquid de Simonide memini me legiſſe apud Phaedrum fabulatorem. COLER. *Quam in deſertis arenis ſtruxerat*. Lib. Danielis, ut Colerus teſtatur, *in deſertis & ignotis arenis*. Atque ita prorſus codices quoque Brand. habent. Virgilius v. Aen.

Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

Ubi Servius *ignotam arenam*, peregrinam & ante non viſam interpretatur. Rurſus II. Aen.

Illum expirantem ſocii atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt.

VORST. Sic igitur cum haberent & ſcripti & Editi ante Pighium omnes, & de MSS. Baſil. idem etiam teſtetur Klokkius, reſtitui illa *& ignotis* auctori noſtro. Ceterum dignus eſt qui conferatur cum hoc exemplo Horat. Lib. I. Ode 28. pro *ſtruxerat*. Harl. *inſtruxerat*. cum quint. Leid. *conſtruxerat* tres Rem.

76. *Ex duobus filiis & ingenti agilitate & corporis dotibus praeſtantiorem*] Ita quidem codices ad unum omnes habent. Sed legendum tamen ſine dubio *ingenii agilitate*, ut veriſſime conjecit, meque monuit, maximorum in his literis meritorum Jo. Fred. Gronovius. VORST. *Et ingenti agilitate & corporis dotibus praeſtantiorem*. Friget aliquid. Quis non videt legendum invitis MStis omnibus *& ingenii agilitate*, ſeu mavis, *habilitate*. Commendabatur ille tam ab ingenio, quam à corpore. Jta apud Curt. L. X. 5. *Ingentes profecto dotes erant*, legendum eſt, *Ingenii profecto dotes erant*. Nam ut apud Valerium *ingenium* & *corpus*, ita apud Curtium *ingenium* & *natura* inter ſe opponuntur. Recte itaque hoc loco Curtium emendarunt Acidalius & Tan. Faber Ep. 56. ad Lud. Fabricium. Ita de Jugurtha Saluſt. C. 6. *Jugurtha, ubi primum adolevit pollens facie decora, viribus, ſed multo maxi-*

re. Neceſſitas tamen aditum luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis culta, [81] crebra cum agreſtium ſtrage vaſtaret, inuſitatoque malo regium imploratum eſſet auxilium: filius à patre extorſit, ut ad eum opprimendum mitteretur; eo quidem facilius, [82] quod non dentis, ſed ferri ſaevitia in metu reponebatur. Verum dum acri ſtudio interficiendi ſuem omnes ſunt intenti, pertinax caſus imminentis violentiae, lanceam petendae ferae gratia miſſam, in eum detorſit, & quidem eam potiſſimum dexteram nefariae caedis crimine voluit aſpergi, cui tutela filii à patre mandata erat: [83] quamque Croeſus imprudentis homicidii ſanguine violatam, hoſpitales veritus deos, ſupplicem ſacrificio expiaverat.

Nec Cyrus quidem ſuperior invictae fatorum neceſſitatis parvulum argumentum eſt; cujus ortus ad imperium totius Aſiae ſpectantis, maternus avus Aſtyages, 5. Herod. I. 107. 108. 109. Aelian. V. H. XII. 47.

maxime ingenio validus. Ingenii agilitas ut Saluſt. Jug. C. 7. *Ingenii ſollertia*, cui contrarium apud Cic. *ingenii tarditas*, & *celeritas*, de clar. orat. & *ingeniorum ſolertia* apud Vitruv. Lib. VII. init. Sic L. VII. I. I. *Adjecit animi rariſſimas dotes & corporis vires.* GUDIUS. Perizon. in marg. notavit, lege *ingenii* cum Gronovio. vix dubito, quin vera ſit emendatio, etſi nullo confirmetur MSto. *agilitas*, quia ad corporis dotes referri ſolet, Aſcenſius ſupplendum judicavit τὸ *dotibus corporis*, ſcil. *ceteris.*

77. *Succeſſioni deſtinatum*] Voſſ. & Barb. & Ultraj. primi *ſucceſſione.* mox decem MSS. *ad evitandum.*

78. *Exiſtimavit ferro ſibi ereptum*] Per quietem puta, ſeu in ſomno. Infra hoc ipſo cap. *Quietis temporibus exiſtimaverat.* VORST.

79. *Nulla ex parte patria cura ceſſavit avertere*] Omnes codd. habent *avertere.* Sed ea tamen vox huic loco non ſatis congruere videtur. Praecedit enim, *Quicquid ad evitandam denuntiatae cladis acerbitatem pertinebat.* Ipſa denuntiatae cladis acerbitas avertenda utique fuit. Verum, quod ad denuntiatae cladis acerbitatem evitandam pertinebat, id non avertendum, ſed potius omni modo amplectendum erat. Quid ſi igitur pro *avertere* legatur *intermittere*, aut ſimile quippiam? VORST. Male hunc locum ſollicitavit Vorſtius. Senſus eſt, omne quod pertinebat ad evitandam acerbitatem, qua mors arceſſi poteſt, non ceſſavit illud avertere, ſic bellum pertinebat ad evitandam mortem, ergo bello abſtinere juſſit. Periculum erat à gladio cinctis comitibus, ergo & illos avertit ab eo, & propius accedere vetuit. PERIZON.

80. *Retentus eſt*] Variant MSS. & editi. *detentus eſt* invenio in aliquot utriuſque generis. Paulo poſt unus atque item alter delent *propius.*

81. *Crebra cum agreſtium ſtrage*] Pighius & alii ediderunt *& crebra cum agreſtium ſtrage.* Verum vocula *&* nihil hic opus. Neque exſtat in MSS. Brand. Imo nec in antiquioribus typis expreſſis. VORST. *Et* ſolus habet R. Stephanus.

82. *Quod non dentis, ſed ferri ſaevitia in metu reponebatur*] Klokkius legebat. *Quod non in dentis, ſed ferri ſaevitiâ metus reponebatur.* Exiſtimavit ergo dictum eſſe ut *Reponere ſpem, fiduciam in aliqua re.* De quo Vide Cl. Burmannum ad Vellej. L. II. 112. Mihi contra retinenda videtur omnium Codd. ſcriptura, & dictum eſſe, ut *reponere aliquam rem in beneficio, ponere in crimine, in fraude Capitale*, id eſt, *beneficium, crimen exiſtimare, pro beneficio habere*, ita *ſaevitiam ferri reponere in metu*, erit *ſaevitiam ferri metuendam exiſtimare.* vel *metuere ferri ſaevitiam.* ut Lib. VII. 2. 6. *Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur.* i. e. Romanam prudentiam ſilentio tranſmiſſam admiremur.

83. *Quamquam Croeſus*] V. c. *Quam quidem Croeſus.* Et deinde: *Sacrificio expiaverat.* In v. *expiavit*, melius. PIGH. *Quam quidem Croeſus.* Ita Pigh. ex veteri Cod. Aldus ediderat *quamque Croeſus.* Quomodo & Brand. Codd. habent. Intelligit autem *eam dexteram, quam nefariae caedis crimine aſperſam* dixerat, id eſt, *Adraſti*, cui cura filii mandata à Croeſo fuerat. VORST. Videtur Pighius hoc ita capere, qua-

ſi

ages, [84] duos praenuntios ſomnii fruſtra diſcutere tentavit. Mandanen filiam ſuam, quod in quiete viderat [85] urina ejus omnes Aſiaticas gentes inundaſſe, non Medorum excellentiſſimo, ne in ejus familiam regni decus transferretur, ſed [86] Perſarum modicae fortunae viro collocando: [87] natumque Cyrum exponi jubendo: quia ſimiliter quietis temporibus exiſtimaverat, genitali parte Mandanes enatam vitem eouſque creviſſe, donec cunctas dominationis ſuae partes inumbraret. Sed fruſtratus eſt ſe ipſe, nepotis felicitatem, coeleſtium judicio deſtinatam, humanis conſiliis impedire conando.

Juſtin. I. 4. V. Rupert. ad Reineſ. p. 193.

6. Intra privatum autem habitum Dionyſio Syracuſano adhuc ſe continente, [88] Himerae, quaedam non obſcuri generis femina, inter quietem opinione ſua coelum conſcendit, [89] atque ibidem deorum omnium luſtratis ſedibus, animadvertit praevalentem virum flavi coloris, [90] lentiginoſi oris, ferreis catenis vin-

ſi Croeſus poſt caedem filii ſui *expiaverit manum violatam imprudentis homicidii ſanguine*, quam enim aliam ob cauſſam, *quamque* quod & ſcripti habebant & editi, mutavit in *quam quidem*, & *violavit* in *violarat*, etiam praeter Codd. fidem, quorum unus habet *violaret*, puta pro *violarat*. & ſane ante ſupplicem imprudentem fratris caede impuras manus habentem expiaverat Adraſtum. Hic vero poſt necem Atyos ſuper buſtum ejus ſe interfecit, ut liquet ex Herodoto. Itaque repoſui quod erat verum. Pro *imprudentis*, duo Leid. duo Rem. Voſſ. prim. cum Harl. *impudentis*. tres *ſupplici*, vel *ſupplice*.

84. *Duos praenuntios ſomnii*] In vet. *diis praenuntios*. Ego vellem, *deos praenuntios ſomniis*. LIPS. *Duos praenuntios*. Legit ex quodam manuſcripto Cl. & eruditiſſ. Bongarſius, notis ad Juſtinum: *duo praenuncia ſomnia*. Juſtus vero Lipſius: *Deos praenuncios ſomniis*. Magis arridet lectio Bongarſii. COLER. *Cujus ortus duos praenuntios ſomnii fruſtra diſcutere tentavit*. Bongarſius in quodam cod. reperit *duo praenuntia ſomnia*. Quam lectionem idem quoque probat: eademque & Colero placet. VORST. Solitarius eſt Bongarſii codex. Videtur duos genitivos uni junxiſſe nomini more optimorum auctorum, quem ſatis illuſtravit Perizon. ad Sanctii Minervam L. II. 3. 15. Et quidni *praenuncius ſomnii* accipi poſſit pro *ſomnium praenuncium*, ut *arbor palmae* & ſimilia, praeſertim cum addatur alter genitivus rei quam ſomnium praenunciarit?

85. *Urina ejus omnes Aſiaticas gentes inundaſſe*] Ita typis expreſſi. Sed quis non videt legendum eſſe *urinam*; ut eſt in codd. Brand. VORST. *Urinam* ego non invenio, ſed Voſſ. prim. habet, *Quam inter quietem viderat, urina ejus omnes Aſiaticas gentes inundaſſe* Voſſis ſuſpicari auctorem ſcripſiſſe. *Quod in quiete viderat urina ejus omnes Aſiaticas gentes inundatas*.

86. *Perſarum modicae fortunae viro collocavit*] Uterque cod. Brand. *collocando*. Neque aliter antiquiores typis expreſſi. Et mirum eſt, Pighium id mutaſſe. VORST.

87. *Natum Cyrum exponi juſſit*] Uterque cod. Brand. proximo convenienter habet *jubendo*. Neque aliter typis expreſſi veteres. VORST. Mutavit hoc Pighius & tacet, quum omnes MSS. habeant *collocando* & *jubendo*, ut in hoc eodem exemplo ſequitur *conando*. Conjuncte ſcilicet accipienda ſunt, *diſcutere tentavit Mandanen filiam collocando*. Guyetus vitioſa Pighii lectione deceptus conjecit *tentans*.

88. *Himera quaedam*] Atrebatenſis codex, *Himerae quaedam*. Legendum, *Himeraea*. Rurſum poſtea. *Himera eum moenia*. Lege, *Himeraeorum moenia*; ut gentile ſit, non proprium nomen foeminae. Sic Steph. de Urbibus Ἱμέρα πόλις Σικελίας, ὁ πολίτης Ἱμεραῖος: Ex Hecataei Europa. PIGH. *Himerae quaedam non obſcuri generis femina*. Antiquiores typis expreſſi *Himera quaedam*. Sed obſervavit Pighius, in cod. Atrebatenſi eſſe *Himerae quaedam*. Unde legendum conjicit *Himeraea quaedam*. Quam conjecturam firmant verba Graeca Timeſiae, quae Muretus obſervavit, ex libro ejus ſexto hiſtoriarum, quae prope ad verbum interpretatus eſt Valerius. Incipiunt ea ſic: Γυναῖκά τινα τὸ γένος Ἱμεραίαν ἰδεῖν ὄναρ. Vide Mureti Var.

vinctum, Jovis ſolio, pedibuſque ſubjectum: interrogatoque juvene, [91] quo conſiderandi coeli duce fuerat uſa, *quiſnam eſſet*, audiit *illum Siciliae atque Italiae dirum eſſe fatum*, ſolutumque vinculis, multis urbibus exitio futurum: quod ſomnium poſtero die ſermone vulgavit. Poſtquam deinde Dionyſium inimica Syracuſarum libertati, capitibuſque inſontium infeſta fortuna coeleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod, otio ac tranquillitati injecit: [92] Himeraeorum moenia inter effuſam ad officium & ad ſpectaculum ejus turbam intrantem ut aſpexit, *hunc eſſe, quem in quiete viderat*, vociferata eſt. Id cognitum tyranno, curam tollendae mulieris dedit.

[93] Tutioris ſomnii mater ejuſdem Dionyſii. quae cum eum conceptum utero haberet, parere viſa eſt Satyriſcum: conſultoque prodigiorum interprete, clariſſimum ac potentiſſimum Graji ſanguinis futurum, certo cum eventu cognovit. 7. Cic. divin. I. 20.

At

Var. Lect. XIV. 15. *Himera* urbs Siciliae, Stephanus de urbibus: ἱμέρα, πόλις Σικελίας. VORST. *Himera* in accuſ. plur. Ovid. L. IV. Faſt. 473. *& Himera amnis inſulam fere dividens*. Liv. L. XXIV. 6. PERIZON. Scripturam Editorum confirmant omnes MSS. *Himeraea* legendum eſſe jam vidit Paul. Leopardus L. VIII. Emend. C. 3. Sed ut hic *Himerae*, ita Lib. VI. 2. Ext. 2. *Senectutis ultimae quaedam Syracuſis, omnibus*. Ubi contra MSS. illud ſimiliter mutatum in *Syracuſanis*. Mox pro *audiit*, longe major Script. & Edd. *audivit*. pro *Quiſnam* Harl. *Quidnam*.

89. *Atque ibidem*] MS. Copeſ. *ibi*; & paulo poſt, *Audiit Siciliae atque Italiae, eſſe dirum fatum*. Omiſſo *Illum* nec deſideratur. PERIZON.

90. *Lentiginoſi oris*] Gloſſarium: φακόψις *Lentiginoſus, ſparſo ore*. Sumpſit ille quicunque γλωσσογράφος ex Terentii Heaut. *Rufamne illam virginem, caeſiam, ſparſo ore, adunco naſo?* ubi Grammatici *ſparſum os* latum, ſi Dis placet, interpretantur. Doceo itaque contra paedagogorum factiones ſparſum os eſſe lentiginoſum. COLER. *Lentiginoſi oris*. Gloſſarium, φακόψις *lentiginoſus, ſparſo ore*. Eſt autem *lentiginoſum os* facies lentigine, id eſt, maculis ſubrufis, obſita. Unde etiam intelligitur, quid ſit illud Terentii in Heaut. *Virgo ſparſo ore*; nimirum quae os ſeu faciem lentigine ſparſam habet. VORST.

91. *Quo conſiderandi coeli duce uſa fuerat*] Ed. Ven. 1485. *quo gratia conſiderandi coeli duce uſa fuerat*. Quod ſecutus eſt Oliv. Ald. Aſc. Colin. Rob. Steph. Gryphii. Sed ut aliqui illorum exhibeant, *conſiderandi coeli gratia*. Interea illud *gratia* in uno tantum invenio Heinſ. & multo elegantius abeſt. Sic Cic. de Amic. C. 5. *Quia ſequantur naturam optimam bene vivendi ducem*.

92. *Himeraeorum moenia intrantem*] Ita legendum conjecit Pighius, cum Aldus & alii edidiſſent *Himera eum moenia*. VORST. *Himeraeorum moenia*. Lego *Himeraea eum* moenia, MSti enim habent *Himera eum moenia*. PERIZON. MSS. variant. *Himera eorum* Harl. Heinſ. prim. tres Rem. & Leid. quint. & ſext. alii *Himera eum*, pauci *Himera moenia*. porro *ad* ante *ſpectaculum* plerique delent.

93. *Tutioris ſomnii mater*] Lege, *Tutius ſomnium matris*: ſic enim eſt in Campenſi. PIGH. *Tutius ſomnium matris*. Ita Pighius ex Cod. Campenſi; cum antiquiores editiones haberent *Tutioris ſomnii mater*: quomodo & in codd. MSS. Brand. eſt. VORST. Non credidi tanti eſſe unius Codicis Campenſis auctoritatem, ut ceteris omnibus eſſet praeferenda; itaque revocavi illud *Tutioris Somnii mater*. hoc vero advertendum quod Harl. habet *Tutioris Somnii mater ejus, quae &c.* Barb. ſec. & Copeſ. *Ejus Dionyſii*, in primo poſt *Ejus* lacuna eſt, & ſequitur *quae*. Cauſam aperuit Leid. ſec. qui exhibens *tutioris ſomnii mater ejus* pro gloſſa, ut paſſim, adſcriptum praefert *Dionyſii*, cui favet Perizon. hoc modo *Tutioris ſomnii mater ejus i. Dionyſii*. & ſic in Ultraj. ſec. *ejus id eſt*. Vides adjectum ad explicandum, quod per ſe manifeſtum

8. Cic. divin. I. 24. At [94] Carthaginenſium dux Amilcar, cum obſideret Syracuſas, [95] inter ſomnium exaudiſſe vocem credidit nuntiantem, futurum ut proximo die in ea urbe coenaret. Laetus igitur perinde ac divinitus promiſſa victoria, exercitum pugnae comparabat. in quo inter Siculos & Poenos orta diſſenſione, caſtris ejus Syracuſani ſubita irruptione oppreſſis, ipſum intra moenia ſua vinctum pertraxerunt. Itaque magis ſpe quam ſomnio deceptus, coenavit Syracuſis captivus, non ut animo praeſumſerat victor.

9. Cic. divin. II. 69. Plut. in Alcib. Alcibiades quoque miſerabilem exitum ſuum haud fallaci nocturna [96] imagine ſpeculatus eſt. Quo enim pallio amicae ſuae dormiens opertum ſe viderat, eo interfectus, & inſepultus jacens, contectus eſt.

10. Cic. divin. I. 27. Proximum ſomnium etſi paulo eſt longius, propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur impetrat. Duo familiares [97] Arcades iter una facientes, [98] Me-

feſtum eſt ſatis, cum nullius alterius mater intelligi queat. Pro *Satyriſcum* tres Rem. cum utroque Ultraj. *Satiricum*: item *Clariſſimi* & *potentiſſimi* Rem. duo. Monſtri vero ſimile eſt quod pro *Tutioris* Aſcenſ. dedit *Altioris*.

94. *Carthaginenſium*] In ſcribendo hoc nomine gentili MSti non conſtant. Modo enim *Carthaginienſium*, modo *Carthaginienſium* exhibent. An vero hic intelligendus eſt Amilcar Giſgonis filius? quem infelici exitu Carthaginem obſediſſe narrat Juſt. L. XXII. 3.

95. *Inter ſomnum audiſſe vocem credidit*] Ita recte codd. Brand. Typis expreſſi, quos vidi, habent, *Inter ſomnium audiſſe voc. credidit*. Verum nihili hoc eſt. *Inter ſomnum* dicitur ut ſupra *inter quietem*, pro *in ſomno*, *in quiete*, *per quietem*. Nimirum *inter* ſaepe eſt pro *in*, ut jam monuimus. Ita *inter noctem* dicunt pro *in nocte*, *noctu*; & *inter diem* pro *in die*, *interdiu*. Plautus Ciſt. II. I: *Inter novam rem verbum uſurpabo vetus*. Quod phraſin *inter ſomnium audiſſe* nihili eſſe dixi, cauſſa haec eſt, quod ea ταυτολογίαν quandam habet: ut ex his quae mox dicentur, intelligi poterit. VORST. *Inter ſomnum* habet Ed. Mog. ceteri cum viginti MSS. retinent *ſomnium*, id eſt *dum ſomniat*, potuit enim ſimul alia quaedam ſpecies ipſius animo fuiſſe obverſata, quam non narraverit, aut cujus memoria, utpote ad rem nihil pertinentis, non fuerit ſervata; minime tamen *inter ſomnum* improbaverim. Sed vide denuo mihi Pighii diligentiam, contra omnes ſcriptos & editos exhibentis *audiſſe* pro *exaudiſſe*. Porro pro *Itaque ſpe magis*, aliquot *Ita ſpe magis*. Non male. eſt enim epiphonema. Sic L. IV. I. 4. *Ita unui cauſſa fuit*. L. VI. I. 3. L. VI. 9. 9.

96. *Imagine*] Ultr. prim. *Viſione*. in *Eo interfectus*, pronomen delent MSS. novem. Octo *Eodem*. Totum exemplum deficit in duob. Rem. pro *contectus eſt* Leid. ſept. *opertus eſt* al' *contectus eſt*. Leid. ſec. *compertus*, ſupraſcriptum *jec*; & pro gloſſa additum *coopertus*.

97. *Arcades*] Ciceronis eſt, qui ex Chryſippo ſumſit, cujus locum Suidas commemorat in verbo τιμωροῦντος. COLER.

98. *Megaram*] Nonnulli *Megara*. pro *meritoriam vinariam* unus. *Mercatoriam* Bitur. prim. ſext. Leid. *ſe devertit*.

99. *Alter ad hoſpitem ſe contulit, alter in tabernam meritoriam divertit*] Cicero I. de Div. eadem de re agens: *Alterum ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum*. Ergo *taberna meritoria* eſt ipſa caupona; diciturque ita quod qui eam incolit caupo, mereri cupit. Ad hoſpitem qui divertit, is jure hoſpitii uſus fuit: quod apud veteres magno in pretio erat, VORST.

100. *Is autem qui in hoſpitio erat*] Quaſi non ſatis molliter procederet, niſi conjunctione addita, oratio, Pighius more ſuo liberalis hic inſarſerat *autem*, quod jubentibus omnibus MSS. & Edd. juſſi hinc faceſſere.

1. *Vidit in ſomnis comitem ſuum orantem*] Ita recte, *videre in ſomnis*; non *videre in ſomniis*. Quae poſterior phraſis cum in lib. I. Ciceronis de Div. appareret, recte notavit Gothofredus legendum eſſe *in ſomnis*. Diſcrepant, ut notum, *ſomnus* & *ſomnium*: & ſomnium fit in ſomno. Porro *in ſomnis videre* nihil eſt aliud quam *ſomniare*, vel, quod tantundem eſt, *ſomnium*. Si vero dicas *in ſomniis videre*, habet hoc ταυτολο-

γίαν

[98] Megaram venerunt: quorum [99] alter ad hoſpitem ſe contulit, alter in tabernam meritoriam devertit. [100] Is, qui in hoſpitio erat, [1] vidit in ſomnis comitem ſuum orantem, ut ſibi cauponis inſidiis circumvento ſubveniret. poſſe enim [2] celeri ejus accurſu ſe imminenti periculo ſubtrahi. Quo viſo excitatus, proſiluit, tabernamque, in qua is diverſabatur, petere conatus eſt. [3] Peſtifero deinde fato ejus humaniſſimum propoſitum tanquam [4] ſupervacuum damnavit, & lectum ac ſomnum repetiit. Tunc idem ei ſaucius oblatus obſecravit, ut qui auxilium vitae ſuae ferre neglexiſſet, neci ſaltem ultionem non negaret. Corpus enim ſuum à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ad portam ferri ſtercore coopertum. Tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, protinus ad portam cucurrit, & plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat, comprehendit, cauponemque ad capitale ſupplicium perduxit.

νιαν quandam. nam quod verbo *videre* diceretur, id ipſo nomine *ſomniis* jam involvitur. Juſtinus I, 4. *Per ſomnum vidit ex naturalibus filiae &c.* Ubi *per ſomnum* eſt pro *in ſomno.* VORST. Cop. in *ſomno.* Sed in *ſomnis* Ed. Mog. cum Leid. ſept. plures & ſcripti & Edd. *in ſomniis.* Leid. ſext. *in ſomnium.* *In ſomnis*, utrum à *ſomnio* ſit, an à *ſomno* dubitat Servius ad Virg. L. I. Aen. 353.

Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Conjugis.

Sed rectius à *ſomno* duxeris.

2. *Celeri ejus accurſu*] Cop. *occurſu.* Harl. *celeri occurſu.* Recte forſan. ſic enim ſaepe *occurrere, venire, praeſto eſſe ad opem ferendam, ſuppetias ad defendendum.* Vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. XXXVI. 24. & Burmannum ad Vellej. L. II. 61. Sic Curt. L. VI. 7. 29. *Occurſuque ſatellitum inhibitus eſt.* L. VIII. 3. 4. *Percuſſurus uxorem niſi prohibitus eſſet fratrum occurſu.*

3. *Peſtifero deinde fato*] MS. addit *ejus* nempe *ſocii.* PERIZON. Omiſit videlicet Pighius, quod habebant omnes & ſcripti & editi, prorſus negligenter.

4. *Supervacuum damnavit, & lectum ac ſomnum repetiit*] In Cauchiano codice haec diffuſius, *Supervacuum damnavit: idque viſum pro nihilo ducens, lectum ac ſomnum repetiit.* Atque iiſdem fere verbis haec Cicero. *Deinde*, inquit, *cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe.* de Divinat. I. ex quo loco Valerius exemplum accepit. PIGH. *Humaniſſimum propoſitum tanquam ſupervacuum damnavit, idque viſum pro nihilo ducens.* Ita legendum eſſe docuit Pighius ex cod. Cauchiano; cum poſteriora illa ab Aldo plane omiſſa eſſent. Sane Cicero in lib. I. de Div. unde noſter exemplum hoc hauſiſſe videtur, ſic habet; *Cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet.* VORST. Non accuſandus eſt Aldus, quaſi ille omiſerit *idque viſum pro nihilo ducens*, cum nulla ante Pighianam id habeat editio, nullus agnoſcat etiam codex ſcriptus, & manifeſtum ſatis eſt, gloſſam eſſe. Certe quum dicit, ipſum *propoſitum ſuccurrendi tamquam ſupervacuum damnaſſe*, abunde intelligitur, *Viſum pro nihilo ipſum duxiſſe.* Itaque ſatius eſſe judicavi, in notis legi, quanto auctior eſſet codex Cauchianus, quam abire à tot aliorum MSS. conſenſu. *repetit* etiam aliquot, & *repetivit* pro *repetiit.* *ut quum*, uterque Ultr. Harl. Leid. quint. ſept. Voſſ. *quem* duo Rem. *quoniam* Bit. prim. *Ad portam civitatis* Heinſ. ſec. *tum maxime.* Cop. Leid. ſec. *cum maxime.* Ultr. prim. *fuerat* Bit. prim. *cauponem ad* uterque Barb.

CAPUT VIII.

DE MIRACULIS.

QUAE CONTIGÊRE ROMANIS.

1. *Caſtores viſi bello Latino & Perſico.*
2. *Aeſculapius ſerpentis ſpecie apparens.*
3. *Junonis Monetae verba audita.*
4. *Fortunae muliebris verba audita.*
5. *Sylvani verba audita bello Vejenti.*
6. *Mars viſus bello Lucano.*
7. *Dii Penates Alba Lavinium ſponte ſua regreſſi.*
8. *C. Jul. Caeſar poſt mortem viſus.*
9. *Cn. Pompeji Magni rogus miraculoſe indicatus.*
10. *Ap. Claudii procos. mors oraculo praedicta.*
11. *Romuli lituus & ſtatuae incendiorum flammis intactae.*
12. *Ad ſepulturam elati reviviſcentes.*

EXTERNIS.

1. *Er Pamphylius poſt decimum diem reviviſcens.*
2. *Athenienſis quidam memoria literarum privatus.*
3. *Mulier ſubito caſu obmuteſcens.*
4. *Aegles Samius mutus, & ſubito vocalis factus.*
5. *Gorgias Epirota matre mortua natus.*
6. *Jaſo Pheraeus vomica liberatus.*
7. *Simonides poëta ruinae domus exemptus.*
8. *Daphidae ſophiſtae mors oraculo praedicta.*
9. *Philippo Macedonum regi mors praenuntiata.*
10. *Alexandri Magni mors miraculoſe praecognita.*
11. *Remigis cujuſdam rarus caſus.*
12. *Admirandi dentes Pruſiae regis filii.*
13. *Duplex ordo dentium Dripetenes filiae Mithridatis.*
14. *Rarus & acutiſſimus viſus Strabonis Lyncei.*
15. *Ariſtomenis Meſſenii cor piloſum.*
16. *Antipatri poëtae anniverſaria febris.*
17. *Polyſtrati & Hippoclidis philoſophorum ſimillima vita.*
18. *Miracula quaedam naturae.*
19. *Serpens ad Bagradam.*

MUlta etiam interdiu, & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum [1] ſomniique nube involuta. quae quia unde manaverint, aut qua ratione conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, [2] merito miracula vocentur.

1. Ann. urb. 257. Dionyſ. VI. 11. Cic. II. nat. D. Jul. Obſ. c. 11. Front. II. 8. Flor. I. 11. Plut. Coriol. Cic. de Nat. D. II. 2. & III. 5.

Quorum è magno acervo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum [3] A. Poſthumius dictator, & Tuſculanorum dux [4] Mamilius Octavius magnis

1. *Somniique*] Aliquot *ſomnique.*

2. *Merito miracula vocantur.*] Neſcio, quid moverit Pighium, ut abiret à ceteris omnibus, qui cum MSS. exhibebant *vocentur.*

3. *A. Poſthumius*] *Paulus* Leid. ſec. ſext. ſept. Sed hic in marg. correctum, item Copeſ. nonnulli *Poſtumus.* pro *Mamilius*, *Manilius*, *Manlius*, *Emilius*, *A. Manlius. Octavus* vero quod dedit Pighius ex exemplari Atrebatenſi, neſcio an in ullo alio Cod. occurrat. Graecis diſerte vocatur *Μαμίλιος Ὀκτάϊος*, & ſic conſtanter Latinis, quibus malui noſtrum conſentire Auctoribus membranis, quam uni Atrebatenſi codici adhaerere.

4. *Ma-*

magnis viribus inter ſe concurrerent, ac neutra acies aliquandiu pedem referret, Caſtor ac Pollux Romanarum partium propugnatores viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.

Item bello Macedonico [5] P. Vatinius, [6] Reatinae praefecturae vir, [7] noctu Urbem petens, exiſtimavit duos juvenes excellentis formae, [8] albis equis reſidentes, obvios ſibi factos nuntiare, [9] *die qui praeterierat*, [10] *Perſen regem à Paullo captum.* Quod cum ſenatui indicaſſet, tanquam majeſtatis ejus & amplitudinis vano ſermone contemptor in carcerem [11] conjectus, poſtquam Paulli literis illo die Perſen captum apparuit, & cuſtodia liberatus, & inſuper agro, & vacatione donatus eſt. [12] Caſtorem vero & Pollucem etiam illo tempore

Ann. urb. 585. Cic. II. nat. D. 2. & III. 5. Plutarch. in Paulo. Lactant. II. 8. Plin. VII. 22.

Ann. urb. 257. Dionyſ. VI. Lactant. II. 7. Min. Fel. vide & nummum in gente Poſtumia.

4. *Manilius Octavius*] Atrebatenſe exemplar *Octavus* habet, ut non gentis vel familiae ſit nomen, quod eſt *Mamilius.* ita enim recte appellatur à Livio, Dionyſio, & manuſcriptis aliquot Valerii noſtri exemplaribus. *Mamiliam* vero gentem Tuſculo oriundam eſſe à Telegono ejus urbis conditore, docebimus alibi. PIGH. *Mamilius Octavus.* Ita Pighius. Cic. II. de Nat. Deor. diſerte *Octavium Mamilium.* COLER. *Mamilius Octavus.* Aldus ediderat *Mamilius Octavius.* At Pighius ex cod. Atrebatenſi mavult legi *Octavus*; ut non hoc, ſed *Mamilius* nomen gentis & familiae ſit. Cicero tamen lib. II. de Nat. D. *Octavium Mamilium* vocat. *Et apud lacum Regillum*, inquit, *bello Latinorum, cum A. Poſtumius dictator cum Octavio Mamilio Tuſculano proelio dimicaret, in noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt.* Uterque etiam cod. Brand. habet *Octavius* VORST.

5. *P. Vatinius*] In manuſcriptis *P. Valerius*; appellatur à Cicerone, *P. Vatienus.* Adeo nomen hoc incertum reddidere librarii. PIGH. *P. Vatinius.* In lib. II. Ciceronis de Nat. D. eſt *Vatienus.* Sed notavit Gothofredus, ibi quoque aliter legi *Vatinius.* In quibuſdam codd. MSS. Valerii Max. vocatur etiam *Valerius.* VORST. Heinſ. prim. *P. Lutinus*, ſed corr. *P. Vatienus*, quomodo eſt in Heinſ. ſec. *Mantinus* Ultr. ſec. *Nautinus* Barb. prim. *Vatinus* Perizon. & ſept. Leid. Sed al' *Vatinius.* *Paulus Vatinius* Leid. ſec. *Valerius.* Copeſ. Harl. Voſſ. Leid. quint. Med. quatuor.

6. *Reatinae praefecturae Vir*] Qualis haec praefectura fuerit docet Aldus Manutius Quaeſitis per Epiſt. L. I. Quaeſt. I. Tom. IV. Theſ. Crit. p. 181.

7. *Noctu urbem petens*] Vorſtius ediderat *Nocte* contra ſcriptos, & edd. ſoli enim habent id Leid. ſec. cum primo Ultraj. & duobus Rem. *Noctu urbem petens* deeſt in Leid. quinto.

8. *Albis equis inſidentes*] Codicum Brand. unus *reſidentes.* Quod idem & alter tanquam lectionem diverſam notatum in margine habet. Sed & Aldus ita ediderat. Cicero ſic, *Duo juvenes cum equis albis* VORST. *Reſidentes* habent noſtri ſeptemdecim, & Edd. ante Pighium. Phaed. L. I. 13. *Celſa reſidens arbore.* Virg. L. I. 505.

Septa armis, ſolioque alte ſubnixa reſidet.

9. *Die qui praeterierat*] Quidam codd. *praeceſſerat.* Cicero, *Regem Perſen illo die captum ſcribit.* Sed intelligendus tamen dies, qui praeceſſit. Noctu enim dictum id Vatinio fuit. VORST. *Praeceſſerat* non invenio in ſcriptis, nec edd. Pighius tamen in margine annotandum curaverat. al' *praeceſſerat.*

10. *Perſen regem à Paullo captum*] *Perſes* vel *Perſeus*, ultimus rex fuit Macedoniae. *Paullus* autem eſt ille Aemilius, cui bellum Macedonicum decretum extra ordinem fuit. VORST. Quindecim MSS. *Perſam* cum Ed. Mog. Vide ſupra L. I. 5. 3.

11. *Conjectus eſt*] MS. omittit τὸ *eſt*, nec deſideratur, quia mox ſequitur. PERIZON. *Eſt*, immiſit in textum Pighius, quod etiam in quam plurimis non invenio MSS. delenda modo eſt diſtinctio major ante *poſtquam.* Ceterum, quod ad rem ipſam attinet; ſic quoque Athenis publice animadvertebatur aliquando in homines λογοποιούς. ut exemplo illius, qui primus per urbem diffuderat cladis Siculae nuntium, docet Caſaubonus ad Theoph. Charact. p. 215.

12. *Caſtorem vero & Pollucem*] Symmach. L. I. Ep. 89. *Olim cum res Romana adoreae militaris*

pore pro imperio populi Romani excubuiſſe cognitum eſt, quo [13] ad lacum Juturnae, ſuum equorumque [14] ſudorem abluere viſi ſunt; junctaque fonti aedes eorum nullius hominum manu reſerata patuit.

2. Sed ut ceterorum quoque deorum propenſum huic Urbi numen exequamur, triennio continuo vexata peſtilentia civitas noſtra, cum finem tanti & tam [15] diuturni mali, neque divina miſericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura ſacerdotum, inſpectis Sibyllinis libris, animadvertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro Aeſculapius eſſet arceſſitus. Itaque eo legatis miſſis, unicam fatalis remedii opem auctoritate ſua, quae jam in terris erat ampliſſima, impetraturam ſe credidit. [16] Neque eam opinio decepit. Pari namque ſtudio petitum, ac promiſſum eſt praeſidium: eveſtigioque Epidaurii Romanorum legatos in templum Aeſculapii, quod ab eorum urbe quinque millibus paſſuum diſtat, perductos, ut quicquid inde ſalubre patriae laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo jure ſumerent, benigniſſime invitaverunt. Quorum tam promptam indulgentiam, numen ipſius dei ſubſecutum,

Ann. urb. 461. Ovidius Metam. xv. 719. Liv. x. & xi.

ris potita eſt, Polluces gemini apud Juturnae (Ed. Jureti, *Viturnae*) *lacum proelii ſecunda vulgarunt. Eos quippe priſcorum voluminum fides tradidit, anhelis equis plenos ſudoris ac pulveris fama belli poſt tergum relicta indicium affectaſſe victoriae. Idem nunc mihi ſacro judicio factus eſt honor. Ita quantum gratiae Caſtores adepti ſunt, tantum principes praeſtiterunt.* Vide & de hac hiſtoria Latini Pac. Drep. Panegyr. & Flor. L. II. de Bello Maced. ſecundo. GUDIUS.

13. *Ad lacum Juturnae*] Servius ad v. 142. XII. Aen. *Juturna fons eſt in Italia ſaluberrimus juxta Numicum fluvium. De hoc fonte Romam ad omnia ſacrificia aqua adferri conſueverat.* VORST. *Apud Lacum Juturnae.* Pro hoc nonnulli *Minturnae*, alii *Viturnae*. De utroque autem *Lacu Juturnae* & *templo Caſtoris ac Pollucis* Vide Fam. Nardinum L. v. de Roma Vetere C. 4.

14. *Sudorem abluere viſi ſunt*] MS. *abluentes.* PERIZON. Sic etiam ſec. quint. & ſext. Leid. in ſept. fuerat, ſed corr. in *abluere*, in marg. l. *abluiſſe.* Habent quoque *abluentes* Harl. tres Rem. unus Ultraj. alter delet.

15. *Diuturni mali*] Repeto locutionem Valerianam ex lib. Dan. *Diutini mali.* COLER. *Finem tanti & tam diuturni mali.* Ita codicum Brand. unus. Alter *finem tanto & tam diutino malo.* Quod magis placet: quoniam ſequitur *imponi.* Ceterum in hujus quoque margine diverſa lectio notata, *cum finem tanti & tam diutini mali.* VORST. *Diuturno malo* habet Ultraj. prim. *diutini* vero Leid. quint. ſext. ſept. duo Rem. Reliqui videntur habere *diuturni. videretur* Heinſ. ſec.

16. *Neque eam opinio decepit*] *Eam* omittit Cod. Copeſ. tum Leid. ſept. cum Voſſ. *feſellit*: mox *per quinque millia* Toll. & Leid. ſec. item *diſtabat*, Toll. *Epidauri*, cum utroque Ultraj. & Leid. ſept. ſed in eo correctum. *ſubſecuturum* Cod. Cantabr.

17. *Siquidem is anguis*] Ipſum ſimulacrum Aeſculapii deferri Romam voluerant. Epitome lib. XI. Liv. *Cum civitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis ut Aeſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavere.* VORST.

18. *Leni tractu*] Leidd. tres *levi tractu*, duo alii *levi tactu.* Recte vere *tractu*, quod proprium de Serpente. Ovid. L. xv. Met. 725.

Litoream tractu ſquamae crepitantis arenam
Sulcat.

Virg. L. II. Aeneid. 154.

Squameis in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

19. *Haud dubiam prae ſe appetitae clarioris ſedis alacritatem ferens*] Significavit prope Romam aedem ſe ſibi exſtrui velle. VORST. Imo, ſe Romam praeferre Epidauro.

20. *Q. Ogulnii*] *Q. Ogulini* quatuor. *Ugolini* Heinſ.

tum, verba mortalium coeleſti obſequiō comprobavit. [17] Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Aeſculapii venerati fuerunt, per urbis celeberrimas partes mitibus oculis & [18] leni tractu labi coepit, triduoque inter religioſam omnium admirationem conſpectus, [19] haud dubiam prae ſe appetitae clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: paventibuſque inuſitato ſpectaculo nautis, eo conſcendit, ubi [20] Q. Ogulnii legati tabernaculum erat, [21] inque multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt convolutus. Tum legati, perinde atque exoptatae rei compotes, expleta gratiarum actione, [22] cultuque anguis à peritis accepto, laeti inde ſolverunt. Ac proſperam emenſi navigationem [23] poſtquam Antium appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanſerat, prolapſus [24] in veſtibulo aedis Aeſculapii, [25] myrto frequentibus ramis diffuſae [26] ſuperimminentem excelſae magnitudinis palmam circumdedit: perque tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, [27] ne inde in triremem reverti nollet, Antienſis templi hoſpitio uſus, [28] urbi ſe noſtrae advehendum reſtituit, atque in ripam Tiberis egreſſis legatis, [29] in inſulam, ubi tem-

Heinſ. uterque *Ogolini*. Leid. ſext. & ſept. Sed in marg. C. *Ogulini.* quomodo Vett. Edd. & Barb. ſec. *Teogulius* Leid. ſec. Toll. *Quinci Ogulini* Periz. *Quintii Burgoni*, Ultraj. prim.

21. *Inque multiplicem orbem*] *In multiplicem* Copeſ. *In quo* Leid. ſec. *Inque permultiplicem*, Heinſ. prim. *Obvolutus* uterque Heinſ. & Barb. Dubito, an non Auctor dederit; *In quo in multiplicem orbem &c. eſt convolutus*, ſcil. *tabernaculo*. Klokkius legebat. *Paventibuſque inviſitato ſpectaculo nautis, eo eſcendit, ubi Q. Ogulnii &c. eſt obvolutus.*

22. *Cultuque anguis à peritis accepto*] *A peritis* ſcil. *cultus ejus*: id quod diſerte addi nihil attinebat. Quibus verbis ſupra in cap. 1. lectionem vulgatam *Ne Deae vetuſtis ritibus perita deeſſet ſacerdos* contra Pighium defendimus. VORST. Edd. ante Pighium *Cultuque anguis à peritis excepto*; quod video confirmari duodeviginti MSS. *accepto* tamen in Leid. ſept. correctum, clare exſtat in Perizoniano.

23. *Poſtquam Antium appulerunt*] Antium portus eſt Italiae, qui iter fere diei ab urbe abeſt. VORST. Nonnulli codd. *Actium.*

24. *In veſtibulo aedis Aeſculapii*] Notandum quod Ovid. L. xv. Metam. v. 721. dicit *Apollinis* templum ipſum adiiſſe.

Perque ſinus crebros & magna volumina labens
Templa parentis init flavum tangentia littus.

PERIZON.

25. *Myrto frequentibus ramis diffuſae*] Ita Cicero l. 1. de Orat. *Diffuſa ramis patulis platanus.* Et Plinius lib. xii. c. 51. *Ipſa ſe ſemper ferens* (ficus) *vaſtis diffunditur ramis.* VORST.

26. *Supereminentem*] Lego ex eodem optimae notae libro: *Superimminentem excelſae magnitudinis palmam.* arborem diffuſam & altam eleganter vocat *excelſae magnitudinis*. COLER. *Supereminentem excelſae magnitudinis palmam.* Uterque codex Brand. *Superimminentem.* Nec aliter codex P. Danielis, teſte Colero. VORST. *Superimminentem*, quatuordecim habent è noſtris etiam Codd. & unice veram puto hanc ſcripturam. Voſſius Colerum ſecutus dedit *excelſae magnitudinis*, quod invenio in margine Ed. Pighianae. ſed vetuſtiores omnes exhibent *excelſae altitudinis*. & ſic major pars MSS. deinde Barb. ſec. *poſitis cibis, quibus.*

27. *Ne in triremem reverti vellet*] MS. *Ne inde in.* PERIZON. Sic quoque Ed. Mog. cum ſedecim MSS. & ab Auctore videtur profectum.

28. *Urbi ſe noſtrae advehendum reſtituit*] Sic reſcripſi, cum in pleriſque edd. disjuncte legeretur

templum dicatum eſt, tranſnavit: adventuque ſuo tempeſtatem, cui remedio quaeſitus erat, diſpulit.]

3\. Nec minus voluntarius Junonis in urbem noſtram tranſitus. Captis à Furio Ann. urb. 357. Livius v. Lact. II. 7. Camillo Vejis, milites juſſu Imperatoris [30] ſimulacrum Junonis Monetae, quod ibi praecipua religione cultum erat, in Urbem tralaturi, ſede ſua movere conabantur. Quorum ab uno per jocum interrogata Dea, *an Romam migrare vellet*, [31] *Velle ſe* reſpondit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus

retur *ad vehendum*, ſed non in Ed. Mog. nec Venet. 1478. & multis MSS. paulo poſt nonnulli *tranſnatavit*, alii *tranavit*.

29\. *In inſulam, ubi templum dicatum eſt, transnavit*] Epitome lib. XI. Livii: *Eoque* (angue puta) *in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Aeſculapio conſecrata eſt*. Plinius XXIX. I. *Ideo templum Aeſculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem feciſſe, iterumque in inſula, traduntur*. VORST. *In inſulam*, Atque ibi ἠφανίσθη Plutarch. Probl. XCIV. p. 173. PERIZON.

30\. *Simulacrum Junonis Monetae*] Valerio congruit Lactantius lib. XI. Plutarchus *Junonis* quidem ſimulacrum à Camillo translatum ſcribit, ſed cognomen non addit. Livius *Junonem Reginam* appellat, & late refert hiſtoriam, deacque in Aventino monte aedem à Camillo factam ſcribit. Cujus templi atque ſacrorum meminit item lib. XXVII. Aſtipulatur item P. Victor, qui templum *Junonis Reginae* Vejis captis à Camillo dedicatum, in Aventino XIII. urbis regione collocat. Atqui *Monetae Junonis* aedem in Capitolio fuiſſe ex voto L. Camilli dictatoris, qui ſuperioris M. Camilli filius fuit, poſt victoriam de Auruncis poſitam, Livius idem lib. VII. Ovidius Faſtorum VI. & Macrobius teſtantur. Verum antea quoque priuſquam à Gallis urbs caperetur, vocem ex arce Capitolina ab aede Junonis auditam ſcribit Cicero de Divinatione primò, atque ideo *Junonem* illam appellatam *Monetam*, à *monendo*. Eandem forte ob cauſſam & haec *Regina Juno*, quae apud Vejos erat loquuta, à Valerio noſtro *Moneta* vocatur. PIGH. *Junonis Monetae*. Cauſſam nominis Cicero explicat, & Ovidius VI. Faſt. Haec vulgo nota, illa non item. Gloſſarium: *Moneta* Μνημοσύνη: Livius quoque Andronicus matrem Muſarum facit: *Nam Diva, Monetas filia docuit*. Videtur mihi Virgilius Erato in ſtilo, & Μνημοσύνην ſive *Monetam* in animo habuiſſe cum iſtuc ſcriberet. VII. Aen. *Tu vatem, tu Diva mone*. COLER. *Simulacrum Junonis Monetae*. Infra VI, 3, I. ipſius quoque *aedis Junonis Monetae* mentionem facit. Sed Livius V, 21. & 30. *Junonem Reginam* appellat: cui M. Furius Camillus aedem dedicarit in Capitolio. Ceterum *Moneta* dicta fuit à *monendo*. Cicero I. de Divinat. *Etiam ſcriptum eſt cum terrae motus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, vocem ab aede Junonis ex arce exſtitiſſe: quocirca Junonem illam appellatam Monetam*. Et II. de Div. *Quod idem dici de Moneta* (Junone) *poteſt: à qua praeterquam de ſue plena quid unquam moniti ſumus?* In Gloſſario Philoxeni eſt, *Moneta* μνημοσύνη. Et Livius Andronicus, uti Colerus obſervavit, matrem Muſarum *Monetam* dixit. Quibus adde quod Cicero III. de Nat. D. ubi alia quae in mente ſunt recenſet, & *Monetae* mentionem facit. *Ea ſi Dea eſt*, inquit, *omnes illi qui commemorabantur à te; Honos, Fides, Mens, Concordia. Ergo etiam Spes, Moneta; omniaque quae cogitatione nobismetipſis poſſumus fingere*, ſcil. *Deae erunt*. VORST. *Reginae* in Heinſ. ſec. Sed prius aliud fuerat. eſt etiam inter lineas in Med. quinto. in marg. Barb. primi addita erat haec gloſſa. *Moneta dicitur; quia Romanos in ſpecie anſeris de Capitolio monuit*. Pro *cultum erat*, nonnulli *colebatur*. Deinde multi *translaturi*; quod eſt etiam in edd. antiquiſſimis Mog. Venett. Mediol. Aſcenſii. Tum *Jocus in admirationem*. Copeſ. cum tribus aliis. *coelo praeſtitam* Cantabr.

31\. *Velle ſe, reſpondit*] Livius lib. V. *Cum quidam ſeu ſpiritu divino tactus, ſeu juvenili joco, Visne Romam ire Juno? annuiſſe ceteri Deam conclamaverunt. Inde fabulae adjectum eſt, vocem quoque dicentis, velle, auditam*. Vult ergo Livius, Junonem annuiſſe tantum. At noſter cum miracula conquireret, rem in majus extulit. VORST.

32\. *Laeti in ea parte montis Aventini &c. collocarunt*] In Heinſ. primo in marg. notatum eſt, *Et hodie eſt ibi templum fratrum S. Johannis*. & in marg. Bit. primi. *Ubi nunc eſt S. Maria, S. Alexique, S. Sabina*.

33\. *Muliebris*] Praeter auctores à Pighio citatos

verſus eſt. Jamque non ſimulacrum, ſed ipſam coelo Junonem petitam, portare ſe credentes, [32] laeti in ea parte montis Aventini, in qua nunc templum ejus cernimus, collocaverunt.

Fortunae etiam [33] Muliebris ſimulacrum, quod eſt [34] via Latina ad quartum milliarium eo tempore cum aede ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternae preces repulerunt, [35] non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, prius his verbis, *Rite me matronae vidiſtis: Riteque dedicaſtis.* 4. Ann. urb. 265. Livius II. Dionyſ. VIII. 10. Plutarch. Coriolan. & de Fort. Rom.

Vale-

tatos adde Auguſtinum lib. IV. de civit. Dei cap. 19. Tertullianum de Monog. Lactantium lib. II. cap. 5. *Simulacrum Fortunae muliebris non ſemel locutum eſſe traditur.* Ipſa verba Valerii. quae ſane faciunt, ut iſta irreptitia putem apud Valerium *Sed bis.* Nam Latini *non ſemel* dicentes, puto, aliquando ampliorem deſignant numerum, quam binarium. Sic Tertullianus de Monogam. *Illi nec ſemel, iſti non ſemel nubunt.* Sed quo iſthaec? Veriſſima lectio reſtituta à Lipſio, ex libro Sambuci: *His prius verbis: Rite me matronae vidiſtis. deinde, rite dicaſtis.* COLER. *Fortunae muliebris ſimulacrum.* Quod, in aede *Fortunae muliebris* poſitum fuit. Ipſius aedis araeque, quae tum exſtructa ſunt, mentio fit infra V, 2, 1. VORST. Major pars codicum hic eſt corrupta, viginti enim fere exhibent *Fortunae muliebre ſimulacrum*, quod eſt etiam in Edd. Mog. & Venett.

34. *Via Latina ad Miliarium quartum*] Feſt. Pompejus in *Pudicitiae ſignum. Item via Latina ad Miliarium IIII.* (ut recte pro *illi* emendavit Joſ. Scaliger) *Fortunae muliebris nefas eſt attingi, niſi ab ea, quae ſemel nupſit.*

35. *Non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, prius his verbis. Rite me, &c.*] In Suſiano habetur, *his prius verbis.* Atqui abrupta videtur ſententia: nam ſi prius ita, quomodo ergo locutum ſecundo eſt? Plutarchus autem ac Dionyſius tradunt eadem loquutum fuiſſe. Legendum igitur eſſe opinor, *his pene verbis*; non, *his prius verbis.* PIGH. *Bis locutum conſtitit, his pene verbis.* Ita tu Pighi (ignoſce) me abnuente. Quorſum enim aut cui ſententiae illud, *paene?* Nam ſane iis ipſis verbis locutam vult, non ambigue talibus aut ad eum ſenſum. Abis etiam ab omnibus libris priſcis tuis alieniſque qui referunt, *prius his verbis*, Ibam in conjecturas: ſed veritatem, niſi fallor, Sambuci nobis codex ingerit, cujus miſit ad nos Excerpta. in eo apte haec lacuna expleta: *his prius verbis*, RITE ME MATRONAE VIDISTIS. deinde, RITE DICASTIS. Vult enim omnino Valerius, bis id ſignum vocem edidiſſe, ejuſdem mentis, verbi tamen unius immutantis. Scio Dionyſium, Plutarchum, Auguſtinum etiam IV. De Civitate ſcribere, iteraſſe Junonem bis eadem ipſa verba: ſed Valerium ab iis abire (ut ſaepe) teſtari verbum *Vidiſtis* poteſt, quod aliis illis omiſſum. Si improbas: poſſit non inepte legi, *privis his verbis.* id eſſet, ſingulis articulatiſque verbis. Sive etiam *conſtitit patribus, his verbis.* Ut vocem *patribus*, truncate ſcriptam fuiſſe cenſeamus. LIPS. *Prius his verbis, Rite me matronae vidiſtis: deinde, Rite & dedicaſtis.* Ita locum hunc legendum cenſeo. Pighius edidit *his pene verbis*, cum in cod. Suſiano legiſſet *his prius verbis*, atque ita *prius* trajectum vidiſſet. Verum *prius* omnino adeſſe oportet; ſive jam voculae *his* praeponatur, ſive poſtponatur. Habet eam uterque etiam codex Brand. vetereſque typis expreſſi omnes. Sed dicat quiſpiam, ſi prius aliquid factum dicatur, oportere & poſterius aliquid factum dici. Praeclarum igitur, quod obſervavit Lipſius, codicem Sambuci habere ſic: *His prius verbis, Rite me matronae vidiſtis: deinde, Rite dicaſtis.* Hic nimirum manifeſte non tantum *prius*, ſed & *deinde* apparet: ut liquido jam ſciamus, quid prius, quidque deinde factum ſit. Et confirmatur lectio haec eo, quod diſerte praemiſerat, ſimulacrum Fortunae muliebris non ſemel, ſed bis locutum eſſe. Oportuit igitur omnino ſubdi, quid prius, quid deinde dixerit. Verba poſtrema *Rite & dedicaſtis* leguntur ſic in uno cod. Brand. cum in aliis legatur *Riteque dedicaſtis.* Quod *prius* & *deinde* ſic ponuntur, ei ſimile quod infra VIII, 13. ſcribit: *Prius P. Naſica Scipione & L. Beſtia: item M. Servilio & L. Lamia* Coss. VORST. An forte legendum *Rite me matronae viciſtis.* Ita infra L. II. 10. 2. *Spectaculo praeſentiae ſuae latronum geſtientium oculos vicit.* Sic lego ex MSS. vulgo *obſtupefecit.* Scilicet idem error utrique loco obrepſit. *Fortunam vincere, iram expugnare.* L. V. 4. 1. *Precibus admotis iram viciſti.* Et hic *fortuna precibus victa?* Sic plane L. III. 7. 10.

 Ita

5. Ann. urb. 244. Livius II. 7. Dionyſ. v. 13. Plutarch. in Publicola.

Valerio autem Poplicola cos. qui poſt exactos reges bellum cum Vejentibus & Hetruſcis geſſit, [36] illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis & Tarquinio [37] in cornu dextro proelio ſuperioribus, tantus terror ſubito inceſſit, ut non ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pavoris ſui conſortes ſecum Vejentes traherent. [38] Cui rei pro argumento miraculum adjicitur; ingens repente vox è proxima ſilva Arſia, quae [39] ore Silvani in hunc pene modum miſſa traditur, [40] *Uno*

Ita ſe in rebus adverſis gerere quid aliud eſt quam ſaevientem fortunam, in adjutorium ſui pudore victam convertere GUDIUS. *His pene verbis* Sic Pighius dedit. Ceterae Editt. cum ſcriptis pleriſque *prius his verbis*, vel *his verbis prius*, vel *his prius verbis*. Sed *deinde*, quod ex Sambuci codice profert Lipſius, non inveni in ullo alio. Rem. duo. *Prius rite me matronae vidiſtis, riteque dedicaſtis.* Sunt, qui pro *dedicaſtis* habent *dicaſtis*, pro *his hiis*, quod fere ponitur pro *iis*. Singularis hic eſt Aldus dans, *Rite me matronae voviſtis, riteque dedicaſtis.* Quid? ſi ſtatuamus interpolatum locum ab iis, qui bis locutum ſimulacrum legentes, duo ejus dicta diverſa finxerunt, ideo infarcientes iſtud *prius* & *deinde*, unde & *prius* tam variis ponitur locis, & ſimpliciter ſcripſiſſe Valerium, *Rite me matronae dedicaſtis.* Quod prorſus convenit verbis Dionyſii ὁσίῳ πόλεως νόμῳ γυναῖκες γαμεταὶ δεδώκατέ με. Quod Plutarchus dicit, θεοφιλεῖ με θεσμῷ γυναῖκες δεδώκατε. Poſſis etiam exiſtimare, quia in Codd. nonnullis videtur eſſe *hiis pene verbis*, id ortum ex *iiſdem verbis*. Certe quod Gudius corrigit, *Rite me matronae viciſtis*, id non tam textus vulgati tollit vitium, quam novum errorem Auctori tribuit. Mulieres enim precibus ſuis non Fortunam, ſed Coriolanum vicerunt. Nam quae ex Lib. v. 4. 1. adducit, verba ſunt Coriolani, non Fortunae. Interea, dum aliunde liquidior affulgeat lux, exhibui, quod ſuadebant MSS.

36. *Illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere*] Melius MS. *Tarquinios in priſtinum imperium.* PERIZON. Sic quoque Barb. uterque cum primo Heinſ. ſec. *Tarquinio priſtinum*, ſed corr. Harl. *Tarquinios priſtinum*, & ſic ſext. Leid. Ultraj. prim. *Tarquinio priſcum.* Perizon. *Tarquin priſtinum.* Supra plures *Publicola* item *Etruſcis.*

37. *In cornu dextro proelio ſuperioribus*] MS. *proelii.* PERIZON. Sic correctum erat in Heinſiano ſecundo. Unus atque item alter delet τὸ *proelio.*

38. *Cui rei pro argumento adjicitur*] Tres Rem. Bit. prim. Uterque Ultraj. Leid. ſec. quint. ſept. & Perizon. ſcribunt *cujus rei.* & ſic Edit. Mog. nonnulli etiam *addicitur*, ſed hoc cum *adjicitur* ſemper fere commiſcetur. Vide Cl. Dukerum ad Flor. L. I. C. 10. Porro in pleriſque veterum Editionum haec male diſtinguuntur hoc modo, *Adjicitur miraculum ingens. Repente vox.* Quum non *miraculum*, ſed *vox ingens* dicatur, hinc enim intelligi debet praecipue fidem factam fuiſſe, illam *Silvani ore eſſe miſſam.* & ſic Livius quoque L. II. 7. *ex ſilva Arſia ingentem editam vocem* dicit. & mox Ex. 6. *vox ingens* tribuitur *Marti.*

39. *Ore Silvani &c. miſſa traditur*] Leid. ſec. *ex ore*, Copeſ. cum utroque Heinſ. & Perizon. & duobus aliis *emiſſa.* Utrumvis rectum eſt. Vide Cl. Dukerum ad Flor. L. IV. 10. 7. Noſter Ex. 8. Ext. *Voce illa prius emiſſa.* & Ex. 9. *divinitus miſſae vocis miraculum eſt.* L. VII. 1. 2. *Ex abdito ſacrarii ſpecu voce miſſa.*

40. *Uno plus Hetruſci cadent*] Subaudi, *quam Romani.* Illud *uno plus* autem eſt pro *uno plures.* Terentius Adelph. II. I. *Plus quingentos colaphos infregit mihi*, pro *plures quam quing.* Nimirum *plus* poſitum hic adverbialiter. adverbium autem pro nomine eſt pluralis numeri. Ipſum quoque *magis* ſic uſurpatur. Cicero pro Roſc. *Annos natus magis quam quadraginta* pro *plures quam quadr.* Vide & Indicem in Nepotem, v. *amplius* & *minus.* Sed quid illud eſt, *Uno plus Etruſci cadent quam Romani?* Senſus eſt, Etruſcos in acie caeſos unius hominis numero ſuperaturos Romanos eſſe. Neque aliud ſibi vult Livius lib. II. cum eadem de re agens ſcribit, *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie, vincere bello Romanum.* Apparet ex eo quod Valerius mox ſubjicit, *Miram dicti fidem digeſta numero cadavera exhibuere.* Aliud hujus generis eſt apud Livium V, 31. *Legem una plures tribus antiquarunt quam juſſerunt.* Ad quae verba Notam quoque Gronovii vide. VORST. Ablativus hic eſt non comparationis, ſed incrementi ipſius, quo unum ab altero ſuperatur, ut veriſſi-

[40] *Uno plus Hetruſci cadent: Romanus exercitus* [41] *victor abibit.* Miram dicti fidem [42] digeſta numero cadavera exhibuere.

[43] Quid Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adjuvit, nonne memoria celebrandum eſt? Cum Brutii atque Lucani odio incitatiſſimo, maximiſque viribus Thurinae urbis peterent (43) exitium, ac praecipuo ſtudio incolumitatem ejus C. Fabricius Luſcinus cos. protegeret, reſque ancipiti eventu, collatis unum in locum utriuſque partis copiis, gereretur: [44] non audentibus Roma- 6. Ann. urb. 471. Am. Marcell. xxiv.

riſſime docet Perizon. ad Sanctii Minervam in Addendis ad p. 530.

41. *Victor abibit*] Alii dicunt *ſuperior diſcedet.* Nepos Datame: *Semper inferior copiis, ſuperior omnibus proeliis diſcederet.* Phraſeologia haec noſtri ſupra 1, 7, 3. confirmavimus *τὸ victricem abituram.* Livius lib. 11. eadem de re agens: *Ita certe inde abiere Romani ut victores: Etruſci pro victis.* Ergo Livius plene, *abiere ut victores:* noſter per ellipſin *abibit victor.* VORST.

42. *Digeſta numero cadavera*] Ea de re apud Livium nihil apparet. VORST. Imo plus eſt in quo à Livio recedat noſter. Quis enim totam ejus legens narrationem, & attendens inprimis ad illa, *Uno plus Etruſci cadent, Romanus exercitus victor abibit,* non credat, hanc vocem miſſam fuiſſe inter proelium, antequam diſceſſiſſent exercitus, imo eam fere cauſſam fuiſſe cur *profugerent victores?* Contra vero Livius docet, *Eam emiſſam fuiſſe proxima nocte, poſtquam Etruſci & Vejentes ſuas quiſque domos abierant,* neque dictum fuiſſe, *cadent,* ſed *uno plus Etruſcorum cecidiſſe, vincere bello Romanum.*

43. *Quid Martis auxilium*] Credo hanc hiſtoriam (ſi modo vera eſt) fuiſſe in ſecunda Livii decade. Mirum autem Florum in neutra epitome vel unum verbum de ea ſcripſiſſe. Mihi plane ſuſpecta: maxime cum dicit, *collatis in unum locum utriuſque partis copiis Martem arreptis ſcalis per mediam hoſtium aciem ad contraria caſtra evaſiſſe, & admotis vallum conſcendiſſe.* Primum, ſi per mediam hoſtium aciem evadere potuit, quae ante caſtra ſtabat, ut opinor, quid opus erat caſtra invadere, ac Romanos ad idem invitare negotium? cum unus per medios iret, quare eum non potius conficiebant, quam caſtra defenderent. Perpendat lector hunc locum, & videbit, non temere hic haeſiſſe nos, niſi Homericum Martem credamus. GLAREAN. *Quid Martis auxilium.* Miror Glareanum de hac hiſtoria dubitare, ac velut fabuloſam rejicere, quod ejus memoriam in Livianis reliquiis non reperiat, cum tamen habeat ſuffragatorem Valerius noſter Ammianum Marcellinum. Sed vide quae nos de his in magiſtratuum annalibus. Thurios autem Martis in tutela fuiſſe nummi antiquiſſimi eorum declarant, & nos alibi docebimus. PIGH. *Quid Martis auxilium.* Glareanus hac de hiſtoria dubitat, quod nihil ejus apparet in Livio. Defendit autem Pighius; quod Valerius ſuffragatorem habeat Ammianum: quodque ex antiquiſſimis nummis Thuriorum conſtet, in tutela eos Martis fuiſſe. VORST.

(43.) *Excidium*] Sic habet Leid. quint. ſed ſept. *exitium,* al' *excidium, exitium* vero Heinſiani, Barberini, Ultrajectini, Remenſes, Harl. Voſſ. Leid. ſext. Perizon. Copeſ. & omnes Editt. Quid attinuit mutare? mox pro *Luſcinus,* alii *Lucinius,* alii *Luſinius,* alius *Litinius. Luſcinius* ab aliis ſervatur.

44. *Non audentibus Romanis proelio congredi*] Veteres, *proelium ingredi.* eleganter. LIPS. *Praelio congredi.* Lib. Dan. *Praelium ingredi.* Sic & Modii liber. Approbat Lipſius. COLER. *Non audentibus Romanis proelium ingredi.* Pighius edidit *proelio congredi,* auctoritate neſcio quorum codicum. Veteres editiones habent *proelium ingredi.* Quam lectionem uterque codex Brand. confirmat. Neque codices Modii & P. Danielis, teſte Colero, aliter habent. VORST. Nimirum tacuit Pighius ſuo, ſed peſſimo, more, & mutavit contra omnium ſcriptorum & Editorum conſenſum. *Ingredi rem,* frequenter pro *incipere* Inſt. L. XXXVIII. 7. *Multoque ſe diffidentius bella Pontica ingreſſum, cum ipſe rudis ac tiro eſſet.* Suet. in Aug. C. 1. *Atque ita proelium ingreſſus Victor rediit.* Modius è veſtigiis libri ſui conjecit. *Non audentibus Romanis proelium,* & delet *ingredi.* Vide Novantiq. Epiſt. LIV. paulo poſt Harl. *cohortari.*

45. *Ubi tardiores animadvertit*] Ultraj. prim. auctior, *ubi eos tardiores.*

46. *Illuc traxit, ubi conſerti dubio certamine terebantur*] Nil juvant MSS. omnes retinentes *illuc,* tamen videtur mihi rectius legi poſſe *illinc, ubi* &c. *terebantur,* ut dicat eos tractos ad ca-

Romanis proelium ingredi, eximiae magnitudinis juvenis primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinem coepit. Deinde, [45] ubi tardiores animadvertit, arreptis ſcalis per mediam hoſtium aciem ad contraria caſtra evaſit: & admotis, vallum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriae gradum, & noſtros ad aliena caſtra capienda, & Lucanos, Brutioſque ad ſua defendenda, [46] illuc traxit, ubi conſerti dubio certamine terebantur. Sed idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes jugulandos, capiendoſque Romanis tradidit. [47] XX enim millia caeſa: quinque millia cum Statio Statilio, duce utriuſque gentis, & tribus atque XX militaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cum cos. inter honorandos, quorum ſtrenua opera fuerat uſus, [48] vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, [49] nec inveniretur, qui id praemium peteret: cognitum pariter, atque creditum eſt, Martem patrem tunc populo ſuo adfuiſſe. [50] Inter cetera hujuſce rei manifeſta indicia, [51] galea quoque duabus diſtincta pinnis, qua coeleſte caput tectum fuerat, argumentum praebuit. Itaque Fabricii edicto, ſupplicatio Marti eſt habita, & à laureatis militibus magna cum animorum laetitia oblati auxilii teſtimonium ei eſt redditum.

Re-

ſtra ab urbe, ubi ancipiti eventu res gerebatur. Multi MSS. habent *conſerti*, cum. Ed. Mog. Sed nihil ideo mutandum. in marg. notavit Perizon. adducens L. III. 2. I. *Duoſque acerrima pugna conſertos exercitus.* Tac. L. VI. Ann. C. 35. *Aliquando ut conſerta acies corporibus & pulſu armorum pellerent, pellerentur.* Pro *terebantur*, unus Leid. *tenebantur*, unus Heinſ. *truncabantur*, alter *ferebantur*, complures *terrebantur* cum Edd. Mog. Venett. Mediol. Bit. prim. *dubio certaminis.*

47. *Viginti enim millia caeſa, quinque millia cum Statio Statilio duce utriuſque gentis capta ſunt*] Leid. ſext. Perizon. Heinſ. uterque *Viginti enim quinque millia caeſa cum Statio Statilio.* Voſſ. *Nam* XV. *millia caeſa ſunt cum Statilio duce.* Leid. ſept. *Viginti enim millia caeſa, quinque cum Statio Statilio.* & ſic tres Rem. Leid. quint. uterque Ultraj. pro *& tribus* nonnulli *cum tribus.*

48. *Vallarem coronam*] Qua donabatur is qui primus vallum conſcendiſſet. VORST.

49. *Nec juvenis qui id praemium peteret inveniretur*] MS. *Nec inveniretur qui praemium peteret.* conciſius, & ni fallor, rectius. PERIZON. Omnino rectius, neque enim Valerii eſſe illud *juvenis* clamant omnes ſcripti, omnes editi, *id praemium*, tamen plerique retinent. Quare prius vocabulum induxi, & cetera ut erant in MSS. & edd. ordinavi. Gudius, quia in uno Cod. *idem* erat eraſum, legebat ſimpliciter *qui peteret*, & referebat ad *vallarem coronam.*

50. *Inter cetera hujuſce rei manifeſta indicia*] Ita codd. MSS. Brand. & veteres typis expreſſi. Pighius *manifeſtae:* quem Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. VORST. Sed prorſus indecore. *Manifeſta* habent & MSS. noſtri. pro *hujuſce*, nonnulli *hujuſcemodi*, *hujuſmodi*, *hujus.*

51. *Galea quoque duabus diſtincta pinnis*] MS. Copeſ. *pennis*, & ſic in Heinſ. ſec. Leid. ſept. ac Harlem. Ennius apud Cic. L. III. de Off. 29. *O Fides alma apta pinnis & jusjurandum Jovis,* Vide Nic. Heinſium ad Ovid. L. XV. Metam. v. 475. Huc vero ſpectat Virg. L. VI. Aen. v. 780. de Romulo.

—— Viden' ut geminae ſtant vertice criſtae,
Et pater ipſe ſuo ſuperum jam ſignat honore?

Ut honorem ſibi proprium geminis criſtis galeam ornandi cum filio Romulo Mars pater communicaverit, eaque re inſignitum eum reddiderit. Sic enim hoc capiendum videtur; non ut fecit Taubmannus de communicatâ divinitate & cognomine. Quidam etiam *argumentum fuit.*

52. Pe-

7. Dionyſ. I. 7. Auct. Orig. Gent. Rom.

Referam nunc quod ſuo ſaeculo cognitum manavit ad poſteros, [52] Penates deos Aeneam Troja advectos Lavinii collocaſſe: inde ab Aſcanio filio ejus Albam, quam ipſe condiderat, tralatos, [53] priſtinum ſacrarium repetiſſe; & quia id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albam, voluntatem ſuam altero tranſitu ſignificaſſe. [54] Nec me praeterit de motu, & voce deorum immortalium humanis oculis, auribuſque percepto, [55] quam in ancipiti opinione aeſtimatio verſetur. Sed quia non nova dicuntur, ſed tradita repetuntur, [56] fidem auctores vindicent: noſtrum ſit, inclytis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana non refugiſſe.

8. Ann. urb. 711.

Facta mentione urbis, è qua primordia civitas noſtra traxit, divus Julius fauſta proles ejus, ſe nobis offert: [57] quem C. Caſſius, nunquam ſine praefatione [58] publici parricidii nominandus, cum acie Philippenſi ardentiſſimo animo perſtaret, vidit humano habitu auguſtiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo in ſe impetum facientem: quo aſpectu perterritus, tergum hoſti dedit, voce illa prius emiſſa, *Quid enim amplius agas,* [59] *ſi occidiſſe parum eſt?* Non occideras tu quidem, Caſſi, Caeſarem. [60] neque enim

52. *Penates deos*] In Campenſi & aliis manuſcriptis *Penetrales* vocantur, quemadmodum à Catullo quoque. Unde idem Feſtus *Penetralia deorum Penatium ſacraria eſſe* docet. Nec multo poſt, *Fidem auctores vendicent.* In Atrebatenſi *vindicent.* PIGH. *Penates Deos Troja advectos.* Uterque codd. Brand. *penetrales Deos:* quomodo & in Campenſi aliiſque legi teſtatur Pighius. Qui idem monet à Catullo quoque ſic vocari; & Feſtum docere, *Penetralia Penatium Deorum ſacraria eſſe.* VORST. *Penetrales Deos*, equidem in ſeptemdecim invenio MSS. Leid. ſec. utrumque habet, *Penetrales penateſque Deos*, ſolum *penates* Perizon. Med. prim. & ſec. *Penates* vero à Poëtis *Penetrales Deos* appellari diſerte teſtatur Cic. L. II. de Nat. Deor. C. 27. Placuit autem etiam hic ita legi Iſ. Voſſio ad Catul. p. 293. Ed. Lond. & ſic explicant illud Sen. in Oedipo v. 265.

Per regna juro, quaeque nunc hoſpes gero,
Et quae reliqui, perque penetrales Deos.

53. *Priſtinum ſacrarium repetiſſe*] Simile exemplum narrat Sponius Itiner. T. I. p. 163. PERIZON.

54. *Nec me praeterit de motu & voce &c. percepto*] Sunt MSS. qui immutant ordinem, *de voce & motu*, quod ſane melius convenit cum eo, quod ſequitur *percepto*, pro quo prim. Ultraj. habet *perceptis.* Sed & alibi non obſervat hoc Valerius. Sic L. IX. 2. 5. ext. *Caput ejus & pedes praeciſos & manus in ciſta chlamyde coöpertos.* Ubi Copeſ. quidem habet *manus & pedes praeciſos*, ſed vulgatum ordinem videntur ſervare reliqui, niſi quod *pedes & manus praeciſos* habet Leid. ſext. Vide etiam Perizon. ad Sanctii Minervam L. IV. 8. p. 712.

55. *Quam in ancipiti opinione aeſtimatio verſetur*] Ven. Edd. cum per multis Codd. *exiſtimatio.* quod poſſit placere.

56. *Fidem auctores vindicent*] Ita omnino legendum, non *vendicent*: ut edidit Aldus. VORST. Sic ediderant & complures alii, nec deerat ipſis aliquot MSS. auctoritas. Sed recte exploſum eſt jam hoc verbum, oſtenſumque à Viris doctis ſemper *vindicare* ſcribendum eſſe. Deinde *Et noſtrum ſit* pleraeque Edd. praeter Mogunt. & ſic nonnulli MSS. Cop. pro *vana* dat *nova.*

57. *Quem C. Caſſius*] MS. Copeſ. Harl. *Quem conſulto Senatus G. Caſſius.*

58. *Publici parricidii*] Caedem Caeſaris à Caſſio & Bruto factam, quam alibi *parricidium*, nunc *parricidium publicum* dicit; quoniam intererat reip. Caeſarem amplius ſupereſſe. VORST. Hinc etiam L. III. 1. 3. de eodem *Caſſio*, *Dignam manum, quae publico parricidio ſe non contaminaret.*

59. *Si occidiſſe parum eſt*] Si non ſatis eſt, me Cae-

enim extingui ullà vi divinitas poteſt: ſed mortali adhuc corpore utentem violando, meruiſti ut tam infeſtum haberes deum.

9. Ann. urb. 705. Plutarch. Pompejo. Jam quod L. Lentulus littus praenavigans, in quo Cn. Pompeji Magni perfidia Ptolemaei regis interempti corpus [61] conſciſſae ſcaphae lignis comburebatur, ignarus caſus ejus, cum ipſi Fortunae erubeſcendum rogum vidiſſet, commilitonibus dixit, [62] *Quid ſcimus, an hac flamma Cn. Pompejus cremetur?* divinitus miſſae vocis miraculum eſt.

10. Ann. urb. 704. Lucan. v. Oroſ. vi. 15. [63] Atque hoc quidem hominis, & caſu: illud tantum non ore ipſius Apollinis editum, quo Appii interitum veridica [64] Pythicae vaticinationis fides praecurrit.

Caeſarem occidiſſe; iſque infeſtus mihi adhuc eſt. VORST. Bit. prim. cum Leid. ſext. *agam.* pro *agas.*

60. *Neque enim exſtingui ulla divinitas poteſt*] Alii haec alio ordine, *Ulla exſtingui poteſt divinitas. Ulla divinitas exſtingui poteſt.* Verum Remenſes tres cum Voſſ. *Neque enim exſtingui ulla vi divinitas poteſt.* Quod videtur rectius. Hanc voculam culpa librariorum ſaepe excidiſſe obſervavit dudum Gudius ad Phaed. L. I. F. 11. Ita hic quoque reſtituendum monens. Deinde Voſſ. *ut tam manifeſtum haberes Deum.*

61. *Conſciſſae ſcaphae lignis*] Uterque codex Brand. *conciſae*: ut ſit à *concido.* VORST. Utrumque in MSS. exſtat pari fere numero. In initio pro *jam quod* pleraeque Edd. praeter Mog. *jam quidem.* Ut eſt in Heinſ. Barb. Ultraj. Leid. ſecundis, quint. Perizon. ſed Ultraj. & Heinſ. primi, Leid. ſext. unus Rem *jamque.*

62. *Quid ſcimus an hac flamma*] MSS. octodecim cum Edd. omnibus ante Colerum, quantum potui indagare, habent, *quid ſcimus.* In Marg. appoſuit Pigh. al' *qui.* tum MSS. tredecim cum antiquis editt. ſi Moguntinam exceperis, *in hac flamma.* pro *miraculum* Copeſ. *Oraculum.*

63. *Atque hoc quidem hominis. Illud tamen ore ipſius Apollinis editum*] Magis placet Suſiani libri lectio, *Utque hoc quidem hominis & caſu: ita id ore ipſius, &c.* Et amplius quae eſt in Campenſi, *Atque hoc quidem hominis tantum, illud autem ore, &c* PIGH. *Atque hoc quidem hominis, & caſu: illud tantum non ore ipſius Apollinis editum* Ita plane legendus eſt locus iſte; non, ut ex cod. Campenſi edidit Pighius, *Atque hoc quidem hominis tantum: illud autem ore ipſius Ap. editum* Certe unus codex Brand. habet, *Atque hoc quidem hominis, ſed caſu: illud tantum:* & alter, *Atque hoc quidem hominis, & caſu: illud tantum.* Typis expreſſus Chalcocondylae, *Atque hoc quidem hominis, & caſu: illud tamen.* Ex quorum conſenſu apparet, *& caſu* genuinum eſſe. Et confirmat item cod. Andr. Schotti, qui, ut III, 20. Obſ. hum. ipſe teſtatur, ſic habet, *Atque hoc quidem hominis, ſed caſu illud tantum non ore ipſius Apollinis editum.* VORST. Vehementer variant hic MSS. Heinſ. prim. tres Rem. *Atque hoc quidem ominis, ſed caſu, illud tantum non ore ipſius* pro *ominis* Leid. quint. *hominis.* Heinſ. ſec. *Atque hoc quidem hominis ore, illud tamen ipſius Apollinis editum.* Voſſ. *Atque hujus quidem hominis caſu, illud ore ipſius.* Leid. ſext. ſept. & Periz. Med. prim. & ſec. *Atque hoc quidem hominis, ſed caſu, illud ore tamen ipſius Apollinis.* & ſic Med. reliqui quatuor cum ſec. Leid. niſi quod pro *hominis* habent *homini.* Harlem. *Atque hoc quidem non hominis, ſed caſu, iſtud tantum in ore ipſius Apollinis editum.* In Leid. ſec. etiam erat *more* al' *non ore.* Ultraj. ſec. *Illud tamen ore* prim. *Tamen non ore.* Copeſ. *Atque hoc quidem non hominis tantum, ſed caſu.* Ed. Mog. *Atque hoc quidem hominis, ſed caſu. Illud tantum ore ipſius Apollinis editum.* Venet. *Atque hoc quidem hominis, illud tantum ore.* & ſic Aldus, ſed qui pro *tantum* habet *tamen* & ſic reliquae. Unice verum videtur eſſe quod expreſſit Vorſtius. Non enim *Editum eſt ore ipſius Apollinis*, ſed *tantum non ore*, hoc eſt, ita *editum eſt, ut ore ipſius editum videri poſſit.* ut *propemodum ore ipſius ſit editum.* Particula haec non intellecta paſſim à librariis vexata eſt. Ut docuit bis aliis locis eam Valerio reſtituens Joh. Fr. Gronovius ad Liv. L. IV. 2. & Graev. ad Suet. in Veſpaſ. Cap. 5. Vide Noſtrum I. 8. Ext. 5.

64. *Pythicae vaticinationis*] *Pytho* mulier, quam, ut Juſtinus lib. XXIV. loquitur, Deus implebat & reſponſa conſulentibus dare cogebat. Paulo poſt noſter *antiſtitem Delphicae cortinae* vocat. *Pythica vaticinatio* eſt quam Pytho talis edit. VORST.

currit. Is bello civili, quo ſe Cn. Pompejus à Caeſaris concordia peſtifero ſibi, nec Reipublicae utili conſilio abruperat, eventum graviſſimi motus explorare cupiens; [65] viribus imperii (namque Achajae praeerat) antiſtitem Delphicae cortinae [66] in intimam ſacri ſpecus partem [67] coëgit deſcendere: [68] unde ut certae conſulentibus ſortes petuntur, ita nimius divini ſpiritus hauſtus [69] reddentibus peſtifer exiſtit. [70] Igitur impulſu concepti numinis inſtincta virgo, horrendo ſono vocis, [71] Appio inter obſcuras verborum ambages fata cecinit. [72] *Nihil*, inquit, *ad te hoc*, *Romane*, *bellum:* [73] *Euboeae Coela obtinebis.* At is ratus conſiliis ſe Apollinis moneri, ne illi diſcrimini intereſſet, in eam regionem

VORST. Copeſ. cum quibuſdam aliis *Praecucurrit.* Quod videtur melius. habet etiam Ed. Mog.

65. *Viribus namque imperii Achajae praeerat*] Inepte; ſed multo melius diſtinguitur illa parentheſis in manuſcriptis libris, *Viribus imperii* (*namque Achajae praeerat*). Ap. Claudius enim Achajam adminiſtrabat procos. erantque in ejus provincia Delphi. Itaque viribus imperii cogere antiſtitem oraculi Delphici potuit. PIGH. *Viribus imperii* (*namque Achajae praeerat*) Ita recte Pighius ex codd. MSS. Et habent quoque ita codd. Brand. Aldus poſuerat omnia in parentheſi, hoc ordine, *Viribus namque imperii Ach. praeerat.* VORST. MS. *Nam A. praetor praeerat.* Forte *Proconſule*, ſolent enim haec ſcribi per primas tantum literas. PR. vel *Proc.* unde, fecere *Praetor.* PERIZON. Ut Aldus ediderat, ita & vetuſtiores Edd. & ſic quatuor MSS. reliqui cum Brand. conſentiunt. Quod eſt in Copeſ. *praetor praeerat* idem invenio in Harl. & utroque Barber. non diſplicet itaque Cl. Perizonii conjectura.

66. *In intimam ſacri ſpecus partem*] Juſtinus lib. XXIV. *In hoc rupis anfractu planities exigua eſt, atque in ea profundum terrae foramen, quod in oracula patet, ex quo frigidus ſpiritus, vi quadam velut vento in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletaſque Deo reſponſa conſulentibus dare cogit.* VORST.

67. *Coëgit deſcendere*] Infinitum foret, & plerumque nullius utilitatis, ſi monere vellem, quoties in collocatione verborum variant MSS. hic fere omnes cum Ed. Mog. *deſcendere coëgit.* Quod videtur rotundius. Porro Heinſ. primus *à conſulentibus.* Male: non enim petunt ipſi *conſulentes*, ſed à ſacerdote petuntur *certae ipſis ſortes.*

68. *Unde certae conſulentibus ſortes petuntur*] *Sortes* ipſa reſponſa, ipſa vaticinatio ſunt Pythonis. VORST. *Extitit* multi MSS. pro *exiſtit.*

69. *Reddentibus peſtifer*] Barth. malebat *Redeuntibus* Male. *Hauſtus nimius divini ſpiritus exſtitit peſtifer reddentibus conceptum Spiritum,* quod faciunt dum canunt fata.

70. *Igitur impulſu capti numinis*] In Cauchiano *concepti numinis*, quod approbo, & prioribus dictis congruentius eſt. Transfertur enim pulchre hoc vocabulum à corpore ad mentem ac animum. PIGH. *Concepti numinis.* Lib. Dan. *Capti numinis.* Illud rectius videtur. COLER. *Impulſu concepti numinis inſtincta.* Ita Pighius ex cod. Cauchii, cum Aldus edidiſſet *capti numinis.* Verum ut Aldus habet, ita & Chalcocondyles, & Mart. Herbip. itemque codices MSS. Brand. &, ut Colerus teſtatur, P. Danielis. Nec video, quare *concepti* alteri debeat praeferri. VORST. *Capti* invenio in MSS. viginti & Edd. omnibus. Venet. 1478. *Capiti.* quomodo erat etiam in Leid. quinto. Sed medium *i* inferius puncto notatum jubebatur deleri. Leid. ſec. *Captis numis.* Unus Rem. delet *capti*, ſed, notatum alia *accepti*, ut videas prope omnes in *capti* conſpirare.

71. *Appio fata cecinit*] Fuit is Appius Claudius, proconſul Achajae, in cujus provincia & Delphi erant. VORST.

72. *Nihil, enim inquit, ad te*] Sic MSS. tredecim cum prioribus Pighiana Edd. nec video cur conjunctio *enim* fuerit expellenda.

73. *Euboeae cellam obtinebis*] In Atrebatenſi ac Gemblacenſi correctiſſime, *Coelam*, & poſtea *Coelae.* Nomen enim eſt regionis in Attica. In Cauchiano, *Cohelam*, atque in aliis *Celam* legimus. Quod ſequitur deinde, *Locum pro ſepultura poſſedit.* v. c. habent, *Locum ſepulturae.* PIGH. *Euboeae Coelam.* Ita & Oroſius lib. VI. c. 16. apud quem tamen legitur *Euboicae caela.* vitioſe, pro *Euboeae.* Idemque *Caela* inter-

nem ſeceſſit, quae inter Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, Cariſtumque Chalcidico freto vicinam interjacens, [74] Coelae Euboeae nomen obtinet, ubi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, [75] praedictum à deo locum ſepultura poſſedit.

11. Cic. divin. 1. 7. Plut. Cam. 104. 105. Rom. 22. Cic. de Har. Reſp. C. 13. Obſeq. 99. Tac. Ann. IV. 64. ubi vide Lipſ. Ann. urb. 642. Ann. urb. 755.

Poſſunt & illa [76] miracûlorum loco poni: Quod deuſto [77] ſacrario Saliorum, nihil in eo praeter lituum Romuli integrum repertum eſt. Quod Ser. Tullii ſtatua, cum aedes Fortunae [78] deflagraſſet, inviolata permanſit. Quod [79] Q. Claudiae ſtatua in veſtibulo templi Matris deûm poſita, bis ea aede incendio conſumta, [80] prius P. Naſica Scipione & L. Beſtia: item M. Servilio & L. Lamia coss. in ſua baſi flammis intacta ſtetit.

Ali-

interpretatur ſinum Euboicum. utrumque autem dicebant τῆς Εὐβοίας τὰ κοιλὰ, ut Strab. lib. x. Et τὴν κόιλην Ἔυβοιαν, ut Ptolemaeus. ut Philoſtratus Ἑρμάτων ὑπερέχει τὸ σκάφος ἐν Ἐυβοίᾳ κοίλῃ. Similiter dicitur κόιλη Συρία. Euboeae coelam circumſcribere conatus eſt Lucanus libro v. COLER. *Euboeae Coela obtinebis.* Ita rectiſſime edidit Chalcocondyles ex cod. Parrhaſii. Et probat celeberrimus Gronovius, uti literis ad me teſtatus eſt. Pighius maluit *Euboeae Coelam*: eumque Colerus & alii ſunt ſecuti. Verum ſi *Coelam* legere velis, & *Euboeam* legendum erit: ut ſubſtantivum & adject. caſu congruant. Et dicunt ſane & Ἔυβοια κόιλη *Euboea cava*, quomodo Κόιλη Συρία *cava Syria*. Verum quia in omnibus codd. eſt *Euboeae*, putem legendum potius *Coela*; ut numeri hoc plur. & generis neutrius ſit: & ſubſtantivum alteri ſubſtantivo jungatur. Sane Auctores tum Graeci, tum Latini ita loquuntur. Strabo lib. x. Πρῶτον τῆς Ἐυβόιας Κοῖλα λέγουσι. *Primam Euboeae partem Κοῖλα vocant.* Livius xxx, 43. *Eſt ſinus Euboicus, quem Coela vocant, ſuſpectus nautis.* Oroſius *Euboica Coela* appellat. VORST. Paul. Leopardus L. XIII. Emend. C. 21. Ait ſolum Paulum Oroſium ſanam hic lectionem retinere, qui legit *Euboica coela*, ſcriptos vero, quos ipſe viderit, habere partim *Euboechelam*, partim *Euboee cellam*, quoſdam *cele Euboae.* alios *Ocele Euboae.* Sic ille. Noſtri MSS. maximo numero *Eubóe cellam.* Unus & alter *celam.* Ultraj. prim. *Choelam*, & ſic quoque paulo poſt eodem modo. Ultraj. prim. tamen *Caeleenboe.* Quid vetat legere, *Euboeae coelen?* Quum de faucibus, quibus Thaumaci imminent, ſic loquatur Liv. L. XXXII. 4. *Namque Thâumaci à Pylis ſinuque Maliaco, per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt, ipſi faucibus imminentes, quam coelen vocant.* Quem locum citaverat in margine Perizon. Sed ſcribens *Coela.* in ἡ Ἐυβοίας κοίλη. Subintelligetur χώρα, ut in ὀρεινὴ, φιλία, πολεμία aliiſque. Ceterum nota hic mihi errorem Vorſtii Strabonis verba reddentis quaſi *primam Euboeae partem κοῖλα* vocarint. Cum Strabo nihil cogitarit minus. Dicit enim ſe de aliis Euboeae locis alibi egiſſe copioſius, nunc vero ea exſecuturum quae praetermiſerit, & tunc addit καὶ πρῶτον, id eſt, *Et primum quidem*, ſcilicet agam. Pro *Rhamnunta* MSS. *Ramunta*, *Thamunta*, *Chamnucha*, *Tamutha*, deinde multi *Chalchidico.* Etiam nonnulli *Antici ſoli*, quomodo & Ed. Mog.

74. *Coelae Euboeae nomen obtinet*] Hic jam per nomen ſubſtantivum & adjectivum *Coelae Euboeae* dicitur, uti Graece Κόιλη Ἔυβοια. Κόιλη Συρία. VORST.

75. *Sepulturae*] Lib. Dan. *Sepultura.* Inſane bene. COLER. *Praedictum à Deo locum ſepultura poſſedit.* Pighius è quibuſdam codd. mavult legi *ſepulturae.* Antiquiores typis expreſſi habent ſic ut nos edimus: & MSS. item Brand. una cum eo quem Colerus inſpexit, P. Danielis. Cecinerat Apollo, Euboeae Coela obtenturum Appium. Dicit igitur Valerius, praedictum à Deo locum & poſſediſſe Appium; ſed *ſepultura*, id eſt, ut in loco illo ſepeliretur. VORST. Tres Rem. cum duobus aliis *ſepulture.* Reliqui *ſepultura.* Leid. quint. *locum obtinuit.* Inter lineas *ſepulturae poſſedit.* Modius Ep. LIV. probat *ſepultura.* & merito. Quod vero ait, in aliis legi *pro ſepultura*, id apud Aſcenſ. Colin. Gryph. & Rob. Stephanum occurrit.

76. *Miraculorum loco poni*] Ultima vox abeſt lib. Dan. Et ita conciſe loqui amat Valerius. COLER. *Poſſunt & illa miraculorum loco poni.* Ultima vox non apparuit in Cod. Coleri, pro eo noſter *haberi.* PERIZ. *Poni* delet Heinſ.

prim.

Aliquid admirationis civitati noſtrae [81] Acilii etiam Aviolae rogus attulit, qui & à medicis, & à domeſticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi jacuiſſet, elatus, poſtquam ignis corpus ejus corripuit, *vivere ſe* proclamavit, auxiliumque paedagogi ſui (nam [82] is ſolus ibi remanſerat) invocavit. Sed jam flammis circumdatus, fato ſubtrahi non potuit. 12. Cos. fuit ann. urb. 720. Plin. VII, 52.

L. quoque Lamiae, praetorio viro, aeque vocem fuiſſe ſuper rogum conſtitit. Pr. f. a. 711. Plin. VII, 52.

Externa.

Quae minus admirabilia [83] Eris Pamphylii caſus facit: *quem* Plato ſcribit *inter* 1.

prim. reponens *haberi*, quod eſt in Harl. duob. Leid. Periz. Ultraj. prim. *accipi.* ſec. *mirari.* pleraeque Edd. *referri.* Mog. *Miraculorum locum mirari.* Vides varie eſſe ſuppletum, quod videbatur deeſſe. Non placet tamen illud nimis conciſum, quod placuit Colero. Credo potius ſcripſiſſe Valerium. *Poſcunt & illa miraculi locum*, vel *miraculorum locum.*

77. *Sacrario Saliorum*] Per hoc interpretatur *Sacrarium in Regia.* Cl. Jac. Gronovius ad Gell. L. IV. 6.

78. *Deflagraſſet*] Aliquot MSS. *flagraſſet.* Edd. *conflagraſſet*, quod etiam in quibuſdam eſt ſcriptis, ut & *deſlagraſſet.*

79. *Q. Claudii ſtatua*] Campenſe, Winchelianum, & Colonienſia duo exemplaria, quae his diebus ad me miſit Jo. Metellus Juriſconſ. ob probitatem atque eruditionem mihi chariſſimus, *Q. Claudiae* produnt; atque optime: Ejus enim *Claudiae* ſtatuam fuiſſe exiſtimo, quae Matrem Deûm Peſſinunte advectam in urbem induxerat atque exceperat, ut Auctores Livius XXIX. Cicero de Aruſp. reſponſo. Ovidius Faſtorum IV. PIGH. *Q. Claudiae ſtatua.* Ita legendum è MSS. monuerunt Sigonius I, 8. Emendat. & Pighius; non *Q. Claudii*, ut Aldus edidit. Habentque ita veteres quoque typis expreſſi Chalcocondylae & Mart. Herbip. Et conjicit Pighius ſtatuam fuiſſe Claudiae, virginis Veſtalis, quae Matrem Deûm Peſſinunte advectam excepit atque in urbem induxit. Livius l. XXIX. 14. *Matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quinctae inſigne eſt nomen, accepere. Cui dubia, ut traditur, ante fama clariorem ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit.* VORST. MSS. Med. habent *Claudiae*, ſine praenomine, quod etiam deſideratur in quibuſdam eorum, in quibus eſt *Claudii*, ut in Ultraj. utroque. Leid. quint. *Q. E. Claudie.* ſext. *Q. Claudie.* In quibuſdam deſunt haec. *Cum aedes Fortunae conflagraſſet, inviolata permanſit. Quod Q. Claudiae ſtatua.*

80. *Prius P. Naſica Scipione, & L. Beſtia, item M. Servilio.*] MS. melius legit, *iterum.* PERIZON. Et ſic uterque Heinſ. & Barb. cum Harl. & primo Bitur. Sed *prius* deeſt in Leid. quint. *prius Naſica primo Scipione* Heinſ. & Barber. uterque cum ſept. Leid. Porro etiam *&* nominibus conſulum interpoſitum à multis MSS. deletur. Deinde *in ſua baſilica* Leid. ſec. & Voſſ.

81. *Atilii etiam Aviolae rogus*] Lege, *Acilii.* Hunc conſularem mortuum ſcribit Plinius. At habemus *M? Aciolum Aviolam* conſulem ultimo anno Claudii Auguſti; ſed prior hic eſſe debuit, cum Tiberio Caeſari dedicaverit opus hoc ſuum auctor. Quare neceſſe eſt ſuffectum conſulem antea fuiſſe *Aviolam* hunc ſub Auguſto, ut videbis in Annalibus noſtris. PIGH. *Attilii etiam Aviolae.* Plin. lib. VII. cap. 52. unde ſumſit Servius ad illud Maronis VI. Aeneid. *pars latices calidos.* COLER. *Acilii etiam Aviolae rogus.* Quidam codd. *Atilii.* Plinius VII, 52. modo *Aviolam* vocat. VORST. *Acilii etiam Aviolae.* Antonius Auguſtinus in Familia *Acilia* hoc exponit de conſule Anni 806. magno peccato. Tu vide Lipſium ad Tac. L. III. Ann. C. 41. PERIZON. MSS. partim *Attilii*, partim *Actilii*, vel *Atilii*, &, ut recte editum, *Acilii.* Porro in pauculis deeſt *ſe*, item *is* & *ibi.* pro *aeque* Heinſ. ſec. *etiam.*

82. *Is ſolus ibi remanſerat*] Cum cadaver ad rogum uſque proſecuti eſſent, ceteri diſcedebant, remanebatque modo unus, donec cadaver totum combuſtum eſſet. VORST. Sic ſane diſceſſiſſe oportet omnes eos, quibus cura quam accuratiſſime ſepeliendi Aſcletarionis Mathematici fuerat mandata; vide Suet. in Domit.

De rep. x. Macrob. in ſomn. Scip. I, I. Clem. Alex. Strom. v.

ter eos qui in acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe, [84] *biduoque poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quaedam tempore mortis viſa narraſſe.*

Et quoniam ad externa transgreſſi ſumus, [85] quidam Athenis vir eruditiſſi-
2. Plin. VII, 25. mus, cum ictum lapidis capite excepiſſet, cetera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus praecipue inſervierat, oblitus eſt. Dirum malignumque vulnus in animo percuſſi, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus, [86] in eum potiſſimum locum, quo maxime laetabatur, acerbitate nocendi erupit; ſingularem doctrinam hominis pleno invidiae funere efferendo. Cui ſi talibus ſtudiis perfrui fas non erat, utilius aliquanto fuit, ad illa aditum non

mit. C. 15. Hoc tamen non ita perpetuum fuiſſe apparebit ſatis inſpicienti Kirchmannum de Funeribus L. III. 9.

83. *Eris Pamphylii*] Ita legendum puto, non *Eri:* quia non tantum Macrobius I, I. in Somn. Scipionis caſu recto *Er* & obliquo *Ere* ſcribit, ſed ipſe quoque Plato, quem noſter citat, l. x. de rep. habet ſic, Ἀλκίμου μὲν ἀνδρὸς Ἡρος τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου. VORST. Solus rectum ſervare videtur hic Heinſ. prim. Sed emendatus, is enim habet *Eris Pamphili.* MSS. ceteri, quos nimis longum eſſet ſingulos recenſere, *Phertis, Pheretis, Pheretris, Pheretri,* unde Oliverius faciebat *Pheraei*, quaſi de Graeco aliquo ageretur. Sed recte jam Theophilus emendavit *Eris*, ut *Ser, Seris.* Praeterea longe maximus MSS. numerus habet *Pamphyli.* Quomodo & apud Macrob. *natione Pamphylus* dicitur, ut & à Platone atque Plutarcho, quos ad eum citavit Jac. Gronovius. Sed notum eſt utrumque dici, Πάμφυλος, & Παμφύλιος. Vide & P. Leopardum Lib. IX. Emend. C. 2.

84. *Biduoque poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe*] Heinſ. ſec. cum Perizon. delent *eſſet.* Heinſ. prim. Barb. prim. Harl. Copeſ. Leid. ſec. & ſext. *eſt.* Ultraj. prim. *Biduoque poſt inde ſublatus, cum eſſet rogo impoſitus, revixiſſe.* Quod non valde ſpernendum videtur. Ceterum Paul. Leopardus l. c. poſt *jacuiſſe* addit (aliter *latuiſſe*). Quod ubi invenerit neſcio. Pro *ceciderant*, ſex *ceciderunt.*

85. *Quidam Athenis vir*] MS. Copeſ. cum ſex aliis *Athenienſis.*

86. *In eum potiſſimum locum, quo maxime laetabatur*] *Locum*, non habetur in manuſcriptis, & ſuperfluum ocioſumque eſt vocabulum. PIGH. *In eum potiſſimum locum, quo maxime laetabatur.* Ita typis expreſſi veteres. At Pighius expunxit *locum*, quod in MSS. non reperiret, quodque ſupervacuum ei videretur. VORST. *In eum potiſſimum, quo maxime laetabatur.* MS. *In eum potiſſime quo maxime delectabatur* PERIZON. *Locum* deeſt in MSS. duodecim in duobus additur in margine; Unde credo in contextum aliorum eſſe translatum. Non agnoſcit etiam editio Moguntina. Quid? nonne optime procedit oratio? *quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus, in eum* (ſenſum) *potiſſimum acerbitate nocendi erupit, quo maxime laetabatur. Literarum* videlicet, utpote viri Eruditiſſimi. *Potiſſime* ſex alii cum Copeſ. Ultraj. prim. *in eo*, & *in quo.* Voſſ. *ita eum*, an *Ita in eum?* ſec. Barb. *magis delectabatur.* Bit. prim. & Perizon. *percuſſit.* Nonnulli, *ex acerbitate, & acerbitate, etiam acerbitate.* Eſt, qui delet *aliquanto*, alius, *eorum*, unus Rem. *praecepta.*

87. *Mirabilior tamen*] Duo Manuſcripti *Miſerabilior tamen.* Recte. Miſerabile enim fuerat Athenienſem illum omni litterarum ſcientia & dulcedine ſpoliatum fuiſſe: miſerabilius hoc, matrem ad fortuitum iſtum conſpectum plane obmutuiſſe. Stabilimentum hujus correctionis pendet etiam ab illis verbis: *dirum malignumque vulnus in animo percuſſi.* COLER. *Miſerabilior tamen.* Ita reſcripſit Colerus, cum Pighius & alii edidiſſent *Mirabilior*; quod in duobus codd. ita ſcriptum deprehendit, proximiſque ſuperioribus id magis conſentaneum eſt. Habent ita & codd. Brand. Neque Schottus in ſuo cod. aliter ſcriptum reperit, ut ipſe Obſ. hum. III, 30. teſtatur. VORST. *Miſerabilior* invenio in longe pluribus. & ſic Ed. Moguntina.

88. *Inopinati monſtri percuſſa conſpectu*] MS. *Percuſſa* multo rectius & elegantius. Sic VI. 4. I. *Civitate Cannenſi clade perculſa.* MS. *percuſſa.* PERIZON. *Percuſſa* habent etiam ſex alii. Ego

non impetraſſe, quam jam percepta eorum dulcedine caruiſſe.

[87] Miſerabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nauſimenis enim Athenienſis uxor, cum filii ac filiae ſuae ſtupro interveniſſet, [88] inopinati monſtri perculſa conſpectu; [89] & in praeſens tempus ad indignandum, & in poſterum ad loquendum obmutuit. Illi nefarium concubitum voluntaria morte penſarunt. Hoc modo fortuna ſaeviens huic vocem, iis vitam ademit, [90] illi [91] propitia donat. 3.

[92] Aegles Samius athleta mutus, cum ei victoriae quam adeptus erat, titulus & praemium eriperetur, indignatione accenſus, vocalis evaſit. 4. Gell. v, 9.

Gorgiae quoque Epirotae, [93] fortis & clari viri origo: qui in funere [94] matris 5.

Ego tamen *perculſa* mutare non auſim, utpote quod ex ſententia Doctiſſimorum virorum optime hujus mulieris conſternationi conveniat; cum *percuſſa* diceretur in leviore affectu. Ut docuerunt Graevius ad Cic. pro Dejotaro C. 6. & Bentlej. ad Horat. Epod. XI. 2. Vide tamen & Cl. Burman. ad Petron. C. 111. Semper fere fluctuant MSS. inter haec duo. Vide infra L. V. 8. 3.

89. *Et in praeſens tempus ad indignandum &c.*] Gloſſemata inepta videntur *ad indignandum* & *ad loquendum*, quemadmodum etiam ſtatim infra, *illa propitia donat*. GUYET. De poſtremo ſtatim videbimus, priora ut in MSS. clare exſtant, ita quoque ſtilo Valerii congrua videntur.

90. *Illi propitia donat*] Id eſt, alii cuidam fortuna propitia vocem & vitam donat, cum alteris illis partim vocem, partim vitam ademerit. VORST. Non *alii cuidam* ſed *Aegli Samio*. Niſi malis legere *illis*, ut de voce & vita donatis pariter intelligatur. In quod tanto magis inclinat animus, quia videtur acumen quoddam in eo quaeſiviſſe Valerius, quod, ut unam propoſuit, cui fortuna vocem, duos, quibus ademit vitam, ita unum quoque, quem reddiderit vocalem, plures quos vita donarit. *Hi* autem ſolet à noſtro referri ad praecedentes, *illi* ad eos de quibus proxime acturus eſt. Sic L. VIII. 1. 12. in abſ. *Tam vehementes hi judices adverſus excellentiſſimum accuſatorem, quam illi mites in longe inferioris fortunae reo.* & 13. *Remiſſioris hoc, illud aliquanto gravioris materiae exemplum.* Sic L. VII. 1. 2. L. VII. 2. 5. L. VI. 7. 2. & ita jam ſupra exemplo 10. quae loca in margine libri ſui annotarat Cl. Perizonius, ut ſatis liqueat, τὸ *illi* etiam ipſum ad proxime ſequentes retuliſſe. Vide omnino Lib. V. 1. 1. pro *illi* etiam aliquot codd. habent *illo*. Quaſi referendum eſſet ad praecedens *modo*. Habent etiam *illi vero*. unus *alteri ſermonem*. Unus Ultraj. *adimit*.

91. *Propitia donat*] Delent MSS. duo. Sed ſatis liquet, quam male. ſic *fortunam propitiam* vocat etiam L. VII. 1. init. & L. VIII. 1. 3. quae loca Cl. Perizonius itidem notarat. Tamen Barthius quoque cenſebat haec eſſe cujuſdam gloſſatoris.

92. *Aegles Samius*] MSS. undecim *Echedes*. Unus *Eſchiles*. item *Chelides*. *Chedes*. *Heſcheles*. *Ebles*. Quomodo & Ed. Mog. Gellius vero ante certamen, quum ſortitionem mala fide fieri videret, ipſum vocalem factum dicit, & ad illum locum conjicit Gronovius forte ipſi nomen fuiſſe Ἐχέδικος. Pro *eriperetur*. Ultraj. prim. *denegaretur*.

93. *Fortis & clari viri origo*] Mancus eſt ſenſus: qui unius vocabuli mutatione reſtaurari poteſt: ſi legas, *fortis & clara fuit origo*. PIGH. *Gorgiae quoque Epirotae fortis & clari viri origo*. Ita veteres typis expreſſi, & MSS. Brand. At Pighius ait, ſenſum eſſe mancum, qui unius vocabuli mutatione reſtaurari poſſit. Edidit igitur, *Gorg. Epir. fortis viri clara fuit origo*. Verum ſine auctoritate codicum MSS. non referendum hoc erat in textum. Agnoſco & ipſe, in lectione vulgari deſiderari aliquid poſſe. Verum *clara*, quod Pighius adjecit, argumento de quo agitur minus congruit. Neque enim de claritate, ſed de miraculis hic agitur. Putem igitur legendum potius ſic eſſe, *Gorgiae quoque Epirotae fortis & clari*, *mira origo*; ut *viri* modo in *mira* mutetur: id quod argumento de quo agitur, valde conſentaneum eſt. VORST. Cum Brandeb. conſentiunt noſtri ad unum omnes. In *novumque* Ultraj. prim. Voſſ. & Periz. delent

 que.

triſ ſuae utero elapſus, inopinatò vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coëgit, novumque ſpectaculum patriae praebuit, [95] tantum non ex ipſo genitricis rogo lucem & cunas aſſecutus. Eodem enim momento temporis, altera jam fato functa parit, alter ante elatus, quam natus eſt.

6. Cic. de Nat. d. I. Plin. III. 28. & VII. 50. Divinae fortunae vulnus [96] Pheraeo Jaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit. Nam cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, vomicam, quae à nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, ut hominem peſtifero malo liberaret.

7. Cic. II. de Or. 86. Suidas. Phaed. Quint. L. XVII. 2. Aeque diis immortalibus acceptus Simonides, [97] cujus ſalus ab imminenti exitio

que. Quaſi intelligendum eſſet. *Origo Gorgiae praebuit novum ſpectaculum, qui coëgit.* Et hoc modo video illud intellexiſſe Aſcenſium & ideo edidiſſe *novum ſpectaculum.* Pro *qui in funere,* multi MSS. *quod in funere.*

94. *Matris utero*] Omnes quantum video & ſcripti & Edd. *matris ſuae utero*, quare pronomen illud revocavi. Sequens *ſuo* deeſt in tribus. Porro quinque *ſtare coëgit.*

95. *Non tantum ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus*] In Suſiano recte omittitur, *Non tantum.* conturbat enim ſententiam. Et reliquum purius item extat in manuſcriptis omnibus hoc modo: *Ex ipſo genitricis rogo lucem & cunas aſſecutus.* Quae lectio reprobari non debet. PIGH. *Ex ipſo genitricis.* Lib. Dan. egregie: *Tantum non ex ipſo genitricis rogo.* quomodo creberrime loquitur Valerius. COLER. *Tantum non ex ipſo genitricis rogo lucem & cunas.* Ita recte ex libro P. Danielis Colerus. Vult enim dicere, ex ipſo fere rogo matris lucem & cunas adeptum eſſe Gorgiam: quod parum abfuit, quin & ipſe una cum matre rogo imponeretur, atque ita periret. Aldina & aliae editiones veteres habent *non tantum ex ipſo genitricis rogo.* Quae quia minus commoda ſunt, & à cod. Suſii *non tantum* plane abeſt: Pighius idem prorſus expungendum putavit. Verum rectius feciſſet, ſi vocibus retentis ac modo tranſpoſitis ſcripſiſſet *tantum non*; quomodo ex lib. P. Dan. poſtmodum reſtituit Colerus. Illud *non tantum*, quod quidam codices habent, etiam illud peperit, ut mox pro *&* legeretur *ſed etiam.* Ita enim Aldus, *Non tantum ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus.* VORST. Probabat quoque hanc lectionem Perizon. in margine libri ſui, & jam ſuo tempore Oliverius notavit, intelligi *ferme.* Ita enim ſcribit. Multi hanc lecturam corruptam eſſe exiſtimantes legunt, *non tantum ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed & cunas aſſecutus.* Qui ab intelligentia hujuſcemodi dicendi generis abhorrent. *Non tantum* enim eſt quod Graece dicitur ——— id eſt *ferme.* Ita poſt lucem ſuperfluo adjiciunt *ſed.* Ergo hoc dicit *ferme ex ipſo genitricis rogo vitam aſſecutus*, quia parum admodum abfuit, quin rogo injiceretur, antequam puer vagitum ederet, & recte quidem. Quid enim eſt *ferme cecidit*, niſi *tantum non cecidit*, *parum abfuit quin caderet.* & eſt peculiare dictum Valerii, quo frequenter utitur. Haec ille. Ex quibus colligas ipſum *non tantum* eodem ſenſu accepiſſe, quo accipi ſolet *tantum non.* Vide ſupra Ex. 10. Hoc vero neſcio in quibus hic legatur MSS. In collationibus enim Gudianis video notis numeralibus notari *non tantum*, in MSS. legi, ſed non additum eſt ex quibus. Quos ego vidi, etiam *non tantum* habent; ſed quemadmodum & Gudiani ita & Leidd. partim *ſed &*, *ſed etiam*, vel *& cunas*, quod etiam erat in utroque Ultrajectino. Multi etiam habent *fato functa periit*, ut eſt in Ed. Mog.

96. *Pheraeo Jaſoni*] Sic Cic. lib. I. de Nat. Deorum. Sed Plutarchus *Prometheum* vocat. CORRAD. *Divinae fortunae vulnus Pheraeo Jaſoni.* Felix & ab ipſis Diis profectum vulnus. Jaſon ille *Pheraeus* dicitur, quia Pherarum in Theſſalia tyrannus fuit, de quo & infra IX, 10. ext. 2. aliquid commemorat, *Theſſalumque* eum vocat. Ejuſdem mentionem faciunt & Diodorus Sic. l. XV. & XVI. Iſocrates Or. ad Phil. Xenophon Hiſt. Cyr. l. VI. Polyaenus l. VI. Plutarchus in Apophth. & Praec. pol. Corn. Nepos XIII, 4, 2. Ait Nepos Jaſonem tempore Timothei omnium potentiſſimum fuiſſe, cumque Athenis cauſſam diceret Timotheus, ad eum defendendum veniſſe. Idem XVI, 5, 1. & *Alexandri Pheraei*, pluriumque Theſſaliae tyrannorum, à quibus Theſſalos liberare ſtuduerit Pelopidas, mentionem facit. VORST. Octodecim MSS. *Phedreo.* Ultraj. prim. *Phoedrius.* Sed Leid. ſext. clare ut oportuit *Pheraeo*, niſi quod

exitio defenſa, ruinae quoque ſubtracta eſt. [98] Coenanti enim apud Scopam, in Cranone, quod eſt in Theſſalia oppidum, nuntiatum eſt, *duos juvenes ad januam veniſſe, magnopere rogantes ut ad eos continuo prodiret:* ad quos egreſſus, [99] neminem reperit ibi. Ceterum eo momento temporis [100] triclinium, in quo Scopas epulabatur, collapſum, & ipſum & omnes convivas oppreſſit. Quid hac felicitate locupletius, [1] quam nec mare, nec terra ſaeviens, extinguere valuit?

Non invitus huic ſubnecto [2] Daphidam, ne quis ignoret, quantum interfuerit, 8. Cic. de fat. Heſych. Illuſtr.

quod neglexerit diphthongum. Porro *quidam* delent Ultraj, & Rem. duo. *a nullo medico* Copeſ. tum *poterat* ſex alii.

97. *Cujus ſalus ab imminenti exitio defenſa, ruinae quoque ſubtracta eſt*] In vet. *officio*, pro *exitio*. male. Sequentia connexim lego, *defenſa ruinaeque ſubtracta eſt*. Nec enim aliud aliquod *exitium* Simonidi imminuit, quam hoc ipſum *ruinae*. LIPS. *Exitio*. Lib. Danielis: *Officio*. quod quid ſibi velit nondum video. Vulgata lectio magis mihi probatur. *Exitium* enim appellat imminens illud naufragium, de quo ſupra cap. 7. In altero Manuſcripto *naufragium* legitur. Sed id eſt à curioſa & maleferiata manu. COLER. *Defenſa, ruinae quoque ſubtracta eſt*. Lipſius legendum cenſet, *defenſa, ruinaeque ſubtracta eſt*. VORST. Male Lipſ. *Ruinaeque*. Intelligit enim auctor duo diverſa, dicitque *ante ab imminenti exitio ſalutem ejus defenſam, in mari* ſcilicet, *nunc ruinae quoque ſubtractam*, patet hoc ex fine hujus exempli. PERIZON. *Cujus ſalus ab imminenti ruina ſubtracta eſt*, Pariſ. prim. ſed correctum eſt. Pro *ruinae*, habet quoque *ruina* Ultraj. prim. Non addit fortaſſe Auctor *à quo exitio ſalus ejus fuerit defenſa*, cum id ſatis expoſitum jam eſſet ſupra C. 7. 3. in Ext.

98. *Cenanti apud Scopam in Cranone*] Cicero II. de Or. *Cum cenaret Crannone in Theſſalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, ceciniſſetque id carmen, quod in eum ſcripſiſſet* &c. VORST. Scopam hunc Cranonium Socrati aequalem in re lauta fuiſſe docet Laërtius Lib. II. in Socrate. ὑπερεφρόνησε καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος καὶ Σκόπα τοῦ Κρανωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου. Habes hinc *Scopae* & *Simonidis* aetatem. GUDIUS. Inſignem errorem Solini hoc Pindaro accidiſſe memorantis caſtigavit Salmaſ. ad Solin. p. 38. Ed. Ultraj. Ceterum Menagius *Scopam* illum *Cranonium* de quo Laërtius agit, & *Scopam hunc Simonidis* ſtatuit eſſe diverſos. Sed cauſſam, cur ita ſtatuat, non addit. Vide ad Lib. II. ſect. 25. ſcilicet Simonides Ceius, jam temporibus belli Perſici claruit, ſed cum nonagenario major deceſſerit, ut conſtat ex Luciano in Μακροβίοις prope finem, potuit ad Socratis tempora vitam produxiſſe, & ſcripſiſſe carmina, cum *Senectus ipſum in ſtudiis non coëgerit obmuteſcere*. Ut dicit Cic. De Sen. C. 7. Pro *Cranone* uterque Barb. & Heinſ. & unus Rem. *Cranona*. Leid. quint. & *Crannona*, ſed expuncta conjunctione corr. *Crannone*. Leid. ſext. *Ceanona*, ſept. *Oromona* in marg. *Crannona*. Bit. prim. *Cramiona*. Ultraj. prim. *intrannova*, ſec. *Grannova*. Vetuſtiſſimae editt. quoque *Cranona*. Mog. *Brannona*.

99. *Neminem reperit ibi*] Non agnoſcit MS. ultimam vocem, nec deſideratur. PERIZON. *Ibi* deſideratur etiam in Voſſ. & uno Rem.

100. *Triclinium, in quo Scopas epulabatur*] Totum conclave nunc *triclinium* vocat, cum alias lectus in quo accumbebant, ſic vocaretur. Cicero d. l. *Hoc interim ſpatio conclave illud ubi epularetur Scopas, concidiſſe*. VORST. Utraque Edit. Veneta, Mediol. & Aſcenſii. *in quo Scopas dominus domus epulabatur*, & hoc exſtat etiam in MSS. Voſſ. Rem. Harl. ſed nimis manifeſta eſt gloſſa. Pro *Scopas* nonnulli *Scrophas*.

1. *Quam nec mare extinguere valuit*] Alludit ad illud quod cap. ſuperiore de eodem Simonide dixit; quod non perinde ut alii quidam, naufragio perierit, cum monitus à quopiam per quietem eſſet. VORST.

2. *Daphidam*] Libb. Manuſcrip. *Daphauidem*. Sed ne quid mutem ſuadet Suid. apud quem legebam: Δαφίδης ἄνους κύελον. Strabo Δαφίταν γραμματικὸν commemorat lib. XIV. haud abſimilis acerbitatis hominem. Apud Cic. igitur lib. de Fato: *Daphidae* corrigendum. COLER. *Subnectam Daphidam*. Cicero l. de fat. *Daphitam* vocat. Sed ibi itidem diverſa lectio eſt. Eſtque levis diſcrepantia. Graece quoque tum

fuerit, ceciniſſe deorum laudes, & numen obtrectaſſe. Hic cum [3] ejus ſtudii eſſet, cujus profeſſores *Sophiſtae* vocantur, [4] ineptae & mordacis opinationis: Apollinem Delphis irridendi cauſſa conſuluit, *An equum invenire poſſet*, [5] cum omnino nullum habuiſſet. Cujus ex oraculo reddita vox eſt, *inventurum equum*, [6] *ſed ut eo perturbatus, periret*. Inde cum jocabundus, quaſi deluſa ſacrarum ſortium fide reverteretur, incidit in regem Attalum, ſaepenumero à ſe [7] contumelioſis dictis abſentem laceſſitum; ejuſque juſſu, ſaxo, [8] cui nomen erat *Equi*, praecipitatus, [9] ad deos uſque cavillandos [10] dementis animi juſta ſupplicia pependit.

Eodem

Δαφίδης, tum Δαφίτης ſcribi videtur. Suidas habet, Δαφίδης ὄνομα κύριον. At Strabo lib. XIV. Δαφίταν γραμματικὸν commemorat. VORST. MSS. *Daphanicem*, *Daphanidem*, *Cleophantem*, *Daphantem*, ſed major pars *Daphanitem*, quod eſt etiam in Edd. Mog. & Ven. Suidas in voce Δαφίδης non tantum dicit illud eſſe ὄνομα κύριον, ſed eadem prorſus narrat de illo, & aeque ac Strabo p. 647. Ed. Pariſ. dicit fuiſſe Grammaticum. & ſic quoque Heſychius Illuſtrius. Grammaticos vero Sophiſtis annumeratos fuiſſe liquet ex Suet. de Illuſt. Grammaticis in Orbilio. *Fuit autem naturae acerbae non modo in Antiſophiſtas, quos omni ſermone laceravit, ſed etiam in diſcipulos.*

3. *Ejus ſtudii*] *Sophiſtam* intelligit, cujuſmodi luſit olim Socrates apud Platonem Gorgia. Ciceroni ſunt, qui oſtentationis aut quaeſtus cauſſa philoſophantur lib. IV. Academ. Latinis cavillatores dici poſſunt. Gloſſarium vetus: Σοφίζω *cavillor.* Hinc Valerius ſubjicit: *Ad Deos uſque cavillandos dementis animi. Sophiſtae* etiam honeſtioris appellationis olim. Nam ante Pythagoram οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ iidem. Suidas: τὸ δὲ παλαιὸν, σοφιστὴς ὁ σοφὸς ἐκαλεῖτο. Hinc & Homerus & Heſiodus *Sophiſtae* dicti à Cratino in Archilocho, teſte Diogene in praefatione. Tandem etiam artium profeſſores & doctores, *Sophiſtae* dicti. Suidas: Λέγεται δὲ Σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων. COLER. Ciceroni l. IV. Acad. Q. *Sophiſtae* ſunt qui oſtentationis aut quaeſtus cauſſa Philoſophantur. Sed fuit cum honeſtiorem ſignificationem vox haberet, & σοφιστὴς idem eſſet quod σοφός. Suidas: τὸ δὲ παλαιὸν σοφιστὴς ὁ σοφὸς ἐκαλεῖτο. Quo ſenſu & Homerus atque Heſiodus à Cratino *Sophiſtae* dicti, ut Diogenes Laërtius in Praef. teſtatur. Verum quod aliis quibuſdam vocabulis contigit, ut eorum ſignificatio nonnihil immutaretur, id huic quoque accidit. VORST.

4. *Ineptae & mordacis opinationis*] Male haec à Pighio & aliis ſeparata à ſuperioribus ſunt per colon. Pertinent enim ad ſtudium illud Sophiſtarum, de quo praedictum. Ceterum *opinatio* hic pro *ſermone* poſitum videtur; quomodo ipſum quoque *opinari* pro *loqui* poni ſolet. Suetonius: *Quod male opinari de Caeſare ſoleret.* Item: *Servum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coërcuit.* Vide eo de verbo & Giſan. Obſ. in L. L. VORST. *Ineptae & mordacis opinationis.* Credo excidiſſe copulam & legendum *ac ineptae & mordacis opinationis.* Praeceſſit enim *cum ejus ſtudii eſſet*, quibus commode pro copula addi poteſt, *ac ineptae.* Nec enim pertinent haec ad Sophiſtas, ut vult Vorſtius, cum omnes Sophiſtae eſſent *ineptae opinationis.* PERIZON. Copula *ac* non comparet in ullo MS. Si adeſſet, nemo, credo, eam expulſam vellet. Pro *opinationis*, in aliis per compendium ſcribitur *opois*, vel *opiois*, in nonnullis *opinionis*, in ſat multis exſtat, quod editur. Ut vero Vorſtius *opinationem* hic exponit per ſermonem, ita quoque Salmaſius ſic *Daphidam* dici ſcribit, *quod de omnibus male opinaretur*, id eſt *loqueretur.* In Add. ad Hiſt. Aug. ſcriptores p. 516. Quo ſenſu verbum *opinari* eſt frequens. Vide Bernec. ad. Juſt. L. XII. 9. Porro duo MSS. *inepti.* Quod ſuſpicionem parit, quaſi inſiticium ſit τὸ *inepti* & gloſſa τοῦ *Sophiſtae.*

5. *Cum omnino nullum habuiſſet*] Voſſ. *quem omnino non habuiſſet.* Alii *cum nullum omnino.* Supra Heinſ. prim. *videndi.*

6. *Sed ut eo perturbatus periret*] Leid. ſept. cum Heinſ. ſec. *proturbatus.* In priore etiam inter lineas pro *ſed ut eo, ex quo. Ut* deeſt in prim. *eo* in ſec. Ultraj. *inde* Toll. *hinc.* Mog. *ut perturbatus.* Mediol. *ut eo deturbatus.* Cum vero mox dicat eum *praecipitatum fuiſſe ſaxo cui*

nomen

Eodem oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, *ut à quadrigae violentia ſalutem ſuam cuſtodiret, toto regno disjungi currus* juſſit, eumque [11] locum, qui in Boeotia *Quadriga* vocatur, ſemper vitavit: nec tamen denuntiatum periculi genus effugit. nam [12] Pauſanias in capulo gladii, quo eum occidit, [13] quadrigam habuit caelatam.

9. Cic. de fat. C. 3. Aelian. Var. Hiſt. III, 45.

Quae tam pertinax neceſſitas [14] in patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Siquidem Calanus Indus ſua ſponte ſe [15] ardenti rogo ſuperjacturus, interpellatus ab eo, [16] *ecquid aut mandaret, aut dicere vellet: Brevi te,* inquit, *vide-*

10. Cic. divin. I. 23. Uſſerii Ann. p. 213. Aelian. II. 41. & 56.

nomen erat Equi, melius huc quadrare videtur *proturbatus.* Quod ſaepius in *perturbatus* mutatum fuit. Vide Cl. Drakenborg. ad Silium L. IX. 447. & Cuper. L. II. Obſ. 6. Val. Flac. L. I. 597.

Nuncius hunc ſolio Boreas proturbat ab alto.

Liv. L. V. 47. *Jamque & alii congregati telis miſſilibuſque ſaxis proturbare hoſtes.* Curt. L. VI. II. I. *Quoties quiſque diverſoriis, quae occupaſſet, proturbatus eſſet.*

7. *Contumelioſis dictis*] In Philetaeri poſteros amarulentiſſimum ejus diſtichon vide apud Joſ. Scaligerum Can. Iſog. p. 321. PERIZON. Vide & Strab. loco citato.

8. *Nomen erat equi*] Aliter Strabo lib. XIV. qui montem hunc non *Equum*, ſed *Thoraca* dictum fuiſſe ſcribit. unde & proverbium extitiſſe φυλάττεσθαι τ̃ θώρακα. COLER. *Saxo cui nomen erat Equi.* Strabo lib. XIV. non ἵππον, ſed θώρακα eum montem dictum ſcribit. Sed cum noſtro congruit Cicero l. de fato. VORST. Etiam Suidas, & Heſychius Illuſtrius in Δαφίδας. Praeterea Strabo in eo ab illis diſſentit, quod Daphidam dicit σταυρωθῆναι, in illo monte. Iſ. Voſſius ad Pomp. Melam L. I. 17. conatur Strabonem cum ceteris conciliare, conjiciendo, aliquam partem *Thoracis* montis fuiſſe iſtud *Equi ſaxum*, cui & oppidum Ἵππος adſitum fuerit. *abſentem* delet MS. Harl.

9. *Ad Deos uſque cavillandos dementis*] Adeo dementis, ut ipſos quoque Deos cavillaretur. Verbo *cavillari* autem alludere videtur ad nomen *Sophiſtae*, quo uſus fuerat. Sophiſtae enim Latine *cavillatores* dici poſſunt. Gloſſarium Σοφίζω *cavillor.* VORST. *Cavillandos.* id eſt *fallacibus & captioſis quaeſtionibus illudendos.* Quod Sophiſtarum proprium fuiſſe abunde docuit Lud. Creſollius Theat. Sophiſt. L. II. C. 4. & ſeqq. De verbo *cavillari* vide & Duportum ad Theoph. Char. p. 182.

10. *Dementis animi*] Uterque Ultraj. *animae.* cum ſext. Leid. & prim. Heinſ. ſed duo Rem. cum uno Bit. *aia.* Periz. *aie*, & ſic cor. in Leid. ſec. *animae* correct. etiam in Leid. ſept. an ortum illud ex *dementis audaciae?*

11. *Locum, qui in Boeotia Quadriga vocatur*] Non voce illa Latina, utpote qua nec uſi fuere Boeotii; ſed Graeca ἅρμα, cui Latina ἰσοδύναμος eſt. Aelianus III, 45. Ὁ δὲ ἵτερος (λόγος) τὴν Θηβαϊκὴν τὴν καλουμένην Ἅρμα περιελθόντα λίμνην ἀποσφαγῆναι. VORST. Quid? an ergo omne ἅρμα Graecorum eſt *Quadriga* apud Latinos? imo & *bigae* & qualiſcunque *currus*, ſunt ἅρματα. Cum autem Aelianus diſerte dicat τὴν λίμνην τὴν καλουμένην ἅρμα, poſſet quis ſuſpicari, etiam Valerium ſcripſiſſe *eum lacum, qui in Boeotia quadriga appellatur.* Nihil tamen mutandum eſt; nam Strabo L. IX. p. 404. τὸ Ἅρμα hoc ipſum vocat κώμην ἔρημον. & Steph. de Urbibus dicit fuiſſe πόλιν. Ut Plutarch. atque Euſtathius citati Holſtenio, ad Steph. ut & Pauſan. L. IX. 19. Cantab. & Ultr. prim. *qui Boeotica.* Plerique MSS. & Edd. vetuſtiſſimae *Boetia.* Praeterea notandum non Delphis, ſed in antro Trophonii hoc oraculum Philippo datum dici ab Aeliano.

12. *In capulo gladii*] Ciceronis locum Ciceronis cauſſa adſcribo, ex fragmento de Fato: *Aut Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur.* Otioſum & ſupervacuum videtur illud *Haſce.* Proin quaeri poſſit an rectius legatur *Haſtae.* COLER. *Pauſanias in capulo gladii.* Pauſanias iſte quis fuerit, quibuſque de cauſis Philippum interfecerit, Juſtinus lib. IX. & alii docent. VORST.

13. *Quadrigam habuit caelatam*] Recte dicit *caelatam*, Nam *caelatura* proprie quae in auro, argento, aliove metallo fit; cum *ſculptura* fiat in aliis: ut Quintilianus III, 31. diſtinguit. Porro *quadriga* hic nihil aliud, quam ἅρμα & currus: ut recte monuit vir clariſſ. noſterque amicus

videbo. Nec id ſine cauſſa, quia voluntarium ejus è vita exceſſum rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

11. Regios interitus magnitudine miraculi remigis caſus aequat: [17] quem in hexere Tyriorum ſentinam haurientem, cum è navi fluctus abjeciſſet, altero latere repercuſſum, fluctus contrarius in navem retulit. Itaque miſeri ſimul ac felicis complorationi permiſta fuit gratulatio.

12. [18] Quid illa? nonne ludibria naturae [19] in corporibus humanis fuiſſe credenda ſunt? tolerabilia quidem, quia ſaevitia caruerunt; ceterum & ipſa miraculis annumeranda. Nam & [20] Pruſiae, regis Bithyniae, filius eodem nomine quo pater,

Liv. Ep. 50. Solinus 4. Plin. VII. 16.

cus Joh. Schefferus in eximio opere de re vehiculari veterum. Aelianus III, 45. Οἱ μὲν γὰρ φασι τὸ τοῦ Παυσανίου ξίφος, ᾧ τὸν Φίλιππον διεχειρίσατο, ἅρμα ἔχειν ἐπὶ τῆς λαβῆς ἐπιγεγλυμμένον ἐλεφάντινον. VORST. Vide etiam, quae ex Salmaſio profert Thyſius, & obſerva contra hos fuiſſe *caelatam quadrigam in ebore.* PERIZON. Scil. Sic clare Aelian. vocat ἅρμα διαγεγλυμμένον ἐπὶ τῆς λαβῆς ἐλεφάντινον. Ceterum abſurda videtur emendatio Coleri apud Ciceronem pro *haſce* legentis *haſtae*, non enim *Capulum haſtae* fuit ſed *gladii.* Et quid eſt *capulum haſtae?* pro *caelatam* duo Rem. *caelaturam.* Iidem paulo ante *maligenus.*

14. *In patre & filio*] Decem MSS. cum Ed. Mog. delent *&*. Voſſ. & tres Leid. *in patre in filio.* Quod praetulerim.

15. *Ardentiſſimo rogo*] In manuſcriptis *Ardenti rogo.* Sic etiam Cicero de Divinat. I. Quum conſcenderet in rogum ardentem. PIGH. *Ardentiſſimo* habet ſext. Leid. & Med. quint. deinde variant in ſcribendo aut *ſuperjecturus*, aut *ſuperjacturus.* Duo Rem. etiam *candenti rogo.*

16. *Ecquid aut mandaret*] Lib. Dan. *Si quid.* Optime. Ita ſupra locutus eſt: *Sciſcitatuſque eſt, ſi quem talis habitus aut intrantem cubiculum aut exeuntem vidiſſent.* Sed ipſe Cicero rem & verbum Valerio praeiverat: *Cumque Alexander eum rogaret, ſi quid vellet.* COLER. *Ecquid aut mandaret.* Monet Colerus, librum P. Dan. habere *ſiquid*; ipſumque Ciceronem l. I. de Div. ſcripſiſſe, *Cumque eum Alexander rogaret, ſiquid vellet.* Verum Ciceronis illud diſcrepat. Neque enim *ſi* poſitum hic eſt pro *an* per Graeciſmum; ſed plane conditionalis eſt ea vocula. idque apparet ex eo quod ſequitur *ut diceret.* Scilicet rogavit Alexander, ut, ſiquid vellet, diceret. Mihi illud *ecquid* apud Valerium omnino rectum videtur. VORST. Aliquot MSS. habent *& quid*; item octo, *quid.* Ceteri *ecquid.* Deinde *mandare* invenio in ſex. in uno *nec ſine cauſſa.* Eſt etiam qui delet *è vita.* Undecim *rabida* habent.

17. *Quem in litore Tyriorum ſentinam haurientem*] Manent adhuc in ſcriptis codicibus vetuſtae lectionis veſtigia quaedam. In Campenſi enim legitur, *Quem in dextro latere triere Tiriorum.* In Pulmanniano autem, *in texere Timbrum.* At in Atrebatenſi, Cauchiano, & Gemblacenſi: *Quem in dhexere Tiriorum.* Ex his quidem legi debere colligo, *Quem in hexere Tiriorum. Penteres* enim, *hexeres*, & *hepteres* appellantur tam Latinis quam Graecis auctoribus naves, à remorum numero vel ordinibus. *Hexeris* autem meminit & Livius XXXVII. *Regina claſſis ſeptem & triginta majoris formae navium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat.* PIGH. *Quem in hexere Tyriorum.* Ita Pighius ex codd. MSS. reſtituit optime; cum Aldus & alii edidiſſent *in litore Tyriorum.* Codicum Brand. unus *in dhexere:* atque ita veram lectionem non parum confirmat. Fuit autem *hexeres* genus navium à remorum numero & ordinibus ſic dictum; quomodo & *hepteres.* Graece ἑξήρης, ἑπτήρης: quomodo & τριήρης, πεντήρης. Livius l. XXXVII. *Regia claſſis ſeptem & triginta majoris formae navium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat.* Sunt autem *hexeres*, quae ſextuplices; & *hepteres*, quae ſeptuplices remorum ordines haberent. Sed quae eſt cauſſa quod non & *ſeremes* & *ſeptiremes* dixere, quomodo *biremes*, *triremes*, *quadriremes*, *quinqueremes?* Cl. Schefferus conjicit eo factum, quod *hexeres* & *hepteres* magis apud Graecos quam Romanos in uſu eſſent. Videſis eximium opus ejus de militia navali veterum, lib. XI. c. 2. VORST. *Quem in litore Tyrio-*

pater, pro ſuperiori ordine dentium unum os aequaliter extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, neque ad uſum ulla ex parte incommodum.

Mithridatis vero regis filia [21] Dripetine, Laodice regina nata, [22] duplici ordine dentium deformi admodum, comes fugae patris, à Pompejo devicti, fuit. 13.

Ne illius quidem parvae admirationis oculi, quem conſtat tam certa acie luminum uſum eſſe, ut [23] à Lilybaeo, portu Carthaginenſium egredientes claſſes intueretur. 14. Plin. VII. 21. Solin. 5.

Oculis ejus admirabilius [24] Ariſtomenis Meſſenii cor; [25] quod Athenienſes [26] ob 15.

Tyriorum ſentinam haurientem. MS. *Quem in dexhere litore Tyriorum*, Pighius legit *in hexere Tyricrum.* Sed non opus rejici *τὸ litore*; imo retinendum omnino puto; nec enim credo ſcripſiſſe hunc auctorem *hexere Tyriorum*, ſed *in hexere in litore Tyriorum*, ut & locus & navis deſignetur. PERIZON. *In dexere litore Tyriorum* habent uterque Barb. cum Heinſ. primo. ubi tamen *in dexere* poſtea obelo eſt transfixum. *In Derſe litore* Harl. *In dextero latere terre* unus Ultraj. & Ed. Mog. reliqui *in littore Tyriorum.* In fine multi habent *permixta.*

18. *Quid illa?*] Scil. quae nunc commemoraturus ſum. VORST.

19. *In corporibus humanis fuiſſe credenda ſunt*] MS. ignorat *τὸ fuiſſe* & recte. PERIZON. Ignorant etiam Heinſ. ſec. & Leid. ſept. Sed hic additum in margine.

20. *Pruſiae regis Bith. filius*] Solinus: *Quidam etiam vice dentium continui oſſis armantur ſoliditate: qualem habet Bithyniorum rex Pruſias.* VORST. Heinſ. ſec. *nam & Pruſias regis Pruſiae filius*, & ſic prius etiam apparebat fuiſſe in primo Copeſ. Periz. Leid. ſept. ſed & hic emendatur in margine. item in Harl. & utroque Barb. deinde quatuor *extenſum.*

21. *Dripetine*] MSS. *Dripetina*, *Dirpetinae*, *Diripetina*, *Dripetrue*, *Dripentie*, *Depetrine*, *Dircpetinae.* Deinde *Leodice*, *Laudice*, *è Laodice*, *Laodiceae.* Ed. Mediol. *Laodices reginae nata.*

22. *Duplici ordine dentium deformis admodum*] Sic contra conſenſum ſcriptorum & editorum dedit Pighius pro *deformi.* Ut nempe *ordo* dicatur *deformis*, ut in ſuperiori exemplo, *os aequaliter extentum*, *neque ad ſpeciem deforme.* *Deformi* placebat etiam Perizonio.

23. *A Lilybaeo*] Promontorio Siciliae illo, quod Africam & Carthaginem ſpectat. Plinius VII, 21. *Solitum autem Punico bello à Lilybaeo Siciliae promontorio, exeunte claſſe Carthaginis portu, etiam numerum navium dicere.* Ibidem auctoritate Ciceronis ſcribit, eundem CXXXV. millia paſſuum pervidiſſe; & auctoritate Varronis, *Strabonem* vocatum fuiſſe. VORST. Hunc *Strabonem* cum *Lynceo* confudiſſe, ſeu unum eundem hominem ex iis per errorem finxiſſe Acronem, & alium veterem Scholiaſten Horatii, hic in margine obſervarat Cl. Perizonius, & poſtea docuit ad Aeliani Var. Hiſt. L. XI. 13. Ultraj. prim. *Acuta acie.* Barb. prim. *portum*, &, *intuerentur.*

24. *Ariſtomenis Meſſenii*] Sumſit ex Pauſaniae Meſſenicis. De eodem Antipater lib. III. Antholog. περὶ ἀνδρείων. COLER. *Ariſtomenis Meſſenii.* Fuit is imperator Meſſeniorum, trecentoſque Lacedaemonios occidit. Bis captus, evaſit. ſed tertium capto Lacedaemonii pectus diſſecuere, inque eo cor hirſutum repereſe: uti Plinius XI, 37. prodidit. Sed praecipue legendus de hoc Pauſanias in Meſſenicis. VORST. De Ariſtomene vide etiam Marshami Chronicon in bello Meſſeniaco. PERIZON.

25. *Quod Athenienſes*] Imo Lacedaemonii, teſte Pauſania. Rhodi enim mortuus eſt. captus vero à Lacedaemoniis ſaepius est elapſus. Videndus Plin. lib. XI. c. 37. Stephanus in voce ἀνδανία. COLER. *Quod Athenienſes exſectum.* Vel mendum hic eſt vel, quod veriſimilius, μνημονικὸν ἁμάρτημα Valerii: quo de Andr. quoque Schottus Obſerv. hum. III, 16. monuit; & ante eum Laur. Abſtemius in Var. Annot. Non enim cum Athenienſibus, ſed cum Lacedaemoniis pugnavit Ariſtomenes, hiſque multum faceſſivit negotii, ut ex Pauſania ſcire licet. Et Plinius, ut modo dixi, diſerte Lacedaemoniis tribuit. De morte autem Ariſtomenis aliter prodidit Pauſanias, quam Plinius & Valerius; videlicet quod mortuus ſit in inſula Rhodo, cum filiam eo duxiſſet, eamque Damageto collocaſſet. Nec erat quod Cole-

Plin. XI. 37. Steph. in 'Ανδανία. [26] ob eximiam calliditatem exſectum, [27] pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſtutia elapſum, cepiſſent.

16. Plin. VII. 51. Cic. de Fato. 3. At poëta [28] Antipater Sidonius, omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur: Cumque ad ultimam aetatem perveniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.

17. Polyſtrati ment. facit Laërt. in Epic. Hoc loco [29] apte referantur Polyſtratus & Hippoclides Philoſophi, eodem die nati, ejuſdem praeceptoris Epicuri ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi,

rus ſcriberet, Valerium exemplum id ex Pauſaniae Meſſenicis ſumpſiſſe. Videndi autem de Ariſtomene & Plutarchus in vita Romuli, & Stephanus περὶ πόλεων in 'Ανδανία; qui praeter Plutarchum & Herodotum ac Rhiannm citat. VORST. Notaverat etiam Cl. Perizonius in Codice ſuo hunc Valerii errorem. ut & Gudius inter excerpta ſua. Et jam olim quoque Theophilus, itemque Brodaeus ad Anthol. p. 286. Errat porro inſigniter Colerus, dum notat ſumpſiſſe hoc Valerium ex Pauſaniae Meſſenicis, hic enim toto ſeculo poſterior eſt noſtro. Floruit enim Pauſanias ſub Hadriano & Antoninis. Vide Fabricii Bibl. Gr. Lib. IV. C. 15. p. 467. Pro *Meſſeni*, complures MSS. *Meſeni*, alii *Miſeni*. *Meſeni* eſt etiam in vetuſtiſſimis editionibus.

26. *Ob eximiam calliditatem*] Copeſ. cum quinque aliis *ob nimiam*, quod in duobus eorum correctum eſt. Copeſ. etiam *propter*. & videtur *propter nimiam* non improbatum fuiſſe Perizonio. Nonnulli deinde *excitum*, unus *exactum*. *Eum* delent Heinſ. & Barb. primi. *Aliquotiens*. Barb. & Ultraj. utrique Leid. quint. ſext. ſept. cum Perizon.

27. *Pilis refertum*] Fortes haberi qui cor habent piloſum, pluribus exemplis docet Muretus Var. Lect. XII, 10. VORST.

28. *Antipater Sidonius*] *Sidonius* dictus à patria Sidone. Cicero II. de Off. *Tyrium* vocat; itemque *Stoicum*, qui nuper Athenis ſit mortuus. At III. de Or. neque ac noſter *Sidonium* appellat; credo quod urbes vicinae eſſent Tyrus ac Sidon. Scribit item, *ſolitum fuiſſe verſus hexametros alioſque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingenioſi ac memoris valuiſſe exercitationem, ut, cum ſe mente ac voluntate conjeciſſet in verſum, verba ſequerentur.* Alludit ad eum & noſter, quod paulo poſt *vatem ingenii florentis* nominat. VORST. Mihi vero nequaquam videntur Antipater Tyrius Philoſophus Stoicus & hic noſter Sidonius Poëta pro iiſdem haberi à Cicerone. Praeterquam enim quod eos patria & profeſſione diverſos facit, ita quoque Sidonium Tyrio aetate majorem fuiſſe inde colligo; quod Sidonium ita deſcribit. Lib. III. de Orat. 50. *Quod ſi Antipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros alioſque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingenioſi & memoris valuit exercitatio, ut, cum ſe mente & voluntate conjeciſſet in verſum, verba ſequerentur*, quae fere deſcriptio eſt hominis jam vita functi, cujus meminerit Catulus, qui interfectus eſt A. 666. cum Antipater Tyrius videatur demum fato functus eſſe circa annum 709. De hoc enim de Officiis Lib. II. C. 24. ſcribens Cicero dicit eum *nuper mortuum eſſe*. Sed plures fuerunt *Antipatri Stoici*, ab hoc enim omnino diverſus debet fuiſſe ille, qui praeceptor fuit Panaetii, de quo Cic. L. I. de Div. C. 3. Nonnulli MSS. *Et poëta Antipater*.

29. *Apte referantur*] MSS. ſexdecim *referuntur*. & ſic Ed. Mog. nonnulli *Ypoclides*. Cop. *Ypolides*.

30. *Alendaeque ſcholae communione*] In Wincheliano melius, *adeundaeque ſcholae*. PIGH. *Patrimonii etiam poſſidendi adeundaeque ſcholae communione conjuncti*. Vett. *alendaeque ſcholae*, malim, *habendaeque*. ut una eos docuiſſe ſignificet. LIPS. *Adeundaeque ſcholae*. In magna amicitiae parte ponebant iſtiuſmodi communionem. *Condiſcipulatum* vocat antiquiſſima legationis formula apud Fabricium. Lipſii emendationes vix eſt ut probem hoc loco. COLER. *Alendaeque ſcholae*. Pighius ex cod. Wincheliano legendum putat *adeundaeque ſcholae*: quem Colerus & alii ſunt ſecuti. Verum Lipſio id non placet: malletque hic, ſiquid mutandum ſit, *habendaeque ſcholae* legere. Nobis illud *alendae ſcholae* retinendum videtur. Habent id veteres typis expreſſi omnes, & inter MSS. uterque etiam Brand. &, ut Wetſtenius mihi ſignificavit, Baſileenſis. Et conſentaneum id eſt Valerii ſuperioribus. Nam de communione

dendi, [30] alendaeque ſcholae communione conjuncti, eodemque momento temporis ultima ſenectute extincti. [31] Tam aequalem fortunae pariter, atque amicitiae ſocietatem, quis non ipſius coeleſtis Concordiae ſinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

[32] Quapropter hoc potiſſimum fuerit: [33] aut in liberis potentiſſimorum re- 18.
gum, [34] aut in rege clariſſimo, [35] aut in vate ingenii florentis, [36] aut in viris eruditiſſimis, [37] aut in homine ſortis ignotae, [38] ne ipſa quidem, omnis bonae malaeque materiae foecunda artifex, rationem rerum natura reddiderit. Non Plin. VIII,
magis 27.

nione ſcholae egerat jam illis verbis, *Ejuſd. praec. Epicuri ſectam ſecuti:* neque attinebat nunc iterum de ea dici. Deinde conſentaneum etiam eſt illi, quod de *patrimonii poſſidendi communione* dixerat. Vult igitur Polyſtratum & Hippoclidem fortunas in commune contuliſſe, indeque ſcholam aluiſſe. VORST. *Alendaeque Scholae,* MSS. noſtri viginti quatuor habent *alendaeque*, cui in quinto Leid. ſuperſcriptum *adeundae.* Sed in nonnullis eſt *Sobolis*, quod in duobus aut tribus etiam correctum, & ſic ex Cod. Angl. monet etiam Joh. Waſſe Ind. Sall. v. *Senecta.*

31. *Tam aequalem*] MS. Cop. & Leid. ſext. *Tantam aequalem.* quomodo fuerat in Leid. ſept. ita & uterque Barb. Leid. ſec. *tantam & qualem.* An ſcripſerat Auctor *tantam & tam aequalem?* deinde aliquot numero. *Genitam & nutritam, & finitam.*

32. *Quapropter hoc potiſſimum fuerit*] Ab utroque cod. Brand. *fuerit* abeſt: & recte meo judicio. VORST. Delet *fuerit* etiam Copeſ. cum utroque Ultraj. Barb. Heinſ. & aliquot aliis, & ſupra jam plus ſemel vidimus, ſolere verbum hoc ſubſtantivum à Valerio omitti. non agnoſcit hic etiam Ed. Mog. Nonnulli MSS. habent praeterea. *Quapropter haec quoque potiſſimum.* haud ita male.

33. *In liberis potentiſſimi regis*] In v. c. *potentiſſimorum regum.* Recte. ſignificat enim Pruſiam & Mithridatem. Jam quae ſequuntur, *Aut in rege clariſſimo.* vel omnino ſunt adulterina; & ſupervacua, vel demonſtrant exemplum unum miraculi naturae in rege aliquo iſtic deeſſe. PIGH. *Aut in liberis potentiſſimorum regum.* Ita Pighius ex cod. quodam MS. cum Aldus & alii edidiſſent *potentiſſimi regis.* Intelliguntur autem Pruſias & Mithridates: de quorum liberis praedixerat. VORST. Fluctuat Codd. ſcriptura inter *potentiſſimorum* & *potentiſſimi.* Ed. Mog. *potiſſimorum.*

34. *Aut in rege clariſſimo*] Haec Pighius putat vel adulterina & ſupervacua eſſe, vel demonſtrare, exemplum aliquod miraculi naturae in rege aliquo deſiderari. Quid ſi dicamus Ariſtomenem Meſſenium intelligi? Fuit ſane is Meſſeniorum imperator, &, ut ex Pauſania colligitur, regibus oriundus. Et niſi is intelligeretur, in ἀνακεφαλαιώσει iſta idem prorſus omiſſus eſſet. VORST. Dubitandum non eſt, quin per *Regem* hunc *Clariſſimum* intelligat *Ariſtomenem.* Certe, quae adulterina & ſupervacua putat Pighius, ea retinent omnes MSS.

35. *Aut in vate ingenii florentis*] Antipatrum Sidonium intelligit, de quo paulo ante. VORST.

36. *Aut in viris eruditiſſimis*] Ad Polyſtratum & Hippoclidem alludit. VORST.

37. *Aut in homine ſortis ignotae*] Eſt is qui à Lilybaeo naves portu Carthaginienſium exeuntes videre potuit: cujus de nomine vix ſatis conſtat. VORST.

38. *Ne ipſa quidem artifex Natura rationem rerum reddiderit*] Compoſitius haec priſca editio, *artifex rationem rerum Natura.* Illud *rerum*, ſane jungendum cum *Natura* eſt. LIPS. *Natura rationem rerum reddiderit.* Lipſius ex vetere cod. legendum cenſet *rationem rerum natura redd.* ut *rerum* pertineat ad *natura.* Atque ita ſane uterque codex Brand. habet. VORST. *Rationem rerum natura reddiderit.* Sic fere omnes MSS. & Ed. Mog. quod veriſſimum eſt. Sic L. III. 3. 2. ext. *In diſpicienda rerum natura maximae prudentiae.* & L. V. 4. 7. *Putaret aliquis hoc contra naturam rerum factum.* ibid. in ext. 5. *Prima igitur & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra.* L. V. 3. 2. *Duabus enim urbibus* &c. *ex rerum natura depulſis.* Et ſic alibi ſaepius. Etiam Copeſ. cum paucis aliis, *tanto opere.*

39. *Quid ita ſilveſtres Capreas Cretae genitas tantopere dilexerit*] Aliquot MSS. *qui ita.* Quomodo, etiam Edd. Mog. Venetae & Mediol. Sed rectum eſt *quid ita.* Vide ſupra L. I. 7. 5.

 40. *Au-*

magis quam, [39] quid ita ſilveſtres capreas, Cretae genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confixas ad ſalutare [40] auxilium herbae dictamni, tantum non ſuis manibus deducit; [41] efficitque ut concepta ea, continuo & tela & vim veneni vulneribus reſpuant. Aut in [42] Cephalenia inſula, cum omnia ubique pecora [43] hauſtu aquae quotidie recreentur, [44] in ea pecudes majore ex parte anni ore
Plin. II. 107. Livius xxiv. 3. aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. Aut quapropter [45] Crotonae in templo Junonis Laciniae aram [46] ad omnes ventos immobili cinere donaverit potiſſimum. Vel quare [47] alteram in Macedonia, alteram
Plin. II. 103. [48] in Caleno agro, aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus; [49] cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiae vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

Quae

40. *Auxilium herbae dictamni*] Virgilius L. XII. Aen.

Hic Venus indigno nati concuſſa dolore
Dictamnum genitrix Cretaea carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres haeſere ſagittae.

VORST. Vide Aelian. L. I. V. H. 10. & Cic. de Nat. Deor. L. II. 50. & Pigh. in Herc. Prodicio p. 163. PERIZON. Pro *tantum non* Ultraj. ſec. *quaſi*. è gloſſa videlicet. Voſſ. *exſpuant*.

41. *Efficitque ut concepta ea*] Barb. prim. manu alia *Recepta*. Oliverius exponit *comeſta*. Ut Aelian. ἅμα τῷ γεύσασθαι. Singularis hic eſt Franc. Gryphius edens A. 1545. *Efficitque ut concerpta ea*.

42. *Cephalenia*] Multi *Cephalania*, etiam *Cephalannia*, & *Cephalonia*.

43. *Hauſtu aquae*] MS. *uſu aquae* nihilo pejus. Sic Ex. 19. *uſu amnis*. PERIZON. Scriptura Codicis Copeſiani confirmatur Auctoritate tredecim aliorum, inter quos uterque Barb. Leid. ſept. Periz. uterque Heinſ.

44. *In ea pecudes majore ex parte anni*] Leid. ſec. *In ea quoque parte pecudes majore parte anni*. Leid. quint. & ſept. *ea pars pecudes*. Sed pro *pars* aliud quid antea fuerat, & *pecudes*, inferius punctis notatum, quaſi deberet deleri. *In*, omittit Ultraj. ſec. *Eam partem* Ultraj. prim. Scilicet latet vitium, quod nemo uſque adhuc odoratus eſt. Legendum enim eſt *In ea capras majore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes ſitim ſuam ſedare inſtituerit*. Non enim omnibus pecudibus hoc erat proprium, ſed capris peculiare. Aelian. L. III. Hiſt. Anim. 32. Αἶγες δὲ ἄρα Κεφαλλήνιδες οὐ πίνουσι μηνῶν ἕξ.

45. *Crotonae in templo Jovis Laciniae aram*] Quae ara ſub dio ſita erat, teſte Plinio. PERIZON. Aliquot MSS. *Crotone*.

46. *Ad omnes ventos immobili cinere donaverit potiſſimum*] *Potiſſimum* Gloſſa videbatur Guyeto è ſuperioribus repetita. Bene! namque abeſt à MSS. GUDIUS. *Potiſſimum* partim eſt in margine, partim alio loco poſitum, ut *quare potiſſimum*, & *vel quare potiſſimum*, partim omnino deeſt, neque ullo modo huic exemplo magis convenit, quam ceteris omnibus.

47. *Alteram in Macedonia*] Jacobus à Cruce Bononienſis legendum putat *in Paphlagonia* ex Plinio & Vitruvio. PERIZON. Vide Theſ. Crit. T. I. p. 689. Sed hac emendatione opus non eſt; quum aeque in Macedonia hoc fuerit miraculum, quam in Paphlagonia. Reſpexit enim Auctor amnem Lynceſtium, de quo Ovid. L. XV. Metam. v. 329.

Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.

Et ſimiliter Plin. loco cit. *Lynceſtis aqua vini modo temulentos facit*.

48. *In Caleno agro*] A Calibus ſic dicto: quod oppidum eſt Campaniae. VORST.

49. *Cum ſciamus recte ab ea*] Priſca lectio, *ratione ab ea*, quaſi dicat, jure ab ea vindicari. LIPS. *Recte ab ea*. Lipſ. maluit priſcam lectionem: *ratione ab ea*. non ſine ratione. vitium à compendio ſcribendi. COLER. *Recte ab ea plurimum licentiae vindicari*. Lipſius ex vetere libro

Quae quia ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus, [50] ſerpentis quoque à T. Livio curioſe pariter, ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait *in Africa* [51] *apud Bagradam flumen, tantae magnitudinis anguem fuiſſe, ut Atilii Reguli exercitum uſu amnis prohiberet: multiſque militibus* [52] *ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus eliſis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum baliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis verberibus procubuiſſe,* [53] *omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem. Atque etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſque jacentis peſtifero afflatu* [54] *vicina regione polluta, Romana inde ſummoviſſe caſtra.* [55] Dicit etiam *belluae corium* [56] *CXX pedum, in Urbem miſſum.*

19. Livius XVIII. Gell. VI, 3, ex Tuberone. Oroſ. IV, 8. Sen. Ep. LXXXII. Plin. VIII. 14. Ann. V. 497.

libro legi mallet *Ratione ab ea vind.* quod & Colero placet. Ceterum *Natura plurimum licentiae vindicat* eleganter omiſſo pronomine *ſibi* dicitur. Ita Nepos VIII, 1, 4. *Plurima fortuna vindicat.* Et Cicero in libb. de Off. *Ortus noſtri partem patria vindicat, partem amici.* VORST. *Ratione ab ea*, invenio in uno Rem. Sed cur hoc vulgato praeferatur cauſſam nullam video.

50. *Serpentis quoque à Livio curioſe pariter & facunde relata fiat mentio*] Sic edit. Mog. reliquae cum decem MSS. *ac facunde relatae*, Voſſ. *curioſe deſcriptae pariter ac facunde relatae.* Sed *deſcriptae* gloſſa eſt τοῦ *relatae*, & hoc verius quam *relata*, ut Cl. Perizon. probare voluiſſe videtur adſcriptis exemplis. L. IX. 15. init. L. II. 7. 6. L. IX. 13. 2.

51. *Apud Bagradam*] MSS. *Bagradam*, *Bagrada*, *Bagardam*, *Bagarda.* Deinde nonnulli cum Copeſ. *prohibuerit.*

52. *Ingenti ore correptus*] Loquitur proprie; amant enim verbum *corripere* uſurpare de Serpentibus. Vide Gudium ad Phaedr. L. I. F. 2. poſtea duo Rem. *compluribus etiam caudae voluminibus eliſis.* Ubi Gudius cum Guyeto mallet *volumine eliſis.* Ad vitandam credo obſcuritatem; ſed refragantur MSS. & *volumina* maluit tribuere ſerpenti adeo inuſitatae magnitudinis. Pro *jactu* Voſſ. *ictu.*

53. *Omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem*] MSS. vel ita ut editur, vel *omnibus & cohortibus*, *omnibuſque cohortibus*, deinde *ipſam Carthagine*, vel *ipſaque Carthagine*, item *viſa terribilior eſt.* Non deſiderari copulas cenſuit etiam Perizonius.

54. *Vicina regione polluta*] Neſcit ultimam vocem MS. & forte repetendum hic ἀπὸ κοινοῦ *imbutis* ut *ejus peſtifero afflatu & regio ſit imbuta.* & ſane in hoc exemplo plurimae fuerunt gloſſae. PERIZON. Retinent plerique MSS.

55. *Dicit belluae etiam corium* CXX. *pedes longum in urbem miſſum*] Brevius antiqui: *belluae corium* C. *&* XX. *pedum in urbem miſſum.* LIPS. *Dicit etiam.* Tota haec periodus ex lib. Dan. ſic legenda: *Beluae corium* 120. *pedum, in urbem miſſum.* Ita enim iſtas gloſſatorum quiſquilias quaſi venti ſpolia quaedam uno ſpiritu diſflanda & diſpergenda cenſuimus. COLER. *Dicit belluae etiam corium CXX. pedes longum.* Ait Lipſius, antiquos codd. brevius habere, *Belluae corium C. & XX. pedum in urbem miſſum.* Et teſtatur Colerus, codicem quoque P. Dan. non aliter habere. Idemque de utroque etiam cod. Brand. teſtari licet. Ceterum haec de ſerpente apud Bagradam paulo fuſius apud noſtrum, quam apud ipſum Livium legere eſt. Hujus enim libri XVIII. in quo de ſerpente iſto egerat, non niſi epitome exſtat. VORST. Probabat etiam Modius ut *dicit* & *etiam* deleretur in Novant. Ep. 54. *dicit* à pleriſque MSS. retinetur, ſed omittitur *etiam* in quibuſdam. In multis etiam ita diſtinguuntur. *Romana inde ſubmoviſſe caſtra dicit. Belluae corium.*

56. *Centum & viginti pedes longum*] *Longum* in quampluribus omittitur MSS. & omnes habent *pedum*, quemadmodum in vetuſtis Edd. eſt *centum & viginti pedum longum.* Recte prorſus, ſeſe habet. *Corium centum & viginti pedum*, quod probat etiam è MS. Baſil. Klokkius delecto *dicit etiam.*

FINIS LIBRI PRIMI.

VALERII MAXIMI FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER SECUNDUS.

Caput I.

[1] DE MATRIMONIORUM RITU ET NECESSITUDINUM OFFICIIS.

1. *Nuptiarum auſpicia.*
2. *Epulae ſeu convivia.*
3. *Matrimonia non repetentes laudatae.*
4. *Primum repudium.*
5. *Matrimonialis libertas ac decor.*
6. *Conjugalis concordia.*
7. *Verecunda conſanguinitas.*
8. *Chariſtia.*
9. *Senectus honorata.*
10. *Juventus obſervata, exemplisque inſtructa.*

DIves & praepotens Naturae regnum ſcrutatus, [2] injiciam ſtylum [3] tam noſtrae Urbis, quam ceterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis. [4] Opus eſt enim cognoſci [5] hujuſce vitae, quam [6] ſub optimo principe felicem agimus, quaenam fuerint elementa, [7] ut eorum quoque reſpectus praeſentibus aliquid moribus proſit.

[8] Apud

1. *De Matrimoniorum ritu*] Sic Cod. Vaticanus teſte Latino Latinio, ut obſervavit Perizonius. Sed ceteri faere *de Inſtitutis antiquis*, quod unum caput complectitur etiam quinque ſequentia: extenditur enim uſque ad illud, quo agitur, *de diſciplina Militari.* Sic Vett. Edd.

2. *Injiciam ſtilum tam noſtrae urbis, quam ceterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis*] Sambuci codex, *initiabo ſtilum.* quod eſſet, quaſi initium auſpiciumque ſtili capiam. Sed probo lente. LIPS. Cum codice Sambuci nullus noſtrorum conſentit.

3. *Tam noſtrae urbis, quam caeterarum gentium*] J. Fr. Gronovius legit, *Qua noſtrae urbis, qua ceterarum gentium.* L. III. Obſ. C. 12. & ſic Liv. L. x. 38. *Sequitur hunc annum conſul inſignis, L. Papirius Curſor, qua paterna gloria, qua ſua.* PERIZON. *Qua* exhibent Ultraj. primus, & ſext. Leid.

4. *Opus eſt enim cognoſci*] V. c. *operae eſt.* PIGH. *Operae eſt enim cognoſci.* Ita Pighius ex vetere cod. cum Aldus & alii edidiſſent *Opus eſt enim:* quomodo codd. quoque Brandeb. habent. VORST. Ita etiam cum ſcriberetur in omnibus noſtris, non dubitandum duxi, quin eſſet revocandum.

5. *Hujus vitae*] Vett. Editt. *Hujuſce*, quod mutavit Colerus, eſt tamen in longe maxima MSS. parte, Copeſ. Heinſ. & Bit. primi, cum Med. ſec. *hujuſcemodi.*

6. *Sub*

[8] Apud antiquos [9] non ſolum publice, ſed etiam privatim nihil gerebatur, 1.
[10] niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptiis [11] etiam nunc [12] auſpices Cic. divin. 1. 16. Serv.
interponuntur. Qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis [13] veſtigia uſurpant. p. 200.

[14] Feminae cum viris cubantibus ſedentes coenitabant: quae conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit. nam [15] Jovis epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellas, ad coenam invitantur. Quod genus ſeveritatis aetas noſtra 2.

6. *Sub optimo principe*] Tiberio puta; cui per totum opus adulatur. VORST.

7. *Ut eorum quoque reſpectus praeſentibus aliquid moribus proſit*] MSS. hoc ordine. *Reſpectus aliquid praeſentibus*. In uno Rem. *aliquis*, in uno Ultraj. *aliquod*.

8. *Apud antiquos*] Sic recte dicit Auctor; nam jam tempore ipſius etiam in publicis negotiis ſaepe imago tantum Auſpiciorum retinebatur. Ut in *Magiſtratibus* inaugurandis docet Dion. Hal. p. 81.

9. *Non ſolum publice ſed & privatim*] Id eſt non ſolum nomine populi & Reip. ſed & ſingulorum nomine. Nepos XII. 2. 2. *Publice ab Athenienſibus Evagorae adjutor datus eſt Chabrias.* Idem, *Publice efferre, publice ſepelire, publice honores habere, publice literas mittere.* Vide Ind. Nepotis. VORST.

10. *Niſi auſpicio prius ſumpto*] Supra *auſpicium capere, auſpicium petere.* Servius ad 1. Aen. *Secundum Romanos locutus eſt, qui nil niſi captatis auguriis faciebant, & praecipue nuptias.* VORST.

11. *Etiamnunc*] Sic reſtitui jubentibus & ſcriptis & Editis pro *Etiamnum*, quod dederat Pigh. Vide Heraldum, Daviſium & J. Gronovium ad Min. Fel. Cap. 1. Cic. L. 1. de Div. 16. *Quod etiam nunc nuptiarum Auſpices declarant.* Infra L. II. 9. 6. L. IV. 3. Ext. 1.

12. *Auſpices*] Servius ad 1. Aeneid. *Secundum Romanos locutus eſt, qui nil niſi captatis auguriis faciebant, & praecipue nuptias.* Tertull. exhortat. ad Caſtit. *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur, etſi auſpici initium.* COLER. Hinc *Auſpicum* mentio occurrit etiam in nuptiis Meſſalinae cum Silio. Suet. in Claudio C. 26. *Quam cum comperiſſet ſuper cetera flagitia atque dedecora, C. Silio nupſiſſe, dote inter Auſpices conſignata, ſupplicio affecit.* Et huc ſpectant illa Livii L. XLII. 12. *Celebratas eſſe utraſque nuptias gratulatione, doniſque innumerabilium legationum, & velut Auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe.* PERIZ.

13. *Veſtigia uſurpant*] Moris & cerimoniarum veterum neglectum exprobrat Romanis diſerta oratione Arnobius lib. II. Prudentius contra Symmach. lib. II. Et eodem id Varronis directum apud Nonium: *Haec Numa Pompilius fieri ſi viderit, ſciet ſuorum inſtitutorum nec volam nec veſtigium exſtare.* COLER. *Ipſo nomine veteris conſuet. veſtigia uſurpant.* Quod nuptiis *auſpices* adhibebantur, quamvis non amplius auſpicia caperentur. Moris caerimoniarumque veterum neglectum Romanis exprobrant Arnobius lib. II. & Prudentius l. II. c. Symm. Praecipue huc pertinet illud Ciceronis 1. de Div. *Nihil fere quondam majoris rei inauſpicato, ne privatim quidem, gerebatur: quod etiamnunc nuptiarum auſpices declarant, qui re omiſſa nomen tantum tenent.* VORST. Videtur *uſurpant* in Brand. ſuis inveniſſe Vorſtius, quoniam nihil de iis monet, & ſic quoque uterque Ultraj. & quidam alii; in quindecim tamen exſtat *uſurpantur*, quod eſt in antiquis edd.

14. *Feminae cum viris cubantibus ſedentes coenitabant*] De hoc more videndus eſt Lipſ. ad Tacit. L. XI. Ann. 2. Idem obtinuit etiam in liberis. Suet. in Claud. C. 32. PERIZON. Accubuerunt etiam in coena Metelli Pontificis Maximi Popilia, Perpennina, Licinia, Arruntia Virgines Veſtales, & uxor ipſius Publicia Flaminia, & Sempronia ſocrus ejus. Macrob. L. II. Sat. 9. Sed apud antiquiſſimos Romanos ipſi etiam viri ſedentes coenabant, ut docet Andreas Baccius de Conviviis Antiquorum L. II. 2. Similiter & apud Graecos. Vide Ever. Feithii Ant. Hom. L. III. 5. Vide & Aldum Manutium quaeſ. per Epiſt. L. I. q. 4. p. 199. T. 4. Theſ. Crit.

15. *Jovis epulo ipſe in lectulum*] Hujuſmodi epuli mentionem facit ſubinde Livius. Ut l. v. *Ludi plebeji per biduum inſtaurati, & Jovis epulum fuit ludorum cauſſa.* Inſtitutum autem fuit in Capitolio: ut vel ex verbis Valerii, quae mox ſequuntur, colligi poteſt, Ceterum aliis quo-

noſtra diligentius in Capitolio, quam in ſuis domibus ſervat: [16] videlicet quia magis ad rem pertinet dearum, quam mulierum, [17] diſciplina contineri.

3. [18] Quae uno contentae matrimonio fuerant, [19] corona pudicitiae honorabantur. Exiſtimabant enim eum praecipue matronae ſincera fide incorruptum eſſe

quoque Diis epulas parabant: quas & *lectiſternium* dixere. Livius d. l. *Lectiſternio tunc primum in urbe Rom. facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quam ampliſſime tum apparari poterant ſtratis lectis, placavere.* VORST. De Jovis Epulo vide Liv. L. xxv. 2. & L. xxvii. 36. Quo utroque loco dicit *Epulum Jovis fuiſſe* ludorum cauſſa. *Epulabatur* tunc *Senatus in Capitolio.* Auctor eſt Gell. L. xii. 8. *Ea ſimultas quum diu manſiſſet, & ſolemni die Jovi libaretur, atque ob id ſacrificium Senatus in Capitolio epularetur.* Nam *Epulum Jovis* hic deſignari liquet ex noſtro L. iv. 2. 3.

16. *Videlicet quia magis ad rem pertinet*] Ironice videtur hanc rationem adferre. PIGH. *Ad rem pertinet.* Id eſt *refert*, εἰρωνικῶς dictum videtur, ſed fortaſſe hic *refert* ſcribendum eſt, pro *ad rem pertinet*, quod & *refert* Gloſſema videtur. GUYET. Tibi quidem Guyete, mihi nequaquam. Sic noſter L. ii. 9. init. *Ad rem igitur pertinet noſſe, atque adeo recordari acta cenſoriae poteſtatis.* Petron. C. 100. *Quid porro ad rem pertinet, ſi dixero.* Ubi vide Notas. & ſic *Pertinere ad aliquem* dici id, quod illius aliquam in partem intereſt, recte ſtatuit Cl. Duker. ad Flor. L. iii. 8. 7. Pro *Servat.* Ed. Mog. cum quindecim MSS. *conſervat.*

17. *Diſciplina contineri*] Tria magna numina hic ponuntur Jupiter, Juno, ac Pallas. Ceterum periodus hic oppido obſcurus eſt, cum inquit: *Videlicet quia magis ad rem pertinet dearum, quam mulierum diſciplinam contineri.* Aldinus codex pro accuſativo habet ablativum *diſciplina.* Ac ita etiam Badius exponit ſatis eſſe *contineri*, id eſt conſtringi diſciplina dearum quam mulierum. Quod ſi *diſciplinam* legitur, ſenſus fuerit. Diſciplinam dearum obſervari magis, quam mulierum, utile fuerit. Utrumque ita Badius. Oliverius exponit. Quia plus auctoritatis habent exempla Dearum quam mulierum. Mihi ſane hae expoſitiones non ſatis faciunt, neque tamen habeo aliam: ideo locum inexplicatum lectori relinquere ſatius viſum. GLAREAN. *Diſciplina contineri.* Ex ſenſu *diſciplinam.* LIPS. *Diſciplina contineri.* Lipſius mallet *diſciplinam contineri.* Et habet ſane ita editio Chalcocondylae. Verum aliae antiquae editiones habent *diſciplina.* Nec aliter codd. Brand. Subaudiendum autem ex ſuperioribus fuerit *genus ſeveritatis.* VORST. Lipſ. *diſciplinam contineri.* Vorſtius vulgatum tuetur & repetit ex ſuperioribus, *genus ſeveritatis.* In quo vehementer errat. Intelligendum enim omnino, *eas*, ſive *Deas*, ſive *mulieres* dicit, *quia magis pertinet ad rem Dearum, quam mulierum*, magis conducit Deabus quam mulieribus, *eas contineri diſciplina*, id eſt, regi. Sic Phaed. L. ii. *exemplis continetur Aeſopi genus.* ubi plura ſimilia notavi. Ex Lipſiana emendatione ſenſus foret, *contineri* pro *retineri diſciplinam Dearum.* id eſt, *in Deas.* PERIZON. De hac ſignificatione verbi *contineri*, Vide Cl. Burman. ad Phaedri locum cit. & ad Petron. C. 2. & Duker. Flor. L. i. C. 3. *Diſciplinam* eſt in quatuor Med. & Perizoniano. & hoc quoque recte dici monſtrabat adſcriptis his in margine locis Cl. Perizonius. Sic L. ii. 7. Ext. 2. L. iii. 9. 1. Liv. L. xxxiv. 9. Flor. L. iii. 12. 2.

18. *Quae uno contentae matrimonio fuerant*] Vide Dion. Hal. L. viii. p. 786. Cic. ad Att. *Mulier vetula & multarum nuptiarum.* Paul. ad Timoth. i. C. 3. 5. 19. Meurſ. Mantiſ. C. 10. ubi & Valerium citat, ſed omiſſo *pudicum* vel *in publicum.* Montaniſtae haeretici ſecundas nuptias omnino improbabant. Quod male interpretatur Sandius Hiſt. Eccleſ. i. p. 136. de Bigamia ſimultanea. Vide omnino Porciae dictum apud Hieron. in Exc. & Liv. L. 10. c. 23. *Eodem ferme ritu & haec ara, quo illa antiquior, culta eſt; ut nulla niſi ſpectatae pudicitiae matrona, & quae uni viro nupta fuiſſet, jus ſacrificandi haberet.* Apud Germanos alicubi non nubunt niſi virgines. Vide Tacit. de Moribus Germ. C. 19. PERIZON.

19 *Corona pudicitiæ honorabantur.*] Barb. prim. & Leid. quint. *coronabantur.*

20. *Qui poſt depoſitae virginitatis cubile, in publicum egredi neſciret*] *Poſt* in manuſcriptis non habetur: Atqui mire depravatus eſt locus; Qui tolerabilior erit, ſi legas, *Qui depoſitae virginitatis cubile pudicum egredi neſciret.* Et paulo poſt, *Quaſi legitimae.* In v. c. *illegitimae.* PIGH. *Qui depoſitae virginitatis cubile pudicum egredi.* Ita legendum cenſuit Pighius; cum Aldus ediſſet,

eſſe animum, [20] qui poſt depoſitae virginitatis cubile in publicum egredi neſciret; [21] multorum matrimoniorum experientiam quaſi legitimae cujuſdam intemperantiae ſignum eſſe credentes.

[22] Repudium inter uxorem & virum à condita Urbe uſque ad viceſimum & 4
quin-

diſſet, *Qui poſt depoſ. virg. cub. in publicum egredi.* Et ſane *poſt* nulli hic eſt uſui: abeſtque & à codd. Brandeb. & à vetere edit. Mart. Herbip. Sed neſcio an retineri debeat *in publicum.* Habet ſane ita uterque cod. Brand. vetereſque typis expr. omnes. Ceterum monendum & hoc eſt, unum cod. Brand. habere *cubili in publ. egredi.* Dicitur utrumque *egredi urbem* & *egredi urbe.* VORST. MSS. Baſ. *Quae depoſitae virginitatis cubili pudicum egredi neſciret.* Cum quo vulgatum confundo & emendo. *Quae depoſita virginitate cubile unicum egredi neſciret.* KLOK. *Poſt depoſitae*, habent Copeſ. duo Rem. duo Barb. Voſſ. ſec. & ſext. Leid. Bit. unus, Heinſ. ſec. in ceteris praepoſitio omittitur. prim. Vat. *depoſito*, Toll. *depoſitum.* Omnes pariter retinent *in publicum.* Heinſ. prim. *poſt poſitae. In publicum* videtur retinuiſſe Kirchmannus de Fun. L. IV. C. 10. ita ſcribens. *Quid vero cauſſae fuiſſe exiſtimandum eſt, cur veteres mulieribus hanc lugendi neceſſitatem impoſuerint? una mihi videtur eſſe publica honeſtas. Turpe enim & quaſi illegitimae cujuſdam intemperantiae ſignum judicarunt, foeminam ſimul ac à rogo mariti reverſa ſit, de ſecundis quaſi nuptiis ſtatim cogitare, & vixdum exſtincta funebri face ad nuptialem è veſtigio properare.* Jam vero illo capite oſtendit partem luctus fuiſſe publico abſtinere, & egregie huc facit locus prolatus è Cicerone pro Cluentio, *Quae mulier obteſtatione viri decem illis menſibus ne (domum) quidem ullam, niſi ſocrus ſuae noſſe debuit, haec quinto menſe poſt viri mortem ipſi Oppianico nupſit.* Et hinc Ovid. Lib. I. Faſt.

Per totidem menſes in funere conjugis uxor,
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Itaque ſpretis aliorum conjecturis legi malui, quod in ſcriptis & editis inveniebam. Et hoc in ſuo Cod. etiam invenit Latin. Latinius.

21. *Multorum matrimoniorum experientiam, quaſi illegitimae cujuſdam intemperantiae ſignum credentes*] Imo vero *legitimae intemperantiae.* Vult tales viroſas faeminas ad pudorem rationemque peccare, ad legem tamen nubere. itaque velut legitimas quaſdam adulteras eſſe. Similis rei in Martiale jocus:

Quae toties nubit, non nubit, adultera lege eſt.
Offendar moecha ſimpliciore minus.

LIPS. *Quaſi illegitimae.* Manuſcripti plerique, & vetus ille Dan. *quaſi legitimae.* Nil verius. Nam *legitima quaedam intemperantia*, ſunt plura matrimonia, quod multis demonſtrat eruditiſſimus Tertullianus. legibus enim non prohibentur. Ea ratione Seneca divortia *legitima adulteria* vocat. Tertullianus appoſite: *Continentia legem nuptiarum honorat: licentia temperat. Illa non cogitur, iſta regitur. Illa arbitrum habet, haec modum.* Martialis:

Quae toties nubit, non nubit, adultera lege eſt.
Offendar moecha ſimpliciore minus.

COLER. *Quaſi legitimae cujuſdam intemperantiae.* Pighius ex vetere cod. legit *illegitimae*; cum Aldus & alii edidiſſent *legitimae:* quomodo codd. quoque Brand. habent, &, ut Colerus teſtatur, codex P. Dan. Sane illud *legitimae* apprime huc quadrat. Vult enim Auctor, experientiam multorum matrimoniorum ſignum eſſe intemperantiae; ſed, legitimae tamen: quippe quae permiſſa eſſet legibus. Licebat enim uxoribus, quandocunque liberet, divortium facere. Addit tamen noſter *quaſi*, quae vox alteram illam & confirmat; eaque ſignificatur, intemperantiam illam feminarum, pluriumque matrimoniorum experientiam, legibus permittendam non videri. VORST. Lectionem Lipſii probabat Klokkius, quia in MS. Baſ. erat *quaſi legitimae*, & ait hanc lectionem confirmare Condinum Lib. VIII. Comment. Jur. Civ. C. 7. Cujac. Paratit. in Cod. de ſecundis nuptiis. Nec opus eſt id multis confirmare, res enim ipſa poſtulat *legitimae;* quod invenio in ſcriptis omnibus; praeterquam quod in Ultraj. primo eſt à manu ſecunda *illegitimae*, tum etiam in omnibus Edd. ante Pighium eſt *Legitimae*, quod defendit Modius Novant. Ep. 54. Citabat Perizon. locum è Mamertini Paneg. in Julian. *Lectulus & ſine conceſſis & legitimis voluptatibus Veſtalium toris purior.* Lat. Latinii Cod. etiam *legitimae* habet.

22. *Repudium*] Dion. Halicarnaſſeus Lib. II. ubi de Romuli legibus, ait, primum divortium Romae factum Coſs. M. Pomponio, C. Papirio centeſima ac triceſima ſeptima Olympia-

Ann. urb. 522. Dionyſ. II. Gell. IV, 3. XVII. 21. Plut. Rom. Quaeſt. 58.

quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem [23] Sp. Carvilius uxorem [24] ſterilitatis cauſſa dimiſit. Qui quanquam [25] tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum [26] conjugali fidei praeponi debuiſſe arbitrabantur.

[27] Sed

de. Qui fuit ab U. cond. quingenteſimus viceſimus tertius Livii ſupputatione: aut viceſimus primus ſupra quingenteſimum Dionyſii ordine. Gell. L. IV. Cap. 3. etiam viceſimum tertium ſupra quingenteſimum ex Sulpitio exhibet. At Coss. variat, P. Valerium ac M. Attilium prodens. Qui quadriennio poſt Pompejum ac Papirium conſulatum inierunt. At Gellius parum penſi habuit, ut videtur, quem rotundum annorum numerum ſcriptis proderet, ut plane apparet ex Cap. ult. L. XVII. ubi ait. Illud primum divortium Romae fuiſſe anni quingenteſimo undeviceſimo. Noſter Valerius hoc loco quingenteſimum viceſimum prodidit. Ideoque hac in hiſtoria variatum eſt errore magno. Ceterum Carbiliorum nomen in conſulatu quater eſt ab anno U. C. 460. uſque ad annum ab eadem U. C. 526. prioribus duobus conſulatibus unus vir. poſterioribus haud ſcio unus ne an duo, cum ſint propiores ſibi invicem. Praeterea de poſteriore, quicunque fuerit, divortium intelligo. GLAREAN. *Repudium*. Agellius lib. IV. cap. 3. *Memoriae traditum eſt, quingentis fere annis poſt Romam conditam, nullas rei uxoriae neque actiones neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuiſſe.* Secundum Dionyſ. an. U. C. DXXXII. hoc factum. & ita Agell. ex Servio Sulpitio ſupputat. Cur igitur idem Agell. ait *Quingentis fere annis*? Audio & auſculto Cujac. emendantem Agellii locum: *Sexcentis fere.* cui ſubſcribit Tertullian. in Apolog. *Ubi eſt illa felicitas matrimoniorum de moribus utique proſperata, qua per annos ferme ſexcentos ab urbe condita nulla repudium domus ſcripſit.* At idem lib. de Monogamia: *Adeo repudium à primordio non fuit, ut apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum Urbis conditae id genus duritiae commiſſum denotetur.* Porro Repudium & Divortium dicitur. Hinc *matrimonia divertentia* apud Agellium. Gloſſae veteres: *Divortium* Δίαισις, Διάλυσις γάμου καὶ χωρισμὸς καὶ ἐκκοπή. lego: Διαίρεσις. Minus pervulgate. *Diſcidium* dicitur *divortium*. Gloſſae: *Diſcidium, Divortium diecit* Διαλύσις γάμου. an legendum *Divortium dicit*? ut ſit *dicere divortium*: HABE TIBI RES TUAS. *Scribitur & divortium.* Tertullianus libro IV. adverſus Marc. *Moyſes propter duriciam cordis veſtri praecepit libellum repudii dare.* Et alibi: *Nulla repudium domus ſcripſit.* COLER. *Repudium inter uxorem.* Antequam domum quaedamduceretur, remiſſum interdum repudium fuiſſe, ex Terentio & aliis colligere eſt. Sed noſter loquitur de ea, quae jam ducta eſſet domum. Terentius Phorm. V, 7, 35. *Cum ego veſtri honoris cauſſa repudium alterae remiſerim, quae tantundem dotis dabat.* Quod noſter ait, id confirmant Dionyſius Halic. & Gellius. Et Gellius quidem IV, 3. ſcribit, *quingentis fere annis poſt Romam conditam nullas rei uxoriae, neque actiones, neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuiſſe.* Dionyſius autem lib. II. *anno U. C. 523. remiſſum fuiſſe primum repudium.* Quae diſcrepantia numeri levis ſane eſt. Tertullianus intervallum adhuc longius ſtatuit. Scribit enim in Apologet. *per annos ferme ſexcentos ab urbe condita nullum repudium ſcripſiſſe.* Et in lib. de Monog. *adeo repudium à primordio non fuiſſe, ut apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum urbis conditae id genus duritiae commiſſum denotetur.* De qua auctorum diſcrepantia videndus & Magius I, 15. VORST. Cum & Conſules commemoret Gellius, ſub quibus primum factum eſt Divortium & illi incidant in annum DXXVII, & noſter numerum rotundum uſurpans *Quingenteſimum & viceſimum* dicat, neſcio cur Cujacius *ſexcentis* ex Tertulliano maluerit quam *quingentis*, quod & multo propius ad verum accedit, nec numerum annorum praeter fidem hiſtoriae auget; quum circa annum ſexcenteſimum jam ſatis frequentia fuerint divortia. Notandum autem undeviginti MSS. habere *uſque ad centeſimum & quinquageſimum*. & ſic Ed. Mog. utraque Veneta, & Mediol. quod jam tunc occaſionem praebuit Oliverio diſſenſum Valerii à Gellio, & Dionyſio prolatis illorum locis oſtendendi.

23. *Sp. Carvilius*] Mire variant auctores in hoc nomine. Agellius *Sp. Carbilium Rugam* appellat. Plutarchus in Romulo, *Sp. Servilium* Idem probl. cap. 13. *Carbilium*. In comparatione Numae & Lycurgi *Sp. Corvinum*. ſed legendum ibi: Καρυίλιον. Plinius *Carvilium* & *Carbilium* promiſcue. COLER. *Primus Sp. Carvilius.* Hunc Dionyſius à cenſoribus coactum ſcribit jurare, quod uxorem dimitteret propter ſterilitatem, & liberorum quaerendorum gratia aliud matrimonium inire vellet. Sed nihilo tamen

[27] Sed quo matronale decus, verecundiae munimento tutius eſſet, in jus vocanti matronam [28] corpus ejus attingere non permiſerunt: ut inviolata manus alienae tactu [29] ſtola relinqueretur. [30] Vini uſus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur; quia proximus à Libe- 5.

Dionyſ. 11. Plin. xiv. 13. Gell. x. 23.

tamen ſecius propter repudium uxori remiſſum inviſum populo fuiſſe. M. quoque Tullium Ciceronem reprehendunt ſcriptores, quod levibus de cauſis uxorem Terentiam dimiſiſſet. Quanti vero motus exorti fuerint, cum ſororem Octavii Caeſaris M. Antonius repudiaſſet, notum omnibus eſt. VORST. MSS. habent *Curbilius*, *Carbulius*, ſed pars longe major *Carbilius*, quomodo ſcribitur etiam apud Plutarch. Sic & Ed. Mog. ſed Venet. *Sp. Scarbilius.* Ald. *Sp. Cabillius.* Utrumque mendoſe. Quae vero hic notat Vorſtius de Cicerone & Antonio *ἀπροσδιόνυσα* ſunt. Nam Cicero non tam eſt reprehenſus, quod Terentiam dimiſit, quam quod Publiliam admodum adoleſcentulam duxit; & divortium Antonii cum Octavia, neque ſola neque praecipua cauſſa fuit motuum, qui deinde ſecuti ſunt. Tum Terentius Graecorum non Romanorum ſpectat mores.

24. *Sterilitatis cauſſa dimiſit*] Uxor proprie *divortere* & *diſcedere* dicitur: vir *dimittere* & *repudiare.* Leniſſimum autem vocabulum eſt *dimittere:* eoque auctor de induſtria uſus videtur. Etenim Sp. Carvilius uxorem quam dimiſit, ob venuſtatem morum habuerat chariſſimam. Uſi autem & durioribus vocabulis: ut *exigere*, *domo egredi jubere.* Notum illud Juvenalis: *Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.* VORST. Ultraj. prim. habet *uxorem ſuam.*

25. *Tolerabili ratione*] Quia ſcilicet *uxorem liberorum quaerendorum cauſſa* duxerat. Vide Feſt. in *Quaeſo.* Deinde Lat. Latinius legit *ne cupiditatem quidem.* PERIZON. Hinc Klokkius legebat *cupiditatem quaerendorum liberorum.*

26. *Conjugali fidei*] Hoc eſt quod Cic. dicit lib. vi. de Rep. *Majores noſtri firmiter ſtabilita matrimonia eſſe voluerunt.* COLER. Heinſ. ſec. *Fide.*

27. *Sed quo matronale decus*] Hic mihi titulus novus inſerendus videtur. *De non attingenda matrona in jus vocata.* Oliverius & Badius exponunt de ea, quam maritus repudiaturus in jus vocabat. At ego puto de omnibus matronis in genere hoc intelligi. GLAREAN.

28. *Corpus ejus adtingere*] Ritum tangit Feſtus: *Matronae à magiſtratibus non ſubmovebantur, ne pulſari contrectarive viderentur.* COLER. *Corpus ejus attingere non permiſerunt.* Congruit Feſtus: *Matronae à magiſtratibus non ſubmovebantur; ne pulſari, contrectarive viderentur; neque graevidae concuterentur.* VORST. Dele cum MS. *τὸ ejus.* PERIZON. Ultraj. prim. *in jus vocanti matronae corpus attingere non permiſerunt. Ejus*, in Leid. quinto eſt inter lineas, retinent ceteri praeter Ultraj. prim. *corpus* delent duo Rem. Voſſ. *perſtringere.*

29. *Stola*] Tertul. lib. de Pallio: *Habes ſpectare quod Caecinna Severus graviter ſenatui impreſſit* MATRONA SINE STOLA IN PUBLICO. COLER. *Inviolata manus alienae tactu ſtola.* *Stola* veſtis muliebris ad talos uſque demiſſa: Graece *στολή.* Horatius l. 1. Sat. 2. *Ad talos ſtola demiſſa & circumdata palla.* Ergo ne ſtolam quidem matronae in jus euntis attingi voluere: quo ab injuriis eo tutior eſſet. VORST. Sed pro *Stola*, MSS. quindecim habent *Stole*, vel *Stolae*; poſtremum eſt in antiquis editt. ante Pighium. Aſcenſ. *Stole.* & notavit Oliverius, *Stole* caſus nominativus eſt, *haec Stole*, *hujus Stoles.* Ed. Mog. *Ut Stola alienae manus tactu inviolata relinqueretur.* An verum ſervavit Ultraj. prim. *Ut inviolatae alienae manus tactu ſtolae relinquerentur?* *Stolam* vero dicit, quia haec propria erat matronarum, quae per hanc ſaepe ſignificantur. Vide Torrent. ad Hor. L. 1. S. 2. 29. & imprimis Broukhuſ. ad Tib. L. 1. 7. 74.

30. *Vini uſus*] Praeter ceteros lege Arnobium lib. 11. Tertullianum Apologet. c. 6. Huc & illa Varr. fragmenta refer lib. 1. de pop. Rom. *Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe vel ex uno exemplo poteſt viderier.* Et iterum: *Antiquae mulieres majores natu bibebant loram aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.* Sariſberienſis Policratico lib. viii. COLER. *Vini uſus.* Nonius cum *abſtemiam* dixiſſet quae vino abſtinet, ſubjicit illud Varronis: *Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe, vel ex uno exemplo poteſt viderier.* Item ad vocem *lora* ejuſdem Varronis producit iſta: *Antiquae mulieres majores natu bibebant loram aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.* VORST. Hinc Servius ad illud Virg. L. 1. 734.

Libero patre intemperantiae gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Ceterum ut non triſtis earum & [31] horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis & [32] auro abundanti, & multa purpura uſae ſunt: [33] & quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos [34] cinere rutilarunt. Nulli enim tunc [35] ſubſeſſorum alienorum matrimoniorum oculi metuebantur; ſed pariter & [36] videre ſancte, & aſpici, [37] mutuo pudore cuſtodiebantur.

Quo-

Primaque libato ſummo tenus attigit ore.

Ait *Verecundiam oſtendit reginae, & morem Romanum. Nam apud majores noſtros non utebantur vino, niſi ſacrorum cauſſa & certis diebus. Denique femina quae ſub Romulo vinum bibit occiſa eſt a marito, Mezentius abſolutus, id enim nomen marito.* Confer noſtrum L. VI. 3. 9. & Plut. in Quaeſt. Rom. 6. ubi dicit pleroſque credere, morem, ut cognatos oſcularentur mulieres, inſtitutum eſſe, ut ſic inter congreſſum ab ipſis poſſet deprehendi, an vinum bibiſſent. Ultraj. prim. auctior ſcribit *ad inconceſſam Venerem pronus.*

31. *Horrida pudicitia*] Duo Rem. cum Leid. ſec. habent *horrenda*, male: Illud rectius quod in undecim MSS. *Sed & honeſto comitatis genere temperata eſſet.* Deinde in quindecim Codd. *Indulgentibus namque maritis.* Quod utrumque eſt etiam in Ed. Mog. Perizon. *Indulgentibus maritis: namque.*

32. *Auro abundanti.*] Quorſum igitur illa Tertull. Apolog. c. 6. *Cum aurum nulla norat praeter unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.* Sed Tertullianus de ultima antiquitate loquitur. Nam poſtea praecipuum mulierum geſtamen, aurum. Varro lib. I. de vita pop. Rom. *Auri pondo duo millia acceperunt ex aedibus ſacris & matronarum ornamentis, a quibus poſtea id aurum & torques aureae multae relatae Romam atque conſecratae.* COLER.

33. *Et quo formam ſuam concinniorem efficerent*] *Et*, abeſt ab octodecim MSS. & Mog. & Venett. Edd.

34. *Cinere rutilarunt*] Vide Iſ. Voſſium ad Catul. p. 142. Ed. Lond.

35. *Subſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur*] In Suſiano codice habemus, *ſubſeſſorum alienorum oculi metuebantur. Subſeſſas* Vegetius inſidias in itinere poſitas appellat. PIGH. *Nulli tunc ſubſeſſorum alienorum matrimon. oculi.* Ita legendum; non *ſubſeſſores*, ut Aldus edidit, aliique retinuerunt. *Subſeſſorum* in cod. Suſii obſervavit Pighius. Idemque in utroque etiam cod. Brand. apparet. Sed & vetus editio Martini Herbip. ita habet. Ipſi oculi non ſubſeſſores, ſed ſubſeſſorum ſunt. *Subſidere* idem eſt quod in inſidiis latere. Cicero Or. pro Mil. *Nec in eo loco ſubſedit, quo noctu venturus erat.* Inde *ſubſeſſores* dicuntur, qui ut Servius loquitur, occiſuri aliquem deliteſcunt, & in inſidiis tauros interimunt. Suntque adeo & inter venatores. Seneca Hippol. v. 51. *Tu praecipiti clamore feras ſubſeſſor ages.* Dolos quoque hoſtium *ſubſeſſas* vocant, teſte Servio ad L. XI. Virgilii. Vide & Vegetium III. 6. & 22. VORST. Quomodo *oculi* ſunt *ſubſeſſores alienorum matrimoniorum?* Quaecunque comminiſcemur in hoc loco non erunt niſi λῆροι λήρων. Lege ex MSS. *ſubſeſſorum alienorum matrimoniorum.* Loquitur de corruptoribus alieni fundi, qui libenter uxores aliorum permolunt, eoſque vocavit *ſubſeſſores alienorum matrimoniorum*, utitur eadem locutione Valerius infra L. VII. 2. Ext. 1. ubi inter incommoda matrimonii recenſetur *ſubſeſſor alieni matrimonii.* GUDIUS. Male *ſubſeſſores* mutat Vorſtius. Sic *curioſi oculi.* apud Petron. & Apulej. & noſtrum L. VI. 8. 7. *Emiſſitii* apud Plaut. Aulul. I. I. 2. ubi vide Taubman. & ſupra L. I. 6. I. *Domeſtici oculi.* Plaut. Bacchid. IV. 9. 92. *Indomitis oculis fui.* & ſic Martial. ad Domitianum:

Terrarum Dominum pone ſupercilium.

PERIZON. *Subſeſſorum* legitur in ſexdecim, *ſucceſſorum* in quinque MSS. *ſucceſſores* in Copeſ. uterque Heinſ. habet *ſubverſores*; ſed utrobique correctum eſt. *Subſeſſorum* etiam Edd. Mog. & Venett. Sed *ſubſeſſores* jam Mediol. quod & ſuavius ad aurem accedit & arguto Valerii ſtilo magis convenit, ut pro *oculis inſidiantibus* ponatur, quomodo in ſimili re *oculos abſtinentes*, dixit Cic. L. I. de Off. 40. & Noſter L. IV. 3. Ext. I. *Continentes.* De voce *ſubſeſſor* & *ſubſidere* vide Cl. Burman. ad Petron. C. 40.

36. Vi-

Quoties vero inter virum & uxorem aliquid jurgii interceſſerat, in ſacellum deae Viriplacae, quod eſt in Palatio, veniebant: [38] & ibi invicem locuti, quae voluerant, contentione animorum depoſita concordes revertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris fertur aſſecuta: veneranda quidem, & [39] neſcio an praecipuis & exquiſitis ſacrificiis colenda; [40] utpote quotidianae ac domeſticae pacis cuſtos, in pari jugo caritatis ipſa ſui appellatione virorum majeſtati debitum a feminis reddens honorem. 6. P. Victor.

Hujuſ-

36. *Videre ſancte & aſpici*] Tertullianus de Virg. velandis: *Ejuſdem libidinis eſt videri & videre.* Et alibi: *Mavult femina videre, quam videri.* Ovidius:

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſae.

COLER.

37. *Mutuo pudore cuſtodiebantur*] Tò *pudore* ſuſpectum erat Barthio, ſine cauſſa. Quatuor Codd. *videri.*

38. *Et inibi invicem locuti*] Sic edidit Vorſtius, cum in omnibus ſcriptis & editis ſit *ibi*, quod reſtitui. Pro *quoties* aliquot MSS. ut ſaepius *quotiens.* Unus atque item alter *animorum mox*, Vatic. prim. *contentione tum mox.*

39. *Neſcio an praecipuis & exquiſitis ſacrif. colenda*] Hac ratione affirmare quippiam ſolent. Et memini eam formulam & ſupra obſervatam eſſe. Pro *& exquiſitis* in quibuſdam codd. eſt *ſed exq.* Sunt autem *exquiſita ſacrif.* quae ſingulari diligentia comparantur. VORST. Pighius dederat *ſed exquiſitis*, quod ego quoque in compluribus invenio MSS. & Ed. Mog. ut ſit velut acuta quaedam epanorthoſis, innuens non ſatis eſſe ad eam colendam praecipua ſacrificia, niſi etiam ſint exquiſita. Barthius malebat. *Praecipuis, certe exquiſitis.*

40. *Utpote quotidianae ac domeſticae pacis cuſtos, in pari jugo caritatis, ipſa ſui appellatione virorum majeſtati debitum a feminis reddens honorem*] MS. *In quo pari jugo* &c. Lego *inque pari j. c. i. ſ. a. v. m. debitum ac feminis r. h.* non enim ipſa viriplacae appellatione ullus feminis redditur honor. Sic etiam infra invenies *inque* III. 2. 11. & III. 3. Ext. 2. & 7. L. III. 8. Ext. 6. *Inque valetudine ejus.* Ubi MS. ſimiliter, *in qua val. e.* PERIZON. *In quo* exſtat in ſeptem MSS. Heinſ. prim. *inque*, quod ab alia manu eſt etiam in Barb. ſec. *à faeminis* legebant etiam Barthius, Iſ. Voſſius & Gudius. Quod niſi facias, nullus inde commodus exſculpetur ſenſus. Vide enim quam inepte haec explicentur. Oliverius hoc modo accipit. *Sui appellatione, quia partem virorum & partem continet feminarum; nam in eo quod dicit viri partem oſtendit virilem; in eo, quod univerſum nomen feminini generis eſt, partem continet mulieris, habet igitur prolationem feminini generis, & maſculinum incluſum.* Quod ut omnem ſuperat abſurditatem, ita nihilo melius eſt, quod profert Aſcenſius. Scilicet, *Quia licet viri ſubmiſſius in hoc agebant, quod ad mulieris petitionem ad ſacellum deſcendebant, & forte magis placari cupiebant, quam mulieres placare: quin etiam ſaepe viri non placabantur, ſed placabant laeſas conjuges; tamen, quia à placandis Viris Dea nomen ſortita erat, ſexui majeſtas ſervabatur?* Quum agatur tantum de honore, qui nullus redditur feminis appellatione ipſa *Viriplacae*, quod fieri deberet, ſi legi poſſet *ac feminis.*

41. *Inter ceteras neceſſitudines*] Cognationes, affinitates intellige: ut ſunt patris & filii, ſoceri & generi. Ita ſocerum Nepos *neceſſarium* vocat XIV, 6, 3. dicitque *ab homine tam neceſſario ſe relictum.* Vide & IV, 2, 5. VORST. Guyeto antecedens *quid* delendum videbatur, prorſus ſine cauſſa. Nonnulli Codd. *lavabantur.* Perizon. *Conſentaneas?* item *minimo ejus indicio maximam ejus vim.*

42. *Non mages quam in aliquo ſacro loco* &c.] Periodus hujus tituli in vulgatis codicibus ita habet. *Non magis quam in aliquo ſacro loco nudare ſe nefas eſſe credebatur.* Cum legendum ſit, *Non minus quam in aliquo ſacrato loco.* Quod Badius ante me diligenter notavit. GLAR. *Non magis quam in aliquo ſacrato loco nudare ſe nefas credeb.* Pighius in margine notavit *non minus.* Sed in textu tamen retinuit *non magis.* Quod ſane & in codd. Brandeb. cunctiſque antiquioribus typis expreſſis obſervo. Ipſum illud *non magis* pro *aeque non* plane elegans eſt. Nepos XXV, 6, 1. *Non magis ſunt in ſua poteſtate quam qui* pro *aeque non ſunt atque illi.* Vide Ind. in Nep. à nobis locupletatum. Pari modo igitur *Inter iſta tam ſancta vincula non magis quam in*

 ali-

7. Cic. Offic. II. Hujuſmodi inter conjuges verecundia. quid? [41] inter ceteras neceſſitudines nonne apparet conſentanea? nam ut minimo indicio maximam vim ejus ſignificem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum genero lavabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini & affinitati, quantum ipſis diis immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula [42] non magis quam in aliquo ſacrato loco nudare ſe, nefas eſſe credebatur.

8. Ovid. Faſt. II. v. 617. Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idque [43] *Chariſtia* appellaverunt, cui [44] praeter cognatos & affines nemo interponebatur: ut, ſi qua [45] inter neceſſarias perſonas [46] querela eſſet orta, apud ſacra menſae, & inter hila-

aliquo ſacrato loco nudare ſe fas credebatur diceretur pro *inter iſta tam ſancta vinc. nudare ſe aeque non fas credebatur ac in aliquo ſacrato loco.* Sed eſt apud noſtrum *Non magis nefas credebatur:* id quod plane contrarium ejus, quod dicendum eſt, ſignificare videri poſſit. Quid ſi pro *nefas* legamus *fas?* aut dicamus fieri interdum ut duae concurrentes negationes ſe invicem non elidant? VORST. Poſterius hoc credemus, ubi non ambiguis exemplis illud erit probatum; interea negamus illud vehementer. *Fas* pro *nefas* edidit ſolus, quantum ſcio, Aldus. Optime quod ad ſenſum, ſed alterum exſtat in omnibus ſcriptis. Aſcenſius dicit ſe legendum putare *magis* aut *majus* ſine negatione, aut *non minus quam in aliquo ſacro loco.* Et hinc *non minus* edidit. Tres, *aliquo ſacrato loco.* Tres item *crederetur.* prim. Vatic. *credebant.*

43. *Chariſtia*] Convivium id *Chariſtiam* vocatum meminit Ovid. L. II. Faſt. GLAREAN. *Convivium ſolenne. Chariſtia* inter feſta fuere, quae quotannis certo tempore recurrebant. Ovidius lib. II. Faſt.

Proxima cognati dixere Chariſtia cari:
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Et celebratum quidem feſtum iſtud fuit VIII. Kal. Mart. Eſt autem vocabulum origine Graecum, à verbo χαρίζεσθαι, quod ſignificat *gratificari, obſequi, largiri, condonare.* Cui poſtremae ſignificationi congruit illud quod noſter addit de querelis, quae inter neceſſarios ortae eſſent, ſublatis. VORST. Decem MSS. *Cariſtiam*, Leid. ſext. *Cariſtitia*, ſec. *Careſtia.* Heinſ. prim. *Euchariſtiam.* In quo ſentis ſtultitiam monachorum.

44. *Praeter cognatos*] Cognationis tanta erat aeſtimatio, ut caritatis nomine plerumque inſigniretur. Hinc in veteri Gloſſario: *Cara cognatio* Τιμησυγγένια. lego: Τιμὴ συγγενείας. Martialis lib. IX. Epigr. 55.

Cara daret ſolenne tibi cognatio munus,
Nec frater vobis, nec prior eſſet avus.

COLER.

45. *Inter neceſſarias perſonas*] In Cauchiano melius, *Inter neceſſarios.* PIGH. *Inter neceſſarios.* Sarisberienſis legit: *Inter neceſſarias perſonas.* COLER. *Si inter neceſſarias perſonas.* Pighius cum in cod. Cauchii reperiſſet *inter neceſſarios*, omnino hoc pro illo reponendum putavit: quaſi *neceſſarias perſonas* non aeque probum eſſet. Omnes antiqui typis expreſſi; itemque MSS. Brandeb. & Baſileenſ. id quod Pighius rejecit habent. Sed & Jo. Sarisberienſis, (ut obſervavit Colerus, ſuo tempore ita legit. Nepos in praef. *ſummorum virorum perſonis dignum* dixit pro *ſummis viris d.* Et alii quoque habent paria. Nec erat quod ob hujuſmodi locutionem ſummum Virum parricidii publici defenſor Miltonus reprehenderet. VORST. Ita habent etiam omnes MSS. noſtri, niſi quod totum omittitur in Leid. ſexto. & ſic L. II. 8. 2. *In quo de jure triumphandi inter clariſſimas perſonas & actum, & excuſſum eſt.* Vell. Pat. L. II. 30. *Conventerat Cn. Pompeji perſona totum in ſe terrarum orbem.*

46. *Querela eſſet orta*] Vetus Inſcriptio apud Gruterum: *Conjugi ſanctiſſimae cum qua vixi annos XXXI. ſine ulla querella.* Et memorabile eſt quod in antiquis inſcript. perpetuum fere eſt *querella* pro *querela.* Nepos *querimoniam* vocat. Ut XXV, 17, 2. *nullam inter eos querimoniam interceſſiſſe.* VORST. *Querella* etiam ſcribitur in aliquot MSS. noſtris; hoc certe video in tribus Leid. quos nunc cum maxime ante oculos habeo.

47. *Fautoribus concordiae adhibitis*] MSS. ſeptemdecim, *Et fautoribus concordiae adhibitis*, ut mire

hilaritatem animorum, [47] fautoribus concordiae adhibitis [48] tolleretur.

Senectuti juventus ita cumulatum & circumſpectum honorem reddebat, tanquam majores natu adoleſcentium communes patres eſſent. Quocirca juvenes, Senatus die, utique [49] aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, [50] affixique valvis expectabant, donec [51] reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem [52] voluntaria ſtatione, & corpora & animos ad publica officia impigre ſuſtinenda roborabant, [53] brevique proceſſu morarum in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctiores erant. Invitati ad coenam diligenter quaerebant, *quinam*

9. Ovid. Faſt. v. Gell. II, 15. Levit. XIX, 34.

mire amat noſter copularum abundantiam. Pro *fautoribus* ſunt qui habent *factoribus*.

48. *Tolleretur*] Praeterea ſolitos eos fuiſſe in *Cariſtiis* & *Parentalibus* omnium carorum jam vita functorum nomina ciere, notat Scaliger ad Feſtum V. *Carnificiis*. PERIZON.

49. *Aliquem ex patribus*] Vixiſſe etiam majori ex parte adoleſcentiae cum ſenioribus juventutem, indicat Varro apud Nonium, cujus locum vulgo corruptum ſic lego: *Multo praediti pudore & pudicitia adoleſcentes, vixerunt cum majore parte ejus graduis ante quam ſtipendia facerent*. Vitioſe etiam ſcriptum fuerat *Varro lib.* II. *de vita pop. Rom.* pro *lib.* I. Nam lib. I. de *Patribus* ſcripſerat: ſecundo, de *victu* pop. Rom. ut ipſe profitetur alibi Varro: *Primo de re familiari ac patribus, ſecundo de victuis conſuetudine primigenia, tertio de diſciplinis priſcis*. COLER. *Utique* deeſt in uno Rem. & primo Vatic.

50. *Affixique valvis exſpectabant*] Hinc forte orta fabula de pueris praetextatis in Senatu. Gell. Lib. I. 23. & Macrob. L. I. Sat. Serm. C. 6. Videndus & Polyb. L. III. 20. Poſtea tamen Senatorum liberis curiae intereſſe permiſit Auguſtus. Suet. in Aug. C. 38. PERIZON.

51. *Reducendi etiam officio fungerentur*] Vetus, *officium*. probe. LIPS. *Reducendi officio fungerentur*. Teſtatur Lipſius in vetere cod. legiſſe ſe *officium*. Et perinde ſane eſt. Sic Nepos *militare munus fungi*. VORST. *Officium* mihi in ſcriptis non occurrit; quare audiendum hic Lipſii Codicem non opinor, etſi ſatis ſciam, ſaepius cum quarto caſu *τὸ fungi* junctum inveniri.

52. *Voluntaria ſtatione*] *Statio* pro vigilia ſive excubiis μεταφορικῶς. Nam apud Suetonium & alios pro excubiis militaribus accipitur, ut & à Modeſtino JCto l. III. ff. de re mil. Haud vulgari ſignificatu: *Statio haereditatum* dicitur in veteri lapide: PETRONIAE. SABINAE. FILIAE. L. PETRONI. SABINI. PROCVRATOR. AVGG. STATIONIS. HEREDITATVM. COLER. *Voluntaria ſtatione*. Vigiliis ſive excubiis ſponte ſua ſuſceptis. Vigiliae ſeu excubiae militares & *ſtationes* dicuntur. Ut cum dicunt *ſtationem peragere, ſtationem deſerere, ſtationis munus relinquere*. VORST.

53. *Brevique proceſſu morarum claram in lucem virtutum ſuarum*] Mire contaminatus eſt locus. Manuſcripti libri omnes *claram*, omittunt. Suſianus *morarum* quoque, cui accedit item Pulmannianus. Quae ſane duo vocabula omitti poſſunt, nec minus vox *ſuarum*: ex ineptis enim gloſſis haec inſerta videntur. In tota quidem hac ſententia vix quicquam eſt, quod ſatisfacit: in ceteris vero quae ſequuntur, Pulmanni codex praeferendus vulgatis, ubi ſic habet: *Verecundia & laboris meditatione ipſi doctiores eunt*. Reſtaurari itaque poteſt utcunque ſententia partim ex Colonienſi, partim ex aliis jam dictis codicibus. *Brevique progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia, & laboris meditatione ipſi doctiores eunt*. PIGH. *Brevique progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione ipſi doctiores eunt*. Contaminatus plane & depoſitus, te judice Pighi, locus: quem vide an attollam. In meis libris eſt, *brevique proceſſu*: item *verecunda*, pro, *verecundia*. A tenui hoc auxilio, commode tamen expedimus: *brevique proceſſurarum in lucem virtutum verecunda & laborioſa meditatione, ipſi doctiores erant*. Sententiam totam lege, vide: probabis valde. LIPS. *Brevique progreſſu*. In lib. Dan. & editione Veneta ita ſcribitur: *Brevique proceſſu morarum in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctores erant*. Sed placet magis lectio Lipſiana: *Brevique proceſſurarum virtutum verecunda & laborioſa meditatione, ipſi doctiores erant*. Apud Sariſberienſem talis

nam ei convivio eſſent interfuturi: ne ſenioris adventum diſcubitu praecurrerent: ſublataque menſa [54] priores conſurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet coenae quoque tempore, quam parco, & quam modeſto ſermone his praeſentibus ſoliti ſint uti.

10. Cic. Tuſc. I, 2. & IV. 2. in Bruto 19. ex Catonis Orig.

[55] Majores natu in conviviis ad tibias egregia [56] ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant, quo ad ea imitanda [57] juventutem alacriorem redderent.

talis lectio: *Brevique proceſſu in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione, &c.* COLER. *Brevique proceſſu morarum in lucem virtutum verecunda laboris meditatione ipſi doctiores erant.* In his ſine dubio quaedam non recte ſe habent. Et mendas adhuc cumulavit Pighius, quod pro *proceſſu* ſcripſit *progreſſu*; & pro *verecunda*, *verecundia*; & pro *erant*, *eunt:* quas mendas Colerus atque Thyſius & retinuerunt. Sciendum primo, in antiquioribus typis expreſſis eſſe *proceſſu*, & *erant:* eademque & in codd. MSS. Brand. obſervari; & in cod. item P. Dan. obſervata eſſe à Colero. Conjicit igitur Lipſius pro *proceſſu morarum* legendum eſſe *proceſſurarum.* Quod ſane per eſt veroſimile. Sequitur enim *in lucem.* Deinde *morarum* in codd. Brand. primitus ſcriptum non fuit; ſed, cum in utroque poſt *proceſſu* quippiam ſit eraſum, ſupra ſcriptum in altero *morarum*, in altero *futurarum.* Ceterum ſpatium poſt *proceſſu*, quo quippiam eraſum dixi, non eſt amplius quam ut terminatio *rarum* in eo conſiſtere poſſit: inque altero literae R eraſae & veſtigium remanſit. Ut nihil dubitem, in utroque ſcriptum plane fuiſſe ut legendum conjecit Lipſius. Porro pro *verecunda laboris meditatione* Lipſius legendum cenſet *verecunda & laborioſa meditatione:* id quod & ipſum nobis perplacet. VORST. Klokkius probabat emendationem Lipſii, & porro adjuvabat è MS. Baſ. *Brevique proceſſurarum in lucem virtutum ſuarum verecundia laboris meditatione ipſi coctiores erant. Morarum* invenio in pauciſſimis, & in nonnullis horum deletur. Nonnulli habent *proceſſu rerum in lucem.* & ſic Latin. Latinius. *Unus proceſſu in lucem*, & ſic Leid. ſept. ſed additum alia manu *morarum.* quinque *proceſſurarum in lucem*, ſic Ed. Venet. 1478. *progreſſu rerum in luce*, Vatic. teſte Lat. Latinio. porro fere omnes. *verecunda laboris meditatione*, in Periz. *Verecundia* erat emendatum. plerique *doctiores erant.* ſec. Ultraj. *Doctores eunt*, quod habet editio Mog. *doctores erant.* unus Rem. Aldus, R. Steph. Sed. Aſcenſ. *Brevique proceſſu morarum aperta in luce virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctores erant.* Proxime ad verum videtur accedere. *Brevique proceſſurarum in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctores erant.* Id eſt *dum ita, & corpora & animos ad publica officia impigre ſuſtinenda roborabant, ſe ipſi docebant eas virtutes, quae parvo poſt tempore procederent in lucem, & omnibus conſpiciendae praeberentur.* hoc autem fiebat *verecunda laboris meditatione*, quoniam exercitatio illa deducendi reducendique patres, & quamdiu Patres Conſcripti in curia eſſent valvis adſtandi, pariter poſtulabat animorum verecundiam & corporis laborem. Guyeto videbantur haec omnia eſſe ab interpolatore, quoniam facile poſſent abeſſe. Aſcenſ. etiam *corroborabant* edidit.

54. *Priores conſurgere & abire patiebantur*] *Phraſin patior aliquid facere* cum in Sulp. Severo obſervarem, non recordabar, Valerium quoque ea uſum eſſe. Frequentior autem eſt ejuſdem ſignificationis phraſis *ſuſtineo facere.* Utraque imitatione Graecorum facta videtur; ut qui dicunt, ὑπέτλην ποιεῖν. VORST. *Sublataque menſa priores conſurgere & abire patiebantur*, haec addititia & aliena videbantur Gudio, ut & quod mox ſequitur *his praeſentibus*, exſtant tamen in MSS. Si unum aut alterum exceperis. Et cur abeſſe debeant nihil cauſſae video. Quam plurimi MSS. *Soliti ſunt.*

55. *Majores natu in conviviis*] Muſica enim ſemper apud veteres in ſummo honore fuit habita. Sic de Achille Homer. ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν. Il. α. de Graecis Aelian. L. IX. V. H. 38. ibique Scheff. & L. XIV. 23. de Gallis idem L. XII. 23. & de iiſdem Feſt. in *Bardus:* Varro de Vita P. R. *In conviviis pueri modeſti cantitabant carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, & aſſa voce & cum tibicine.* Sic Chriſtiani ſolebant Martyrum laudes quotannis celebrare. Vide Spanhem. Hiſt. Eccl. p. 311. 338. PERIZON. Sic de Danis Saxo Gram. in Praef. *Verum etiam majorum acta patrii ſermonis carminibus vulgata linguae ſuae literis ſaxis ac rupibus inſculpenda curarunt.*

56. Su-

rent. Quid hoc ſplendidius, quid etiam utilius certamine? pubertas canis [58] ſuum honorem reddebat: [59] defuncta virium curſu aetas ingredientes actuoſam vitam favoris nutrimentis proſequebatur. Quas Athenas, quam ſcholam, quae alienigena ſtudia huic domeſticae diſciplinae praetulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne ſingula imperii noſtri [60] lumina ſimul percurrendo ſim longior, inde, inquam, [61] coeli clariſſima pars divi fulſerunt Caeſares. Annotatum à Priſciano lib. VI.

56. *Superiorum opera*] Hoc unicum priſcorum illorum Italorum Hiſtoriarum & Annalium genus. nec canere tantum, ſed etiam narrare ſolebant pueris majorum fortia facta. Servius ad I. Aeneid. *Apud veteres Hiſtoriae hoc genus fuit, ut majores natu anteacta poſteris indicarent, quod hic indicat locus. Lucanus apertius cum eſſet de Antaeo locuturus ait: cognita per multos docuit rudis incola patres.* Idem Hiſpanos olim factitaſſe in procinctu, docet idem Servius ex Salluſtio. De Germanis Tacitus. COLER. *Superiorum opera carmine comprehenſa.* Monet Colerus non canere tantum, ſed & narrare fortia facta majorum ſolitos fuiſſe. Servius ad lib. I. Aen. *Apud veteres hiſtoriae hoc genus fuit, ut majores natu anteacta poſteris indicarent, quod hic indicat locus. Lucanus apertius cum eſſet de Antaeo locuturus ait: Cognita per multos docuit rudis incola patres.* Idem & Hiſpanos Germanoſque factitaſſe ex Servio atque Tacito idem Colerus monet. VORST. Notandum vero eſt *pangere* hic non tantum eſſe ποιεῖν componere. Sed etiam *canere*, ut ſaepe apud Prudentium. Haec Gudius ad Phaed. L. V. Fab. 7. & in Excerptis ſimiliter notatum video, & additum Prud. *Ipſumque vulſis nexibus Obambulantem pangere.* & inde fluxiſſe illud *Pange lingua glorioſi corporis myſteria.* Retinent quidem τὸ *pangere* MSS. ut tamen verum fatear, credo omnino rectius legi poſſe *pandere*, quod frequens eſt poëtis pro *celebrare*, & pro quo *pangere* non raro eſt ſubſtitutum. Vide J. Fred. Gronovium L. IV. Obſ. 12. & Diat. ad Stat. C. 29.

57. *Juventutem alacriorem*] Sariſberienſis lib. VIII. cap. 8. legit: *Virtutem alacriorem.* COLER. *Juventutem alacriorem.* Joh. Sareſberienſis VIII, 8. ubi haec citat, habet *virtutem alacriorem.* Quod idem & in utroque cod. Brand. inque vetere editione Martini Herbip. reperio. VORST. *Virtutem* habet etiam Mog. Ed. cum utroque MSS. Ultraj. Sed Leid. ſec. ſept. Harl. Voſſ. Med. quint. Periz. exhibent *Juvenum virtutem*, quod eſt in utraque Veneta. Nec diſplicet.

58. *Suum honorem*] Lib. Danielis, *Suum decus.* More Salluſtii. Ex margine illud irrepſit. Sareſberienſis etiam citat *decus.* COLER. *Canis ſuum honorem.* Sareſberienſis *ſuum decus.* Et ſic rurſus uterque etiam cod. Brand. vetuſque editio M. Herbip. Sed & codex P. Dan. ut Colerus teſtatur, ita habuit. VORST. Etiam ego *ſuum decus* invenio in viginti MSS. & Edit. Mog. credo *honorem* eſſe gloſſam τ͂ *decoris.* Pro *certamine*, tres Rem. cum Med. tert. & prim. Barb. *Carmine*; ſed in poſtremo, ut oportebat, alia manu erat emendatum.

59. *Defuncta virium curſu aetas*] Priſca ſcriptura, *viri curſu.* Nunquid, *viridi*? LIPS. *Defuncta virium curſu.* Sareſberienſis: *Defuncta viri curſu aetas.* Non abſurde. COLER. *Defuncta virium curſu aetas.* Sareſberienſis citat ſic, *Defuncta viri aetas.* Nec aliter in vetere cod. legit Lipſius. Habetque ita unus quoque cod. Brand. VORST. In decem MSS. reperi *Viri.* in Voſſ. *defuncta officiis aetas.* Quae interpretatio eſt. An *virili curſu*? Pro *Marcelli*, Voſſ. habet *Metelli.*

60. *Lumina praecurrendo ſim longior*] Edd. ante Pighium *Lumina ſimul percurrendo*, qui adverbium illud indecore expulit plus quam viginti Codd. auctoritate nixum, quare loco ſuo illud reddidi.

61. *Caeli clariſſima pars*] Sareſberienſis addit: *Superioris caeli.* Quid ſi legamus: *Superioris coenaculi.* Sic Plautus: *In ſuperiore qui habito coenaculo.* Et Ennius: *Coenacula caeli*, dixit. COLER. *Caeli clariſſima pars.* Sareſberienſis *Superioris caeli clariſſ. pars.* Colerus cenſet legendum eſſe *ſuperioris coenaculi:* quod obſervarit Plautum dicere *In ſuperiore qui habito coenaculo*; & Ennium, *coenacula caeli.* VORST. *De coenaculo coeli* vide Taubm. ad Plaut. in Amphit. Act. III. ſc. I. tamen ſatis confido nemini perſuaſurum Colerum hic legi debere, *in ſuperiori coenaculo:* vide an magis poſſit placere quod in Copeſ. & Barb. primo pro *inquam*, eſt *denique.*

CAPUT II.

DE MAGISTRATUUM ATQUE ORDINUM OFFICIIS, ET INSTITUTIS.

1. *Senatus Rom. fides & taciturnitas.*
2. *Auctoritas magiſtratuum & obſervantia linguae Latinae.*
3. *C. Marius eloquentiam ſpernens.*
4. *Majeſtas conſularis.*
5. *Conſtantia legatorum Rom.*
6. *Vigilantia ſenatus.*
7. *Diligentia tribunorum plebis.*
8. *Abſtinentia magiſtratuum.*
9. *Equitum Rom. probatio & Lupercalia.*

1. [1] Adeo autem magna charitate patriae tenebantur, ut arcana conſilia P. Conſcriptorum multis ſaeculis [2] nemo ſenator enuntiaverit. [3] Q. Fa-
Ann. urb. 603. bius Maximus tantummodo, & is ipſe per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo quod ſecreto in curia erat actum, P. Craſſo, rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor eum triennio ante Quaeſtorem factum, ignaruſque nondum à Cenſoribus [4] in ordinem ſenatorium allectum: [5] quo

1. *Adeo autem magna charitate patriae*] Pighius initium hic novi capitis conſtituit; cum in codd. MSS. caput multo longius ſit; & in univerſum capita modo quinque ſint totius libri. VORST. *Adeo magna charitate patriae omnes tenebantur.* MS. Ignorat *omnes*; forte recte, ut illo plurali intelligantur Romani. Ut ſaepe fit. Sic L. II. 3. 1. *Ideo his publica arma non committebantur.* MS. *committebant.* Liv. L. XXXIII. C. 5. *quod obmolirentur.* L. XXXIV. C. 56. ibique Gronov. L. XXXVII. C. 19. Extr. & C. 32. & C. 35. *poſtquam eo venerunt.* Vide & Gron. ad Liv. L. XXXVIII. 4. L. XXXVIII. 7. *fefellere hoſtem.* L. XXXIX. 51. *totius circumitum domus, ita cuſtodiis complexi.* Sed & L. XL. 1. *bellari ſciebant.* Sic *iſti*, de quibus nihil praeceſſit. L. XL. 9. init. Sic *cenſuerunt* bis L. XLII. C. 26. *quum dicere juberent* L. XL. C. 12. ubi neſcio an ſatis recte ex Thuan. J. G. *juberentur*: nam infra, *te cauſſam dicere jubentem* huc non reſpicit. Sic L. XLIII. C. 17. ut *num. col. augerent*, pro *augeret*, pro quo alii *augeretur.* Lib. XXII. C. 58. *inclinarent animos.* Sic Lib. XXVI. C. 19. lego *exſequerentur* ex Putean. & L. XL. C. 39. *unde ad deditionem non venerunt.* Sic Hebraei Jerem. XVI. 6. XVII. 68. Graeci Aelian. VIII. 16. Lucae VI. 38. & XII. 48. PERIZON. Omnino recte. Nam longe maxima pars MSS. ignorat illud *omnes*, cum prioribus Editt. Illud exſtare cerno in quinto Leid. ſed punctis notatum. Videtur addidiſſe Pighius, quia in novo capite videbatur deſiderari, quum in MSS. & aliis edd. haec cum ſuperioribus connectantur, & ſecundum caput in omnibus MSS. meis demum inchoëtur Cap. 7. *De diſciplina Militari.* Conſultius tamen duxi nihil in eo mutari. Cum Valerius noſter ſecundum diſtinctiones Pighianas toties ab Eruditis ſit citatus, ut hoc ſine magno incommodo fieri non potuerit.

2. *Nemo Senator*] Harl. *nemo Senatorum.* Voſſ. *nemo Senatus.* Item Harl. *Q. autem Fabius Maximus.* Cop. & Voſſ. delent *is.* Deinde Rem. unus, Voſſ. prim. Leid. ſept. *quod ſero.* al' *ſcito*, al' *ſecum.* Leid. quint. *ſecreto.* Sed *c. e. t.* punctis notantur. tres Rem. delent *rus.*

3. *Q. Fabius Maximus*] De quo hic loquitur auctor, fuit Q. Fabius Maximus Aemilianus L. Paulli filius in Fabiam adoptatus gentem, ſicut Scipio ipſius frater in Corneliam. Commentatores tamquam rem notam pulcre praetereunt. De Eumene etiam Badius exponit per literas & nuntios locutum cum Romanis, cum ipſemet praeſens in Senatu longam habuerit orationem, ut L. II. quintae decados refert Livius. Ubi etiam hujus ſilentii ipſe idem Livius mentionem facit ſtatim poſt habitam oraticnem Eumenis. GLAREAN.

4. *In ordinem ſenatorum*] In manuſcriptis rectiſſi-

[5] quo uno modo etiam [6] his, qui jam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honeſtus error Fabii eſſet, vehementer tamen à conſulibus objurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. Ergo, cum Aſiae rex Eumenes, amantiſſimus noſtrae Urbis, *bellum à Perſe adverſus Populum Rom. comparari* ſenatui nuntiaſſet, non ante ſciri potuit, quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpondiſſent, [7] quam captum Perſen cognitum eſt. [8] Fidum erat & altum reip. pectus Curia, ſilentiique ſalubritate munitum, & vallatum undique: cujus limen intrantes, abjecta privata charitate publicam induebant. Itaque non dicam unum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum. Ann. urb. 581. Livius XLII. 15.

2. Magiſtratus vero priſci quantopere ſuam populique Romani majeſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cetera obtinendae gravitatis

ctiſſime, *In ordinem ſenatorium allectum.* Et reliqua item ſic legenda ſunt, quae mox ſequuntur, *Quo uno modo his qui jam primos honores geſſerant*, non ut in vulgatis, *etiam iis qui jam honores geſſerant.* PIGH. *In ordinem ſenatorium allectum.* Ita Pighius ex codd. MSS. legendum docuit, cum Aldus edidiſſet *in ord. ſenatorum electum.* *Allectum* uterque etiam codex Brandeb. habet. *Allegere* eſt legendo vel eligendo addere. Suetonius Aug. 2. *Ea gens à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum.* In antiquis quoque inſcriptionibus frequentiſſimum eſt *allectus.* VORST. Ita & Ed. Mog. *in ordinem Senatorium allectum.* & MSS. uterque Ultraj. cum Copeſ. & pleriſque aliis, niſi quod in pluribus videtur eſſe *Senatorum. Electum* invenio in tribus. Leid. quint. *ellectum.* Voſſ. *Lectum* quod ſimplex etiam ſatis hac in re eſt uſitatum. Gell. L. III. 17. *Videturque eos ſignificare, qui nondum à cenſoribus in Senatum lecti erant, ſed quia honoribus populi uſi quidem erant in Senatum veniebant & ſententiae jus habebant*, & quod ſequitur imprimis huc pertinens. *Nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant.* & Liv. L. I. 30. *Principes Albanorum in Patres legit.* & C. 35. *Centum in Patres legit.* & L. II. 1. *Primoribus equeſtris gradus lectis.* Pro quo ſimplici ſaepe ſubſtitutum eſt *eligere.* vide J. Fr. Gron. ad. Liv. L. XXXIX. 52. Non tamen minus etiam frequens eſt *allegere.*

5. *Quo uno modo*] Auctior lib. Dan. *Quo uno modo etiam his.* Illud notum, ſenatores à cenſoribus legi ſolitos. COLER. *Quo uno modo his qui jam honores geſſerant.* Ita quidem Pighius, omiſſa voce *etiam.* At codices Brand. habent *Quo uno modo etiam his.* Nec aliter codex P. Dan. ut Colerus teſtatur. Senatores à cenſoribus legi ſolitos & aliunde conſtare poteſt. VORST. *Etiam* exſtat in quindecim noſtris, & facit ad emphaſin; quare reſtituendum curavi. Paulo ſuperius pro *ignaruſque* nonnulli cum Ed. Mog. *ignarus.* & Copeſ. *necdum.*

6. *Quo uno modo his, qui jam primos honores geſſerant*] Reſtitue *etiam his*, & dele *primos* cum MStis. nec enim oportebat utique *primos honores* geſſiſſe, niſi forte *primi* ſunt, qui primi geruntur. De re ipſa confer Liv. L. XXII. 49. L. XXIII. 22. 23. L. XLV. 15. & Feſt. in *Senatores.* PERIZON. *Primos* in textum invexerat Pighius contra omnes MSS. exceptis duobus Rem. nec illi tantum qui primos honores (ut jam intelligamus de iis, qui primi geruntur) geſſerant, ſed etiam qui ſecundos, intelliguntur, ſi lecti non eſſent à cenſoribus. Quum Gell. comprehendat eorum numero etiam illos, qui Curulibus magiſtratibus erant functi. *Vehementer* delet Copeſ. deinde Harl. *Nunquam enim priſci viri taciturnitatem.*

7. *Quam captum Perſen*] Mirifice hic interpolatus eſt Leid. ſec. Ita haec augens. *Quam per Lucium Paulum Proconſulem, qui ad hoc à Romanis miſſus fuit, captum Perſen cognitum eſt.*

8. *Fidum erat & altum reip. pectus cura ſilentiique ſalubritate munitum*] Omnes veteres libri, pro *cura*, *curia* ſcribunt. Nec male, namque aptiſſima comparatione, *Curiam*, in qua tractantur conſilia, *pectus reipub.* appellat. Atque ita

tatis indicia, illud quoque magna cum perſeverantia cuſtodiebant, [9] ne Graecis unquam niſi Latine reſponſa darent. Quin etiam ipſa [10] linguae volubilitate, qua plurimum valent, excuſſa, per interpretem loqui cogebant; non in urbe tantum noſtra, [11] ſed etiam in Graecia, & Aſia: quo ſcilicet Latinae vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant ſtudia doctrinae: ſed nulla non in [12] re pallium togae ſubjici debere arbitrabantur; indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuavitati literarum [13] imperii pondus & auctoritatem donari.

Qua-

ita legendum eſſe, verba ejus ſequentia demonſtrant, cum dicit, *Cujus limen intrantes, &c.* PIGH. *Fidum & altum reip. pectus curia.* Ita recte Pighius, cum Aldus pro *curia* edidiſſet *cura.* Aliae veteres editiones, ut Mart. Herbip. & Chalcocondylae, habent itidem *curia.* Nec aliter unus cod. Brand. Et confirmatur lectio eo quod mox ſequitur *Cujus limen intrantes.* VORST. *Cura* non ab Aldo profectum eſt, ſed exſtat jam in Ven. 1478. MS. Ultr. prim. & Leid. ſext. in ſept. tota vox omittebatur; ſed *cura* deinde additum alia manu. Perizon. *Avara ſilentique ſalubritate munitum. Silenti* eſt etiam in novem aliis. Unice tamen verum cenſeo quod reſtituit Pighius. Videtur reſpexiſſe haec Livii L. XLII. 14. *Ceterum in praeſentia nihil praeterquam, fuiſſe regem (Eumenem) in curia, ſcire quiſquam potuit, eo ſilentio clauſa curia fuit.* Quem locum adſcripſerat Perizonius. Pro *publicam induebant* Harl. *publica induebantur.*

9. *Ne Graecis unquam*] Tiberius etiam princeps hujus moris ita fuit obſervans, ut in ſenatu neſcio quid Graece dicturus, veniam petierit, teſte Tacito. Simile de Claudio narrat Suetonius. A praetoribus Decreta Latine interponi debere ait Tryphonius l. XLVIII. D. de re jud. adde Cic. IV. Verrina. Tantum omnino ſuae linguae tribuerunt Romani, ut beneficii loco ejus uſum alienigenis expenſum tulerint, quod de Cumanis apud Livium legimus. COLER. *Ne Graecis unquam niſi Latine, reſponſa darent.* Vide Burlam. Hiſt. Ling. Graecae. p. 38, 39. Suet. in Aug. C. 98. in Tib. C. 71. & in Claud. C. 42. MS. Copeſ. *darentur*, mox *linguae nobilitate.* PERIZON. *Latina.* Ultraj. prim.

10. *Linguae volubilitate*] Gloſſarium vetus: περίγλωσσος *Linguae volubilis.* COLER.

11. *Sed etiam in Graecia & Aſia*] Pauli tamen Latinam orationem Graeco ſermone interpretatus eſt Octavius praetor apud Liv. L. XLV. 8. Sed in Concilio Macedonico. *Paulus Latine, quae Senatui, quae ſibi ex conſilii ſententia viſa eſſent, pronunciavit. Ea Cn. Octavius Praetor (nam & ipſe aderat) interpretata Graeco ſermone referebat.* C. 29. Cic. L. IV. in Verrem. C. 66. *Ait indignum facinus eſſe, quod ego in Senatu Graeco verba feciſſem. Quod quidem apud Graecos Graece locutus eſſem, ferri nullo modo poſſe.* Vide & Eſtherae I. 22. PERIZON.

12. *Pallium togae*] Tertullianus: *Tamen inquis ita à toga ad pallium?* COLER. *Nulla non in re pallium togae ſubjici.* Pallio per metonymiam Graecos deſignat; quod Graeci philoſophi pallio uterentur. Romanos Virgilius *gentem togatam* appellat. VORST. *In re* delet Copeſ. *non* Ultraj. prim. cum quint. ſext. & ſept. Leid. Sed hic additum eſt in margine, & fortaſſe abeſt rectius. Ut *ſubjicere* hic ſignificet *ſupponere, loco togae adhibere.* Sic ipſe L. v. 9. 4. *ſive illum adoleſcentem ſubjeciſſet, ſive ex alio concepiſſet.* quem hujus verbi uſum ſatis illuſtratum videbis à Principe Criticorum J. Fr. Gronovio ad Suet. in Gal. C. 26.

13. *Imperii pondus & auctoritatem donari*] V. C. *domari*, legunt. Optime. PIGH. Lego, *donari.* LIPS. *Domari.* Satin' latine? haud reor. lego ex lib. Dan. *Indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuavitati literarum imperii pondus & auctoritatem donare.* COLER. *Illecebris & ſuavitati literarum imperii pondus & auctoritatem donari.* Ita recte Aldus ediderat. Pighius tamen maluit *domari*, & pro *ſuavitati*, *ſuavitate.* Ut Aldus habet, ita codex quoque P. Dan. ut Colerus teſtatur: itemque unus cod. Brand. & vetus typis expreſſus Chalcocondylae. Mens auctoris eſt, quamvis ſuavis & elegans ſit lingua Graeca, non tamen eam auctoritatem donari atque concedi ei debere, ut eadem jus dicatur. VORST. *Donari ſuavitati* habet etiam Copeſ. Sic Liv. L. VII. 10. *Caere hoſpitio Veſtalium darent.* Lucan. L. IX. 1087.

Quapropter non es [14] damnandus ruſtici rigoris crimine, C. Mari, [15] qui 3.
gemina lauro coronatam ſenectutem tuam [16] Numidicis & Germanicis illu- Salluſt. B. Jug. 63. 85.
ſtrem tropaeis, victor [17] devictae gentis facundia politiorem fieri noluiſti: credo, ne [18] alienigena ingenii exercitatione, [19] patrii ritus ſervus transfuga exiſteres. Quis ergo huic conſuetudini, qua nunc Graecis actionibus aures curiae exſurdantur, januam patefecit? ut opinor, [20] Molo rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in ſenatu ſine Ann. urb.
interprete auditum conſtat. Quem honorem non immerito cepit, quoniam 672. Cic. in Brut.
ſum-

—— —— *ſed parcimus annis,*
Donamuſque nefas.

PERIZON. *Donari ſuavitati* tuentur MSS. quindecim & vetuſtiores editiones, niſi quod *ſuavitati domari* habet Mog. non dubitabis an recte *donari* legatur, ſi conſulueris J. Fr. Gronovium Lib. III. Obſ. 23. & L. IV. de Pec. Vet. C. 9.

14. *Damnandus rigoris ruſtici crimine*] *Crimine* ſupereſt, nec habetur in Cauchiano codice, videturque ab aliquo ludimagiſtro inſertum operi. PIGH. *Non es damnandus ruſtici rigoris crimine.* Pighius expunxit *crimine*; quod ab uno quodam cod. id abeſſe viderat, quodque ſupervacuum ipſi videretur. Sed habent illud veteres typis expreſſi omnes; & uterque item cod. MS. Brandeb. Notum illud Ciceronis: *Si iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine.* Dicitur ergo omnino *damnare* vel *condemnare crimine.* nam caſus ille ſextus in talibus cauſſam involvit. Deinde generali vocabulo *crimine*, ſpeciale caſu ſecundo additur. Ut cum Martialis ait, *Arguitur lentae crimine pigritiae.* Item: *Uxor tua, Galle, notatur Immodicae foedo crimine avaritiae.* Vide l. II. epig. 56. & l. XI. ep. 80. Et ad hunc modum locutus etiam noſter eſt. Ceterum ſi *crimine* in talibus non ſit additum, non opus eſſe idem ſubaudiri, ſed vel nihil, vel aliud ſubaudiri poſſe docuimus p. 175. & ſeqq. libelli de Latinitate merito ſuſp. VORST. Indecore prorſus & imperite Pighius expulerat *crimine*, quod exſtat in MSS. quatuor & viginti ac omnibus edd. & à nemine ſaepius quam à noſtro Auctore ſolet addi. Sic L. II. 9. 6. *Crimine temeritatis vel perjurii teneri.* L. IV. 2. 9. *Qui inceſti crimine à tribus Lentulis accuſatus.* L. IV. 6. 1. *Et diri facti crimine ſub magno judice accuſatum.* Tuebatur hoc etiam è MS. Baſilienſi Klokkius.

15. *Qui gemina lauro*] In compluribus MSS. eſt *quia.* Quod habent etiam omnes ante Aſcenſium Editiones. Ultraj. ſec. *lauru.*

16. *Numidicis & Germanicis tropaeis*] Cum Jugurtham, Teutonas & Cimbros domuit, deque eiſdem triumphavit. VORST.

17. *Devictae gentis facundia politiorem*] Noluit Marius linguam Graecam diſcere; quod diceret, ridiculum eſſe eorum literas diſcere, quorum magiſtri ſervirent. VORST. Inter excerpta Gudiana NB. *Tribuit Germanis facundiam.* Quaſi per *Devictam gentem* intellexiſſet Germanos, cum nemo non videat intelligi Graecos. De quorum lingua in ſuperioribus egerat, quique erant devicta gens.

18. *Alienigena ingenii exercitatione*] *Alienigenam exercitationem* vocat externam, peregrinam. Sic & *alienigena exempla, alienigena ſtudia* dixit. Uſurpaturque ita vox ut nomen adjectivum. VORST.

19. *Credo ne alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus ſervus transfuga exiſteres*] Cur, *ſervus transfuga?* an non transfugiunt & liberi? Bene emendo *ſerus transfuga.* Senex, inquit, tu Mari, & poſt duplices triumphos Graecam linguam diſcere ſpreviſti; ne ſero velut transfugio te canoſque tuos dehoneſtares. Sed & liber vetus auctior, *patrii ritus & linguae.* LIPS. *Servus transfuga.* Pulcherrime & veriſſime Lipſius emendat & ſupplet: *Credo ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus & linguae ſerus transfuga exiſteres.* COLER. *Patrii ritus ſervus transfuga.* Ita typis expreſſi, & MSS. omnes. Sed praeclare conjecit Lipſius pro *ſervus* legendum eſſe *ſerus.* Ut *patrii ritus ſerus transfuga* ſit qui ſero & in ſenectute demum ritum patrium relinquit. Monuit etiam Lipſius, veterem quendam cod. una voce auctiorem eſſe, ut in quo ſcriptum ſit *patrii ritus & linguae.* Atque ita plane in uno quoque cod. Brand. ſcriptum obſervo. VORST. In Excerptis Gudii legebatur etiam, Forte legas *ſerus transfuga.*

 Servus

ſummam vim Romanae eloquentiae adjuverat. [21] Conſpicuae felicitatis Arpinum unicum; [22] ſive literarum glorioſiſſimum contemptorem, ſive abundantiſſimum fontem intueri velis.

4. Maxima autem diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter conſulem & proximum lictorem, quamvis officii cauſſa una progrederetur, interponeret: filio [23] duntaxat, & ei puero, ante patrem conſulem, ambulandi jus

Servus retinent omnes MSS. Sex alii *exiſteret.* Unde Ultraj. primus dat *Patrius ritus ſervus & transfuga exiſteret. Servus & transfuga* habent etiam Edd. Mog. & Mediol.

20. *Molo rhetor*] De eo Cicero in Bruto ſcribit, quod & Romae & Rhodi ipſum audiverit; quodque ut nimis redundans & ſuperfluens ab eodem repreſſus fuerit. VORST. De Apollonio hoc Molone videantur auctores, qui citantur in notis ad Quinctil. L. III. 1. Et ſane non ita diu ante ipſum interprete in Senatu uſi ſunt Carneades, & qui pariter cum ipſo ab Athenienſibus erant legati ad Senatum. Vide Gell. Lib. VII. C. 14.

21. *Conſpicuae felicitatis Arpinas*] Lege, *Arpinum.* Municipium enim illud commendat, quod C. Marium, & M. Ciceronem produxerit, illum contemptorem, hunc fontem literarum. PIGH. *Conſpicuae felicitatis.* Omnia loci hujus membra mutila. ſanabo tamen cum propitio Aeſculapio, una vocula tranſpoſita: *Conſpicuae felicitatis Arpinum unicum, ſive literarum glorioſiſſimum contemptorem.* Laudat Arpinum opidum, quod literarum glorioſiſſimum contemptorem Marium, & earundem abundantiſſimum fontem M. Tullium produxerit. Non videtur hunc locum intellexiſſe dextre Joh. Saresberienſis lib. VIII. c. 12. COLER. *Conſpicuae felicitatis Arpinum unicum.* Pighius ediderat, *Conſp. fel. Arpinum ſive unicum.* At Colerus una vocula tranſpoſita ſe locum ſanaturum ait; ſi nim. legat, *Conſp. fel. Arpinum unicum, ſive literarum glorioſiſſimum contemptorem* &c. Quomodo igitur emendandum ille cenſuit, ita manifeſte in utroque cod. Brand. ſcriptum obſervo; ut *unicum* ſit ante *ſive.* Sed & Aldus aliique vocem ita collocaverant. Ut nihil novi hic obſervarit Colerus. Et fortaſſe in editione Pighii vitium modo typographicum fuit. VORST. *Conſpicuae felicitatis Arpinum unicum, ſive.* Hoc enim ordine MS. cum Vorſtianis & Coleri. Sed lege *Arpinum municipium.* nihili enim hic eſt τὸ *unicum.* Sic ſupra *Caerete oppidum.* mox *Tarentina Civitas.* & L. V. 1. 4. *Syracuſana civitas.* Cic. pro Caec. C. 4. *M. Fulcinius e municipio Tarquinienſi.* PERIZON. MSS. fluctuant inter *Arpinas unicum*, *Arpinum unicum*, & *Arpinatem unicum.* Copeſ. *Arpine.* In pluribus tamen *Arpinas*, utpote quod in quindecim reperio Codicibus. Quare valde ſuſpicor Auctorem ſcripſſe *Arpinas municipium.* Quum etiam *Iter Arpinas* dixerit Cic. L. XVI. ad Att. Ep. 13. (de cujuſmodi neutris in *as* vide Voſſ. de Anal. L. II. 21.) Si *Municipium* recte emendari à Cl. Perizonio ſtatuamus; & amat talia noſter. Sic *Lampſacena urbs* L. VII. 3. Ext. 4. *Campana urbs.* L. VII. 6. 2. *Romana urbs.* L. IV. 7. Ext. 1. Si lectio Pighiana magis arridet, explicabis *unicum contemptorem* per *ſingularem*, qui in contemnendis alienigenis ſtudiis parem non habuerit. Quomodo Camillus dicitur à Livio. *Vir unicus in omni fortuna.* L. VII. 1. & ſic *ſcelus unicum* apud Vell. L. II. 7. 1. Suet. in Tib. C. 2. dicit, *Claudios aſſertores unicos dignitatis & potentiae patriciorum ſemper fuiſſe.* Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XLIV. 1.

22. *Sive literarum glorioſiſſimum contemptorem; ſive abundantiſſimum fontem*] Marium & Ciceronem intelligit, quos eadem patria Arpinum produxit. VORST.

23. *Duntaxat*] Non ſileo, in veteribus libris ſemper fere ſcribi *Dumtaxat.* Ejus vim denotat vetus Gloſſarii auctor: *Dumtaxat* μόνον καὶ μιχεὶ τούτου. Δηλαδή. Vocabulum in formulis olim forenſibus uſitatiſſimum. Unde & notis plerumque ſcribebatur. Feſtus: *Unum ubi nunc eſt aedis Concordiae inter Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus D. T. cum ſenioribus deliberare.* Et alibi: *Simpludearia funera ſunt, quibus adhibentur D. T. ludi.* Valer. Prob. in Notis: *D. T. Dumtaxat.* Apud Feſtum etiam ἐν τμήσει ſcriptum reperi. COLER. *Duntaxat* ego varie ſcriptum reperio.

24. *Retentus eſt*] MS. Copeſ. *receptus eſt.* Idem mox *incederet.* PERIZON. *Incederet.* etiam uterque Barb. cum Harl. & Vaticano.

25. *Q. Fabius Maximus quinquies conſul*] Cum à quin-

jus erat. Qui mos adeo pertinaciter [24] retentus eſt, ut [25] Q. Fabius Maximus quinquies cos. [26] vir etiam pridem ſummae auctoritatis, & tunc ultimae ſenectutis, à filio conſule invitatus, [27] ut inter ſe & lictorem procederet, [28] ne hoſtium Samnitum turba, ad quorum colloquium deſcendebant, eliderETUR, id facere noluerit. [29] Idem à ſenatu legatus ad filium conſulem Sueſſam miſſus, poſt- Ann. U. 462. Ann. urb. 540. Livius XXIV. 41. Gel. II. 2.

à quinto Rutiliani conſulatu, qui fuit anno ab U. C. 458. ad Q. Fabium Maximum Allobrogicum, qui Cos. fuit anno ab U. C. 633. Octo fuerint Q. Fabii Maximi, ne uno quidem verbo, de quonam hic loquatur Fabio, auctor mentionem facit. Haec res obſcuram fecit hiſtoriam Romanam, tamquam de induſtria obſcurantibus eam hiſtoriographis. Quando autem Samnitum hic eſt mentio, videtur loqui de Rutiliano & ipſius filio, qui eo vixerunt tempore; verum quod mox ſubjungit Valerius, *Idem à Senatu legatus miſſus ad filium* cos. *Sueſſam*, id jam ſane non de Rutiliano & ejus filio intelligi poteſt, ſed de Verrucoſo ac ejuſdem filio, ut indicat Liv. L. IV. tertiae decados, anno ſexto ejus belli. Credo Valerium deceptum, quod uterque quinquies conſul fuit Rutilianus, & Verrucoſus, ſed diverſo ſane tempore. Quam vero hic *Sueſſam* vocat Valerius urbem, Livius jam citato loco *Sueſſulam* appellat. Haec in Latio, illa in Campania ab Auctoribus proditae leguntur. GLAREAN.

26. *Vir etiam pridem*] Divide *etiam* in *&* *jam* PERIZON. *Etiam* delet Harl. Leid. ſec. *jam.* pro *&* *tunc* Voſſ. *&* *nunc*. Barb. prim. *deſcendebatur*.

27. *Ut inter ſe & lictorem procederet*] Atque ita ſe & praecederet. Duodecim lictores conſulem praecedebant. Inter quorum proximum & conſulem ſiquis intercederet, ipſum quoque conſulem praecedebat. Filius ille qui patrem Fabium Max. ut ſe antecederet invitavit, eſt Fabius Gurges: qui cum conſul male adverſus Samnites pugnaſſet, ac Senatus de removendo eo ab exercitu conſultaret, Fabius Max. filio legatus ivit, effecitque ut filius conſilio atque opera ſua adjutus caeſis Samnitibus triumpharet. Vide Epit. lib. XI. Livii. VORST.

28. *Ne hoſtium Samnitum turba eliderETUR*] Cum Samnitibus, ut dixi, bellum tum geſtum; cumque iiſdem & colloquium neſcio qua de cauſſa habitum. Quo de colloquio ſine dubio ſcripſerat quoque Livius in lib. XI. qui cum multis aliis intercidit. *EliderETUR* eſt pro *premeretur*, *ſuffocaretur*. Virgilius VIII. Aen.

——— ——— *Ut prima novercae*
Monſtra manu geminoſque premens eliſerit angues.

Ubi Servius: *Eliſerit*, *praefocaverit*. Naves *naufragio elidi* dixit Caeſar III. de B. C. VORST.

29. *Idem à ſenatu legatus miſſus ad filium conſulem Sueſſam*] Cogor hic rurſum conqueri de temeritate ac imperitia librariorum, qui ut contraherent in anguſtum hiſtorias, duorum Fabiorum Rulliani & Verrucoſſi acta tempore diverſiſſima errore vel ſocordia eidem adſcripſerunt; atque auctorem noſtrum velut & aliis ſparſim locis frequentiſſime male multatum mutilarunt, ablatis aliquot verbis, ut de priore Fabio Rulliano intelligerentur, quae de poſteriore Verrucoſſo haud dubie ſcripſit, atque ex duobus exemplis unum compingeretur. Campenſe exemplar nobis utcumque detegit ejus vulneris cicatricem quandam: in quo ſic habetur, *Idem praeſtitit Fabius à ſenatu legatus ad filium* cos. *miſſus*. Indicat eandem & manifeſte Cauchianus codex, cum dicit, *Idem qui à ſenatu legatus ad filium*: ubi particula, *qui*, de alio Fabio loqui Valerium docet. Ex his omnino conjicio, unius vocabuli additione plenum Valerii ſenſum reſtitui poſſe; ſi legamus, *Idem praeſtitit ille Fabius*, *qui à ſenatu legatus ad filium conſulem Sueſſam miſſus*. Atque eo modo Valerium de Q. Fabio Verrucoſſo loqui intelligemus, qui, ut refert item Livius, filio conſuli legatus ad Sueſſulam in caſtra venit bello Punico ſecundo. Prior autem Q. Fabius Rullianus octuaginta circiter annis antea filio conſuli Fabio Gurgiti legatus fuerat bello Samnitico; velut ex annalibus conſtat latius. PIGH. *Idem à Senatu legatus miſſus*. Ita quidem Aldus & alii ediderant ante Pighium. At hic ut doceret, de alio Fabio hic agi, quam in ſuperioribus, monuit, in cod. Campenſi legi ſic, *Idem praeſtitit Fabius à ſenatu legatus ad filium Coſ. miſſus*; & in Cauchiano, *Idem qui à ſenatu legatus ad fil. miſſus*. Unde porro conjecit, addito *ille* legendum eſſe ita. *Idem praeſtitit ille Fabius qui à ſenatu ad filium Coſ. miſſus*; ut adeo de alio Fabio quam in ſuperioribus hic agi appareat. Et verum ſane eſt ei Fabio, cui ſuperiora

poſtquam animadvertit eum ad officium ſuum [30] extra moenia oppidi proceſſiſſe, [31] indignatus quod [32] ex lictoribus XI nemo ſe equo deſcendere juſſiſſet, plenus irae ſedere perſeveravit. [33] Quod cum filius ſenſiſſet, [34] proximo lictori ut ſibi appareret, imperavit. Cujus voci Fabius continuo obſecutus: *Non ego*, inquit, *fili*, *ſummum imperium tuum contempſi*, *ſed experiri volui*, [35] *an ſcires conſulem agere. Nec ignoro quid patriae venerationi debeatur: verum publica inſtituta privata pietate potiora judico.*

[36] Rela-

riora illa, non & haec tribuenda eſſe. Nimirum Q. Fabii Maximi duo fuere, quorum uterque & filium conſulem habuit. De priore agit Livius libris IX, X, XI. de poſteriore vero libris XXII, XXIII, XXIV. Nec aequales illi fuere; ſed unus eorum centum fere annis anteceſſit alterum. Et majori natu cognomen *Rullo* fuit: minori autem *Verrucoſſo*, & *Cunctatori*. Etſi vero res ita ſeſe omnino habet, verba Valerii tamen malim ego ſic legi, uti Aldus edidit, & ut in MSS. pleriſque omnibus eadem leguntur; ipſique adeo Valerio ἀνιστορησίαν aut lapſum memoriae tribui, quam verba ejus ſic ut Pighius voluit, informari. Quod quidem Carolo quoque Sigonio viſum fuiſſe, ex Commentario ejus in Faſtos & triumph. Rom. apparet. Neque vero inſolens plane noſtro errare, aut memoria labi: ſed exempla hujus jam ſupra apparuere, & apparebunt item infra. VORST. Vide omnino Cl. Perizonium. Anim. Hiſt. C. 2. p. 82. & ſcito quod ante Pighium edebatur omnibus confirmari MSS.

30. *Extra moenia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo*] In manuſcriptis haec melius, *Extra oppidum proceſſiſſe, indignatus, quod ex undecim lictoribus nemo.* Nam de numero lictorum etiam Livius ita. Praeter undecim faſces equo praevectus ſenex, ut conſulem animadvertere proximum lictorem juſſit, &c. Vix quicquam dubito, quin ex Livio Valerius haec ambo exempla deſumpſerit, ſed prius de Q. Fabio Rulliano, temporis injuria cum undecimo libro hiſtoriae Livianae intercidit. PIGH. *Extra oppidum proceſſiſſe.* Ita Pighius ex quibuſdam codd. At Aldus habet *extra moenia oppidi.* Nec aliter ceteri veteres typis expreſſi; & MSS. item Brand. VORST. Et Noſtri viginti quatuor habent *extra moenia oppidi*, quod reſtitutum vides.

31. *Indignatus quod ex lictoribus XI. nemo*] Ita rurſus Pighius; cum Aldus edidiſſet, *Indignatus quoque quod ex lictoribus nemo. Quoque* abeſt quoque ab uno cod. Brand. at *undecim* apparet in utroque. Et numerum hunc ipſe quoque Livius lib. XXIV. expreſſit. VORST. *Indignatus quoque quod.* Sic cum vetuſtis edd. dimidia pars MSS. ſunt etiam qui habent *indignatus.* Certe plus eſt in *indignatus quoque* quam in altero. Ita enim ſignificat duplicem ob cauſſam iram concepiſſe Fabium patrem; primum quia filius cum eſſet conſul obviam ſibi extra moenia ad officium ſuum proceſſiſſet; deinde, quod nemo lictorum equo ſe juberet deſcendere.

32. *Ex lictoribus undecim*] Novem MSS. *ex undecim lictoribus.* Novem *quod ex duodecim.* Unus *è duodecim*, unus *quod undecim.* Ut clare in pleriſque exſtet numerus, ſed *lictoribus* praepoſitus. *ex duodecim lictoribus* etiam habet Mog. Ed. quod verum puto. Dum enim Auctor, addit *ſedere perſeveravit*, videtur innuere Fabium duodecim lictores jam praetervectum, tamen, cum ad conſulem perveniſſet, perſediſſe in equo, ac ſi ſedens mandata peragere decreviſſet, tum vero cum id fieri ſenſiſſet Conſul, proximo lictori ut ſibi appareret mandaſſe. ſcio aliter haec referre Livium. Sed nos tractamus Valerium, qui non ſemper Auctores ſuos, cum haec exempla ſcriberet, ante oculos habuit. Ultr. prim. *ira.*

33. *Quod cum filius ſenſiſſet proximo lictori ut ſibi appareret imperavit*] Aberant haec à Bit. & Ultr. in Barb. ſec. addita erant in margine. Praeterea Voſſ. Periz. Leid. ſec. *quod cum fieri filius ſenſiſſet.* Uterque Barb. *quod cum fieri ſenſiſſet.* Leid. ſext. *ut ſibi appareret & judicium ſumeret.*

34. *Proximo lictori ut ſibi appareret imperavit*] Id eſt, imperavit, ut officium faceret, quodque ceteri lictores neglexiſſent, Fabium ad ſe venientem in honorem ſui conſulis equo deſcendere juberet. *Apparere alicui* idem eſt quod praeſto eſſe & miniſtrare alicui. Nepos XVIII, 13, 1. *Cum ſeptem annos Philippo apparuiſſet.* Virgilius XII. Aen. *In limine regis Apparent.* Ubi Servius: *Apparent*, *i. e. praeſto ſunt ad obſequium.* VORST. Liv. L. IX. 46. *Quum appareret aedilibus.*

35. *An*

[36] Relatis Q. Fabii laudibus, offerunt ſe mirificae conſtantiae viri: qui le- 5.
gati à ſenatu Tarentum [37] ad res repetendas miſſi, [38] cum graviſſimas ibi inju- Ann. urb. 471. Livius XII. Flor.
rias accepiſſent, unus etiam urina reſperſus eſſet, in theatrum, [39] ut eſt con- I. 18.
ſuetudo Graeciae, introducti, [40] legationem, quibus acceperant verbis, peregerunt: de his, quae paſſi erant, queſti non ſunt; ne quid ultra ac mandatum eſſet, loquerentur: [41] inſituſque pectoribus eorum antiqui moris reſpectus dolore, [42] qui ex contumelia graviſſimus ſentitur, convelli non potuit. [43] Finem

35. *An ſcires conſulem agere*] Ultraj. prim. *conſulis.* Barb. prim. *conſul.* ſec. *conſul* al' *conſulem.* Harl. *conſulatum.* & ita Leid. ſec. ſed emendatum. Recte *conſulem.* Vide Cl. Burman. ad Vell. L. II. 9. duo *generationi*, quod etiam erat in margine Leid. ſept.

36. *Relatis Q. Fabii laudibus*] In Atrebatenſi aliiſque duobus manuſcriptis, *Relatis Fabii laudibus*, legendum, *Relatis Fabiorum laudibus.* PIGH. *Relatis Fabii laudibus.* Pighio pro *Fabii* ſcribendum viſum fuit *Fabiorum*; cum tamen in omnibus tam MSS. quam typis expreſſis legeret, *Relatis Q. Fabii laudibus*, vel *Relatis Fabii laudibus.* Nimirum quia demonſtraſſe viſus fuit, proxima ſuperiora non uni Fabio, ſed diverſis tributa à Valerio eſſe: hic itidem non *Fabii*, ſed numero plurali *Fabiorum* legendum eſſe credidit. Verum ex eo quod omnes codices numero ſingulari habent *Fabii*, colligere potius debuiſſet, proxima ſuperiora item uni eidemque Fabio Valerium tributa voluiſſe. VORST. Cur non reſtituit Vorſtius etiam, quod erat in MSS. & Edd. ante Pighium, *Q. Fabii?* quod praenomen expulit Pighius, quia plurali *Fabiorum* praeponi recte non poterat. Igitur reddidi illud Auctori ſuo, ſicuti debui.

37. *Ad res repetendas*] Sic antiquae Edd. Med. & Aſcenſ. Ceterae cum MSS. tredecim *ad res petendas.* Sed prius eſt melius. Solemnis enim formula eſt *Legatos mittere ad res repetendas*, & ita nota ut illuſtrari non debeat. Vide Liv. L. I. 32.

38. *Cum graviſſimas ibi injurias accepiſſent*] De his fuſius Dionyſius Halic. in Exc. leg. IV. Vide & Florum lib. I. c. 18. VORST. Voſſ. delet *ibi.* prim. Vatican. habet *recepiſſent.*

39. *Ut eſt conſuetudo Graeciae*] Tarentum, ut Florus loquitur, *Lacedaemoniorum opus.* VORST. Vide Juſt. L. XXII. 2. 10. & ibi Berneccerum. PERIZON.

40. *Legationem, quibus acceperunt verbis peregerunt*] Sic edidit Pighius, & qui eum ſunt ſecuti; ego ut in ſcriptis & Edd. inveniebam, emendavi, *acceperant.* Notanda etiam eſt lectio Leid. ſept. *Legationem, quibus acceperant verbis, ubi peregerunt, de his.* Deinde quatuor, *Ultra ac mandatum erat.*

41. *Intimiſque pectoribus eorum antiqui moris reſpectus*] In manuſcriptis aliquibus, *Intuſque*, legitur. In Campenſi rectiſſime, *Inſituſque*, quemadmodum & in Gemblacenſi. PIGH. *Inſituſque pectoribus.* Ita Pighius ex cod. Campenſi & Gembl. cum veteres typis expreſſi haberent *intimiſque.* Codicum Brandeb. unus *intuſque*, alter *juſtuſque:* quibus vera lectio nonnihil ſtabilitur. VORST. *Intuſque* in duodecim reperio MSS. ceteri cum Edd. *intimiſque*, Med. Quint. *Victimiſque.* Ultraj. prim. *At juſtus è pectoribus eorum antiqui moris reſpectu, dolor &c. convelli non potuit.* *Dolor* etiam eſt in Vat. primo.

42. *Qui ex contumelia graviſſimus ſentitur*] In Wincheliano copioſius, *graviſſimus naſcitur & ſentitur.* PIGH. *Qui ex contumelia graviſſimus naſcitur & ſentitur.* Ita Pighius ex cod. Wincheliano; cum alii tam MSS. quam typis expreſſi τὸ *naſcitur* omittant. VORST. Non putavi tanti eſſe apud me oportere unius Cod. Wincheliani auctoritatem, ut ea motus contra reliquorum conſenſum illud prorſus ſuperfluum *naſcitur &* diutius retinerem.

43. *Finem fruendarum opum Tarentina civ. quaeſiſti*] Florus I, 18, 27, *Tum* (cum de Tarentinis triumphatum) *ſi captivos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Apulus atque Lucanus; ſi pompam, aurum, purpura, ſigna, tabulae, Tarentinaeque deliciae.* VORST. Hinc & *Tarentum molle* dicitur ab Horatio L. II. S. 4. 34.

Pectinibus patulis jactet ſe molle Tarentum.

Et à Claudian. De Mallii Theodori Conſ. v. 157. ob famoſum luxum taxatur.

At non Pythagorae monitus, annique ſilentes,
Famoſum Oebalii luxum preſſere Tarenti.

nem profecto fruendarum opum, quibus ad invidiam diu abundaveras, Tarentina civitas quaeſiſti. [44] Nam dum horridae virtutis in ſeipſum [45] connexum ſtabilimentum, nitore fortunae praeſentis inflata faſtidioſe aeſtimas, in praevalidum imperii noſtri mucronem caeca & amens irruiſti.

Sed ut [46] à luxu perditis moribus ad ſeveriſſima majorum inſtituta transgrediar, antea ſenatus aſſiduam ſtationem [47] eo loci peragebat, qui hodieque [48] *Senaculum* appellatur: [49] nec expectabat ut edicto contraheretur, ſed inde citatus protinus in Curiam veniebat; ambiguae laudis civem exiſtimans, qui debitis Reip. officiis non ſua ſponte, ſed juſſus fungeretur: quia quicquid imperio cogi-

Hinc Pyrrhum dicit noſter, *Tarentinae petulantiae defenſorem.* L. IV. 3. 14. Ultraj. prim. *Finem vero profecto.*

44. *Nam dum horridae virtutis*] Sic ſupra L. II. 1. 5. *Triſtis & horrida pudicitia.* ubi male pauculi Codd. quemadmodum & hic duo, habent *horrenda.*

45. *Connexum*] Lib. Dan. *Convexum.* Convexum, globoſum, rotundum atque adeo firmum exponere poſſe mihi videor. Gloſſarium: *Convexum* κατωφερὲς, περιφερὲς. *Convexus* περιφέρεια. περιφέρεια *Circulus*, *convexitas.* COLER. Prim. Vat. *adnexum*, Leid. ſept. *convexum.* Guyetus conjiciebat *connixum.* & ſic edidit Aſcenſ. exponens. *innitens in ſe ipſum.* Nonnulli MSS. *exiſtimas*, aut *extimas.* ſed haec paſſim confunduntur in MSS. Vat. prim. *etiam in praevalidum.*

46. *A luxu perditis moribus*] MS. *à luxu & perditis moribus.* PERIZON. *Et perditis* invenio in quatuor aliis. In duobus *perditiſque*, in uno *& proditis.* Nihil mutandum *mores luxu perditi*, ut *perditus luxu adoleſcens* apud Ter. Adelph. IV. 7. 42. Ultraj. prim. delet *moribus*, ſec. *ad ſereniſſima.* Leid. quint. omittit *majorum.*

47. *Eo loci*] Lego cum lib. Dan. *Eo loci peragebant*: Et paulo poſt, *Hodieque.* Quem porro locum intelligat Valer. mihi non liquet. Nam tria fuiſſe Romae Senacula, teſtatur Feſtus. Varro lib. II. de vita pop. Rom. locutus fuerat opinor de ſenaculis. unde haud dubie ſumſit Valerius. cujus & illa ex eodem libro citantur apud Nonium: *Itaque propter curam locus quoque, quo ſuam quiſque ſenator confert, curiam appellant.* *Senatulum* ergo proprie ſenum ſtatio, ut Graecis Γερουσία. Gloſſae veteres: Γερουσία *Hoc ſenaculum.* Illud obiter addo, etiam Graecos locum quendam appellaſſe Σενάτον, praeſertim Conſtantinopolitanos. Codinus: ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῶν Κοδικέλλων φυλακτήριον. ἐκεῖσε γὰρ οἱ πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς, ἕως Κωνσταντίνου. COLER. *Antea Senatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat.* Pro *eo loci* unus cod. Brand. habet *eo loco.* Vult autem, ſenatum quaſi excubias eo in loco egiſſe, donec in curiam vocaretur. VORST. Codici Dan. quem ſecutus eſt Colerus, non aſſentiuntur reliqui, ut legamus *peragebant. eo loco* habet primus Ultraj. Sed non opus. Cic. pro Sext. Cap. 31. *Res erat & cauſſa noſtra jam eo loci.* Nepos in Dat. Cap. 9. *Atque eo loci ire, quo ipſe conſueverat, juſſit.* Sic *eodem loci* Suet. in Aug. C. 65. *Ut eodem loci in perpetuum contineretur.* Calig. 53. *Ut neque eodem loci prae ardore conſiſteret.*

48. *Senaculum*] Iſaacus Pontanus, juvenis eruditus legit Notis ad Macrobium, *Senatulum.* COLER. *Qui hodieque Senaculum appellatur.* Pro *hodieque* Aldus & Chalcocondyles habent *hodie quoque.* Codicum Brand. unus *hodieque*, alter tantum *hodie.* Pro *Senaculum* Pighius & Colerus ediderunt *Senatulum*: quomodo & Pontanus Notis in Macrobium legendum putat. Verum legendum ſine dubio eſt *Senaculum*, ut Aldus & Chalcoc. ediderunt. Habentque ita codd. quoque Brandeb. De ſenaculis & apud alios legere eſt. Feſtus: *Senacula tria fuiſſe Romae, in quibus ſenatus haberi ſolitus ſit, memoriae prodidit Nicoſtratus. Unum ubi nunc eſt aedis Concordiae inter Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus D. T. cum ſenioribus deliberare: alterum ad portam Capenam: tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, ſenatus dabatur.* Macrobius quoque lib. I. c. 8. *Habet*, inquit, (aedes Saturni) *aram, & ante ſenaculum.* Quanquam & hic *ſenatulum* legi vult. Ponta-

cogitur, exigenti magis, quam praeſtanti acceptum refertur.

Illud quoque memoria repetendum eſt, quod [50] tribunis plebis intrare Curiam non licebat: ante valvas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant: ut, ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatusconſultis [51] T litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur, [52] illa tribunos quoque cenſuiſſe. Qui, quamvis pro commodis plebis excubabant, [53] inque imperiis compeſcendis occupati erant, inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publice praebitis patiebantur, [54] quo talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior.

Quo-

Pontanus. Vetus Gloſſarium, quod Cyrilli dicitur: Γερουσία *hoc ſenaculum.* Eſt autem *ſenaculum* judicio Voſſii ejus formae cujus eſt *cenaculum:* ut quomodo locus ubi coenarunt, *cenaculum* dictus fuit, ita locus ubi convenirent ſenatores, *ſenaculum* diceretur. Vide Lexicon ejus etymol. v. *ſenatores.* Quo loco & hoc notat ex Lampridio, Heliogabalum & mulieribus *ſenaculum* feciſſe, ubi ſolennibus ſaltem diebus conventus fieret matronalis. VORST. Pighius in erratis vult legi *ſenatulum.* Sed vide notas ad Lamprid. in Heliog. & Vopiſcum in Aureliano Cap. 49. Liv. L. XLI. 27. *Et porticum ab aede Saturni in Capitolium ad ſenaculum, & ſuper id curiam.* Adde notas ad Plin. L. VIII. 45. PERIZON. Famian. Nardinus ſcribit Feſtum docere, *quatuor Romae fuiſſe ſenacula*, quod neſcio unde hauſerit. Tria enim tantum ab eo commemorantur. Idem putat fuiſſe atria adſtructa aedibus, in quibus Senatus haberi ſolebat, quo vel commodior audiendi locus eſſet, vel plenior conſeſſus majeſtatis. L. II. de Roma Veteri C. 2. MSS. vel *hodie ſenaculum*, vel *ſenatulum*, ut uterque Barb. vel *hodieque ſenaclum*, vel *cenaculum.* Ed. Mog. *hodie ſenatulum.* Venet. 1478. *hodie ſenaculum.* Ven. 1485. *ſenatulum.* Mediol. Aſcenſ. Ald. & ceteri *hodie quoque ſenaculum.*

49. *Nec exſpectabat ut edicto contraheretur*] Quod poſtea fuit neceſſe, quando per totam Italiam villas ſuas habebant. Liv. L. XLIII. 11. *M. Raecio praetori mandatum ut edicto ſenatores omnes ex tota Italia (niſi qui Reip. cauſſa abeſſent) Romam revocaret.* Vide & Columel. p. 7. Copeſ. *contraherentur.* nempe *Senatores*, ut referatur ad ſenſum. PERIZON. *Civem* delet Ultraj. prim. *eſſe* addunt tres alii. Copeſ. *fungatur*, item *cogenti.*

50. *Tribunis plebis*] MS. Cop. *Trib. populi.* Ultraj. prim. *Tr. plebeis.*

51. *T. litera*] Quae nomen Tribunorum notabat. licet poſtea notarii maluerint duabus literis Tribunitium nomen deſignare. Sic enim in Notis Probi: TR. CEL. *Tribuni Celerum.* Et alibi: TR. AER. *Tribuni aerarii.* T nota etiam abſolutionis fuit, unde ſalutaris à Cicerone pro Milone dicitur. Aſconius ibi. Rationem reddit Hieronymus in Ezech. Non deſunt Grammatici qui T crucem interpretentur. COLER. *Senatus conſultis* delet prim. Ultraj. *ſcriptis*, Leid. quint. ſed punctis notatur, & in marg. eſt *Senatus conſultis.*

52. *Illa tribunos quoque cenſuiſſe*] V. c. *Ita tribunos.* PIGH. *Ita tribunos quoque cenſuiſſe.* Ita Pighius ex vetere cod. legendum cenſet. Verum antiquiores typis expreſſi pro *ita* habent *illa.* Nec aliter MSS. Brand. VORST. *Ita tribunos quoque cenſuiſſe.* MS. cum aliis *Illa tribunos cenſuiſſe.* Forte *Recenſuiſſe*, id eſt, *examinaſſe.* ut Critici eleganter dicuntur *Recenſere librum.* Quum *percenſuiſſet Italiam*, id eſt peragraſſet Liv. L. XXXIV. C. 52. *Orationes legatorum pro ſententiis percenſeamus* Liv. L. XXXII. C. 21. L. XXXIV. C. 23. init. *Percenſuerunt omnes gentes* Liv. L. XXXIII. C. 32. *recenſere omnia muliebria jura* Liv. XXXIII. C. 3. init. *Captivos quoſdam recenſuit* Liv. XXXVIII. C. 27. PERIZON. In hanc ſententiam adductus fuiſſe videtur Vir Cl. quia in MS. Copeſ. deerat *quoque*, quod tamen reperitur in meis omnibus, qui habent ita, ut edidi; niſi quod in uno Rem. pro *illa*, eſt *vita.* Scio uſitatiſſimam formulam eſſe; *ita cenſeo*; ſed tamen alterum contra tot Codicum conſenſum expellere non auſus fui. Pro *ſignificabatur* Med. quint. *ſignificatur.* Ultraj. ſec. *ſubſignificabatur.*

53. *Inque imperiis compeſcendis*] *Imperia* pro his qui cum imperio ſunt, ut ſupra 1, 1, 9. ubi Notas vide. Sic & in ſeqq. *Inſtrui ea*, ſcil.

impe-

Quorum quemadmodum majeſtas amplificabatur, ita [55] abſtinentia arctiſſime conſtringebatur. [56] Immolatarum enim ab his [57] hoſtiarum exta, ad quaeſtores aerarii delata veniebant; ſacrificiiſque pop. Rom. tum deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus noſtris, [58] quam ſanctas manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus. [59] Continentiae vero tantum tribuebatur, ut multorum aes alienum, quia provincias ſincere adminiſtraverant, à ſenatu perſolutum ſit. Nam quorum opera publicam auctoritatem [60] ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant, eorum dignitatem domi collabi, indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.

Eque-

imperia, *argenteis vaſis*, *&* *annulis aureis publice praebitis patiebantur.* VORST.

54. *Quo talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior*] Lege cum MSto *honoratior.* magnificentiâ enim illa auri & argenti honos & majeſtas accedebat magiſtratibus, eorumque majeſtas amplificabatur, ut mox dicitur. Liv. L. XLIII. 16. *Principes civitatis annulis aureis poſitis &c.* PERIZON. Liv. L. IX. 46. *Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos, & phaleras deponerent. Honoratior* etiam Vatic. prim. ſed correctum. Leid. ſec. *ornatior* al' *honorabilior* Barb. prim. pro *inſtrui* Ultraj. prim. *frui.* Unus & alter delet *publice praebitis*, quatuor *quod talium.*

55. *Abſtinentia arctiſſime conſtringebatur*] *Abſtinentiam* mox & *continentiam* vocat. Eſt autem virtus, qua quis abſtinet ſe ab accipiendis his, quae accipere honeſte non poteſt. Nepos Ariſt. *Adeo Ariſtides excellebat abſtinentia.* VORST.

56. *Immolatarum ab his hoſtiarum*] Quae ſacrificia immolabant conſules, ea praebebantur publice. VORST.

57. *Hoſtiarum exta ad Quaeſtores aerarii delata veniebant*] Lege, *vaeniebant*, pecuniam ſcilicet ex iis venditis in publicum redigebant. LIPS. *Quaeſtores aerarii.* Lib. Dan. *Quaeſtores aerarios.* utrumque probum. Quaeſtoris erat pecuniae ex rebus venditis contrahendae cura. Gloſſarium: *Quaeſtor* ταμιεῦχ@. Et alibi: *Confiſcator.* exponitur. COLER. *Ad quaeſtores aerarii delata veniebant.* Lipſius legi vult *vaeniebant.* Eſtque hoc pro *vendebantur.* Quaeſtores aerarii ex extis divenditis pecuniam in publicum redigebant: & conſules tanta oportebat abſtinentia eſſe, ut ex ſacrificiis publice praebitis nihil in ſuos uſus converterent. VORST. Emendatio Lipſii etiam Gudio in mentem venerat. Quidam MSS. *Sacrificiiſque patrum.* Quomodo & Ed. Mog. plerique *ſacrificiiſque*, *P. R.* id eſt Populi Romani.

58. *Quam ſacras manus*] In manuſcriptis omnibus, *Quam ſanctas manus.* Recte. *Sanctus* enim inter alia ſignificat integer & incorruptus. PIGH. *Quam ſanctas manus habere deberent.* Sic Ed. Mog. Ceterae *ſacras.* MSS. *S̄cas* id eſt *ſanctas*, quod clare in quibuſdam exſtat. Recte omnino ergo hoc reſtituit Pighius. Vide Cl. Duker. ad Flor. L. II. 6. 40.

59. *Continentiae vero tantum tribuebatur*] Omnes Editi *Continentiaeque*, & ſic major MSS. pars. Tres *qui provincias.*

60. *Splendorem ſuum procul obtinuiſſe*] *Procul* pro in peregrinis & remotis locis. Et ut hic *procul* & *domi*, ſic alibi *domi* & *foris* inter ſe repugnant. VORST. Tres Rem. cum Voſſiano *publica auctoritate.* Duo Rem. cum Leid. ſept. delent *eſſe* poſt *deforme.*

61. *Sub magnis auctoribus celebrabat*] Diſplicet lectio: nec tamen quod praeponderet nunc reperio. An *ductoribus*? LIPS. *Sub magnis auctoribus.* Lipſius legendum putat *ſub magnis ductoribus.* Quod ſi codicum MSS. auctoritate firmari poſſet, merito & recipiendum foret. VORST. *Sub magnis auctoribus.* Suſpectum hoc Lipſio ſine cauſſa, qui legit *ductoribus.* *Auctores magni* enim Romulus & Remus ac Fabius, qui primi id inſtituere. Sic II. 3. 3. *Auctori ejus Naevio.* PERIZON.

62. *Die Lupercalium & Equitum probatione*] Abſunt haec ab undecim MSS. Ed. Venet. 1478. *Cis Lupercalium*, 1485. *Diis Lupercalium.* Videntur mihi ſaniores MSS. qui omittunt. Admodum enim veriſimile eſt gloſſam fuiſſe.

63. *Equitum probatione*] Haec collocatur poſtridie Idus Septemb. in Faſtis Card. Maffei apud Grut. Inſcr. p. 133. PERIZON. Ibi dicitur *Equorum probatio*, quae cum ibidem repeta-

Equeſtris vero ordinis juventus omnibus annis bis Urbem ſpectaculo ſui [61] ſub magnis auctoribus celebrabat, [62] die Lupercalium, & [63] Equitum probatione. [64] Lupercalium enim mos à Romulo & Remo inchoatus eſt tunc, cum laetitia exultantes, quod his [65] avus Numitor, rex Albanorum, eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiſerat [66] ſub monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui, quem [67] Evander Argivus conſecraverat, facto ſacrificio, caeſiſque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, [68] diviſa paſtorali turba, [69] cincti pellibus immolatarum hoſtiarum, [70] jocantes obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos

9. Livius I. Ovid. Faſt. II. Plutarch. Romulo.

Ann. urb. 449. Livius IX. A. Victor. XXXII.

petatur poſtridie Idus Novembreis, '*Equitum transvectionem*, de qua hic Auctor agit, illic ſpectari non puto.

64. *Lupercalium mos*] De quo Plutarchus in Romulo & Antonio. Varro lib. V. de L. L. idem de vita pop. Rom. apud Nonium. Ovid. lib. II. Faſt. Livius lib. I. Feſtus in voce *Februarius*. Auguſtinus lib. XIII. cap. 34. lib. XVIII. cap. 17. de Civ. Dei. Pleniſſime autem ex variis auctorib. Servius ad VIII. Aeneid. COLER. *Lupercalium mos à Romulo.* Quaſi ſentiret aliquid vitii Pighius, ita hic ejecit conjunctionem *enim*, quae in potiori parte MSS. & Edd. Antiquis comparet, & optime procedit connexio. *Bis urbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat. Lupercalium enim mos* &c. ut ita ſtatim appareat ratio quare *ſub magnis* dixerit *Auctoribus*. Hinc ſtatim ſequetur *Trabeatos vero Equites*. quando de Fabio incipit agere. Itaque τὸ *enim* revocavi.

65. *Avus Numitor*] Cui Romulus & Remus, interfecto Amulio, regnum reſtituerunt. VORST. Pro *quod his* Guyetus malebat *quod iis*.

66. *Sub monte Palatino hortatu Fauſtuli educatoris ſui, quem Evander Argivus conſecraverat*] Vir ſummus Jo. Fred. Gronovius non ſuo loco comparere cenſet *hortatu Fauſtuli educatoris ſui*. Neque enim Fauſtulum conſecratum eſſe ab Evandro, neque auctorem & ſuaſorem condendae urbis, ſed, ut credibile ſit, ſacrorum paſtoralium faciendorum fuiſſe. Putat igitur totum locum legendum hoc ordine, *Cum laetitia exultantes, quod his avus Numitor, rex Albanorum, eo loco ubi educati erant, urbem condere permiſerat ſub monte Palatino, quem Evander Arcas conſecraverat*, (ſepulcro filii Pallantis puta) *hortatu Fauſtuli educatoris ſui facto ſacrificio, caeſiſque capris*. Vide Obſervat. Gronovii IV, 18. VORST. Ego valde dubito, an etiam hoc *hortatu Fauſtuli educatoris ſui*, non ſit ab aliquo Gloſſatore. Conſidera quaeſo, quam parum hoc faciat, ad oſtendendum *Lupercalia ſub magnis auctoribus celebrari*, tum, quam non ſuo inſertum ſit loco: ordo enim & res ipſa poſtulare videtur, ut diceret, *ſub monte Palatino, quem Evander Argivus conſecraverat.* Praeterea etiam obſerva Livium tradere haec longe aliter. Quod ſcilicet Lupercal hoc celebraverint, antequam à Numitore eſſent agniti, ſed degerent adhuc inter paſtores. Sed narratio Valerii convenit iis, quae de Origine ejus Butas tradidit, referente Plutarcho in vita Romuli, ne quis eum ideo erroris ſuſpectum habeat.

67. *Evander Archivus*] Lib. Dan. *Archus*. Sic Plautus Amphitr. *Natus Archus ex Archa patre*. Non, ut vulgo, *Archis ex Archo patre*. COLER. *Evander Argivus*. Idem Gronovius legendum cenſet *Evander Arcas*. *Argivum* enim eſſe non poſſe; niſi Argivi ſint omnes Graeci: quod hic minime opportunum. Ceterum ex Arcadia veniſſe Evandrum, & natione Arcadem fuiſſe omnes conſentiunt. Juvant & MSS. Nam Colerus in lib. P. Dan. obſervavit *Evander Archus*; & Gronovius in cod. S. Victoris, egoque in utroque cod. Brand. *Evander Argis*. VORST. *Argis* eſt in ſeptemdecim noſtris MSS. & ita vetuſtiſſimae editiones Moguntina & Venetae.

68. *Diviſa paſtorali turba*] In duos manipulos puta, ut alteri in alteros incurrerent. VORST.

69. *Cincti omnes pellibus*] *Omnes*, in manuſcriptis pleriſque omittitur, & ocioſum eo loco eſt vocabulum. PIGH.

70. *Jocantes obvios petiverunt*] In quibuſdam codd. ut in margine notavit Pighius, eſt *jocantes geſtierunt*. Quae lectio genuina videtur Gronovio; nec aliam ob cauſſam ſpreta mutataque, quam quod uſus eruditior & proprius ge-

S 3 geſtire

Ann. urb. 449. Livius IX. 46. A. Victor XXIII. Plut. Pomp. 455.

beatos vero equites [71] Idibus Juliis Q. Fabius [72] transvehi inſtituit. [73] Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendae gratia, [74] quam comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta [75] accenderant, omnem forenſem turbam in quatuor tantummodo tribus deſcripſit, eaſque *Urbanas* appellavit. [76] Quo tam ſalu-

geſtire pro geſtus ridiculos exhibere ignoraretur: qui quidem uſus appareat in his Gellii XI, 13. *Non eſſe id ſecus crederetis, quam cum homines inſigni deformitate ad facienda ridicula imitantur hiſtriones & geſtiunt.* Illud *obvios* ſuſpectum faciunt cod. S. Victoris, quem Gronovius, & uterque Brand. quem ego inſpexi. non enim illud hoc loco, ſed in praecedentibus inter *cincti* & *pellibus* poſitum habent: quamvis in codd. Brand. ſit expunctum, & pro eo ſubſtitutum *ovis* vel *ovinis*. VORST. *Cincti obvios pellibus.* Voſſ. uterque Ultraj. unus Rem. & Pat. cum Med. quarto. *Ovios pellibus.* Barb. ſec. Med. quint. & ſext. Undecim *ovinis pellibus*, unus *obvinis.* Deinde *obvios* omittunt novemdecim. *Geſtierunt* Leid. quint. ſext. ſec. Sed hic ab alia manu, Bit. prim. *metiverunt* Ultraj. prim. ceteri *petiverunt.* Pro *hoſtiarum* nonnulli *beſtiarum.* Animadvertendum hic eſt, non *ovinis pellibus* eos cinctos fuiſſe, ſed *immolatarum hoſtiarum*, τῶν νεοθύτων, ut inquit Dion. Hal. L. I. C. 83. *Caprarum* ut ait Feſt. in *Februarius*, & alii. Deinde reverà eos *petiviſſe obvios*, ut ex citatis à Colero auctoribus ſatis apparet. Quare receptam nunc lectionem non facile damnaverim: praeſertim quum τὸ *geſtire* ſatis declarari videatur per illud, quod addit *jocantes.* An corruptio inde orta, quòd cum Auctor ſcripſiſſet *obvios cincti pellibus*, facta eſt tranſpoſitio in *cincti obvios pellibus*? (quales tranſpoſitiones vocabulorum millenis aliquot locis apud noſtrum fortaſſe occurrunt) hoc vero deinde ut incommodo loco poſitum mutatum in *ovinis.* Sic vero cum caſum ſuum non haberet τὸ *petiverunt*, tranſiit in *geſtierunt.* Tuum, lector, arbitrium eſto, ſi aliter ſentias, non pugnabo. Nam & ita L. II. 4. 4. *Venerabilibus erga Deos verbis juventus rudi atque incompoſito motu corporum geſtus adjecit.*

71. *Idibus Juliis*] Meminere Liv. lib. IX. Dionyſ. Hal. lib. I. Plin. lib. XV. cap. 4. Auctor de viris illuſtrib. COLER. *Juliis.* longe major pars MSS. cum Edd. ante Pighium habent *Julii.* Leid. ſext. *poſt Decium.* Harl. *cum Poſtumio Decio.*

72. *Tranſvehi*] Diu iſtud inſtitutum neglectum fuit: Auguſtus demum reduxit & excoluit. Suetonius: *Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſvectionis. Sed neque detrahi quemquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat.* Factum id aliquando fuiſſe innuit Plutarchus in Pompejo, & argumento eſt l. II. D. de in jus voc. COLER. *Trabeatos transvehi.* Id eſt, trabea amictos equitare. Verbo *transvehi* eadem de re agens & Livius uſus eſt in lib. IX. Morem ipſum diu intermiſſum reduxit Auguſtus. Suetonius: *Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more transvectionis.* VORST.

73. *Idem cenſor cum Decio*] Niſi quis temporum rationem bene teneat, ex tot Fabiorum nominibus non facile ſe expediet. Nam hic de Rutiliano eum loqui ex collega Decio intelligitur, & ex hiſtoria, quae eſt ad finem libri noni ab U. C. Fefellit tamen hoc loco cognominis Fabii omiſſio Oliverium, qui ad haec, quae mox ſequuntur, Valerii verba, *Vir alioqui bellicis operibus excellens* ita inquit. Nam fuit ille, qui primo rempublicam calamitoſo illo Hannibalis tempore afflictam, & prope perditam cunctando reſtituit. Ecce hic *Verrucoſum* ab Oliverio intellectum. Badius hac parte cautior nihil adjecit. GLAREAN.

74. *Quum comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta acceſſerant*] In manuſcriptis omnibus, *acenderant*, legitur. Pulcherrime, ſi legas, *Quam comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta accenderant.* De ſeditione enim loquitur, quam forenſis turba plerumque comitiis excitabat. In eadem ſignificatione Virgilius vocabulo utitur: *Martemque accendere cantu.* PIGH. Uterque Ultraj. *humilimi*, quomodo editur apud Liv. L. IX. 46.

75. *Quam comitia accenderant*] Ediderat Aldus, *Quia comitia acceſſerant.* Sed monuit Pighius in MSS. reperiſſe ſe *quam accenderant.* Tantundem, in codd. quoque Brand. reperio ego; itemque in vetere typis expreſſo Mart. Herbip. *Accendere ſeditionem* elegans metaphora. Sic Virgilius, *Martem accendere.* VORST. MSS. plures *Attenderant*, vel *attenderent.* item *attenderat*, *accederet*, *accederent*, *accenderant*, *acceſſerant.* Sed *accenderant* Leid. quint. à manu ſec. ſext. Perizon. Ultraj. prim. à manu prim. corr. *attenderant.* Voſſ. *animos accenderant.* *Quia* exſtat

ſalubri facto, [77] vir alioqui bellicis operibus excellens, *Maximus* cognominatus eſt.

exſtat etiam in pleriſque. Nihil opinor verius lectione Pighiana. Claud. II. in Ruffin. v. 296.

Et conjuratos accendit voce clientes.

Vide illic N. Heinſium. Vell. Pat. L. II. 221. *Accenſaſque plebis Viennenſium diſſenſiones.* niſi cui magis placeat, quod ex Latino Latinio adſcripſit Perizonius. Cod. meus vetus MS. ita: *Quia comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta accenderat.* Quae melior omnino lectio putanda eſt. Nam verbum *accenderat* ad *turbam forenſem* refertur, ut *comitia accenderit*, non *ſeditionem*. Haec Latin. Latinius.

76. *Quo tam ſalubri reip. facto*] Libri manuſcripti omnes *reip.* omittunt. Et quidem videtur à ludimagiſtro annotatum irrepſiſſe in contextum. PIGH. *Po. Ro.* invenio in Periz. inter lineas.

77. *Vir alioqui bellicis operibus excellens*] MSS. fere *alioquin*. Quinque, *in bellicis operibus*, Copeſ. cum Perizon. *in bellicis rebus*, Leid. ſext. *in Bellicis*. Voſſ. *cognominandus eſt*.

CAPUT III.

DE MILITARIBUS INSTITUTIS.

1. *Capite cenſi milites primi.*
2. *Militaris exercitatio.*
3. *Velitum primus uſus.*

Laudanda etiam populi verecundia eſt, qui impigre ſe laboribus & periculis militiae offerendo, dabat operam, ne imperatoribus [1] capite cenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe, quorum nimia inopia ſuſpecta erat, [2] ideoque his publica arma non committebantur.

Sed hanc diutina uſurpatione firmatam [3] conſuetudinem C. Marius capite cenſum legendo militem abrupit. Civis alioqui magnificus, ſed [4] novitatis ſuae

1. Ann. urb. 646. Sall. B. Jug. 86. Gell. XVI, 10.

1. *Capite cenſos ſacramento rogare*] Gellius XVI, 10. *Qui nullo aut perquam parvo aere cenſebantur, capite cenſi vocabantur.* Dicti ergo *capite cenſi*, quod nulla fere alia re, quam capite & perſona ſua cenſeri poſſent. Ceteri pro diverſitate facultatum in certas claſſes tributi erant. *Sacramento rogare* idem quod jurejurando obſtringere. VORST.

2. *Ideoque his publica arma non committebantur*] MSS. ſeptem inter quos Copeſ. *committebant*. Unus *committebat*. Vide Cl. Perizon. ad L. II. 2. init.

3. *Conſuetudinem C. Marius abrupit*] Gellius d. l. *Capite cenſos primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reip. temporibus, vel potius, ut Salluſtius ait, bello Jugurthino milites ſcripſiſſe traditur.* VORST. Novem Codd. habent *formatam*. Unus Rem. cum Perizon. *obſervatione formatam*. Loquitur vero ita Auctor, ut quis poſſet exiſtimare, totum hoc tantum conſuetudini fuiſſe debitum, & è verecundia populi ortum, poſtea longo uſu firmatum. Quum contra illud inſtituerit Servius Tullius. Liv. L. I. 43. *Hoc minor cenſus reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta eſt immunis militia.*

4. *Novitatis ſuae conſcientia vetuſtati non propitius*] *Novitas* dicebatur, ſiquis nullos majores claros haberet, ipſeque primus generi ſuo lucem intuliſſet, ac honores in urbe adeptus eſſet. Cicero lib. v. ep. 18. *Adeptus es, quod non multi homines novi: amiſiſti quod plurimi homines nobiliſſimi.* Pari modo *vetuſtas* dicitur, ſi iis parentibus ac majoribus natus quis ſit qui in rep. clari exſtiterunt. Facit huc etiam, quod in Epit. L. LXXVIII. Livii legitur, C. Mario aucto-

re:

ſuae conſcientia, vetuſtati non ſane propitius: [5] memorque ſi militaris ignavia humilitatem ſpernere perſeveraret, ſe à maligno virtutum interprete velut capite cenſum imperatorem compellari poſſe. Itaque faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notae contagio ad ipſius quoque gloriae ſugillationem penetraret.

2\. Ann. urb. 648. bello Cimbrico. Vide Annales Pighii in Scauri aedilitat.

Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio conſule Cn. Mallii collega, militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo Cn. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum [6] arceſſitis, vitandi atque inferendi ictus [7] ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit: [8] virtutemque arti, &

re P. Sulpicium legem promulgaſſe, ut novi cives, libertinique diſtribuerentur in tribus. VORST. Bit. prim. unus Rem. *Conſcientia ſpretus vetuſtati.*

5\. *Memorque ſi militaris ignavia humilitatem ſpernere perſeveraret*] *Ignaviae* vox haud convenit. legam commodius *ſi militaria ſigna. &c, perſeverarent.* LIPS. *Si militaris ignavia.* Obſcura haec illuſtrat nonnihil Lipſius, legendo: *Memorque ſi militaria ſigna humilitatem ſpernere perſeverarent.* COLER. *Si militaris ignavia humilitatem ſpernere perſev.* Lipſio haec non placent: malitque is legere, *ſi militaria ſigna humilitatem ſpernere perſeverarent.* Vide lib. II. Elect. c. II. Verum ſatis commoda videtur lectio vulgaris hoc ſenſu: Si milites quamvis nobiles, ignavi tamen, humiles capiteque cenſos ſpernerent. VORST. Quod editur, conſtanter tuentur omnes MSS. *Militaris ignavia* dicit, pro *milites ignavi*, qui ſuae ſibi ignaviae conſcii imperatori virtutibus militaribus excellenti propter humilitatem obtrectent.

6\. *Accerſitis*] Lib. Danielis: *Arceſſitis.* Antiquius & rectius. COLER. *Doctoribus gladiatorum arceſſitis.* Notat Colerus, librum P. Danielis habere *arceſſitis*: idque antiquius & rectius eſſe quam quod vulgo legitur *accerſitis.* Et ſane libri quoque Brand. ita habent. De ipſo verbo *arceſſere* vide omnino Voſſium in Lexico Etymolog. VORST. *Arceſſitis* uterque Ultraj. de Gudianis annotatum eſt nihil; ſed quatuor, quos è Bibliotheca Leidenſi ante oculos habeo, *accerſitis*; & eadem ubique in hoc verbo occurrit ſcribendi varietas. Pro *Cn. Aurelii.* nonnulli *Gaji.* Copeſ. cum quodam alio *Celii.* Periz. *C. Aurelii Claudi.* Vetuſtiſſimae edit. *C. Aurelii.* Quatuor item *C. Mallii.* Quomodo Edd. Venet. Sed hae cum uno MS. *Malii.*

7\. *Subtiliorem rationem legibus ingeneravit*] Notavit Pighius in margine, pro *legibus* in quibuſdam codd. eſſe *legionibus.* Et ſane verbum *ingeneravit* ſuadet, ut *legionibus* legatur. Nam qui aliquid ingenerat, is ingenerat alicui. Livius l. v. *Ingeneravit natura ſocietatem utriſque.* Ita ergo Rutilius doctoribus gladiatorum arceſſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus Romanis ingeneraſſe dici poteſt. At quomodo legibus eam rationem ingeneraſſe dici poſſit, non apparet. VORST. Neſcio in quibus invenerit Pighius *Legionibus.* Mihi certe nec in ſcriptis, nec in editis occurrit. Quod vero Vorſtius urget; cum qui ingenerat, debere ingenerare alicui, id verum eſt. Sed cur non commode ſubintelligas *militibus*, quod anteceſſit? Poſſis etiam legere. *Iis enim.* per *leges* autem intelligit *artem*, ſeu *dictata laniſtarum.* Vide Suet. in Julio C. 26. Juven. Sat. XI. 8.

Scripturus leges & regia verba laniſtae.

8\. *Virtutemque arti & rurſus artem virtuti immiſcuit*] Quatuordecim MSS. cum omnibus Edd. *virtuti miſcuit.* Quod cur mutavit Pighius? Perizon. *Virtutemque arti commiſit.*

9\. *Velitum uſus*] Feſtus in *Advelitatio*: *Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, id eſt, volantes.* Nonius: *Veles, levis armatura.* Ubi legendum fortaſſe *levis armatura miles.* VORST.

10\. *Fulvius Flaccus Imperator*] Poſtrema vox abeſt à Voſſiano & tribus Remenſibus. Iidem cum Bit. prim. Leid. quint. & Periz. *excurſionibus.* Leid. ſept. *excurſitationibus.*

11\. *Equites noſtri, quia numero pauciores erant*] Contra Liv. L. XXVI. C. 4. *Ceterum in multis certaminibus equeſtria proelia ferme proſpera faciebant, pedites ſuperabantur.* Copeſ. *milites noſtri.*

12\. *Q. Naevius centurio è peditibus lectos expediti corporis, brevibus & incurvis ſeptenis armatos haſtis,*

& rurſus artem virtuti miſcuit; ut illa impetu hujus fortior, haec illius ſcientia cautior fieret.

[9] Velitum uſus eo bello primum repertus eſt, quo Capuam [10] Fulvius Flaccus imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus [11] equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, [12] Q. Naevius centurio [13] è peditibus lectos expediti corporis, [14] brevibus & incurvis ſeptenis armatos haſtis, [15] parvo tegmine munitos, veloci ſaltu [16] jungere ſe equitantibus, & rurſus celeri motu delabi inſtituit: quo facilius equeſtri proelio ſubjecti pedites, [17] viros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent. Eaque

3 Ann. urb. 542. Livius XXVI. Front. IV, 7.

haſtis, parvo tegmine munitos] Inſignis hic de inſtitutione *velitum* locus; ſed quem menda obſidet non una. Primum legimus, *brevibus & incurvis haſtis.* an recte? aut cenſeſne *haſtas* illas ad jactum *incurvas* fuiſſe? ego ſcio rectiſſimas, niſi ſi capis de ferro. Vetus lectio, *brevibus & inturmis.* Eleganter & utiliter emendo, *infirmis.* Deſcribit videl. *velitares* illas *haſtas*; & primum ait *breves* fuiſſe (quaternûm enim tantum pedum, ut Livius vult: ſive duûm cubitorum, ut Polybius) deinde addit & *infirmas*, id eſt, ligno tenui & minime craſſo. Adfirmat Polybius, qui lignum hoc τῷ μὲν μήκει ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον facit: id eſt, *longitudine quidem omnino bicubitali, craſſitie ſaltem digitali.* Jure igitur noſter, *infirmum.* Sed amplius hîc ſcriptum, *parvo tegmine munitos.* Quod autem hoc *tegmen parvum*? indefinita ſcriptio, imo inepta. Lego, *parmae tegmine.* Livius enim diſerte libro XXVI. & XXXVIII. parmas tribuit velitibus, Polybius item, & Frontinus lib. IV. Sed & Varronis fragmentum eſt: *cum rotundis velites leves parmis.* Denique in clauſula exempli: *Ideoque auctori ejus Naevio adhuc honos eſt habitus.* Quid illud, *adhuc*? An manebat aut repraeſentabatur honos Naevii ad Valerianum aevum? nugae. Scribo; *à duce.* Exprimere & imitari, ut ſaepe, Livium voluit, qui de hoc facto: *Auctorem peditum equiti miſcendorum centurionem Q. Naevium ferunt: honorique id ei apud Imperatorem fuiſſe.* Quod ab imperatore igitur honorem ei habitum Livius ſcripſit, id à Duce Valerius. LIPS. Q. *Naevius.* Locum perplexum & aliquot modis vitiatum dextre & erudite emaculavit Lipſius: Q. *Naevius Centurio: è peditibus lectos expediti corporis brevibus & infirmis ſeptenis armatos haſtis parmae tegmine.* COLER. Harl. *Q. Naenius.* Periz. *Q. Mevius.*

13. *E peditibus lectos expediti corporis*] Congruit cum hoc, quod velites & *expediti* dicuntur Caeſari & aliis. Vegetius III, 16. *Iiſdem miſcendi ſunt, quos expeditos velites, quaſi volitantes, nominabant.* Super quo loco monent Viri docti, illud *quaſi volitantes* à codd. MSS. abeſſe: & à nonnullis quoque τὸ *velites.* Videſis Lexicon Etymol. Voſſii, v. *Veles.* VORST.

14. *Brevibus & incurvis ſeptenis armatos haſtis*] Lipſius pro *incurvis* legendum putat *infirmis*; quod in cod. aliquo MS. reperit *inturmis.* Ut mens auctoris ſit, haſtas velitares ligno fuiſſe tenui & minime craſſo, &, ut Polybius ait, τῷ πάχει δακτυλιαίῳ *craſſitie digitali.* Concedit tamen Lipſius, haſtas incurvas dici potuiſſe propter ferrum, quod habuere. Livius lib. XXVI. *Eis ſeptena jacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt.* VORST. Lipſii conjecturae nullus MSS. adſtipulatur. *Brevibus* omittit Ultraj. primus. in margine citabat Perizonius Liv. L. XXXVIII. 40. ibique Turnebum. ibid. Cap. 22.

15. *Parvo tegmine munitos*] Lipſius & hic aliquid mendi eſſe putat; & legendum quidem eſſe *parmae tegmine munitos*; quod ex Livio & aliis conſtet, velites parmis uſos fuiſſe. Nobis vulgata lectio ſatis proba videtur. Ut haſtas *breves* velitibus tribuit, ita eiſdem *parvum* tegmen tribuere voluiſſe videtur: ut intelligatur, quam expediti illi prae ceteris fuerint. VORST. Etiam hic omnes codices ſtant pro vulgato.

16. *Jungere ſe equitantibus.*] In Campenſi, *jungere ſe equitibus.* Quae lectio praeferenda. PIGH. *Jungere ſe equitibus.* Ita Lipſius ex cod. Campenſi. At Aldus & Chalcocondyles ediderant *equitantibus.* Et habet quoque ita uterque cod. Brand. Neque novum eſt participia pro nominibus poni. Ceterum quomodo velites iſti, ut pedites, juncti equitibus fuerint, obſcurius noſter, clarius Livius ſcripſit. Hujus in lib. XXVI. c. 4. verba ſunt: *Eos ſingulos in*

que novitas pugnae unicum [18] Campanae perfidiae debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus Naevio [19] adhuc honos eſt habitus.

equos ſuos accipientes equites aſſuefecerunt & vehi poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet. VORST. *Veloci ſaltu jungere ſe equitibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit.* MS. *Equitantibus*, quod minime rejiciendum. Videtur enim velle auctor, eos edoctos ut veloci ſaltu ſcirent *ſe jungere equitanti equiti*, ſi forte fugiendum eſſet. Porro legendum omnino *delabi* ſc. *de equis*, ad pugnam; non *dilabi*, quod de diſperſa fuga uſurpatur. L. VII. 3. Ext. 2. *Candidati continuo ex equis delapſi.* Propoſitus fuit auctori Liv. L. XXVI. C. 4. *eos ſingulos equites aſſuefecerunt & vehi poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet.* Et paulo poſt: *ſigno dato velites deſiliunt. Relabi* legit H. Hugo. Vide ad Sall. B. Jugurth. C. 46. PERIZON. Confer Curt. L. VII. 7. 32. *Equitantibus* quod merito defendit Cl. Perizonius, in ſeptemdecim MSS. comperio.

17. *Viros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent*] Copeſ. *Viros pariter atque equos hoſtium interceſſerunt.* Periz. *telis inquietarent.*

18. *Campanae perfidiae*] Campani à Romanis deſciverant; ut ex l. VII. Livii notum. VORST.

19. *Adhuc honos eſt.*] Cui rei illud *adhuc*? lego: *ad hoc.* i. praeterea, inſuper, more Salluſtii. COLER. *Naevio adhuc honos eſt habitus.* Lipſius pro *adhuc* legendum putat *à duce*; quod *adhuc* minus huc quadret, quodque Livius, quem imitari ſoleat Valerius, praedicto loco habet ſic: *Auctorem peditum equiti miſcendorum Q. Naevium ferunt: honorique id ei apud imperatorem fuiſſe.* Colerus pro *adhuc* legendum putat *ad hoc*; quod ſit pro *praeterea, inſuper*: idque more Salluſtii. Verum ita ipſum *adhuc* conſiſtere poſſit. manifeſte enim *adhuc* eſt pro *ad hoc*; ſive jam idem ſit quod *ad hoc uſque tempus*, ſive idem quod *ad hoc, praeterea.* VORST. Conjecturam Lipſii non improbaſſe videtur Perizon. imo & ipſe ita legendum conjeciſſe, quod poſtea à Lipſio occupatum deprehendit. Confirmabat L. IV. 3. 10: *Ut honorem publice, pretium à patre acciperet.*

CAPUT IV.

DE SPECTACULIS.

1. *Theatra primum aedificata.*
2. *Loca ordinibus primum attributa.*
3. *Origo ſcenicorum ludorum.*
4. *Origo ſaecularium.*
5. *Primi ſaeculares.*
6. *Ornamenta & luxus ludorum.*
7. *Gladiatorium & Athleticum primum.*

Proximus militaribus inſtitutis ad [1] urbana caſtra, id eſt, theatra gradus faciendus eſt: quoniam haec quoque ſaepenumero animoſas acies inſtruxerunt, [2] exco-

1. *Urbana caſtra*] An quia conciones etiam in theatris fiebant olim, ut in caſtris. De iis Dio lib. XXXIX. Mos ex Graecia haud dubie. Divino ex illo Valerii loco ſupra cap. 1. *In theatrum, ut eſt conſuetudo Graeciae, introducti legationem, quibus acceperant verbis, peregerunt.* COLER. *Ad urbana caſtra. Urbana caſtra* vocat theatra; quoniam ut caſtra, ſic theatra ſepta ſunt; & quia in his quoque ad faciendam caedem ſeſe parabant. Eſt hoc autem inter illa quae minime probantur Jano Rutgerſio, Var. Lect. VI, 16. VORST. Inepte affectatum videbatur Rutgerſio *theatra* nominare *caſtra urbana*, quod fecit auctor, quoniam ſaepe in illis animoſae acies inſtruebantur, & civilis fundebatur ſanguis, per factiones videlicet hiſtrionum. Qua de re vide Lipſ. ad Tac. L. I. Ann. 16. Sex MSS. *caſtra c. theatra.* Leid. ſext. *idem Theatra.* Voſſ. delet.

2. *Excogitata namque*] Vl c. *excogitataque.* Melius pertinent iſta ad priorem ſententiam. PIGH. *Excogitataque*, Aldus & Chalcocondyles edide-
rant

[2] excogitataque [3] cultus deorum, & hominum delectationis cauſſa, [4] non ſine aliquo pacis rubore voluptatem & religionem civili ſanguine, [5] ſcenicorum portentorum gratia, macularunt.

Quae inchoata quidem ſunt à Meſſalla, & Caſſio cenſoribus; ceterum [6] auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum [7] ſubjectum haſtae venire placuit. Atque etiam S. C. cautum eſt, *ne quis in Urbe, propiuſve paſſus mille*, [8] *ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet*, [9] ut ſcilicet remiſſioni ani- 2 Ann. urb. 599. Livius XLVIII. Vellejus II. Appian. p. 172.

rant *Excogitata namque.* At Pighius ex vetere cod. legendum cenſet *excogitataque.* Atque ita ſane & codd. MSS. Brand. habent. Mihi tamen *excogitata namque* magis placet. VORST. Non opus eſt *namque*, quod non agnoſcunt MSS. & primus, credo, dedit Oliverius. Cohaerent, *Quoniam theatra inſtruxerunt, & excogitata &c. macularunt.*

3. *Cultus Deorum cauſſa*] Ludi ad victoriam aut aliquid aliud adipiſcendum Diis voti: cumque voti eſſent damnati, in honorem Deorum votum & exſolvebant, ludoſque edebant. VORST. *Cultus Deorum & hominum delectationis cauſſa.* MS. Sine copula per aſyndeton, qualia ſaepe apud veteres invenies. PERIZON.

4. *Non ſine aliquo pacis rubore*] Non enim conveniens erat pacis tempore alterum inſurgere in alterum, eumque conficere. VORST.

5. *Scenicorum portentorum gratia*] Ut ſpectaculum & rem quandam miram ederent. VORST. Nihil intelligit hic Vorſtius. *Portenta* enim *ſcenica* vocat Auctor *hiſtriones*, quibus dum aliis alii favebant, graviſſimi ſaepe tumultus & ſanguinolenta certamina in theatris excitabantur. Quam licentiam eo gravius fortaſſe caſtigat noſter, quod ſub Tiberio maxime erupit haec theatri licentia. Tac. L. I. Ann. 17. *At theatri licentia proximo priore anno coepta, gravius tum erupit, occiſis non modo è plebe, ſed militibus, & centurione, vulnerato tribuno cohortis., dum probra in magiſtratus, & diſſenſionem vulgi prohibent. Portenta* vero illa nominat, ut ſaepius ſic dicuntur homines omnibus flagitiis foedi & obruti, vel in quibus praeter formam vix quidquam hominis eſſe exiſtimes. Sic Claudium *portentum hominis* appellabat Auguſtus. Suet. in Claud. C. 3. & Noſter L. III. 8. 6. *Equitium*, qui ſibi Semproniae gentis falſum jus quaerebat. *Tu tamen illum, neſcio quibus tenebris protractum portentum, execrabili audacia ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem repuliſti.*

6. *Auctore P. Scipione Naſica*] Idem erroris hoc loco incidit. Omnes enim de *P. Scipione Naſica* intelligunt, qui bello Punico ſecundo anno ab U. C. 550. ejus belli anno 15. Matrem Deûm Idaeam à Peſſinunte allatam ſuſcepit. Ego autem de ejus filio, qui *Corculum* dictus, & bis Conſul & cenſor fuit, ut inquit Cic. in Bruto. Quique cum M. Catone de Carthagine non diruenda contendit. Meſſala enim Cos. fuit anno ab U. C. 593. Caſſius quarto ante anno. Qui poſtea cenſores ambo. Hic autem *Scipio Corculum* Conſul anno 592. iterum 599. Poſſem hoc loco oſtendere, quam multi docti viri in his errarint. Sed hoc debemus negligentiae Romanorum hiſtoricorum, qui ſatis habuerunt dicere. *Hoc egit Q. Fabius Maximus. Hoc P. Scipio Naſica.* Cum tot *Fabii Maximi*, tot etiam *Naſicae* fuerint. Si quis otioſus hic rhetoricari vellet, haberet debacchandi, imo juſte iraſcendi haud parvam occaſionem in ſuperbiam illorum. GLAREAN. *P. Scipione Naſica.* Plinius lib. XXXVI. cap. 15. Florus epit. LXVIII. Auguſtinus de Civitate Dei lib. I. cap. 31. Tertullianus de ſpectac. cap. 6. *Nam ſaepe cenſores renaſcentia cum maxime theatra deſtruebant, moribus conſulentes.* Ubi obiter legendum: *renaſcentia tum maxime.* ut apud Valerium lib. I. cap. 7. *Corpus enim ſuum à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ad portam ferri.* COLER. *Auctore P. Scip. Naſica.* Epitome l. XLVIII. Livii: *Cum locatum à cenſoribus theatrum extrueretur, P. Corn. Naſica auctore tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. deſtructum eſt, populuſque aliquamdiu ſtans ludos ſpectavit.* Ad quod inter alia alludit Tertullianus c. 6. libri de ſpect. *Nam ſaepe cenſores renaſcentia cum maxime theatra deſtruebant, moribus conſulentes.* VORST.

7. *Subjectum haſtae venire*] Figebatur haſta, ſi facienda auctio eſſet. VORST. Lege *vaenire placuit.* GUDIUS. Deinde *itaque etiam* Ultraj. ſec. *etiam eodem Senatus conſulto* Harl. *propius ſex paſſus mille.* Bit. prim. *ve* delet Ultraj. prim. cum quatuor aliis.

 8. *Sub-*

animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanae gentis nota eſſet.

3. Ann. urb. 559. Livius xxxiv. 44. Pedian. Cornel. p. 132.

[10] Per quingentos autem & [11] quinquaginta octo annos ſenatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius [12] Serranus, & L. Scribonius aediles, [13] ludos Matri deûm facientes, [14] ſuperioris Africani ſententiam ſecuti, diſcretis ſenatus & populi locis, ſolverunt: eaque res avertit vulgi animum, & favorem Scipionis magnopere quaſſavit.

4. Ann. urb. 389. Livius vii. 2. Oroſ iii. 4. Plut. problem. 107.

Nunc cauſſam inſtituendorum ludorum [15] ab origine ſua repetam. [16] C. Sulpicio Betico, C. Licinio Stolone coss. intoleranda vis ortae peſtilentiae civitatem noſtram [17] à bellicoſis operibus revocatam, domeſtici atque inteſtini mali

8. *Subſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet*] Tres *poſuiſſet ſedens, ne ludos ſpectare.* & ſic Ed. Mog. quinque *poſuiſſe, ſedens vel jacens ludos ſpectare vellet.* Perizon. *ſedens ſive ludos.* Recte ſe habet quod editur, & ex formula veterum Senatusconſultorum & legum, in quibus ſolemne verbum, *volo.* Sic L. iv. 1. 1. *Ne quis magiſtratum civem Romanum adverſus provocationem verberare, aut necare vellet.* Sic in Senatusconſulto de Bacchanalibus, *Necquis Bacanal habuiſe velet.* Quod imitati ſunt homines urbani etiam in illo. *Ne quis Senatori novo curiam monſtrare velit.* apud Suet. in Jul. C. 80. & ſexcenties alibi.

9. *Ut ſcilicet remiſſioni ludorum juncta ſtandi virilitas propria Romanae gentis nota eſſet*] MS. omittit *juncta*, non male profecto, ſi legas *Remiſſione* vel *in remiſſione.* PERIZON. *Juncta* omittunt etiam undecim alii. Periz. *ut ſcilicet remiſſioni animorum ſtandi virilitas:* quomodo & Ed. Mog. Venetae vero cum Aldo, Aſcenſ. & ceteris. *Ut ſcilicet remiſſioni animorum injuncta ſtandi virilitas.* & huc alludit Leid. ſext. exhibens *invicta. Injuncta* dicitur quia Senatusconſulto juſſa erat, & impoſita. Vide Cl. Burman. ad Quintil. prooemium p. 5.

10. *Per quingentos autem & quinquaginta octo annos*] Vel ex hoc liquet, apud Livium Decados quartae Lib. iv. ſub finem, errorem haud parvum eſſe. Ubi ita inquit. *Ad quingenteſimum octavum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe.* Omiſſum verbum *quinquageſimum.* Ut in annotationibus noſtris in eundem ſcriptis prodidimus. Ceterum Valerius *Senatum in ludis Matri Deûm factis ſecretum à populo* dicit. Cum Livius in *Romanis ludis* hoc factum ſcribat. Fuere autem longe magnificentiores *Romani ludi* quam *Megaleſia*, ut alibi diximus. De *Livio* vero *Andronico*, cujus paulo poſt meminit Valerius, apud Ciceronem duobus in locis; centum erravit annis. Primùm in Bruto, ubi *quadringenteſimo decimo* anno legitur in Aldino codice & Lutetiano, pro *Quingenteſimo decimo.* Iterum in Tuſc. Quaeſt. prologo, idem error eſt de eodem, quod ob commentatores annotare placuit, qui identidem has ſymplegadas ingrediuntur. GLAREAN. Vide etiam, quos citat Daviſ. ad Cic. Tuſc. Quaeſt. ſed in Bruto C. 18. nunc editum videas, *quarto decimo & quingenteſimo.*

11. *Quinquaginta octo*] Sic quoque Liv. L. xxxiv. 54. Ubi vide Sigon. PERIZON. Harl. & Bit. prim. cum utroque Ultraj. Leid. quint. Ed. Mog. *quinquaginta & octo.* Voſſ. delet *octo.*

12. *Serranus*] Lib. Dan. *Sarranus.* Cum vulgata lectione facit Virgilius & Servius. COLER. Copeſ. *Attilius Seranus.* Barb. prim. *Attilius Geranius* Voſſ. *Attilius Scrinius, & L. Carbonius.* Ultraj. uterque *Serranus.* prim. *Stribonius.* Perizon. & Leid. quint. *Atilius Seranius.* deleto *i.* ſext. *Attilius Seronus.*

13. *Ludos Matri Deûm facientes*] Aedilium erat ludos edere. Ludi autem qui in honorem Matris Deûm fiebant, dicti *Megaleſia*, & *ludi Megalenſes*; eo quidem, quod Mater Deûm Cybele μεγάλη *magna* diceretur. Vide de ludis iſtis Livium l. xxix. ubi ipſa Mater Deûm & *Idaea* appellatur, quaque ratione Peſſinunte ex Phrygia deportata fuerit Romam, docetur. VORST.

14. *Superioris Africani*] MSS. quatuordecim *poſterioris*, cum Edd. Mog. & Ven. & ſic vetuſtos Codices habere notat Theophilus, addens, *Et ita legendum putabit, quicunque non indiligens eſt hiſtoriae temporumque.* Sed manifeſtus hic eſt error. Nam Auctor ejus rei fuit *P. Scipio Africanus ſuperior* iterum Conſul, ut ex Livio liquet.

15. *Ab origine ſua*] Voculam poſtremam omittit

mali cura afflixerat. [18] Jamque plus in exquiſito & novo cultu religionis, quam in ullo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaque placandi coeleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures praebuit, [19] ad id tempus [20] Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, [21] Conſualium nomine celebravit. Verum, ut eſt mos hominum, parvula initia pertinaci ſtudio proſequendi, [22] venerabilibus erga deos verbis juventus, rudi atque incompoſito motu corporum jocabunda, geſtus adjecit. [23] Eaque res [24] ludium ex Etruria arceſſendi cauſſam praebuit: cujus decora perni- Livius I.

mittit lib. Dan. Gloſſarium ab origine ἀπὸ λοιμοχαινογονίας. COLER.

16. *C. Sulpitio Petico*] Lib. Dan. *Betico*. Conſules L. Genutium & Q. Servilium. COLER. *Sulpicio Betico*. Pighius *Petico*. Sed antiquiores typis expreſſi omnes habent *Betico*. Nec aliter codices Brand. VORST. Duodecim noſtri habent *Betico*, ſeu *Bethico*, unus *Retico*. Sed in Fragmento Capitolino & Tabulis Graecis dicitur *Peticus*. apud Liv. L. VII. 2. *Paeticus*. Vide Pighii Annal. ad annum 389. pro *Stolone*. Tres *Scolone*. Duo *Cn*.

17. *A bellicoſis operibus*] Praefero Cauchianam lectionem, *A bellicis operibus*. Et rurſus poſtea, *Uſque ad id tempus*, pro *ad id tempus*. PIGH. *A bellicis operibus*. Ita Pighius ex cod. Cauchii. Aldus & alii ediderant *bellicoſis*. Nec aliter legitur in codd. Brand. Supra tamen II, 2, 9. noſter itidem, *bellicis operibus excellens*. VORST. *Bellicoſis* habent omnes noſtri, quare reſtitui. Leid. quint. *orta peſtilentiae*. Deinde duo, *poſitum operis*. Duo *opus*.

18. *Jamque*] Pro *jamque* Barb. prim. *Itaque*.

19. *Uſque*] Recte deeſt haec vocula in lib. Dan. COLER. *Ad id tempus*. Pighius ex cod. Cauchii edidit *uſque ad id tempus*. Verum antiquiores editiones omittunt *uſque*. Et abeſt quoque ea vox à codd. Brandeb. Neque novum eſt *uſque* in talibus non addi: meminique in Juſtino & aliis id ſaepiſſime obſervare. VORST. Spernunt eam vocem quoque viginti duo MSS. noſtri, & ſic quoque eradendum videbatur Regio apud Quintil. L. I. Inſt. 10. p. 109. Similiter etiam ante praepoſitionem *in*, ut apud Flor. praef. *à Romulo in Caeſarem Auguſtum*, ubi vide notas. & ſic noſter. L. II. 6. 7. *Inde Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpant diſciplinae gravitatem*. & L. II. 7. init. *Venio nunc ad praecipuum decus & ſtabilimentum Rom. Imperii, ſalutari perſeverantia ad hoc tempus ſincerum & incolume ſervatum*. Quae loca exemplari ſuo adſcripſerat Perizonius, ut & ipſum expellendum τὸ *uſque* cenſuiſſe ſatis liqueat. Vide etiam L. V. 9. 1.

20. *Circenſi ſpectaculo*] Intelliguntur ludi Circenſes, id eſt, qui in Circo fiebant. Erat autem *Circus* locus in orbem undique circumſeptus, ludis certaminibuſque equeſtribus deſtinatus. Livius VII, 2. *Circi modo ſpectaculum fuerat*, ſc. antequam ludi ſcenici inſtituerentur. VORST. Bit. prim. *Primo Romulus*.

21. *Conſualium nomine*] Vide Livium, Dionyſium, Florum, Feſtum, ſed praecipue Tertullianum lib. de Spectaculis & Prudentium contra Symmachum, Auguſtinum lib. IV. de civitate Dei. COLER. *Conſualium*. Livius I. 1. *Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolennes: Conſualia vocat*, Romulus puta. VORST.

22. *Venerabilibus erga Deos obſequiis juventus*] In manuſcriptis fere omnibus, *Erga deos verbis*, habetur: Et poſtea *geſtus adjecit*, non ut vulgo *dedit*. Profecto non inepte. Ait enim *juventutem addidiſſe verbis geſtus ad imitationem Ludionis Etruſci*. Idem dicit Livius VII. ita. *Imitari deinde eos juventus ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus coepere; nec abſoni à voce motus erant*. PIGH. *Venerabilibus erga Deos verbis juventus jocabunda geſtus adjecit*. Ita Pighius ex codd. MSS. cum Aldus & Chalcocondyles pro *verbis* edidiſſent *obſequiis*; & pro *adjecit*, *dedit*. Quomodo Pighius edidit, ita plane & codices Brand. habent. Ceterum *geſtus dare* diceretur ut *plauſum dare*, *ſtrepitum dare*. VORST. *Obſequiis* eſt in Voſſ. & uno Rem. Med. ſext. in Toll. *dedit*. Cum eo, quod edidit Pighius, conſentit Mog. ſed Venetae ſtant cum Aldo.

23. *Eaque res Ludium ex Etruria accerſendi cauſſam praebuit*] MS. *Eaque res Ludium Etruria accerſendi cauſſam praebuit*. Solet & ab aliis nonnunquam omitti praepoſitio ante regionum nomi-

pernicitas vetuſto [25] ex more Curetum Lydorumque, [26] à quibus Etruſci originem traxerunt, novitate grata Romanorum oculos permulſit. [27] Et quia ludius apud eos *Hiſtrio* appellabatur, [28] ſcenico nomen *Hiſtrionis* inditum eſt. Paulatim deinde ludicra ars [29] ad ſatyrarum modos perrepſit: à quibus primus omnium [30] poëta Livius ad fabularum argumenta [31] ſpectantium animos tranſtulit. [32] Iſque ſui operis actor, [33] cum ſaepius à populo revocatus vocem obtudiſſet, adhibito pueri & [34] tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit.

Ann. urb. 513. Cic. in Bruto 18. & Tuſc. I. I. Gell. XVII. 21.

nomina. *Athamania pulſum* Liv. L. XXXVI. C. 32. infra L. IV. C. 3. Ex. 5. *cum Italia Pyrrhum regem exegiſſet*. PERIZON. Delet praepoſitionem etiam Cod. Harlem.

24. *Ludium ex Etruria arceſſendi*] Ita uterque cod. Brand. non *accerſendi*, ut alii ediderunt. De ea vocis ſcriptione dictum jam ſup. ad II, 3, 2. Livius l. VII. *Ludiones ex Etruria acciti.* VORST. Pro *Ludium, Ludios* hic ſcribendum videtur, & infra ſtatim *quorum* pro *cujus*. GUYET. Meminerat credo à Livio dici *Ludios ex Etruria accitos*. Sed nullus MSS. huic emendationi favet. in MSS. ſeptemdecim, & Ed. Mog. invenio *cauſſam dedit*. *Ludium* dicit, ut paſſim *miles* pro *militibus*, & alia ſimilia.

25. *Ex more Curetum*] *Curetas* Oliverius facit populum Cretenſem, qui hoc canendi ſaltandique genus inveniſſe dicuntur. Quum fuerint tres, vel ut alii volunt, quatuor aut quinque cuſtodes Jovis. Qui ſaltandi genera quaedam inſtituerunt, nequaquam vero hoc ſcenicum genus. Vide Ill. Ez. Spanhemium ad Callim. Hym. in Jovem v. 52.

26. *A quibus Etruſci*] In multis codicibus ſcriptis eſt *Tuſci*.

27. *Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur, ſcaenico nomen hiſtrionis inditum eſt*] Quid ſi legatur *Hiſter*, quemadmodum habet Livius. *Quia Hiſter Tuſco verbo Ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum.* Quo loco reſtitue *hiſtrionis*, ut eſt in Valerio. Atqui Plutarchus in Problematis ab *Hiſtro* quodam ſic vocato ſcaenicos omnes, *hiſtriones* appellatos ſcribit. PIGH. *Hiſtrio*. An verius legam? *Hiſter*, voce Hetruſca. Ita Livius, ſed Plutarchus à quodam *Hiſtro* omnes *Hiſtriones* dictos autumat. Feſtus & Iſidorus *Hiſtrionis* nomen ex *Hiſtria* deducunt. Gloſſarium: *Hiſtrio* παντόμιμος. Pantomimus is, qui non tantum manibus, ſed toto corpore geſticulatur. Unde Tertul. lib. de Idolat. *Hiſtriones vero non manibus ſolis, ſed totis membris victum elaborare*. COLER. *Quia ludius apud eos Hiſtrio appellabatur*. Livius: *Accepta itaque res, ſaepiuſque uſurpando excitata, vernaculis artificibus, quia Hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum.* Unde Pighius & Colerus conjiciunt, apud Valerium quoque legendum *Hiſter*. De origine vocis alii aliter ſentiunt. Plutarchus ab *Hiſtro* quodam; Feſtus ab *Hiſtria Hiſtriones* dictos putat. VORST.

28. *Scenico nomen hiſtrionis inditum*] *Scenicus* eſt qui & *actor ſcenicus* dicitur. Suetonius Ner. *Non dubitavit etiam privatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare*. VORST.

29. *Ad Satyrarum modos perrexit*] Manuſcripti, *perrepſit*, pulchra metaphora à reptilibus, quae paulatim procedunt, ſumpta. Utitur vocabulo Columel. libro VIII. cap. 15. PIGH. *Satyrarum modos*. In Mſc. Colmarienſi; *Satyrarum mores*. COLER. *Ad ſatyrarum modos perrepſit*. Livius praed. l. *Qui non ſicut ante Feſcennino verſui ſimilem, incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant, ſed impletas modis ſatyras deſcripto jam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant*. *Perrepſit* reſtituit Pighius ex codd. MSS. cum in antiquioribus typis expreſſis eſſet *perrexit*: putatque elegantem metaphoram eſſe, qua ſignificetur paulatim ab uno ad alterum perventum fuiſſe. Et confirmatur lectio ea utroque etiam cod. Brand. VORST. *Perrexit* exſtat in novem noſtris MSS. Ultraj. primus *prorepſit*. Edd. omnes *perrexit*.

30. *Poëta Livius*] Andronicus dictus, Salinatoris libertus. de quo Agellius lib. XVII. cap. 21. COLER. *Poëta Livius*. Hujus Livius hiſtoricus l. d. mentionem facit, & iiſdem fere verbis quibus noſter. Dictus autem cognomine *Andronicus*. Fuitque Livii Salinatoris libertus: cujus fragmenta ab Henr. Stephano & aliis ſunt collecta. Vide de eo & Gellium XVII, 21. VORST.

31. *Spectantium oculos & animos*] Veteres libri omnes omittunt, *oculos &*. nec admodum requiruntur verba. PIGH. *Ad fabularum argumenta ſpectantium animos tranſtulit. Fabulae* hic ſunt

egit. [35] Attellani autem ab Oſcis acciti ſunt: quod genus delectationis Italica ſeveritate temperatum, ideoque [36] vacuum nota eſt. nam [37] neque tribu movetur, neque à militaribus ſtipendiis repellitur.

Et quia ceteri ludi ipſis appellationibus unde trahantur, apparet, non abſurdum videtur [38] Saecularibus initium ſuum, [39] cujus generis minus trita notitia eſt, reddere. Cum ingenti peſtilentia [40] Urbs agrique [41] vaſtarentur, [42] Va- 5. Feſt. in ſeculares. Zozim. L. II. Hiſt. Novae.

ſunt comoediae. Pro *ſpectantium animos* antiquiores typis expreſſi habent *ſpectantium oculos & animos.* Verum *oculos* Pighius expunxit, quod ab omnibus codd. MSS. id abeſſe videret. Et abeſt ſane à codd. quoque Brand. VORST. Abeſt etiam fere ab omnibus noſtris.

32. *Iſque ſui operis actor*] Undeviginti MSS. *auctor.* Leid. ſept. *actor*, ſed *u* eſt ſuperſcriptum. *Auctor* etiam Ed. Mog. Retinendum tamen omnino eſt *Actor.* Quoniam quam fabulam compoſuerat, eam quoque ipſe egit in ſcena.

33. *Cum ſaepius à populo revocatus*] Ad denuo agendum ſcilicet; quod adeo populo placuiſſet. VORST.

34. *Tibicinis concentu*] Similiter de Pylade Euſeb. N. 1995. ubi vide Scaligerum. PERIZON.

35. *Attellani*] Itidem ludiones; ab Attellis, oppido Campaniae acciti. Livius d. l. ubi de ſcenicis: & Livio Andronico agit, fabellarum quoque Attellanarum mentionem facit, & his quidem verbis: *Juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare coepit, quae inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Attellanis ſunt.* VORST.

36. *Vacuum nota*] Hiſtriones apud Romanos infames erant, ut jam ſupra ad I, I, 16. dictum: Attellani non item. Livius l. d. *Eo inſtitutum manet, ut actores Attellanarum nec tribu moveantur, & ſtipendia tanquam expertes artis ludicrae faciant.* VORST.

37. *Neque tribu movetur*] Idem tradit Livius lib. VII. Sed neque perſonam deponebant, ſi minus placerent, quod ceteros Hiſtriones facere, neceſſe erat, ut ſcribit Feſtus. lege *Auguſt. de Civit. Dei lib.* II. *c.* 27. *Arnobium lib.* VII. *Cic. in ſomnio Scipionis.* COLER.

38. *Saecularibus*] *Saeculares ludi*, qui ſingulis ſaeculis celebrabantur. De ſpatio *ſaeculi* autem diverſae ſententiae; ut Cenſorinus c. 17. l. de die nat. exponit. VORST.

39. *Cujus generis minus certa notitia eſt*] Imo vero ſaecularium ludorum (de iis loquitur) origo certa. meliuſque omnino libri priſci, *minus trita.* Satis firma quidem certaque traditio, at non adaeque vulgata. LIPS. *Minus certa.* Lego ex lib. Dan. audacter: *minus trita notitia.* minus trita elegantia, quales amat Val. Sed ita Lipſius quoque correxerat. COLER. *Cujus generis minus trita notitia eſt.* Pighius maluit *minus certa*; cum omnes antiquiores typis expreſſi habeant *minus trita.* Sed monuit Lipſius, ludorum ſaecularium originem ſatis quidem certam, verum non aeque tritam ac vulgatam fuiſſe: ac proinde ex priſcis libris legendum omnino *trita.* Sane non aliter unus quoque cod. Brand. & cod. P. Dan. quem Colerus inſpexit, habent. VORST. *Trita* quoque eſt in undecim noſtris, duo *inſtructa* habent, ceteri *certa.* Ita *certa* pro *trita* habent etiam duo Rem. L. II. 6. 17. *Humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius vacuum eſſe convenit.*

40. *Urbs atque agri*] Sic legendum puto. *Ereti* meminit Virg. L. VII. Aeneid.

Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuſcae.

Pro eo nomine Oliverius *fretum* legit. Quia, inquit, petentibus Tarentum ingrediendum erat mare Tyrrhenum. idem pro *vicum* legit *vicinum Sabinae regionis.* Porro genitivum *filiorum* pro *liberorum*, initio hujus hiſtoriae, & *filii* pro *liberi* ad finem ejuſdem dixiſſe videtur Valerius. GLAREAN.

41. *Urbs antiqua agrique vaſtarentur*] Bene Glareanus, *Urbs atque agri* correxit; manuſcripti libri omnes fere legunt, *Urbs agrique vaſtarentur.* non male. PIGH. Et diu ante Glareanum notavit Theophilus. Vetuſti codices *antiqua* verbum non habent, ergo vel eradendum eſt vel emendandum eſt *Atque.* Ut non Roma ſolum, ſed proximi quoque fines ejus, morbi contagione eſſent impliciti. Quibus ſubjungit Anton. Lenas. *Haec à Minutiano reperta ſibi jactabunda cornicula vindicavit.* Ceterum *urbs agrique* habet Ed. Mog. Veneta vero 1478. *Urbis antiqua, agrique. Urbs agrique* nititur auctoritate noſtrorum omnium Codicum.

42. *Valeſius vir locuples*] Hunc Zoſimus inde

[42] Valeſius vir locuples, ruſticae vitae, duobus filiis & filia ad deſperationem uſque medicorum laborantibus, aquam calidam iis à foco petens, [43] genibus nixus, Lares familiares, *ut puerorum periculum in ipſius caput transferrent*, oravit. Orta deinde vox eſt, [44] *habiturum eos ſalvos*, [45] *ſi continuo flumine Tiberi devectos* [46] *Tarentum* [47] *deportaſſet*, *ibique ex Ditis patris*, *& Proſerpinae ara*. [48] *petita calda*, *recreaſſet*. [49] Eo praedicto magnopere confuſus, quod & longa & periculoſa navigatio imperabatur; [50] ſpe tamen dubia praeſentem metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit, ([51] habitabat enim in villa ſua

de *Manium Valerium Tarentinum* dictum ait, ſed lege *Terentinum*. PERIZON. Ultraj. prim. *Ruſticae vitaeque plebeae*. *Medicorum* delet unus Rem. *Aquam calidam iis à foco petens*, deſunt in Voſſiano.

43. *Genibus nixus*] Sic Ed. Mog. ceterae fere *innixus* contra MSS. propemodum omnium conſenſum. Sic enim ſolus Harl. unus atque alter *fixus*. Pro *Lares familiares* Ultraj. prim. *Lares Deos*. Quidam delent *eſt* poſt *vox*.

44. *Habiturum eos ſalvos*] Leid. ſec. *habituros*: unde quis hoc ſolo uſus MS. conjiceret forſan *abituros*. Sed non placet.

45. *Si continuo flumine Tiberis devectos*] Duodecim MSS. *Flumine Tiberi*. & ſic Ed. Mog.

46. *Terentum*] Lib. Dan. *Tarentum*. Male item. Terentum Ovidius vocat, & Martialis libro x.

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.

Eidem Terentos lib. I.

Coepit, Maxime, Pana quae ſolebat,
Nunc oſtendere Canium Terentos.

Lib. IV. Epigram. I.

Et quae Romulius ſacra Terentus habet.

Auſonius:

Tria Terentino celebrata trinoctia ludo.

Errat igitur vir magnus Ludovicus Vives, idemque doctiſſimus & eloquentiſſimus Hiſpanorum, qui civitatem *Tarentum* pro *Terento* illo in campo Martio accipit, terſiſſimis illis commentariis ad Auguſtinum de Civit. Dei. Feſtus: *Terentus locus in campo Martio* &c. COLER. Confer quae notavit J. Rutgerſius L. IV. C. 10. ubi itidem *Terentum* emendat, probante Gudio. Et ſic olim ediderant Mediolanenſes, atque item Aldus. MSS. *Tarentum* ſervant. Ultraj. uterque *Tirentum*. Sed vide quae infra notavimus.

47. *Deportaſſet*] MSS. Quindecim *portaſſet*, cum Edd. antiquis; nec diſplicet.

48. *Petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſſet*] In Campenſi rectiſſime, *Petita calda recreaſſet*. Reliqua omittuntur, & videntur è ſcholiis marginalibus inſerta ab imperito quopiam; nam in aliis manuſcriptis aeque non habentur, ſed in his pro *calda*, ſupponitur, *aqua*, quae interpretatio vocabuli vetuſti tota ſe inſinuavit textui Valeriano. Nobis antiquam atque elegantem illam dictionem Valerio reddere viſum eſt, qua item utuntur veteres auctores frequenter, ut Mart.

Frigida non deerit, non deerit calda petenti.

Oraculi ejuſdem verba ſic leguntur apud Zoſimum Hiſtoriarum II. *ἀπάγειν εἰς τάραντ' ἐγκελευομένης τὰ τέκνα κακεῖσε θερμὸν αὐτὰ τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ, ἐπὶ τοῦ ἄδου καὶ περσεφόνης ἐσχάρας τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν.* PIGH. *Petita calda recreaſſet*. Ita Pighius ex cod. Campenſi. At Aldus & Chalcocondyles ediderant, *Petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſſet*. Sane *aquam calidam* plene & paulo ante dixit. Codices Brandeb. habent modo *petita aqua recreaſſet*: quomodo & Pighius in quibuſd. codd. reperit. VORST. Ut Codd. Brand. ſic habent quoque Barb. uterque, duo Rem. quat. Med. uterque Ultraj. Copeſ. cum tribus Leid. & Periz. *petita aqua calida quam illi deſiderant*. Harl. Voſſ. Leid. ſext. *deſiderarant*. Bit. prim. Med. ſec. & quint. cum Brand. conſentit edit. Mog. cum Harl. Venetae.

49. *Eo praedicto magnopere confuſus*] *Praedictum* pro vaticinio: & *confuſus* pro perturbato; qui vocabuli uſus apud noſtrum non infrequens eſt. Et egimus de eo fuſius in cap. 17. libri de Latinit. mer. ſuſp. VORST. Quatuor MSS. *Eo dicto*. Leid. ſext. *ex praedicto*. de verbo *confuſus*, vide Cl. Burman. ad Val. Flac. L. I. v. 29. Liv. L. I. 7. *Confuſus atque incertus animi*. L. XXXIV. 5. *Manare omnibus gaudio lacrimae, adeo ut ipſum quoque confunderent dicentem.*

50. *Spe*

ſua [52] propter vicum Sabinae regionis Eretum) ac lintre Oſtiam petens, nocte concubia ad Martium campum appulit. Sitientibuſque aegris [53] ſuccurrere cupiens, igne in navigio non ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum. Et ab eo juſſus egredi [54] Terentum (id ei loco nomen eſt) cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo unde [55] fumus erat obortus, jam laetior pertulit, [56] divinitus dati remedii quaſi veſtigia quaedam in propinquo nactum ſe exiſtimans: inque ſolo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis

levi-

50. *Spe tamen dubia praeſentem metum vincente*] MS. *ſpem tamen dubiam praeſente metu vincente.* hoc ſenſu. Praeſente & magno metu pro liberis graviſſimo morbo implicitis expugnabat & vincebat dubitationem illius ſpei, licet ſpes eſſet dubia, tamen vincebatur à majori metu. Sic Liv. L. XXVII. 35, *Vinci ſuam temperantiam Romana cupiditate paſſurum Regem.* PERIZON. Harl. *ſpem inde dubiam praeſente metu vincente.* Leid. ſec. *Spe tamen dubia praeſente metu vincente.* cum Copeſ. conſentiunt Ultraj. prim. & Periz. Vatic. prim. & uterque Barber. Leid. ſept. habet, *Spe tamen dubia praeſentem metum vincente*, ſed prius fuiſſe *ſpem dubiam*, eraſis poſterioribus literis liquido apparebat. Si vulgatum retineas, quod faciendum reor, hic ſenſus erit. Tamen cum ſpes reſtituendi ſuis valetudinem, licet dubia, eſſet efficacior quam praeſens & certus metus longae & periculoſae navigationis, quae imperabatur.

51. *Habitabat enim in villa ſua*] Illud *ſua* additium videtur. COLER. Negant MSS. ſi Med. quintum excipias.

52. *Prope vicum Sabinae regionis Heretum*] In Atrebatenſi correcte, *Propter vicum Sabinae regionis Eretum.* Sic Ovidius, *Propter humum volitant.* Et Terentius Adelphis, *Hic propter hunc aſſiſte.* Ereti meminit Virgilius Aeneid. VII. Stephano Ἤρητος dicitur, Dionyſio & Straboni *Eretum.* PIGH. *Eretum.* Male in libro Dan. *Fretum* ſcribitur. Servius: *Eretum opidum eſt dictum à Junone id eſt* Ἥρας *quae illic colitur.* COLER. *Propter vicum Eretum.* Ita Pighius ex cod. Atrebatenſi. Nec aliter codd. Brandeb. Alii modo habent *prope vicum. Ereti* mentionem & Virgilius facit l. VII. Aen. Stephano eſt Ἤρητος. Servius ad Virgilium ait oppidum ita dictum eſſe à Junone, quae ibi culta fuerit. Haec quidem Graece Ἥρα vocatur. VORST. Ut Pighius emendat, ita dudum ante reſtituit M. Ant. Sabellicus dicens. In nullum adhuc Valerii exemplarium incidimus, quod non *fretum* haberet, ſed quo pacto id fieri poſſit, ut Sabini agri villa vicina eſſet freto, cum Sabina tota mediterranea ſit, qui vitioſe locum hunc legere perſeverarunt, ipſi, ſi poſſunt, dicant. Ego quod ex Strabone & Livio didici, haud cunctanter affirmare poſſum, *Eretum* non *fretum* Sabinae regionis celebrem fuiſſe locum Tiberi proximum, de quo haud dubie videtur mihi Valerius ſcribere. Intendant igitur illi animum videantque, ne quod diligentiſſimus auctor *Eretum* ſcripſit, recentiorum inſcitia uno duntaxat elemento inverſo, *Fretum*, ut caecum eſſet multis offenſaculum, fecerit. Haec ille. Meminit *Ereti* Liv. L. XXVI. 11. ubi vide Sigonium. PERIZON. In Editione Mediolanenſi ſic notat Theophilus. Hoc animadvertere oportet multas in Etruria civitates iis, quae in Latio referuntur, haberi cognomines: ut *Ferentinum*, etiamſi Ptolemaeus *Ferentium*, Strabo tamen *Ferentinum* utrumque. In Tuſcis *Ferentini*, potius in Latio *Ferentinates* dicuntur; de quibus ipſe Plinius: ut in Stephano *Ferentani* & *Ferentii*, non tamen à *Ferentio Ferentinove*, ſed à *Ferento* Sabinorum oppido aut Samnitum, de quo Halicarnaſſeus Dionyſius XVII. Hiſtoriarum, ut hoc fortaſſe illud ſit de quo Valerius. *Habitabat* (inquit ſecundo Libro) *in villa ſua prope vicinum Sabinae regionis Ferentum*, etiamſi corrupte *fretum* legitur. Non ſum neſcius *Eretum* id à quibuſdam ſcribi ex Strabone Livioque. Nec improbo. *Tibur*, inquit Strabo, *&* *Eretum vici potius, quam oppida.* Idem paulo poſt *via*, inquit, *Salaria, in quam & Nomentana coincidit, ubi Sabinorum vicus ſupra Tiberim Eretum nomine.* Antonius (L. Antoninus) quoque, *Ab urbe*, inquit, *Eretum diſtat duodeviginti MP.* Dionyſius, *Eretum*, inquit, *Sabinorum fuit oppidum.* Virg. *Ereti manus omnis Oliviferaeque Mutiſcae.* Porro *Eretum* is videtur locus eſſe, qui *mons Eretum*, & corrupta vulgo di-

V ctione

levibus, & 57 quae fors obtulerat 58 nutrimentis, 59 pertinaci ſpiritu flammam evomuit, 60 calefactamque aquam pueris bibendam dedit. 61 Qua potata 62 ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati; patrique indicaverunt, 63 *vidiſſe ſe in ſomnis*, 64 *neſcio à quo deorum ſpongia ſua corpora* 65 *pertergi, & praecipi, ut ad Ditis patris & Proſerpinae aram, à qua fuerat potio*

ctione *Mons Rotundus* vocatur. Haec Hermolaus. Non dubito, quin recte Viri docti reſtituerint *Eretum*, monendum tamen in viginti & duobus noſtris MSS. extare *fretum*, in duob. *fletum*, in duodecim *vicinum*, & in totidem *prope*. Ed. Mog. *propter vicinum Sabinae regionis fretum*, & ſic Ven. ſed hae pro *propter* habent *prope*. MS. Voſſ. locum totum ita conſtituit. *Propter vicum Sabinae regionis, & nocte concubia ad campum Martium appulit lintre hoſtiam petens.* Ald. & Aſcenſ. *Heretum.* *Hoſtiam* ſex MSS. cum aliquot Editis.

53. *Succurrere*] Liber Daniel. *Subvenire.* quod in contextum ex ora etiam editionis Pigh. recipiendum pridem arbitrabar. Gloſſae vett. Graeco Lat. *Subvenire* βονθῆσαι. COLER. *Succurrere cupiens.* Liber P. Dan. ut Colerus teſtatur, *ſubvenire.* Quod idem & in aliis codd. legit Pighius. VORST. Vulgatum tuentur noſtri tam ſcripti quam editi. Duo Rem. *ſitientibus, qui aegris.*

54. *Terentum*] Feſtus: *Terentum locus in campo Martio dictus*. Mentio ejus & apud Poëtas, Ovidium, Martialem, Auſonium, ut Colerus notavit. Vide & Rutgerſii Var. Lect. IV, 10. ubi notat in quibuſdam codd. perperam eſſe *Tarentum.* VORST. Ut ſupra ita & hic conſtant ſibi MSS. exhibentes *Terentum.*

55. *Fumus erat obortus*] Tres MSS. cum Ven. Ed. *abortus.* Lat. Latinius *unde fumum erat obtuitus*, notante Perizonio.

56. *Divinituſque dati remedii quaſi veſtigia quaedam &c.*] Cur *quaſi veſtigia quaedam*? Certe ſi vox illa juſſit eos deportare *Terentum*, non jam veſtigia quaedam nactus erat, ſed rem ipſam, ad ipſum enim, qui deſignatus erat vaticinio, devenerat locum. Quare exiſtimo priore loco ſcribendum omnino eſſe *Tarentum*, ſic enim intellexerat ille aegrorum pater, & inde longam & periculoſam navigationem ſibi imperari crediderat. Jam vero cum *Terenti* audit nomen adeo congruum ei, quod audiverat, ex illius nominis veſtigiis apprehendit omen, & in ſpem venit, hic ſuorum ſalutis recuperandae.

57. *Quae fors obtulerat*] Aliquot MSS. cum pleriſque Edd. ante Pighium, *Quae ſors obtulerat*, ſcribunt, quae ſaepe fuiſſe confuſa notiſſimum eſt. Hic tamen omnino *fors* retinendum. Horat. L. I. Sat. I. v. I.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illa
Contentus vivat.

Ubi vide Lambin. & Burm. ad Val. Flac. L. I. 478.

58. *Nutrimentis*] Unus Rem. *Foci nutrimentis.* Virg.

——— ——— *atque arida circum*
Nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.

Noſter infra L. III. 2. Ext. 7. *Vicum ſuum, qui in ea urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis undique nutrimentis ignis incendit.* L. VI. 6. Ext. I. *Undique circumdatis accenſiſque ignis nutrimentis.* GUDIUS.

59. *Pertinaci ſpiritu flammam emovit*] Optime. & paullo poſt, *Qua pota*, legendum; non *Qua potata.* PIGH. *Pertinaci ſpiritu flammam evomuit.* Pighius ex cod. Campenſi legendum putat *emovit.* Sed alteram lectionem antiquiores typis expreſſi, itemque MSS. Brand. habent. VORST. Septemdecim MSS. noſtri faciunt cum Brand. ſeptem vero inter quos quinque Med. primus Barb. & Voſſ. videntur habere *emovit.* inſolens ſane utrumque eſt. quo exemplo enim probabitur, *hominem dici evomere flammam pertinaci ſpiritu*? qui illam pertinaci flatu elicit ex ignis nutrimentis. quare magis quidem placet *emovit:* ſed & hoc verbum potius ſignificat *loco movere, expellere*, quam *producere, excitare.* ut Hor. L. II. Sat. 3. 28.

Emovit veterem morbum mire novus.

L. IV. Ode 15.

——— ——— *emovitque culpas,*
Et veteres revocavit artes.

Ubi vide Lambinum. Expende ergo an praeſtet legere *flammam evocavit.* Ut Sen. in Hippol. v. 12.

Zephyrus vernas evocat herbas.

Sil. Ital. L. VII. v. 501.

Non

tio ipſis allata, [66] *furvae hoſtiae immolarentur*, [67] *lectiſterniaque & ludi nocturni fierent*. Is, quod eo loci nullam aram viderat, deſiderari credens, [68] ut à ſe conſtrueretur, aram empturus in Urbem perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia terram ad ſolidum foderent. Hi domini imperium exſequen-

Non aliter, quam qui ſparſa per ſtagna profundi,
Evocat è liquidis piſcem penetralibus eſca.

Et notum eſt compoſita à verbo *vocare*, ſaepiſſime ad facta transferri. ut *revocare alicui manus poſt tergum*, *crines à vertice*, & ſimilia.

60. *Calefactam aquam pueris bibendam dedit*] MS. *detulit*. Rectius. PERIZON. Sic quoque Bit. prim. Leid. ſec. Periz. cum Codice Tollii, qui hoc notandum addiderat; & merito.

61. *Quâ potatâ*] Sic reſtitui ſecutus auctoritatem viginti MSS. & Edd. omnium. Potuit enim plus ſemel repeti illa potio, antequam illi ſalutari quiete ſopirentur. Pighius & ceteri poſt eum ediderant *pota*.

62. *Salutari quiete ſopiti*] Vatic. prim. Copeſ. Barb. prim. ſed ab alia manu, Leid. ſext. in marg. *potiti*. Vulgatum placet.

63. *Vidiſſe ſe in ſomnis*] Ita recte Aldus. At Pighius hic rurſus habet *in ſomniis*. De qua locutione quid ſentiendum, diximus ſupra in Notis ad I, 7. ext. 8. & 10. Alteram illam, quae vera eſt, habent & codd. Brand. VORST. *Somnis* habent Harl. Voſſ. Leid. quint. ſept. Periz. Ultraj. uterque Ed. Mog.

64. *Vidiſſe ſe in ſomnis, quos neſcio deorum*] Libri duo è meis: *in ſomnis à neſcio quo deorum*. ſtatimque *praetergi*, &, *praecipi*. Recte, ut opinor. certe ad Zoſimi mentem, qui lib. II. *unum aliquem magnum virum & divinam formam praeferentem*, apparuiſſe vult: non, ut vulgata Valeriana lectio ſuadet, plures. LIPS. *Quos neſcio Deorum*. Lib. Venetus: *A neſcio quo Deorum*. pro qua Zoſimus ſtat libro II. Hiſtoriae novae. COLER. *A quo neſcio Deorum corpora ſua pertergi, ac praecipi*. Ita omnino legendum; non, ut Pighius vult, *Quos neſcio Deorum corp. ſua pertergere ac praecipere*. Habent ita veteres typis expreſſi, & uterque cod. MS. Brand. Et confirmatur haec lectio à Lipſio verbis Zoſimi, qui non plurium, ſed unius, qui pueris in ſomnis apparuerit, mentionem facit. VORST. Ne dubites, ita quoque omnes mei habent MSS. quare mirari ſatis non poſſum quid Pighio in mentem venerit, ut hoc ita tacite mutaret, ne quidem unius MS. mentione facta. Vide & Modium Novant. Epiſt. 96.

65. *Pertergi & praecipi*] In manuſcriptis melius, *Pertergere & praecipere*. Et deinde, *Lectiſternia ludique*. PIGH. *Pertergi & praecipi*. Ita edit. Veneta. Conſentiunt Lipſius, Modius, & ego quoque mirifice. COLER. MSS. major pars *pertergi & praecipi*. Ultraj. prim. Harl. unus Rem. *pertergeri*. *Detergeri* Voſſ. cum uno Rem. Leid. ſec. *retergeri*. Forſan haud damnandum τὸ *pertergeri*, ut eſt hoc verbum ſaepe ſecundae conjugationis. Vide Torrent. ad Horat. L. I. 7. 15. in MS. Baſ. erat teſte Klokkio. *Vidiſſe ſe in ſomnis à neſcio quo Deorum viſcera ſua praeterqui & praecipi*. Aliquot MSS. *ſpongea*.

66. *Furvae hoſtiae*] Feſtus: *Furvum bovem, id eſt, nigrum immolabant Averno*. COLER. *Furvae hoſtiae*. Exponit ipſe Valerius, quod paulo poſt dicit, *Hoſtias nigras, quae antiquitus furvae dicebantur*. Feſtus quoque: *Furvum bovem, id eſt, nigrum, immolabant Averno*. VORST. Eſt nimirum crebra haec vox & quaſi propria poëtis, ubi ſermo eſt de rebus inferorum, ut pluribus exemplis docet Broukhuſ. ad L. IV. 11. 3.

67. *Lectiſternia*] Eorum frequens mentio apud Livium. Ut XXII, 10. *Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, decemviris ſacrorum curantibus; & pulvinaria in conſpectu fuere: Jovi & Junoni unum, alterum Neptuno & Minervae* &c. Nimirum Diis lectos ſternebant, in quibus accumberent; tumque cibos apponebant. VORST. Multi MSS. habent *Lectiſterniaque & ludi*, quod praeferunt etiam omnes ante Pighium editiones, & ſic ſtatim poſt ſequitur eodem modo in MSS. pleriſque & Edd. omnibus *ludoſque & lectiſternia*. Quod mutari non oportuerat, quum nemo Valerium legens non animadvertat, quantopere amet illam conjunctionum copiam.

68. *Ut à ſe conſtrueretur*] Quatuordecim MSS. cum Ed. Mog. *conſtrueretur* praeferunt, & mox unus Rem. *conſtruendorum*. Cop. omittit *terram*, pro *empturus* duo Rem. *epictus*. Voſſ. *hi deinde imperium obſequentes*. Tres *hii*, vel *ii*.

69. *Ad viginti pedum altitudinem*] Alta haec foſſio. Verius fuerit *denum pedum*. LIPS. *Ad*

ſequentes, 69 cum ad XX pedum altitudinem humo egeſta perveniſſent, animadverterunt aram Diti patri, Proſerpinaeque inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius nuntiante ſervo accepit, 70 omiſſo emendae arae propoſito, hoſtias nigras, quae antiquitus *furvae* dicebantur, 71 Terenti immolavit: ludoſque & lectiſternia, continuis tribus noctibus, 72 quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

Ann. urb. 249. Plutarch. Cenſorinus.

Cujus exemplum 73 Valerius Poplicola, qui primus conſul fuit, ſtudio ſuccur-

XX pedum altitudinem. Foſſio ea nimis alta videtur Lipſio: qui & propterea legendum putat *decem pedum.* VORST. MSS. tuentur vulgatum, & quamvis alta videri poſſit foſſio, tamen in re miraculi cujuſdam plena illa nimis alta cenſeri non debet, cum potius illa ipſum augeat miraculum.

70. *Omiſſo emendae propoſito*] In Atrebatenſi aliiſque, *emendae arae propoſito.* Idque apertius. PIGH. *Omiſſo emendae arae propoſito.* Forte *Erigendae.* GUDIUS. Cum ſupra dixerit illum *Aram empturum in urbem perrexiſſe*, nihil mutandum puto. Tò *Arae*, quod addidit ex Atrebatenſi aliiſque Pighius, noſtris fere omnibus confirmatur.

71. *Terenti immolavit*] Mire in hoc verbo laboravit Guyetus, qui vix potuit ſe expedire, poſt alia atque alia obelo transfixa hanc tandem ſuam reliquens opinionem. *Terenti* hic eſt genitivi caſus pro *Terento*, ſic *Aegypti* pro *in Aegypto* apud Corn. Nepotem. *Terenti* pro *in loco Terenti*, *Aegypti* pro *in terra Aegypti. Immolavit hoſtias nigras* ſubintellige igitur *Plutoni in Terento.*

72. *Quia totidem filii*] Lib. Colmarienſis: *totidem liberi.* Rectius, meo animo. Fuerunt enim duo filii & una filia. COLER. *Quia totidem filii periculo liberati.* Obſervavit Colerus, Colmarienſem librum habere *totidem liberi:* idque ei rectius videtur; quod duos filios & unam filiam fuiſſe ex ſuperioribus appareat. VORST. *Liberi* placebat etiam Guyeto, & exſtat hoc in tribus Rem. invenit etiam in ſuo MS. Pontanus. Leid. quint. *pueri.* Sed potuit *filiorum* nomine comprehendiſſe & *filiam*, quomodo per *reges* Livius L. 1. 39. intelligit *regem & reginam.* Vide ibi J. Fr. Gronovium, ut & Bentlejum ad Horat. L. 1. S. 1. 100.

73. *Valerius Poplicola*] Multi MSS. cum editionibus ante Pighium *Publicola.* Deinde magno numero *bobus.* Et ſic quoque Edd.

74. *Trinoctio*] Auſon. in Grypho ternario v. 34.

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. THEOPHIL. Vide ibi Vinetum.

75. *Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta laetitia eſt*] Quamvis nulli accedant manuſcriptorum librorum calculi; pro *laetitia* tamen repono *lautitia.* vim namque dictionis non intellexerunt ſcioli, qui illam mutarunt. Non enim ſolummodo *lautitia* eſt in epulis, verum etiam in omni cultu atque apparatu vitae, quam Graeci πολυτέλειαν appellant. Sic Q. Hortenſius orator apud Nonium, *Quaecunque ſit lautitia, cui victum elegantem magnifice, neque minus quam deceret, colere inſtituiſſent.* Sic *lautos* vocat Verris comites Cicero Actione II. hoc eſt, ſplendidos ac ſumptuoſos. Appoſitiſſime igitur Valerius noſter *lautitiam* dicit ludorum; narrare volens breviter ac ſuccincte quinam Romanorum ludis ſuis ſolito majores ſumptus, profuſioremque magnificentiam adjecerint. Nec aliter ipſe poſtea, ubi de Spartanis lege Lycurgi ab Aſia exulantibus. Audierat enim *lautitiam* inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſariae voluptatis genera fluxiſſe. Atqui Valerio familiare eſt vocabulum, *lautitia*, item *lautus.* PIGH. *Religionem ludorum ſecuta lautitia eſt.* Aldus & alii ediderant *ſecuta laetitia eſt.* Neque aliter in codd. MSS. Brand. eſt. Pighius tamen pro *laetitia* audacter reſcripſit *lautitia*; quamvis in nullo MS. id reperiret. Chalcocondyles etſi in textu retinuit *laetitia*, in Notis tamen de *lautitia* ſcribit, dicitque magnificentiam convivii & elegantiam eſſe. In uno quoque cod. Brandeb. diverſa manu manifeſte ſcriptum, inque vetere edit. Mart. Herbip. typis expreſſum video *lautitia.* Eſt autem non in epulis ſolum, ſed in omni cultu atque apparatu vitae: ut idem fere ſit quod ſplendor, magnificentia. Vide & infra II, 6, 1. Cicero II. in Verr. comites Verris *lautos*, id eſt ſplendidos & ſumptuoſos vocat. VORST. *Lautitia* ſic emendatum invenio ipſe in Perizon. & credo ita exſtitiſſe ſcriptum in ſeptem Gudianis; nam de ceteris notatur habere eos *laeti-*

currendi civibus, ſecutus, apud eandem aram publice nuncupatis votis, caeſiſque atris bubus, Diti maribus, feminis Proſerpinae, lectiſternioque, ac ludis [74] trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.

[75] Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lautitia eſt. Ejus inſtinctu 6.
[76] Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum Ann. urb. 675. Plin. xix. 1.
[77] velorum umbraculis texit. [78] Cn. Pompejus ante omnes [79] aquae per ſemi- Ann. urb. 688. Cic. in L. Piſ. Paedianus.
tas decurſu, aeſtivum minuit fervorem. [80] C. Pulcher ſcenam varietate colorum Ann. urb. 654. Plin. xxxv, 4.

laetitia, quod eſt etiam in ceteris Leidenſ. & utroque Ultraj. *Lautitia* vero edidit etiam Aldus & Aſcenſius, & notavit Oliverius. *Lautitia* proprie dicitur magnificentia convivii & elegantia, unde etiam *munditias* dicimus *lautitiam*, quibus in conviviis uti conſueverunt, à *lavo*, *lotum* vel *lautum*. hic accipit pro magnificentia. Haec ille. De aedificiorum magnificentia uſurpat ipſe L. IX. 1. 4. *Quoniam inchoatam à ſe lautitiam poſteris relinquere, quam à majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.* & L. IV. 4. 3. *Sed eo lautior Fabricius, quod patellam ſuam corneo pediculo ſuſtineri voluit.*

76. *Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam*] Quod ad univerſam Romanam hiſtoriam attinet hic annotare placuit, ne identidèm ea repetere ſit neceſſe, quamquam obiter ſaepe rurſus eadem dicerentur. Cum à primi belli Punici anno primo, uſque ad ſextum Auguſti, quo cum Antonio rexit, annum, in conſulatu Romano fuerint undecim Claudii Pulchri, octo quidem Appii praenomine, tres Publii; item tres Catuli, eodem magiſtratu, (de Fabiis ac Scipionibus antea conqueſti ſumus) mirum de quo hic Catulo, de quo Claudio Pulchro loquatur auctor, cum hiſtoriae hae diverſis aetatibus actae, ipſi etiam diverſiſſimis temporibus vixerint. De Scauris eadem eſt querela. Di perdant ſceleſtam illam ambitionem, & plane Deus perdidit. Graecis objicitur, quod quadriennio victoris Olympiaci nomen, tamquam & ipſum ſingulis Olympiadum initiis praefixerint: & Romanis ſingulis annis bina in conſulatu ac cenſura, quaterna in praetura laudi ſcilicet dabimus? Credo Hercule ne ipſis quidem auctoribus ſemper ea nota fuiſſe, ſed ob familiarum faſtum omittere non auſos. Nam utut rhetoricemur defenſionemve paremus, tanta cognominum negligentia culpa non vacabit. Sed hoc ſit ſatis hic de Q. Catulo, Cl. Pulchro, ac M. Scauro. Commentatores ſaepe addunt, quae nihil ad rem; ſaepe ſilent: quod honeſtius quidem faciunt, quam dicendo infantiam ſuam prodant. GLAREAN.

77. *Velorum umbraculis*] Hoc opus Q. Catuli, cum capitolium dedicaret, ut ſcribit Plinius. Servius: *Scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatri ſcena parietem non habebat: ſed de frondibus umbracula quaerebant.* COLER. Prop. L. IV. 1. 15.

Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro,

Ovid. L. I. de Arte Amandi 103.

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro,
Nec fuerant liquido pulpita rubra Croco.

Lucret. L. IV. 73.

Et volgo faciunt id lutea, ruſſaque vela,
Et ferrugina, cum magnis intenta theatris
Per malos volgata trabeſque nutantia flutant.

Videndus & Marcellus Donatus ad Liv. L. XXXIX. 7. Vide & Valeſium ad Ammian. Marcel. L. XIV. 6. & Plin. L. XXVIII. 2. De ſpectatoribus Olympiae ſolis fervori expoſitis Aelian. L. XIV. V. H. 18. PERIZON.

78. *Cneus Pompejus*] Noto hoc de Pompejo: quia ſcriptum alibi haud facile reperias. Hinc etiam Circi irrigatio, de qua Frontinus. COLER.

79. *Aquae per ſemitas decurſu aeſtivum minuit calorem*] Aquae per fiſtulas aut tubos, in circum, theatra, aliaque loca immittebantur. Statius Silv. I. *Emiſſas per cuncta cubilia lymphas.* Dicebantur autem iſtiuſmodi aquarum reciprocationes *Euripi.* Vide Brod. V. Miſc. 6. VORST.

80. *Claudius Pulcher ſcaenam varietate*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi & Suſiano, *Cl. Pulcher*, in Campenſi *C. Pulcher.* Recte. Patruus enim fuit P. Clodii, de cujus ornatiſſima aedilitate vide quae nos in magiſtratuum annalibus. Et ſane duo fuerunt fratres Claudii Pulchri ludorum magnificentia ambo celebres, quorum meminit Cicero Offic. II. & de Aruſpicum reſpon. PIGH. Vide Cic. L. IV. in Verr. C. 3. 34. 59. PERIZON. Harl. *Claudius Lucius Pulcher.*

Ann. urb. 684. Plin. XXXIII. 3. Ann. urb. 674. Plin. XXXV. 4.

rum adumbravit, [81] vacuis ante pictura tabulis extentam. [82] Quam totam argento C. Antonius, [83] auro Petrejus, ebore Q. Catulus praetexuit. [84] Verſatilem fecerunt Luculli. [85] Argentatis [86] choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.

cher. Voſſ. *Clodius Pulcher.* Leid. quint. & Copeſ *Claudius.* Ultraj. ſec. *Lucius Pulcher.* Cum Campenſi facit Leid. ſext.

81. *Vacuis ante*] Praefero ſcripturam lib. Daniel. *Vacuis ante picturam tabulis extentis*, id eſt, vacuis pictura tabulis extentis. COLER. An *contentam?* GUYET. Non adſtipulantur reliqui.

82. *Quam totam argento*] Fuit & *argentea ſcena* Murenae. Cic. pro Mur. C. 19. PERIZON.

83. *Auro Petrejus*] Alexander ab Alexandro lib. v. cap. 16. hunc locum Valerii deſcribens legit *auro Trebonius.* Vetus commentator Valerii annotavit in vett. exemplaribus ſcriptum fuiſſe *P. Cethegus.* & in altero *P. Retejus.* Mihi placet vulgata lectio. De Antonio Cicero pro Muraena. COLER. Harlem. *Auro Publius Cethegus.* Bit. prim. *Auro P. Petenis.* Leid. quint. *P. Reteius.* ſex. *Pretejus.*

84. *Verſatilem fecerunt Lucius & Cinna*] *L. Cinna* intelligitur: *Lucius & Cinna* minime. Quis enim Latinorum inter praenomen & cognomen conjunctionem interpoſuerit? Hic alter commentatorum de *Verſatili ſcena* multa: Alter *Lucius*, inquit, *& Cinna* fecerunt *locum verſatilem.* Quis *Lucius* cum *L. Cinna* fuerit Cos. explicare debebant. Sed locus eſt corruptus, quem ego nunc ſanare non poſſum. GLAREAN. Per priorem alterum Badium intelligit, poſterior eſt Oliverius.

85. *Verſatilem fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis*] Contaminatiſſimus eſt locus hic atque foede puerilibus interpretamentis conſpurcatus, quem nemo tamen quod ſciam hactenus emundavit. Nos manuſcriptorum librorum auxilio veram lectionem repperiſſe videmur. In Campenſi autem & Gemblacenſi legitur, *Verſatilem fecerunt Lucani argentatis choragiis, &c.* Cetera omnia, quae in vulgatis habentur, ut ſuppoſititia eradenda, atroque ſtylo conficienda ſunt, neque enim in ullis manuſcriptis extant. Nam in Wincheliano, Pulmanniano, & Cauchiano ſic legitur, *Verſatilem fecerunt lucum argentatis, &c.* At in Atrebatenſi, *Verſatilem fecerunt Lucuni, argentatis, &c.* Suſianus autem liber hoc nomen velut vitioſum ac incognitum praeterit. Ex his colligo reſtituendum atque legendum eſſe, *Verſatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.* Conſtat enim L. & M. Lucullos fratres ſimul aediles fuiſſe, ludoſque magnificentiſſimos dediſſe, ut in annalibus noſtris demonſtravi latius. Verſatiles ſcaenas duas poſtea fecit C. Curio filius. quas graphice deſcribit Plinius lib. XXXVI. cap. 15. PIGH. *Verſatilem fecerunt Luculli. Luculli* reſtituit Pighius; quamvis in nullo cod. id reperiret, ſed vel *Lucani*, vel *Lucuni*, vel aliter. Sed & Sigonius Emend. 1, 21. ita legendum conjecerat. Juvit autem hanc illorum conjecturam, quod ex Cicerone, Plinio & aliis ſcirent, L. & M. Lucullos ſimul aediles fuiſſe, ludoſque dediſſe magnificentiſſimos. De duabus ſcenis verſatilibus, quas mira ratione C. Curio fecerit, agit Plinius XXXVI, 15. VORST. In Excerptis Gudianis haec notantur. Harl. *fecerunt locum quem argenteis choragiis.* Vat. *Verſatilem fecerunt lucum, quem argentatis choragiis.* Rem. *Verſatilem fecerunt lucum argentatis.* Porro invenio in Leid. quinto. *Verſatilem fecerunt lucum argentatis choragiis.* Sic & ſcpt. ſext. vero *lucum quem argentatis.* Periz. *Verſatilem fortunae locum argentatis.* Ultraj. uterque. *Verſatilem fecerunt argentatis coragiis.* niſi quod ſec. *Verſalitem.* Copeſ. *Verſatilemque fecerunt locum.* Ed. Mog. *Verſatilem fecerunt Lucani.* Et hoc modo exemplarium fidem vacillare notaverat jam olim Theophilus. Caeterum Pighius docet quidem *Lucullos* ediditſſe ludos magnificentiſſimos, ſed non oſtendit eos primos ſcenam feciſſe verſatilem. Plinius vero *Curionem* non *duas ſcenas verſatiles feciſſe* dicit, ſed *totum theatrum.*

86. *Argentatis choragiis*] Plinius ait Lentulum carbaſina in theatro vela duxiſſe ludis Apollinaribus. COLER. *Argentatis choragiis. Choragium* ipſe apparatus & inſtrumentum ſcenicum eſt. *Choragus* autem, Graece χορηγὸς, eſt qui ſcenicis ornamenta ad agendam fabulam neceſſaria, vel accepta ab aedilibus, vel de ſuo ſuppeditat. Plinius XXXVI, 15. *Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, ceteroque choragio fuit.* VORST.

87. *Translatum antea Phoenicaeis indutum tunicis*] In manuſcriptis *Punicis*, In Atrebatenſi, *Poeniceis.* Antique, velut in triumphalibus Romanis: NAVALEM. EGIT. DE. SICVLEIS. ET. CLASSE. POENICA. Et Lucretius II. *Purpura Poe-*

navit. [87] Translatum antea [88] poeniceis indutum tunicis [89] M. Scaurus, ex- Ann. urb. 690.
quiſito genere veſtis, cultum induxit. Ann. urb. 665.

Nam [90] gladiatorium munus primum Romae datum in foro boario, [91] Ap. 7.
Clau- Ann. urb. 489. Livius XVI.

Ann. urb. 695.

Poeniceuſque color. *Translatam* appellare videtur Valerius Ludionum infimam ac vulgarem illam turbam, quae ſaepius per ſcaenam hinc inde transferebatur pro Ludorum occaſione. Hinc *translatitia*, vel *translativa* dicuntur quaecunque vulgaria, plebeja, ac vilia: *ἐγκύκλια, καὶ ἀγόραια* Graecis: nempe circumforanea, vel ut ita dicam, circulatoria. In qua ſignificatione *translativa* officia, vulgaria appellat Plinius in epiſtolis, & Cicero Verrina II. *translatitium* edictum; quippe non novum, ſed aliunde *translatum*, ut auctor Paedianus. PIGH. *Translatum antea Poeniceis indutum tunicis.* Credo verum, *Translatitium*, id eſt, crebrum, receptum. LIPS. *Translatum.* Pighius exponit Ludionum infimam & vulgarem illam turbam. Lipſius legit *Translatitium*, id eſt, receptum & crebrum. cui paene adſentior. Hinc Phaedro, fabularum Aeſopiarum interpreti lucem facio, lib. V. fab. 88.

Aulaeo miſſo devolutis tonitribus,
Di ſunt locuti more translatitio.

More translatitio, id eſt, more in fabulis ſeu Comoediis recepto. COLER. *Translatum antea poeniceis indutum tunicis.* Variae de hoc loco doctorum virorum ſunt conjecturae. Lipſius legendum putat *translatitium*; ut pro crebro & recepto hoc ſit. Sed ita nomen eſſe oporteret adject. quod hic non poteſt. Pighius *translatum* dici putat infimam ac vulgarem turbam ludionum, quae ſaepius per ſcenam hinc inde translata fuerit pro ludorum occaſione. At Salmaſius vult *translatum* eſſe machinam, qua Dii in ſcena aliquid locuturi aut acturi, translati fuerint περιακτοῖς machinis: Valerium autem ipſos Deos *translatum* appellare, qui in translato circumacti fuerint; velleque, Scaurum Deos, cum antea puniceis tunicis induerentur, exquiſito genere veſtium in ſcenam induxiſſe. Vide Exercitationes ejus in Solinum p. 176. Rutgerſius denique pro *translatum* legendum cenſet *theatrum.* Hoc enim ante Scauri aetatem velis purpureis inumbratum fuiſſe; Scaurum autem in aedilitate ſua veſte Attalica texiſſe. Vide Var. Lect. ejus VI, 16. VORST. *Translatum autem à Poenicis indutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.* Sic legendus iſte locus, qui fruſtra viros doctos exercuit. Dicit indutum ſeu habitum translatum à Poenicis tunicis ornatiorem factum à M. Scauro, qui ſimplicem illum amictum exquiſitò genere veſtis ornarit. Haec Iſ. Voſſius ad Catul. p. 56. Vereor ut multos habeat adſentientes.

88. *Poeniceis*] *Ruſſatis*, teſte Iſidoro lib. XIX. cap. 12. Graeci χειροδύτας maniculatas, vel maniclatas. Vox ea corrupta apud Iſidorum loco citato. A *genu* dicitur *geniculari* vel *geniclari*, *genuclari* ut in veteri Gloſſario: ſic à *manu*, *maniculari*, *maniclari* & *manuclari*, *i* in *u* verſo, ἀρχαϊκῶς. Hinc *maniclata tunica* apud Plautum: *Manuclatam tunicam hominem habere addecet.* Quid enim per fidem omnium Grammaticorum, quod hactenus vulgatum fuit, *manuleata*? Corrigendus Senecae locus Epiſt. 33. *Apud me vero Epicurus eſt & fortis, licet manuclatus ſit.* COLER. *Poeniceis indutum tunicis.* Aldus *phoeniceis*. Sed rectius ſcribi videtur *poeniceis* ex cod. Atrebatenſi. Unus cod. Brand. *poenicis*, itidem ſine *h*. Lucretius II. *Purpura poeniceuſquè color clariſſimus multo.* Uſitatius tamen *puniceus*, mutato, ut ſolet, *oe* in *u*. Virgilius XII. Aen.

—— Cum primum craſtina caelo
Puniceis invecta rotis aurora rubebit.

Eſt autem ex Graeco φοινίκεος, φοινικοῦς: quod idem fere quod πορφύρεος *purpureus*. Athenaeus & τὸ πορφυροῦν & τὸ φοινικοῦν inter pretioſos colores ponit. Vide Theſaurum Gr. L. H. Stephani. Ceterum cum eo, quod noſter de M. Scauro ſcribit, congruit, quod paulo ante ex Plinio de *Attalica veſte*, quae in choragio M. Scauri fuerit, dictum eſt. VORST. MSS. fluctuant inter *penicis*, *peniceis* & *punicis*.

89. *M. Scaurus*] Plurimum hic ad ſcenae ornatum contulit. Hinc titulus Varronianus *De ſcenicis Originibus ſive Scaurus.* quem librum citat Servius ad I. Aeneid. COLER.

90. *Gladiatorium munus*] Omnes MSS. cum praecedentibus Editionibus *Nam gladiatorum*, vel *Nam gladiatorium munus.* quare particulam à Pighio expunctam revocavi. Deinde nonnulli MSS. *Appio Claudioque Fulvio.* Unde veteres Editi habent *Q. Fulvio*, quod diſerte exſtat in Harl. Leid. quint. Periz.

91. *Appio Claudio, Q. Fulvio Coſſ.*] Quamquam

Claudio, M. Fulvio Coſs. Dederunt [92] M. & D. Bruti, [93] funebri memoria patris cineres honorando. [94] Athletarum certamen à M. Scauri tractum eſt munificentia.

quam horum Coſs. nomina in Catalogo bis reperiantur, tamen quia quae hic de Brutis dicuntur, acta ſunt primo anno primi belli Punici, ut ex Flori L. XVI. colligitur, non eadem eſt difficultas, ut in iis, quae paullo ante notavimus. Obiter etiam notandum, Valerium de duobus *Bruti* filiis loqui. Florum de uno tantum, de *Decimo* non de *Marco*. Item *Decimum* praenomen eſſe, *Decium* nomen. Quod in Romana hiſtoria difficultatem habet. Ut hic *Bruti* praenomine, quod identidem *Decium* in codicibus reperias pro *Decimo*. GLAREAN.

92. *M. & Decius filii Bruti*] Malo ex v. c. *M. & D. Junii Bruti*, atque is modus ſcribendi antiquus. Quo loco & praenomen conſulis Fulvii eſt corrigendum, ſicut in annalibus admonui. Perperam rurſum in vulgatis, *Gladiatorum munus*. quod *gladiatorium* Livio aliiſque dicitur; non enim *gladiatorum* illud munus erat, ſed ejus qui gladiatores pugnantes populo exhibebat. PIGH. *M. & D. Bruti.* Florus tantum Decium nominat, in Epitome: *Decius Junius. Brutus in honorem defuncti patris munus gladiatorium edidit primus.* COLER. *Dederunt M. & D. Bruti.* Ita Pighius; cum Aldus edidiſſet *M. & Decius filii Bruti.* Et ait ille, malle ſe ex vetere cod. legere *M. & D. Junii Bruti*; eumque modum ſcribendi antiquum eſſe. At Gronovius ex vetere cod. legendum cenſet *M. & D. Bruti Perae.* Utrumque enim Juniorum cognomen eſſe; haberique in Faſtis paucis annis ante hos conſules, cum N. Fabio Pictore *D. Junium Peram*, poſt cenſorem *D. Junium Peram* cum L. Poſtumio Megello. Vide Notas ejus ad Liv. XXIII, 14. VORST. Ut ante vulgabatur *M. & D. filii Bruti*, ſic habet longe major pars MStorum: ſed Harl. Bit. prim. uterque Barb. Vat. Ultraj. ſec. Cop. *M. & Druſus filii Bruti*, Vide J. Fred. Gron. ad Liv. L. XXIII. 14.

93. *Funebri memoria patris cineres honorando*] Gladiatorium munus funeribus dicatum. Animae enim defunctorum humano ſanguine propitiari credebantur: ideoque captivos vel alto ingenio ſervos mercati, eos pugnam inire jubebant, & hac ratione in exſequiis immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant, armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos, mox edicto die feriarum apud tumulos erogabant. Gladiatores à cineribus & *buſtuarii* dicti. Vide Lipſium in Saturnal. VORST.

94. *Athletarum certamen à M. Scauri tractum eſt munificentia*] Refert hoc certamen ad *M. Fulvium* Liv. L. XXXIX. 22. *Per dies decem apparatos deinde ludos M. Fulvius, quos voverat Aetolico bello fecit. Multi artifices ex Graecia venerant honoris ejus cauſſa, Athletarum quoque certamen tum primo Romanis ſpectaculo fuit.* PERIZON.

CAPUT V.

DE FRUGALITATE ET INNOCENTIA.

1. *Prima aurata ſtatua in urbe.*
2. *Jus civile cum faſtis promulgatum.*
3. *Veneficii prima quaeſtio.*
4. *Tibicinum Quinquatria prima.*
5. *Frugalis antiquorum victus.*
6. *Febris deae ſacella in urbe.*

1. Ann. urb. 572. Livius XL. 34.

[1] Statuam auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiae quiſquam prius aſpexit, [2] quam à M. Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur [3] in aede Pie-

1. *Statuam auratam*] Tantum abeſt ut ſtatuas aureas & ex auro ſolidas ante Glabrionem habuerint, ut ne auratas quidem, id eſt, auro obductas habuerint. Livius XL, 34. & ipſe ſtatuam *auratam* vocat quam Glabrio poſuit. At Ammianus Marcellinus lib. XVI. *auro imbractea-ri,*

Pietatis. Eam autem aedem P. Cornelio Lentulo, & M. Baebio Tamphilo coſs. ipſe [4] dedicaverat, compos voti factus, rege Antiocho apud Thermopylas ſuperato. Ammian. Marc. L. xiv. Ann. urb. 562.

[5] Jus civile per multa ſaecula inter ſacra caerimoniaſque deorum immortalium abditum, ſoliſque pontificibus notum, [6] Cn. Flavius libertino patre genitus, [7] & 2. Ann. urb. 449. Livius ix. Gell. vi. 9. Rupert. ad Pomp. p. 115. Onuph. ad Faſt. p. 45.

ri, id eſt, tenuibus bracteis auri induci ſtatuas ait: ejuſdemque Glabrionis, cujus noſter, mentionem facit. Verba ejus ſunt: *Ex his quidam aeternitati per ſtatuas ſe commendari poſſe aeſtimantes, eas ardenter affectant, atque auro curant imbracteari: quod Acilio Glabrioni delatum eſt primo.* Apud Plautum Curcul. Act. 3. quod Lyco de quodam, qui *ſtatuam ſolidam ex auro faciundam dare voluerit*, loquens inducitur, perſonae ſervitur; praetereaque ad aliam illud gentem pertinet. Ex auro ſolido ſtatuae imperatori Domitiano & aliis poſitae fuerunt, ut ex Suetonio notum. An vero & ante Imperatores factae tales fuerint, non liquet. VORST. Sic *ſtatuae ex auro ſolido auratam* opponit diſerte noſter L. viii. 15. 2. ext. *Gorgiae Leontino univerſa Graecia in templo Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit, cum ceterorum ad id tempus auratas collocaſſet.* Ad *aureas* vero Domitiani *ſtatuas* alludit etiam Stat. L. v. Silv. 1. 188. ubi Priſcilla moriens Abaſcantium maritum ita alloquitur:

—— Nunc, quod cupis ipſe juberi,
Da Capitolinis aeternum ſedibus aurum,
Quo niteat ſacri centeno pondere vultus
Caeſaris, & propriae ſignet cultricis amorem.

2. *Quam à M. Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur*] Ultraj. ſec. uterque Barb. Harl. Leid. ſec. Perizon. & Copeſ. *Equeſtri.* Ultr. prim. *Equeſtris ordinis.* quod ex gloſſa ortum; ſi enim recte ſe habet τὸ *equeſtri*, ita erit explicandum, *adhuc equite Romano*, ut in margine hanc ob cauſſam ipſum forte ita à Valerio vocatum fuiſſe Perizonius notaverat. MSS. partim *M. Atilio*, partim *M. Attilio.* Item *Gabione*, *Glabione*, *Galabrione.*

3. *In aede pietatis*] Sex MSS. *in aedem.* Deinde aliquot *P. Cornelio Lentulo*, *M. Baebio*, deleta copula, ut eſt perpetua in nominibus conſulum efferendis haec varietas. Pro *Tamphilo* denuo hic plerique *Pamphilo* aut *Pamphilio*, prius tamen habent longe plures.

4. *Ipſe dedicaverat compos voti factus*] Hic denuo plagam inflixit Valerio librariorum ignorantia, quam ex Livio, atque Campenſis exemplaris ſcholiolis ita ſanandam arbitror, *Ipſe dedicavit, quia pater compos voti factus.* Sic enim Livius: *Quae prima omnium in Italia eſt ſtatua aurata, patri Glabrioni poſuit.* Is erat qui eam voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas pugnaſſet. PIGH. *Eam aedem ipſe dedicavit, compos voti factus.* Ita antiquiores typis expreſſi. Nec aliter Brandeb. MSS. Pighius aliquid deeſſe ratus, duas voces adjecit, legique voluit, *quia pater voti compos factus:* quod putaret, non eundem eſſe, qui aedem dedicavit, & qui ſuperato Antiocho voti compos factus fuit; idque ex Livio & ſcholiolis codicis Camp. colligere ſe poſſe. Verum verba Livii ex quibus id quod dixi colligere ſe poſſe credidit, longe aliud ſibi volunt; & quidem ipſum illud quod noſter ſcribit. Sunt autem xl, 34. iſta: *Eam aedem* (Pietatis puta) *dedicavit M. Acilius Glabrio duumvir: ſtatuamque auratam, quae prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit. Is erat, qui ipſe eam aedem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnaſſet, locaveratque idem ex SC.* Idem ergo M. Acilius Glabrio aedem Pietatis & vovit, & voti damnatus exſtruendam locavit, & denique exſtructam dedicavit; cum aedes quaedam alia, cujus eodem loco mentionem facit Livius, ab alio dedicata fuerit, ut idem ibidem ſcribit. Eundem errorem quem Pighius, erraverat & Oliverius: cujus verba ſelectarum Notarum ſuarum partem fecit Thyſius. VORST. *Ipſe dedicavit, quia pater compos voti factus*] MS. *Ipſe dedicaverat compos voti* &c. omiſſis quae interjecta ſunt à Pighio; qui necdum hiſtoriam recte emendat, neque contrarium patet ex Livio, ut vult Vorſtius: revera enim *filius* dedicavit *aedem votam à patre* voti compote facto bello Antiocheno. Nihil tamen hic mutandum credo, & eſſe hoc ἁμάρτημα μνημονικὸν ipſius hiſtorici, qui Livii verba non ſatis attente legit. PERIZON. Certe aſpernantur omnes MSS. emendationem Pighianam. Leid. ſec. quint. ſext. ſept. Periz. uterque Ultraj. Copeſ. *dedicaverat.* De quo nihil hic notatum invenio in Exc. Gud. ſed habent omnes anteriores editiones, & puto eſſe rectius.

[7] & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus aedilis curulis, vulgavit, ac [8] faſtos pene toto foro expoſuit. Qui, cum ad viſendum aegrum collegam ſuum veniret, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur, ſellam curulem afferri juſſit, & in ea [9] honoris pariter atque contemptus ſui vindex, conſedit.

3. Ann. urb. 422. Livius VIII. Oroſ. III, 10. Veneficii quaeſtio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere orta eſt. Quae cum viros ſuos clandeſtinis inſidiis veneno perimerent, [10] unius ancillae indicio protractae, pars capitali judicio damnatae, [11] centum ſeptuaginta [12] numerum expleverunt.

Tibi-

5. *Jus civile*] Quod XII. tabulis continebatur. Livius IX, 46. *Civile jus repoſitum in penetralibus pontificum evulgavit, faſtoſque circa forum in albo propoſuit, ut, quando lege agi poſſet, ſciretur.* VORST.

6. *Cn. Flavius libertino patre genitus*] In Livii codicibus L. IX. ab U. C. *Cajus* non *Cn.* legitur. Gellius autem L. VI. Cap. 6. non *Cnei* ſed *Annii* filium ait; ita Cic. ad Att. L. VI. Id autem miror Valerium dicere *Cn. Flavium Jus civile vulgaſſe*, quod ante centum annos (tot enim ſunt à decemviris uſque ad hunc Flavium anni) vulgatum fuit XII. tabulis. Ego *Faſtos* eum *vulgaſſe* credo. GLAREAN.

7. *Et ſcriba?*] An Aedilitius? fortaſſis. nam & Aediles ſuos ſcribas aeque ac Praetores & Conſules habebant. Piſo in Annalibus Cn. Flavium Annii filium, eumque ait, *ſcriptum feciſſe* phraſi antiquaria. Scribam Lucillius *Scripturarium* appellat apud Nonium, ſi bene memini. COLER. *Cn. Flavius libertino patre genitus & ſcriba.* Humilitatem Cn. Flavii duplici ratione ſignificat, & quod avus ejus ſerviiſſet, & quod ipſe ſcriba fuiſſet. Nepos XVIII, 1, 5. *Apud nos revera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur.* Colerus conjicit, ſcribam fuiſſe aedilis. Sane Livius IX, 46. aedilibus eum apparuiſſe ſcribit. VORST. Vide & Torrentium ad Horat. L. I. Sat. V. 66.

8. *Faſtos pene toto*] Pomponius JC. librum vocat, qui Jus civile Flavianum poſtea nuncupatus fuerit. COLER.

9. *Honorum pariter atque contemptus ſui vindex*] *Vindex* duplici notione: quomodo ipſius quoque *vindicare* duplex notio erit, ſi dicas, Flavium & honores & contemptum ſui vindicaſſe. Honores vindicavit, dum quos alii ei ademptum ibant, ipſe ſumpſit ſibi, ſellam curulem afferri jubendo, inque ea ſedendo. Contemptum ſui autem vindicavit, dum nobiles illos invidos ultus eſt, faciendo quod eos ureret, id eſt, in praedicta ſella ſedendo. VORST. Melius MS. *honoris*. PERIZON. Equidem, quod melius judicabat Perizonius, reſtitui, cum viderem pro eo ſtare & ſcriptos & editos, alterum vero illud *honorum* ſoli Pighio deberi.

10. *Unius ancillae indicio protractae, pars capitali judicio damnatae*] In MSS. ſeptem eſt *Protractae & capitali judicio damnatae*, vel *ac capitali*. Sed nihil ideo mutandum. Solet enim illud *pars* ita ſemel aliquando poni. ut docuit Gronov. ad Liv. L. XLIV. 6. & certe non omnes quae *protractae* erant, aut indicatae, ſunt damnatae, ſed pars earum epoto medicamento, quod ſalubre eſſe contendebant, interierunt ſuamet ipſi fraude; ex ceteris centum ſeptuaginta damnatae ſunt. Ut liquet ex Liv. L. VIII. 18. deinde duodecim MSS. *centum & ſeptuaginta*.

11. *Centum ſeptuaginta*] Oroſius ampliorem numerum colligit, nimirum CCCLXXX. hic quidem duplo major. Auguſtin. lib. III. de civ. Dei cap. 17. ſupra fidem multas fuiſſe ſcribit. COLER.

12. *Numerum compleverunt*] MS. *expleverunt*. PIGH. Sic quoque plerique noſtri cum Ed. Mog. Voſſ. delet *numerum expleverunt*.

13. *Inter publicas privataſque ferias, actiones, perſonis tecto capite,*] Quid hic, *Actiones*? quae, aut quales in ludicra re tibicinum? Hunc quoque locum feliciore ſpongia eluimus, reſcribimuſque: *publicas privataſque feriationes*, compulſis in unam vocibus, quae perperam diductae: ſtatimque, auctore etiam vetere libro, *concentus edit:* copula ejecta, quae ad ſuſtentandas *Actiones* ſaltem immiſſa. LIPS. *Privataſque ferias.* Emendat Lipſius: *Inter publicas privataſque feriationes.* Et dein: *concentus edit* omiſſa

Tibicinum quoque collegium ſolet in foro vulgi oculos in ſe convertere, 4.
cum [13] inter publicas privataſque ferias, actiones, [14] perſonis tecto capite, variaque veſte velatis, [15] concentus edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti Ann. urb.
in aede Jovis, [16] quod priſco more factitaverant, veſci, Tibur irati ſe contu- 442. Livius IX. 30.
lerunt. Quorum miniſterio ſenatus [17] deſerta ſacra non aequo animo ferens, Ovid. Faſt. VI. 657.
per legatos à [18] Tiburtibus petiit, *ut eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent.* Plutarch. Problem.
Quos illi in propoſito perſeverantes, interpoſita feſtae epulationis ſimulatione, 55. Feſt. Minuſcula.
mero ſomnoque ſopitos, plauſtris in Urbem devehendos curaverunt: quibus & Varro.
honos priſtinus reſtitutus, [19] & hujuſce luſus jus eſt datum. [20] Perſonarum uſus, pudorem circumventae temulentiae cauſſam habet.

[21] Fuit

omiſſa copula. Utrumque inſane bene. COLER. *Cum inter publicas privataſque ferias, actiones.* Lipſius conjicit pro *ferias actiones* legendum uno vocabulo eſſe *feriationes:* idque apprime placet Colero. Fortaſſe *actiones* prorſus expungendum. Teſtatur enim Theoph. Chalcocondyles, à vetere quodam cod. id vocabuli prorſus abfuiſſe. VORST. Legendum *ſerias actiones*, quas ſic vocat, ut diſtinguat eas à ridiculis oblectationibus & delectationibus, quibus, ſive publicis ſive privatis, tibicines ſolebant adhiberi, non minus quam feriis, ſed non velabantur niſi inter *ſerias actiones*; Lipſius in notis perperam legit *feriationes*. GUDIUS. *Serias* correctum eſt in Leid. quinto. & clare exſtabat in ſeptimo. Unus Rem. *Feriis.* τὸ *ſerias* vero Gudii probare ſatis poſſum, explicationem contra illius non item; quum manifeſtum ſit ex Livio & Ovidio, illos non *inter ſerias actiones* hoc modo ornatos fuiſſe, ſed duntaxat cum celebrarent *Quinquatrus minuſculas*, ſeu *minores*, quibus placuit ipſis hoc cultu uti,

Et canere ad veteres verba jocoſa modos.

Cum ſcilicet ita celebrarent reditus ſui memoriam. Haec igitur Auctoris fuit ſententia. Converterunt oculos in ſe, quod, dum publice privatimque feriae res ab omnibus agerentur, illi hac uterentur licentia, & ſic ornati concentus ederent. Cl. Perizonius conjiciebat *ferias & ſacrificationes*, qualibus ſc. verbis auctor ſolet gaudere, ut in hoc ipſo cap. *Epulatio.* Notavit Theophilus unum ex antiquis exemplaribus non habere *actiones*. MS. Cop. *ferias & actiones.*

14. *Perſonis tecto capite, variaque veſte velatis*] Guyeto ſcribendum videtur *velati* pro *velatum collegium.* τὸ *velatis* non placet. Voſſ. *velatum.* Optime. GUDIUS. Lego *velatum*, vel *velati concentus edunt.* PERIZON. Leid. quint. *velatum*, ſed eadem manu correctum *velatis.* ſept. *velatis*, alia manu *velatum.* Quod rectum videtur.

15. *Concentus edit*] Ita Aldus & alii ediderant. Nec aliter habent codd. Brand. niſi quod pro *edit* in his eſt *edidit.* At Pighius encliticam *que* adjecit, ſcripſitque *concentuſque edit:* quem Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. Adjeciſſe autem videtur Pighius, ut *concentus* cum ſuperiore *actiones* connecteretur. VORST. Septemdecim MSS. *concentus edidit*, & ſic Ed. Mog. unus & alter *edebat.* Nullus MS. agnoſcit *que*, quod Pighius adjecerat tacite.

16. *Quod priſco more factitaverant*] Harl. *quod priſci factitaverant.* Paulo ante Ultraj. prim. *quidam.* Leid. ſec. & Ult. prim. *Tiburti irati.*

17. *Deſerta ſacra non aequo animo ferens*] Tibicines ſacrificiis praecinere ſoliti. Vide Livium IX. 30. VORST.

18. *A Tiburtibus petiit*] Ultraj. prim. à *Tiburtinis.* ſec. cum Ed. Mog. *Tibur tibiis.* Uterque *petit* cum Leid. ſec. quint. ſext. ſept. Periz. Bit. prim: & Vatic. & Ed. Mog. Deinde Bit. *reſtituant.* tres, *in urbe devehendos.*

19. *Et hujuſce luſus jus eſt datum*] Unus Barb. *Et hujuſmodi luſus iis datus eſt.* & ſic Copeſ. ſed Leid. ſept. cum prim. Vat. & ſec. Barb. cum Ed. Mog. *hujuſce luſus his datus eſt.* Harl. *hiis datus eſt.* Leid. ſext. *Et hujuſcemodi luſus jus datum eſt.* Venet. 1478. *huiſcae luſus jus datum eſt.* Recte forſan Leid. ſext. quamquam parum intereſt. *iis* ſane opus non eſt, quum praecedat *quibus.*

20. *Perſonarum uſus*] Quod perſonis, id eſt, larvis utuntur tibicines, id eo fit, quod pudet eos, quod mero ſomnoque ſopiti aliquando

in

5. [21] Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo, humanitatis ſimul & continentiae certiſſima index. Nam maximis viris prandere & coenare in propatulo, verecundiae non erat: nec ſane ullas epulas habebant, quas populi oculis ſubjicere erubeſcerent. [22] Erant adeo continentiae attenti, ut frequentior apud eos [23] pultis uſus, [24] quam panis eſſet. [25] Ideoque in ſacrificiis mola *quae vocabatur, ex farre & ſale conſtat:* [26] exta farre ſparguntur: & [27] pullis, *quibus auſpicia petuntur, puls objicitur.* Primitus enim ex libamentis *victus ſui deos eo efficacius, quo ſimplicius,* placabant.

Plin. xviii. 8.

6. *Et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur.* [28] Febrem autem ad minus

Plin. ii. 7. Aelian. xii. 11.

in urbem devecti fuerunt. VORST. *Perſonis texerant ora* juſſu Plautii cenſoris, tunc cum reverſi erant, cujus rei aliam cauſſam refert Ovid. L. vi. Faſt. 689.

Plautius, ut poſſent ſpecie numeroque ſenatum
Fallere, perſonis imperat ora tegi.
Admiſcetque alios: &, ut hunc tibicina coetum
Augeat, in longis veſtibus ire jubet.
Sic reduces bene poſſe tegi: ne forte notentur
Contra collegae juſſa rediſſe ſui.

Ubi Nob. N. Heinſius probat Pighii emendationem corrigentis *ſanatum*, id eſt *reconciliatorum*, aitque *ſenatum* ferri non poſſe, quoniam omnes in eo conveniunt, quod tibicines à Tiburtibus repetitos per ſenatum aſſererent; ut non opus fuerit ſenatum falli. Sed vel ſic, *ſenatum* apud Ovidium retinendum cenſeo. Voluit enim Plautius fallere ſenatum non clam reductis tibicinibus, ſed *numero & ſpecie*, & hinc *admiſcet alios*, etiam *tibicinam*, quae fraus ut lateret, & tanto plures tibicines reducti viderentur, imperat omnibus *ora perſonis tegere, & veſte longa uti.*

21. *Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum*] Ea de re fuſius Joh. Sareſberienſis l. viii. Policrat. c. 7. Qui & refert, leges olim latas fuiſſe, ut patentibus oſtiis coenaretur. VORST. Harl. *Etiam & illa.* Voſ. *Fuit & illa ſimplicitas.* idem *verecundum non erat.* Cop. *& prandere & coenare.*

22. *Erant adeo continentiae attenti*] Ald. Colin. Rob. Steph. Gryph. *erant autem adeo.* Sed non favent MSS. praeter unum Barb. Ed. Mog. *continenter attenti*, quomodo prim. Bit. & Vat. Leid. quint. ſext. ſept. Perizon. uterque Ultraj.

23. *Pultis uſus*] Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Sed ſimul manibus trahere lanam, nec non ſimul oculis obſervare ollam pultis ne aduratur.* Plinius legendus libro xviii. cap. 8. Hinc exteri *pultifagos* dixerunt Romanos. Plautus Moſtellaria: *Pultifagus opifex opera fecit barbarus.* Et Paenulo: *Pultifagonides.* COLER. Hinc Juven. Sat. xiv. 174.

——— ſed magnis fratribus horum
A ſcrobe, vel ſulco redeuntibus, altera coena,
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollae.

Idem Sat. xi. 58.

Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas.

24. *Quam panis*] Panis igitur uſus nonnullus. Varro libro i. de Vita populi Romani: *Proinde & elixum panem ex farre & aqua frigida fingebant.* COLER.

25. *Ideo in ſacrificiis mola quae vocabatur*] Quaſi mola exoleviſſet Valerii aevo. Scribe, *vocatur.* LIPS. *Mola quae vocabatur.* Editio Veneta: *quae vocatur.* melius. nam & Valerii aevo mola dicebatur. Gloſſarium: *Molae ſalſae* κριθαὶ πεφρυγμέναι. COLER. *In ſacrificiis mola quae vocabatur.* Lipſius legi malit *vocatur*; quod aevo Valerii ita vocari nondum deſierat. Et ſane antiqua editio Chalcocondylae ita habet. *Mola*, ut quae ex farre & ſale conſtabat; dicebatur & *mola ſalſa.* Virgilius l. xii. Aen. *fruges ſalſas* vocat. VORST. *Vocatur* legebat etiam Guyetus: quod mirum in nullo exſtare ſcripto codice. Tres Rem. cum Bit. prim. *vertebatur.* Sed in poſtremo alia manu *vocabatur.* Ultraj. prim. *Ideoque in ſacrificiis mola utebatur, quae ex aqua, farre, & ſale conſtat.* Leid. ſext. *mola & ex farre & ſale conſtat.* Neſcio an non optime, ſi legas *& ex farre & ex ſale*, vel *ex farre & ſale.* nam duo illa verba *quae vocatur*, nemo facile deſideret, ſi abſint. Sed praeſtabit forſan ex veſtigiis Codicis Ultrajectini legere, *Ideoque in ſacrificiis mola utebantur, quae*

minus nocendum, templis colebant: quorum adhuc unum in Palatio, alterum [29] in area Marianorum monumentorum, tertium [30] in ſumma parte Vici longi extat. In eaque remedia, quae corporibus aegrorum adnexa fuerant, deferebantur. [o] Haec ad humanae mentis aeſtus leniendos cum aliqua uſus ratione excogitata; ceterum ſalubritatem ſuam [31] induſtriae certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur: bonaeque valetudinis eorum quaſi quaedam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiae vini abundantiae, & ab immoderato Veneris uſu averſa.

ex farre &c. Utebantur nempe illi priſci in ſacrificiis *ſola mola*. Unde Plin. L. XVIII. 2. *Numa inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare.* Et Ovid. L. I. Faſt. 337.

Ante, Deos homini quod conciliare valeret,
F[…]erat, & puri lucida mica ſalis.

Ubi plura in hanc rem addit. Confer etiam quae habent viri docti ad Horat. L. III. O. 23.

26. *Exta farre ſparguntur*] Bit. prim. *Aſperguntur.* Barb. prim. *exſperguntur.*

27. *Pullis, quibus auſpicia petuntur, puls objicitur*] Vocatur & *offa*; itemque *offa pultis.* Cicero II. de Div. *Nunc vero incluſa in cavea & fame enecta, ſi in offam pultis invadit, & ſi aliquid ex ore cecidit, hoc tu auſpicium putas?* VORST. Voſſ. *Pulliſque iis, quibus puls objicitur.* Deinde Vat. prim. *Quo ſimplicius vocabant.*

28. *Febrem ad minus nocendum*] Cicero III. de N. D. *Qui tantus error fuit, ut pernicioſis etiam rebus non nomen tantum Deorum tribueretur, ſed etiam ſacra conſtituerentur. Febris enim fanum in Palatio videmus.* VORST. Leid. ſec. & Tol. *in templis.*

29. *In area Marianorum monumentorum*] Monumenti Mariani, aediſque Jovis Marianae, & ſupra mentio facta I, 7, 5. ubi & Notas vide. VORST.

30. *In ſumma parte*] Antiqua lectio, quae in margine haeret, proba mihi videtur: *Tertium in ſummo vico longo.* de *templis Febris* lege Minutium Octavio. Auguſtinum de Civitate Dei libro II. capite 14. Prudentium contra Symmach. Ciceronem libro III. de natura Deorum, Aelianum in variis. COLER. *Tertium in ſumma parte Vici longi.* Notavit Pighius in margine, quoſdam codd. habere *in ſummo Vico longo.* Quae lectio & proba videtur Colero; neque minus mihi. Illud *in ſummo vico* nihil aliud eſt, quam illud alterum *in ſumma parte vici:* ut notio partis alia voce ſimul involvatur. Jam utrumque ſatis quidem Latine dicitur: veruntamen quod elegantius & abſtruſius eſt, id à Valerio potius quam à librariis profectum videtur. Ad eum modum quod ſupra I, 6, 4. noſter dicit, *ab ima parte arae*, id Cicero, ut ad eum locum notavimus, dicit *ab infima ara. Vici longi* mentionem & Livius X, 23. facit. Et ut noſter *ſummus vicus longus* pro ſumma parte vici longi: ita Livius I, 48. *ſummus Cyprius vicus* pro ſumma parte Cypri vici dicit. VORST. Et ſic idem Liv. L. I. 19. *Janum ad infimum Argiletum indicem pacis ac belli fecit.* PERIZON. Velim ſcire qui nam ſint illi Codices, in quibus Pighius invenit *in ſummo vico longo*, quod ut non damno, ita tamen in nullo aut ſcripto aut edito inveni.

31. *Induſtriae certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur*] Omnes Editi *monumento.* Item MSS. Cop. Ultraj. uterque Leid. quatuor Barb. prim. Tol. vix dubitari tamen poteſt, quin recte Pighius ediderit *munimento.*

Caput VI.

DE EXTERNIS INSTITUTIS.

1. *Spartanorum frugalitas.*
2. *Mos militaris eorundem.*
3. *Athenienſium inſtitutum contra otioſos & inertes.*
4. *Areopagus eorundem.*
5. *Honos virtutis apud eoſdem.*
6. *Animi ingrati actio apud eoſdem.*
7. *Maſſilienſium inſtituta varia.*
8. *Cejorum venenum publicum.*
9. *Maſſilienſium lex de advenis armatis.*
10. *Gallorum mos in mutuo dando.*
11. *Cimbrorum Celtiberorumque mos in adeundis proeliis.*
12. *Thracum opinio de vitae calamitate.*
13. *Lyciorum luctus.*
14. *Indarum feminarum fidus amor erga maritos.*
15. *Punicarum feminarum proſtitutio.*
16. *Perſarum inſtitutum in educandis liberis.*
17. *Numidarum regum mos in auctoritate ſervanda.*

1. Cic. pro Flacc. 26.

[1] Idem ſenſit proxima majorum noſtrorum gravitati Spartana civitas: quae ſeveriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris ejus capti, ad delicatius vitae genus prolaberentur. Audierant enim [2] lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia [3] non neceſſariae voluptatis genera fluxiſſe: primoſque Ionas unguenti, coronarumque in convivio dandarum, & ſecundae [4] menſae ponendae conſuetudinem, haud parva luxuriae irritamenta reperiſſe. Ac minime mirum eſt, quod homines labore ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriae nervos, externarum deliciarum contagione ſolvi & hebetari noluerunt; cum aliquanto facilio-

1. *Idem ſenſit*] Vat. prim. *idem ſentit.* duo Rem. delent *Spartana.* Voſſ. *ſeveriſſimi Lycurgi.* Copeſ. Ultraj. prim. *ſaereniſſimi delectatius vitae genus.* Copeſ. *quamdiu.*

2. *Lautitiam & immodicos ſumptus*] *Lautitia* quid ſit, ex his quae ſubdita ſunt fere apparet. Vide & quae de ea voce dicta ſunt ſupra ad II, 4, 6. Mirum autem quod ut ſuperiore illo, ita & hoc loco pro *lautitia* in quibuſdam codd. eſt *laetitia.* VORST. *Laeticiam*, eſt in utroque Ultraj. Vat. prim. Med. quatuor. Leid. ſept. *Leticia*, ſext.

3. *Non neceſſaria voluptatis genera*] V. c. melius. *Non neceſſariae.* PIGH. *Omnia non neceſſariae voluptatis genera.* Ita Pighius ex vetere codice; cum Aldus edidiſſet *non neceſſaria.* Et ſane codices quoque Brand. *non neceſſariae* habent; ut voluptatem ipſam noſter non neceſſariam dixerit. VORST. *Neceſſariae* nititur omnibus MSS. ſi exceperis Barb. ſec. ita etiam Ed. Mog. ſed *neceſſaria* habent Venetae jam & Mediolanenſis.

4. *Menſae ponendae*] Abeſt vox poſterior à libro Danielis. ſed à Bambergenſi etiam abfuiſſe teſtis oculatus Modius. Proinde abſit etiam poſthac à Valerio. COLER. *Secundae menſae ponendae conſuetudinem. Ponendae* à cod. P. Danielis abeſt teſte Colero; & à Bambergenſi item teſte Modio. Putat ergo Colerus, prorſus expungendam eſſe vocem eam. Codices tamen Brand. eam habent; nec non & antiquiores typis expreſſi. Et videtur ſane abeſſe non poſſe: quia ſimile participium *dandarum* antecedit. *Menſa ſecunda* dicitur quicquid ex fructibus, aliiſve rebus, poſtremo loco apponitur. Cicero epp. ad Att. *Haec ad te ſcripſi appo-*

ciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriae ad virtutem tranſitum viderent. Quod eos non fruſtra timuiſſe [5] dux ipſorum Pauſanias patefecit, qui maximis operibus editis, [6] ut primum ſe Aſiae moribus permiſit, fortitudinem ſuam effeminato ejus cultu mollire non erubuit. Thucyd. II. Corn. Nep.

Ejuſdem civitatis exercitus non ante ad dimicandum [7] deſcendere ſolebant, quam tibiae concentu, & [8] anapaeſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent, vegeto & crebro ictus ſono [9] ſtrenue hoſtem invadere admoniti. Iidem ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, [10] puniceis 2. Thucyd. V. Gell. I, II. Plutarch. Lycurgo. Plutarch. in inſtitutis Lacon.

appoſita menſa ſecunda. Noſter verbo ſimplici uſus: quomodo Virgilius lib. I. Aen. dicit *pocula ponere.* VORST. Tò *ponendae* tuentur omnes noſtri, & eſt verbum proprium de *menſa.* Noſter L. III. 2. 21. *Erat autem illi forte prandendi gratia menſa poſita.* Hor. L. III. S. 2. 148.

Menſam poni jubet.

Petron. C. 119.

——— ——— *Ecce Afris eruta terris*
Ponitur, & maculis imitatur vilibus aurum,
Citrea menſa.

Si potius per menſam ſecundam intelligamus, cibos, etiam ii *ponuntur.* Horat. L. II. S. 2. 23.

Vix tamen eripiam, poſito pavone, velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum.

Petron. C. 69. *Nam cum poſitus eſſet, ut nos putabamus, anſer altilis.* Phaed. L. I. 26.

——— *Et illi in patena liquidam*
Poſuiſſe ſorbitionem.

& paulo poſt: ——— *Intrito cibo,*
Plenam lagonam poſuit.

Ubi vide Schefferum & Burmannum.

5. *Dux ipſorum Pauſanias*] Aeque indiſtincte de Graecorum ducibus loquitur hic auctor. Nam cum duo fuerint Pauſaniae reges apud Lacedaemonios, de utro haec intelligantur, non eſt omnibus notum. Prior fuit Cleombroti filius, Leonidae nepos ex fratre. Cleombrotus enim Leonidae frater erat, de hoc Herod. L. IX. Fuit autem tutor Pliſtarchi Leonidae filii, & Perſas vicit apud Plateas. Alter Pliſtianactos filius. Tertius deinde poſt Pliſtarchum, Leonidae filium, rex. Hic fuit exul, de quo puto haec intelligi, quamquam de ejus exilio nihil hic Valerius. GLAREAN. Intelligendum profecto de eo, qui Perſas apud Plataeas vicit. De quo Nepos C. 3. *Non enim mores patrios ſolum, ſed etiam cultum veſtitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veſte Medica; ſatellites Medi & Aegyptii ſequebantur: epulabatur more Perſarum luxurioſius, quam qui aderant, perpeti poſſent.*

6. *Ut primum ſe Aſiae moribus permiſit*] MS. Cop. *Commiſit.* Ceterum de *Lyſandro* vide Lamiae dictum apud Aelian. L. XIII. V. H. 8. Adde L. XIV. 17. PERIZON. Tres MSS. *eorum dux.* Leid. ſec. *molliri.*

7. *Deſcendere ſolebant*] Plerique MSS. cum Ed. Mog. *ſolebat*, ita quoque Rob. Stephan. ceterae *ſolebant.*

8. *Anapaeſti pedis modulo*] Anapaeſtus prioribus duabus ſyllabis brevibus & ultima longa conſtat. Cujus uſurpatione milites ad ictus crebro inferendos excitare voluerunt: id quod noſter & velle videtur verbis, quae ſequuntur, *Vegeto & crebro ictus ſono.* Sed Gellius I, II. ex Thucydide aliam cauſſam afferre videtur; quod ſcribit, *Lacedaemonios tibiarum modulis uſos eſſe, non ut excitarentur atque evibrarentur animi, ſed ut moderatiores modulatioreſque fierent.* Videſis & cetera. VORST. Cic. Tuſc. quaeſt. L. II. 16. *Militiae vero, noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, nec adhibetur ulla ſine anapaeſtis pedibus hortatio.* Vide omnino Magium L. IV. Miſc. 13. Muret. L. VI. V. L. 6. Adde Tac. L. IV. Ann. 47. Poliaen. L. X. L. II. Macchab. XV. 25. Paul. I ad Corinth. XIV: 8. PERIZON. Vide & Cragium de Rep. Lac. L. III. Tab. 12. Inſt. 10.

9. *Strenue hoſtem invadere*] Aliam longe cauſſam ex Thucydide adducit Agellius. Vide Plutarchum in Laconicis, & librum de Muſica. Aelianum libro XII. cap. 50. Ariſtotelem Problem. Clementem Alexandrinum παιδαγ. II. capite 4. COLER.

10. *Puniceis in proelio tunicis*] Lege *Poeniceis*, ut ſupra. Mox ſequitur, *Non ut ipſis aſpectus earum terrorem.* In manuſcriptis optime, *Non, ne ipſis aſpectus ejus terrorem.* PIGH. *Poeniceis.* Idem facti-

niceis in proelio tunicis utebantur; [11] non, ne ipſis aſpectus ejus terrorem, ſed ne hoſtibus fiduciae aliquid afferret.

3. Stob. ſer. XLII. ex Nico. de morib. gent.

Egregios virtutis bellicae ſpiritus Lacedaemoniorum, prudentiſſimi pacis mori-

factitaſſe Numidas & Perſas, teſtis Plutarchus in Artaxerxe & Xenophon libro VI. *κύρȣ παιδ.* Imo Romanos quoque. Iſidor. lib. XIX. cap. 22. *Ruſſata, quam Graeci Phoeniceam vocant, nos coccineam, reperta eſt à Lacedaemoniis, ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinem, quoties quis in acie vulneraretur, contemplanti adverſario animus augeſceret. Hac ſub conſulibus Romani uſi ſunt milites, unde etiam ruſſati vocabantur. Solebant enim pridie quam dimicandum eſſet, ante principia poni, quaſi admonitio & judicium futurae pugnae.* de hac Tunica vide quae Lipſius diſſerit, De Militia Rom. lib. IV. Dial. 12. COLER. *Poeniceis in proelio tunicis.* Ita maluit Pighius, quam ut Aldus & alii ediderant *puniceis:* quod tali voce & ſupra II, 4, 7. uſus ſit noſter. Codices tamen Brandeb. habent *puniceis* & *punicis*. Et perinde ſane eſt. In derivatis ſubinde OE in U tranſire notum. Ita ex *moenia* fit *munio*, & ex *poena punio.* Apud alios item *puniceum* ſatis frequens. Virgilius XII. Aen. *Puniceis invecta rotis aurora rubebit.* Ceterum veſtimentis rubris in proelio utendi morem apud Numidas quoque & Perſas obtinuiſſe Plutarchus in Artaxerxe, & Xenophon l. VI. Cyrop. teſtantur. Sed & Romani ejus coloris veſtimentis uſi. Vide Lipſium de Mil. Rom. IV, 12. VORST. Aliam cauſſam refert Aelian. L. VI. V. H. 6. Nempe quia color ille habet aliquid majeſtatis, & quia ſic aſpectus ſanguinis fit ipſis hoſtibus terribilior. PERIZON. *Puniceis* cum tuerentur MSS. noſtri omnes, & Editi, illud reſtitui.

11. *Non ne ipſis adſpectus ejus terrorem, ſed ne*] Loci, de quo Ortwinius mecum egit, ſcripturam in MSS. & antiquis Edd. diligentius nunc iterum inſpexi, & deprehendi adhaeſiſſe hic iterum editores, qui plerique exhibent, *non ut ipſis aſp.* Unus Oliverius, & qui eum ſequitur, ejuſque commentarios praelo reddidit Aſcenſius, habet. *non quo ipſis aſp.* Ceterum Pighius dedit, quod nunc vulgatur, quodque ſine ulla exceptione haberi, affirmat. Vorſtius hic tacet, qui ceteroquin diligenter annotat, ſi quando Brandebb. Codd. cum antiquis edd. contra Pighium conſpirant; quod indicio eſſe videtur, etiam illos, idem quod Pighianos, exaratum habuiſſe. Ego quoque in Copeſ. & duobus Lugdunenſibus idem reperi, & etiamnunc monſtrare poſſum in Heinſiano & Ryckiano, nec à Gronovio patre ex Andinis tribus, nec à Pontano ex Cantabrigienſibus ullam variantem lectionem ad hunc locum Pighianae editionis invenio. Solus ex meis tertius Lugd. qui erat Chartaceus à ceteris diſceſſionem facit edendo, *non quia.* Tantus veterum Codd. conſenſus effecit, ne de Pighiana ſeu vulgata nunc lectione dubitaverim, praeſertim cum commodiſſimum recipiat ſenſum. Etenim duae forte & plures (nam alias certe adferunt Plut. in *Νομιμ. Λακώνων* & Aelian. *ποικ.* XV. 66.) poterant eſſe cauſſae, propter quas purpureis in praelio tunicis uterentur, & ita vulnerum ſuorum cruorem occultare conarentur. Prior, ne alioquin aſpectus cruoris ſui afferret ipſis aliquem terrorem. Altera ne, ſi aliis uterentur tunicis, ejuſdem cruoris adſpectus adferret hoſtibus aliquid fiduciae. Hae rationes ſive ab auctore de Lacedaemoniis adfirmentur, ſive rejiciantur, negationem continent, & eodem plane modo utraque ſe habet. Ponamus eas adtribui Lacedaemoniis, tanquam qui vulnerum ſuorum cruorem in proeliis pariter per iſtas tunicas occultare ſtuduerint, ne ſui cruoris adſpectus adferret vel propterea hoſtibus aliquid fiduciae, vel ipſis terrorem. Quod illos propter has cauſſas feciſſe jam pono. Si nunc contra negem propter eas feciſſe, ſed propter alias, adhibenda utique erit negandi particula, quam commodiore loco nuſquam ponere poſſum, niſi proxime ante illas cauſſas, quas jam rejicio; & eodem modo legendum mihi erit, ſi alteram removeam, alteram aſſeram. Ut fit à Valerio, cujus in verbis, ſi quae per Ellipſ. (cujus frequentiſſimum eſſe uſum, & maxime in hoc auctore, minime ignoras Vir Doctiſſime) omiſſa ſunt, expleam, is ni fallor apertus ſatis erit ſenſus. Puniceis in proelio tunicis utebantur, non autem utebantur propterea, ne &c. Sed utebantur propterea *ne.* Enimvero *τὸ non* nihil proprie pertinet ad *τὸ ne*, ſed ad totam cauſſam, quam removet, ſeu ut rectius dicam reſpicit verbum *utebantur.* Quod *ἀπὸ τȣ κοινȣ* repetendum eſt; plane ficut alterum *ſed*, quod nullum haberet hic locum, niſi praeceſſiſſet *τὸ non.* unde autem pendet ac regitur poſterius *ne*, inde & prius, quoniam utriuſque eadem eſt ratio. Belgice dicerem. *Zy gebruykten in den ſtryt rootverwige kleederen, om haar bloet te bedekken, niet*

hier

moribus Athenienſes ſubſequuntur: apud quos [12] inertia è latebris ſuis, languore marcens, in forum [13] perinde ac delictum aliquod protrahitur, [14] fitque ut facinoroſae, ita erubeſcendae rea culpae.

[15] Ejuſ-

Iſocr. Areop. Id. de Sardis. Aelian. v. H. IV. I. Diog. Laërt. in Sol. 555. Rupert. ad Sal. de R. O. 27.

hier om, op dat ze door het gezigte van haar eigen bloet zouden verſchrikken of verſlauwen, maar op dat niet haare vyanden zouden geëncourageert worden. Haec prolixius expoſui, quia neſcio, quo fato, perſuadere nuper non potui, non modo D. Ortwinio, ſed neque aſtantibus, in vulgata lectione commodum ineſſe ſenſum, licet paululum reconditum. Quod autem ille adferebat ex ſuo modo Cod. *utebantur quo ne*, & ita dictum putabat, ut dicitur *ut ne*, non convenit ea ratio celebratiſſimae Lacedaemoniorum virtuti, qui minime terrebantur ſui ſanguinis adſpectu, & propterea τὸ *ſed*, quod ſequitur, nequaquam patitur ejici τὸ *non*. At ſi reponamus, *non, quo aſpectus* id ſane non omnino rejiculum eſſet, modo, *quo* accipiatur, tanquam non pro *ut*, ſed pro *quia* poſitum, ut apud Cic. XII. Fam. Ep. 17. *quam ut conſerves, non quo de tua conſtantia dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo.* Ubi Gebhard. plurimis in locis *quo* iſto loquendi modo ἀντὶ τοῦ *quod* ex MS. ſe reſtituiſſe teſtatur. Et ſane ego ex Cicerone, Terentio & aliis ſimilia plura obſervavi loca, ut mirari ſatis nequeam ab Henr. Stephano in ſuo Pſeudo-Cicerone p. 217. iſtum particulae uſum rejici. Verum ſic quoque in Valerio eadem foret Ellipſis, ſed paulo aliter ſupplenda. *Non utebantur eo, quo aſpectus cruoris ipſis terrorem adferret, ſed utebantur propterea, ne* &c. In quo tamen durius paulo videtur, quod ſic altera affirmans ratio deſignet tempus praeteritum, altera magis futurum, & tamen ad utramque idem adhibeatur verbum. nam cum dico, *non quo aſpectus ejus ipſis terrorem adferret*, exponi debet, *non quod adferre ſoleret.* Ea non tanta erit difficultas, ut propterea probari neget iſtius lectio, ſi vel plurium accederet Codd. auctoritas, vel iſte unus ceteris foret praeſtantior, de quo, quum Chartaceus fuerit, valde dubito, ceteroquin vulgares Valerii Codd. corruptiſſimos fateor. Documento ſit quod proximo ſtatim exemplo ſequitur, nunc quoque obiter unam ex plurimis meis in eo auctore conjecturis judicio tuo exponere libet. Dicitur illic *inertiam è latebris ſuis in forum proinde ac delictum aliquod protrahi, fierique ut facinoroſae ita erubeſcendae ream culpae.* Quid? an *inertia* quae languore marcens nec bonis nec malis artibus operam dat, etiam *facinoroſae culpae rea* poteſt dici? putem ego excidiſſe τὸ *non*, legendumque *ſit, ut non facinoroſae, ita erubeſcendae* &c. Sic plane Ovid. in Ponto I. 7. 25. *Quicquid id eſt non facinus, ſed culpa vocanda eſt.* Valerius enim ſaepiſſime eadem utitur locutione C. 8. Ex. 2. *Ut non legitimum, ita ſe dignum praemium petiit.* L. IV. C. 4. Extr. &c. IV. 4. 2. VII. 5. init. VIII. 11. 3. exter. Alterum fateor ferri poteſt ſi recte explicetur. Erat enim τὸ *quo* in margine ita notatum, ut incertum eſſet quam requireret particulam, utrum *non* an *ne*. Certe nullus erit in verbis ſenſus, ſi legamus *quo ne aſp.* & ſi interpretamur, *quomodo, ut ne.* Quod nempe convenit. PERIZON. Vides, Amice Lector, fragmentum epiſtolae ad Virum Eruditum, neſcio quem, à Cl. Perizonio ſcriptae, quod cum ipſe ſchedis ſuis, quibus notae ejus in Valerium continebantur, inſeruerit, ego quoque bona fide exhibendum putavi. Leid. quint. *non ut ipſis.* ſext. *Utebantur, ne ipſis aſpectus ejus terrorem, ne hoſtibus fiduciae aliquid adferret.* ſec. *Non, quod ipſis.* Ceteri ſtant pro Pighio.

12. *Inertia in forum protrahitur*] Otium apud Athenienſes accuſatur tanquam delictum. VORST.

13. *Perinde ac delictum*] Ultraj. ſec. *perinde ac ob delictum.*

14. *Fitque ut facinoroſae, ita erubeſcendae rea culpae*] Sic omnes Ed. & MSS. Cl. Perizonius contendit tamen omnino legendum *Non facinoroſae.* Quia inertia nec bonis, nec malis artibus, operam dans non videatur dici poſſe *facinoroſa.* Fateor pleriſque ita poſſe videri; Athenienſes tamen eam ut delictum & facinus puniebant, & ita eam pro *facinoroſa*, non tantum pro *erubeſcenda* habebant. Si quis tamen Perizonio malit aſſentire, non valde repugnabo. Pro *protrahitur* aliquot MSS. *pertrahitur.* Phaed. L. III. 10.

Accuſatores poſtularunt mulierem
Romamque pertraxerunt ad decemviros.

Praeſtat *protrahitur.* Vide ſupra L. I. I. 21.

15. *Ejuſdem urbis & ſanctiſſimum conſilium Areopagus*] In Campenſi, Colonienſi, Wincheliano & Cauchiano, *Eſt & ejuſdem urbis ſanctiſſimum concilium Areopagus, ubi quiſque, &c.*

4. Iſocr. Areopag. [15] Ejuſdem urbis ſanctiſſimum conſilium [16] Areopagus, [17] quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quaeſtu ſuſtentaretur, [18] diligentiſſime inquirere ſolebat; ut homines [19] honeſtatem, vitae rationem memores reddendam eſſe, ſequerentur.

5. Cic. de opt. gen. orat. περὶ στεφαν. Aeſch. Demoſth. Ulpian. Eadem [20] bonos cives corona decorandi primo conſuetudinem introduxit, duobus oleae connexis ramulis [21] clarum Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, [22] ſive rem, ſive perſonam intueri velis. Nam & virtutis uberrimum alimentum eſt honos; & Pericles dignus à quo talis muneris dandi [23] poſteritas potiſſimum initium caperet.

Age

Cujus lectionis remanent etiam veſtigia in Pulmanniano; quae quidem praeferenda videtur. Atrebatenſis collegii codex, *Areios pagus* habet cum Graeciſmo. PIGH. *Eſt & ejuſdem urbis.* Ita ex quatuor codd. edidit Pighius; exque eiſdem & voculas *ubi quod*, & denique verbum paſſ. *inquiri* hauſit. Verum antiquiores typis expreſſi, & ambo item MSS. Brand. totam illam periodum ſic ſcriptam habent: *Ejuſdem urbis & ſanctiſſimum conſilium Areopagus, quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quaeſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquirere ſolebat.* Quae lectio mihi magis placet. VORST. Nullus Codd. noſtrorum conſentit cum Pighianis. Sed partim habent, quod Brand. vel & omittunt, aut mutant in *etiam*, omnes etiam *inquirere* exhibent; quare ultra Pighianae lectioni adhaerendum non putavi.

16. *Areopagus*] Cod. Atrebatenſis, ut Pighius teſtatur, habet *Areios pagus*: quomodo & in uno cod. Brandeb. initio ſcriptum fuiſſe apparet. Eaque ſcriptio accedit propius ad Graecum Ἄρειος πάγος: quod *Martium collem* ſignificat. Dictum autem ita eſſe, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη, *quia primus Mars in eo loco judicatus eſt*, Pauſanias in Atticis prodidit. Poſt ipſi quoque judices *Areopagus* dicti: qui quidem numero novem fuere. VORST. Vat. prim. & Med. tert. habent *Arioſpagus*. Periz. *Areoſpagus*. Sed medium *ſ* puncto eſt notatum. Leid. quint. ſext. ſept. cum utroque Ultraj. & Copeſ. *Ariopagus*. *Areios pagus* probatum fuiſſe J. Fr. Gronovio ad Liv. L. I. 18. obſervaverat Cl. Drakenburgius in margine libri ſui.

17. *Quid quiſque Athenienſium ageret &c.*] Hanc legem ab Amaſi Aegypti Rege inſtitutam fuiſſe, & inde à Solone repetitam eſſe ſtatuit Herod. L. II. 177. Similiter de Aegyptiis Diodorus. Videndus & Marsham. Chron. p. 594. & 595. De Lacedaemoniis Aelian. L. III. V. H. 5. PERIZON.

18. *Diligentiſſime inquirere ſolebat*] *Inquiri*, legendum ex jam dictis. PIGH.

19. *Honeſtatem vitae*] Barb. ſec. *Honeſtate vitae decorandi rationem memores reddenda.*

20. *Bonos cives corona decorandi primo conſuetudinem introduxit*] MS. Copeſ. *prima*. Confer Plin. L. XVI. 4. Aelian. L. V. V. H. 19. prima ἀριστεῖα tribuit Aminiae. PERIZON.

21. *Clarum Periclis caput*] Pericles orator & dux Athenienſis fuit: qui ſuggeſtum conſcendens ſolitus fuit precari ut nullum ex ore ſuo verbum exiret, quo populus offenderetur. Vide Quintil. XII, 9. & Aelian. Var. Hiſt. IV, 10. VORST. Similiter de Thraſybulo Nepos C. 4. *Huic pro tantis meritis honoris corona à populo data eſt, facta duabus virgulis oleaginis: quae, quod amor civium, non vis, expreſſerat, nullam habuit invidiam, magna fuit gloria.* Ex oleagine corona dabatur etiam athletis. Scholiaſt. Ariſtoph. ad Plut. v. 586.

22. *Sive rem ſive perſonam intueri*] Pighius prius *ſive* omiſit; niſi forte operarum typographicarum incuria id ſit factum. Sed ſecure tamen editionem Pighii ſecuti ſunt Colerus & Thyſius. Antiquiores typis expreſſi diſerte & prius illud *ſive* habent; vel certe pro eo *ſi*. Et codices item MSS. Brand. habent, *Si rem, ſive perſonam.* Nec poteſt prius *ſive* hinc abeſſe. VORST. *Si rem* habent uterque Ultraj. Copeſ. Leid. ſext. Perizon. & Ed. Mog. ſed Bit. prim. *Si rem intueri vel perſonam velis.* Reliqui *ſive rem ſive perſonam.* Quod vero prius *ſive* hic abeſſe non poſſe cenſet Vorſtius, in hoc eum ratio fugit. Nihil enim frequentius eſſe, quam ſemel eam particulam poni, ubi bis videatur requiri, dudum docuerunt Viri Docti. Adi Cl. Burmannum ad Val. Flac. L. I. 100. & 836. ubi Vir eximius optime *ſi quando* à

Nic.

Age quid illud [24] inſtitutum Athenarum, quam memorabile? quod convi- 6.
ctus à patrono [25] libertus ingratus jure libertatis exuitur. *Superſedeo te*, in- Donat. And. Ter.
quit, *habere civem tanti muneris impium aeſtimatorem. Nec adduci poſſum ut cre-* Tacitus XIII. Plu-
dam urbi utilem, [26] *quem domui ſceleſtum cerno. Abi igitur & eſto ſervus, quo-* tarch. Solone.
niam liber eſſe neſciſti.

Inde [27] Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpant diſciplinae gravitatem, 7.
priſci moris obſervantia, [28] charitate populi Romani praecipue conſpicui; qui tres in eodem manumiſſiones [29] reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori ſubveniendum non putant; quia ſua jam culpa injuriam accepit, qui ei ſe totiens objecit. Eadem civitas [30] ſeverita-

Nic. Heinſio in *ſeu quando* mutatum, quia *ſeu* ſequebatur, defendit.

23. *Poſteritas initium caperet*] MS. Copeſ. *poteſtas.* forte *honeſtas.* PERIZON. Sic Leid. ſept. Barb. uterque cum decem aliis & Ed. Mog. ſed *pptas.* Ultr. ſec. Alii quidam *poteſtatis.* Voſſ. *dandi initium ſumeretur. Sumeretur* etiam alia manu in Leid. ſept. Bit. prim. *caperetur. Poſteritas* correctum erat in Perizon. Prius videbatur fuiſſe *poteſtas.* Sunt qui delent *potiſſimum.* alii *potentiſſimum.* Cur *poſteritas* ferri non poſſit, non video.

24. *Inſtitutum Athenarum*] De quo egit Ant. Borremans Var. Lect. C. 14. p. 174. PERIZON.

25. *Libertus ingratus*] Idem Athenienſium inſtitutum tangit lib. v. cap. 3. Athenis vocabant ἀποστάσιον. Ariſtoteles lib. III. Polit. cap. 8. Lyſias apud Ariſtodemum. Imitati hoc, ut alia ſpecioſa Athenienſium, Romani. Tacitus lib. XIII. Annal. Inſtit. de libert. l. 1. D. de jure patr. COLER. *Libertus ingratus jure libertatis exuitur.* Infra v, 3, 3. *Athenis adverſus ingratos actio conſtituta eſt.* Illud de libertis in ſervitutem retractis imitati quoque Romani; ut ex l. XIII. Annal. Taciti, Inſtitutionibus Juris, atque Digeſtis notum. VORST. Vide omnino pluribus hanc actionem illuſtrantem Mauſſacum ad Harpocration. in v. ἀποστασίου δίκη.

26. *Quem domi ſceleſtum cerno*] In manuſcriptis omnibus, *domui.* PIGH. Non item in noſtris, ſex enim exhibent *domi.*

27. *Maſſilienſes*] De Maſſilia vide Burton. in Hiſt. Gr. L. p. 18. 19. & Tac. L. IV. Ann. 44. PERIZON. MSS. novem *priſcis moribus.* & ita fuerat in Leid. ſept. ſext. *Charitate* omittit. Harl. *Conſpicui & clari.*

28. *Charitate populi Rom. praecipue conſpicui*] Maſſilienſes audito urbem Romanam à Gallis captam atque incenſam eſſe, publico eam rem funere ſunt proſecuti: & aurum item atque argentum publicum privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, à quibus redemptam pacem cognoverant. Vide Juſtinum XLIII, 5. VORST.

29. *Reſcindi permittunt*] MS. Cop. Ultraj. uterque. Leid. quint. ſext. ſept. cum quinque aliis *reſcindere.* quomodo habet etiam Ed. Mog. infra L. VII. 2. 2. tres etiam *cognoverunt.*

30. *Severitatis cuſtos*] Magna Maſſilienſium laus, ob quam merito ipſis gloriari liceat. Nec parcius eos Cicero laudat, imo vero aliquanto etiam luculentius, Orat. pro L. Flacco: *Neque vero te Maſſilia praetereo, quae L. Flaccum militem Quaeſtoremque cognoſti; cujus ego civitatis diſciplinam atque gravitatem non ſolum Graeciae, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam jure dicam, quae tam procul à Graecorum omnium regionibus, diſciplinis linguaque diviſa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariae fluctibus alluatur; ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes ejus inſtituta laudare facilius poſſint, quam aemulari.* Strabo etiam inter alia praecipue frugalitatem & temperantiam Maſſilienſium commendat, lib. III. Juſtinus lib. XLIV. *Illic bene inſtituta non temporum neceſſitate, ſed recte faciendi conſuetudine ſervantur.* Tacitus in Agricola: *Parvulus ſedem ac magiſtram ſtudiorum Maſſiliam habuerat, locum Graeca comitate & provinciali parcimonia miſtum.* Miror itaque vehementer de tanta tamque ſancta civitate Proverbia ſublata πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν. A Plauto etiam mores Maſſilienſes in ipſis Romanae urbis theatris traducti fuere. Quid Athenaeus? Μασσαλιῶται, inquit, ἐθηλύνθησαν, οἱ τὴν αὐτὴν τοῖς Ἴβηρσι τὴν ἐσθῆ-

ritatis cuſtos acerrima eſt: nullum [31] aditum in ſcenam Mimis dando, quorum argumenta majore ex parte ſtuprorum continent actus; ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiae quaerunt, [32] clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmovendam eſſe exiſtimans. Ceterum à condita Urbe gladius eſt ibi, quo noxii jugulantur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoque rebus [33] omnia antiquae conſuetudinis monimenta ſervanda.

Duae etiam ante portas eorum arcae jacent: altera, qua liberorum; altera, qua ſervorum corpora ad ſepulturae locum plauſtro devehuntur. [34] ſine lamentatio-

ἐθῆτος φοροῦντες κόσμον. ἀσχημονοῦσι γὰρ διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφὴν γυναικοπαθοῦντες. Niſi hac unica lue infecti fuerunt, traxeruntque eam à Graecis ſcilicet. unde Graeculam urbem appellat Florus lib. IV. *Graecula civitas, non pro mollitia nominis, & vallum caedere & incendere machinas auſa & congredi navibus.* Servius: *De Cretenſibus accipimus, quod in amores puerorum intemperantes fuerunt, quod poſtea in Lacones & in totam Graeciam tranſlatum eſt, adeo ut Cicero dicat in libris de Republ. opprobrio fuiſſe adoleſcentibus, ſi amatores non haberent.* Varro *Maſſilienſes trilingues* dixit, quod Graece, Latine & Gallice loquerentur, teſte Iſidoro lib. XV. cap. I. COLER. *Civitas ſeveritatis cuſtos acerrima.* Maſſilienſium mores & inſtituta non noſter tantum, ſed & alii laudant. Juſtinus d. l. *Illic bene inſtituta non temporum neceſſitate, ſed recte faciendi conſuetudine ſervantur.* Cicero Or. p. Flacc. *Cujus ego civitatis* (de Maſſilia loquitur) *diſciplinam atque gravitatem non ſolum Graeciae, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam jure dicam.* Strabo lib. III. Geogr. inter cetera frugalitatem & temperantiam Maſſilienſium laudat: quod idem & Tacitus facit in Agricola. VORST.

31. *Aditum in ſcenam*] Citat Sariſberienſis libr. VIII. cap. 2. COLER. *Nullum aditum in ſcenam mimis dando.* MSS. noſtri novem *in ſcena*, quod idem ex Sariſberienſi & MS. Angl. notavit quoque J. Waſſe Ind. Sall. V. *in*. Sed prius *m* credo excidit propter ſequens. Mox tres Rem. *ſpeculandi conſuetudo.* Cop. *ſuſpectandi.* etiam Barb. prim. cum Harl. *ſtuprum.*

32. *Clauſas portas habet*] Pro *portas claudit.* Cujus generis varia in lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 26. congeſſimus. Quibus addo illud Ciceronis in Oratore: *Docemur auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates.* Ubi *domitas habere* eſt pro *domare*; quomodo mox ſequitur *coërcere.* Buchnerus in lib. de commutata ratione dicendi, *μακρολογίαν* & productionem genus id loquendi vocat. Vide pag. 323. libelli ejus, VORST. *Clauſas portas habet.* MS. *habent.* F. leg. *habent & mend.* & *Exiſtimant* pro *exiſtimans.* PERIZON. Tres Rem. cum Bit. primo *Clauſas portas habent.* Deinde iidem *exiſtimantes.* Ultraj. prim. *exiſtimat.* in loquendi forma convenit Terent. Eun. Act. II. ſc. 3. *Quae nos noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam.* & ſic Plaut. in Caſ. Act. II. ſc. 2. Liv. L. XXXIX. 16. *Edita nondum omnia habent facinora, in quae conjuraverunt.* Cic. L. III. in Verrem 14. *Ut ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent.*

33. *Omnia antiquae conſuetudinis momenta ſervanda*] Servat vetus editio antiqui ſermonis normam: *monumenta ſervandum.* nec jus pervertere. LIPS. *Momenta ſervanda.* Recte Lipſius ex vet. edit. *Monumenta ſervandum.* COLER. *Omnia antiquae conſuetudinis momenta ſervanda.* Ait Lipſius veterem quandam editionem normam antiqui ſermonis ſervare; habereque ſic *monumenta ſervandum.* Quam lectionem & Colerus probat. Vetus editio Martini Herbip. habet item, *Omnia antiquae conſuet. monimenta ſervare debet.* VORST. *Monimenta* probabat etiam Perizon. & extat illud in aliquot MSS. *ſervandum* non reperio. Sed notabiliter Ed. Mog. *omnia antiquae conſuetudinis momenta ſervandi.* Ut gladius iſte non tam indicet, ſervari etiam à quibuſcunque debere omnia antiquae conſuetudinis monimenta, ſed ſervari à Maſſilienſibus, quos laudavit ab obſervantia priſci moris. Quo ſpectat etiam Leid. quint. nihilo deterius exhibens. *ſervantium.* ſc. *Maſſilienſium.*

34. *Sine*

tatione, ſine planctu luctus funeris die, domeſtico ſacrificio, [35] adjectoque Cic. de
neceſſariorum convivio, finitur. Etenim [36] quid attinet, aut humano dolori Legg. II. 9. 23. 24. 26.
indulgeri, aut divino numini invidiam fieri, quod immortalitatem ſuam nobis- Jerem.
cum partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice cu- XVI. 5. Levit. XIX.
ſtoditur, quod datur ei, qui cauſſas [37] Sexcentis (id enim Senatus ejus nomen 27. XXI. 5.
eſt) exhibuit, propter quas [38] mors ſit illi expetenda: cognitione virili benevolentia temperata, quae nec egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam praebet; [39] ut vel adverſa, vel proſpera nimis uſus fortuna (utraque enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeveret, haec ne deſtituat, [40] rationem praebuerit) comprobato exitu terminetur.

Quam

34. *Sine lamentatione, ſine planctu, ſine luctu funeris dies*] In manuſcript. quaſi omnib. ſic legitur, *Sine planctu luctus funeris dies.* In Campenſi autem, *luctus ac funeris dies.* Quae tolerabilis eſt lectio; attamen praefero Cauchianam, *Sine planctu luctus funeris die.* PIGH. Confuſa leviter & leniter ordino: *ſine planctu. luctus, funeris die, domeſtico ſacrif. a. n. convivio finitur.* Haec mens luctum non produci, ſed finiri ipſo illo funebri die. LIPS. *Luctus funeris die.* Ita Pighius ex cod. Cauchiano; cum Aldus edidiſſet *ſine luctu funeris dies*; ut *ſine luctu* pertineat ad ea, quae praecedunt *ſine lamentatione, ſine planctu.* Ceterum *luctus* caſu recto in pluribus codd. obſervavit Pighius; & nos item in codd. Brand. vetereque typis expreſſo Mart. Herbip. Sed male rurſus in his ſe habet, quod legitur *funeris dies.* Legendum omnino, *Luctus funeris die finitur*: ut intelligatur luctum ipſo illo funebri die non produci, ſed finiri. Quae quidem & Lipſii eſt ſententia. VORST. In omnibus Codd. legitur *dies.* vide Vorſtii notas. Quod Pigh. Lipſ. & Vorſt. mutarunt, quia praecedit *luctus*, quod tamen mea ſententia locum hic non habet: quia nullus ibi erat *luctus*, ubi omnia *ſine planctu, ſine lamentatione, non ſine ſacrificio & conviviis peragebantur.* Tum in MS. Copeſiano omittitur τὸ *luctus*, & ni fallor recte. Lege igitur & diſtingue. *Devehuntur ſine lamentatione, ſine planctu. Funeris dies* &c. *finitur.* Senſu commodiſſimo. PERIZON. Ad Cod. Copeſ. accedunt proxime Harl. & Med. ſec. Ille exhibens *ſine planctu funeris dies*, hic *ſineque planctu funeris dies.* Contra *planctu* omittunt tres Med. Vat. prim. & Leid. ſec. ſcribentes *ſine luctu funeris dies.* Ceteri *ſine planctu luctus funeris dies.* & ſic Ed. princeps. Aſc. *luctus* omittit. Ven. Aldus & alii, *ſine planctu, ſine luctu.* Senſu etiam percommodo, ſed nullis nixo MStis. Quid ſi, *ſine lamentatione, ſine planctu luctus*, accipiamus; pro *ſine lamentatione & planctu, qualia in luctu uſurpari ſolent, quae luctui ſunt propria?* Leid. quint. *Luctus funeris diei.* Sed poſterius *i* puncto notatur.

35. *Adjectoque neceſſariorum convivio*] Duodecim MSS. *additoque*, tres *aditoque*, cum Ed. Mog. Leid. quint. Med. ſext. & duo alii *adhibitoque.* Quod non omnino videtur ſpernendum. Voſſ. *finit.*

36. *Quid attinet humano dolori indulgere*] Veteres libri habent, *Aut humano dolori indulgeri.* Recte, ut ſequentibus reſpondeat. PIGH. *Quid attinet, aut humano dolori indulgeri.* Ita Pighius ex antiquis codd. ſe ſcripſiſſe ait. Aldus & Chalcocondyles ediderant, *Quid att. humano dolori indulgere.* Alteram illam lectionem & in codd. Brand. vetereque typis expr. Mart. Herbip. obſervo. VORST. *Indulgeri* probant etiam MSS. noſtri, & Ed. Mog. Ven. Med.

37. *Sexcentis*] Strabo: Ἀνδρῶν χ καθεστήσαντες συνέδριον. Eoſdem τιμούχους appellitabant. COLER. *Sexcentis.* Strabo de Maſſilienſibus: Ἀνδρῶν χ καθεστήσαντες συνέδριον. Sexcentos iſtos τιμούχους vocabant, quaſi Latine dicas *ſingularem honorem habentes.* VORST. MSS. *ſeneſcentis, ſēſētis, cenſentis, ceſentis, ceſcentis, caſcent, ſcentis, Zexcentis.* De Baſ. teſtatur Klokkius etiam in eo eſſe, *Cenſētis* al. *ſeneſcentis.* Veram lectionem tamen eſſe *ſexcentis* ex loco Strabonis à Colero citato ſatis apparet. Eſt vero Strabonis locus L. IV. p. 179. Ed. Pariſ.

38. *Mors ſit illa expectanda*] In ſcriptis melius *expetenda.* Et poſtea, *Uſis fortuna.* pro, *Uſi.* PIGH. *Exſpectanda* in ſex noſtris invenio, reliqui *expetenda.* Ultraj. prim. *Egredi vitam.*

39. Ut

8. Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gallia ortam, ſed [41] è Graecia translatam inde exiſtimo, [42] quod illam etiam in inſula Cea ſervari animadverti, quo tempore Aſiam cum [43] Sex. Pompejo petens, [44] Julida oppidum intravi. Forte enim evenit, [45] ut tunc ſummae dignitatis ibi femina, ſed ultimae jam ſenectutis, [46] reddita ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno [47] conſumere ſe deſtinarit, mortemque ſuam Pompeji praeſentia clariorem fieri magni aeſtimarit. Nec preces ejus vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus inſtructiſſimus, aſpernari ſuſtinuit. Venit itaque ad eam, facundiſſimoque ſermone, qui ore ejus quaſi è beato quodam eloquentiae fonte manabat, ab incepto conſilio diu nequicquam revocare conatus, ad

Aelian. Var. Hiſt. III. Strabo x. Steph.

Ann. urb. 771. circiter.

39. *Ut vel adverſa, vel proſpera nimis uſis fortuna &c. comprobato exitu terminetur*] Legebatur olim *uſi*, Pighius vero in ſuis invenit *uſis*. ex quo faciendum erat *uſus*, ut habet MS. quem ego contuli. Oroſ. L. VII. C. 22. *Accidentemque ex nobis mortem naturae finem eſſe, non poenam ſui, mentitur iniquitas paganorum vel gentium. Non finivit tantum ſe ipſe, ſed & ſepelivit.* Seneca Contr. p. 281. Sic *finiri* pro mori infra III. 2. Ext. 6. IX. 12. Ext. 4. ubi vide Vorſt. *Morbo finiri* Plin. L. I. Ep. 12. *Audito fini Auguſti* Tac. I. 31. 4. & alibi ſaepiſſime. Errat proinde Berneccerus ad Juſt. XXVII. 3. 12. *Seleucus quoque iiſdem pene diebus equo praecipitatus finitur.* ubi legere vult *finit.* Sic & *finiri* apud Cic. I. Tuſc. C. XLVIII. Sic τέλος pro morte Aelian. V. H. L. V. 6. Ἔξοδος. II. Pet. I. 15. Confer Scal. ad Euſeb. n. 2137. & Cicer. L. I. Tuſc. 46. PERIZON. *Uſus* clare exſtat in Barb. prim. in ſec. *uſis*, al, *uſus*. Duo Rem. *uſu*. Unus Rem. & Bit. *viri*. Reliqui *uſi fortuna*, Periz. etiam *terminentur*. Placet *uſus*.

40. *Rationem praebet*] Ita Aldus dedit & Aſcenſius, ceteri cum longe maxima MSS. parte *praebuerit*, quod mutari non debuerat.

41. *E Graecia tralatam*] Poſterius vocabulum ab Aldo eſt hac forma editum. Priores editt. cum Aſcenſio & viginti MSS. habent *translatam*, viginti duo ſcripti *ex Graecia*. Pro *exiſtimo* multi *aeſtimo*.

42. *Quod illam etiam in inſula Caea ſervari animadverti*] In manuſcriptis correctioribus *Coeo* vel *Ceo* legitur, in aliis *Chio* vel *Coo*. Diverſas autem inſulas eſſe *Ceos*, vel *Soeos*, *Chios* & *Cos*, coſmographorum omnium conſenſu & demonſtratione manifeſtum eſt. Ex his *Ceon* olim tetrapolim fuiſſe, poſtea duab. urbibus *Coreſſa Poeeſſa*que mari devoratis in duas reliquas *Julida*, *Carthaeam*que habitatores earum migraſſe, Strabo & Plinius tradunt. Sed temere confunduntur apud auctores tam Graecos, quam Latinos dictarum inſularum nomina, idque librariorum negligentia; ut in Stephano de urbibus, Ἰυλὶς πόλις ἐν κῷ τῇ νήσῳ. Et rurſus: Καρθαία μία τῶν ἐν κῷ τετραπόλεως: cum utrobique legi debeat ἐν κέῳ, quemadmodum recte nominant κηΐους populos Menandriani verſus legem ſeu conſuetudinem hanc properandae mortis praedicantes. Quos ipſos, quia ad intellectum Valerianae hujus hiſtoriae faciunt, non praetermittam. Leguntur autem in Stephano & Strabone hoc modo:

> Καλὸν τὸ κήων νομιμόν ἐστι Φανία,
> Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Permittebat autem illa lex *Cejenſium* majores annis ſexaginta natos ἀκωνίζεσθαι, hoc eſt, aconito vitam finire. Sic legendum, non ἀγωνίζεσθαι, ut habetur in Stephano. PIGH. *Illam etiam in inſula Ceo ſervari.* Aldus ediderat *in inſ. Caea:* & paulo rectius Chalcocondyles & Martinus Herbip. *Cea*; quomodo & codd. Brand. habent. At Pighius ait in correctioribus MSS. inveniſſe ſe *Coeo* vel *Ceo:* in aliis *Chio* vel *Coo*. Sumpſit autem atque edidit *Ceo*. Sed & *Cea*, ut alii ediderunt, non malum eſt. Plinius IV, 12. *Ceos, quam noſtri quidam dixere Ceam.* VORST. *Cea* eſt etiam in tribus Leid. Periz. Ultraj. ſec. quidam *Ceo*. Et *Cea* in omnibus MSS. reperiri teſtatur Gudius ad Phaed. L. IV. 21. *Cea* Ed. Mog. Ven. *Caea*, & ſic fere ceteri. Conſule omnino & Broukhuſium ad Propert. L. I. 2. 2.

43. *Sexto Pompeio*] Mirum ni de Sexto, Magni filio, loquatur. Quod ſi eſt, oportet Valerium ſtatae aetatis fuiſſe, cum haec ſcriberet. Badius

ad ultimum propoſitum exſequi paſſus eſt, quae nonageſimum annum transgreſſa cum ſumma & animi & corporis ſinceritate, lectulo quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetudine [48] cultius ſtrato recubans, & innixa cubito, [49] *Tibi quidem*, inquit, *Sex. Pompei*, [50] *dii magis, quos relinquo, quam quos peto*, [51] *gratias referant: quia nec hortator vitae meae, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Ceterum ipſa hilarem Fortunae vultum ſemper experta, ne aviditate lucis triſtem intueri cogar*, [52] *reliquias ſpiritus mei proſpero fine*, [53] *duas filias, & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura, permuto.* Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & [54] cultu ſuo ſacriſque domeſticis majori filiae traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextra arri-

Badius putat eum de quodam ſub Tiberio vivente Pompejo loqui. Nam à C. Caeſaris morte uſque ad Tiberium pluſquam 60. anni interceſſerunt. Meminit rurſus Pompeji Valerius, ſed abſque pronomine L. IV. 7. de Amicitia. Vide etiam an non *Julida* à nominativo Julis legendum, in accuſativo, non ablativo. GLAREAN.

44. *Julida oppidum intravi*] Ceos inſula initio oppida habuit quatuor. Poſtea duobus Coreſſa & Poeeſſa mari abſorptis, habitatores in duo reliqua, Julidem & Carthaeam, commigrarunt; ut ex Strabone & Plinio ſcire licet. VORST. Plerique MSS. *Julida*, vel *Julide*. Leid. ſec. *Illide*, Ultraj. uterque *in lide*. Quum vero diſerte *Julis* appelletur à Plinio, credibile eſt & hic accuſativum Graecum *Julida* ab auctore fuiſſe profectum.

45. *Ut tunc ſummae dignitatis ibi foemina*] MS. ejici jubet *tunc* & *ibi*. PERIZON. • MSS. uterque Ultraj. *ſummae ibi dignitatis femina*. Editt. Ven. & multae aliae, *forte enim tunc evenit*.

46. *Reddita ratione cur vita excedere deberet*] Verſus Menandri de *Ceorum* inſtituto iſto apud Strabonem & Stephanum ſic habent:

Καλὸν τὸ Κέων νόμιμόν ἐστι, Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Permittebat *Ceorum* ſive *Ceenſium* lex, majores ſexaginta annis ἀκωνίζεσθαι; id eſt, aconito vitam finire. VORST.

47. *Conſumere ſe deſtinarit*] Tredecim *deſtinaret*, & mox totidem *aeſtimaret*, nonnulli *exiſtimaret*. Deinde Harl. *qui ab ore ejus*. Quatuor *ex ore*. primus Ultraj. *qui ore ejus quaſi beato*. Copeſ. *qui ex ore ejus ſic quaſi è beato*. Item Ultraj. prim. & Cop. *Venitque*. Voſſ. *Venitſque*. Voſſ. & Vat. prim. *Summa animique corporiſque ſinceritate*.

48. *Cultius ſtrato*] Sic Ed. Mog. & Aſc. ſed Ven. Ald. & alii *ſtructo*, prius probatur auctoritate ſcriptorum Codicum omnium. Barb. prim. *innixa*. Ultaj. prim. *nixa*.

49. *Tibi, inquit, Sex. Pompeji*] In manuſcript. *Tibi quidem, inquit:* de hoc Sex. Pomp. Aſiae procos. vide noſtros annales. PIGH.

50. *Dii magis quos relinquo, quam quos peto*] Id eſt, Dii magis ſuperi quam inferi. VORST.

51. *Gratias referant quia neque*] MS. *quod*. malim *qui*. PERIZON. Decem MSS. *quod nec*.

52. *Reliquias ſpiritus*] Illuſtrat Gudius ad Phaed. L. IV. 25.

53. *Duas filias & unum nepotum gregem relictura ſuperſtitem permuto*] In Wincheliano, Cauchiano, & Campenſi, *Duas filias & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura permuto*. Quam lectionem approbo. In Atrebatenſi quidem & Suſiano legitur *uno*. Pulmanni, & Colonienſes codices numeralem notam 7. habent, quae perperam à librariis in *uno* vel *unum* mutata eſt. PIGH. *Septem nepotum gregem*. Ita Pighius ex quinque codd. cum Aldus & alii edidiſſent *unum nepotum gregem*. Et ſuſpicatur Pighius numerum *VII* à librariis in *uno* vel *unum* transformatum eſſe. VORST. *Uno nepotum* duo Rem. & Vat. *Unum* uterque Barb. & Ultraj. Leid. ſept. Periz. Copeſ. Bit. *Una* Leid. quint. ſext. unus Rem. pro *permuto*. Duodecim *permitto*, quinque Med. *permicto*. *Permitto* Ed. Ven. Ald. Aſc. Tol. Rob. Steph. Gryph. Latinus Latinius *praemitto*.

54. *Cultu ſuo ſacriſque domeſticis majori filiae*] Moris fuit, ut ſacra domeſtica majoribus natu liberis traderentur. Sunt autem cultus & ſacra domeſtica, ſacrificia quae Diis Penatibus fiebant. VORST. Et cur non *cultum* potius intelligamus de veſte, unionibus, aliiſque ornamen-

arripuit. Tum [55] defuſis Mercurio delibamentis, & invocato numine ejus, [56] ut ſe placido itinere in meliorem ſedis infernae deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem. Ac ſermone ſignificans, *quasnam ſubinde partes* [57] *corporis ſui rigor occuparet*, cum jam viſceribus eum, & cordi imminere eſſet elocuta, filiarum manus ad [58] ſupremum opprimendorum oculorum officium advocavit. Noſtros autem, tametſi novo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacrymis dimiſit.

9. Sed ut ad Maſſilienſium civitatem, unde in hoc deverticulum exceſſi, revertar,

mentis, quibus ipſa coli ſolebat? ut apud Phaed. L. iv. 4. Sic Curt. L. v. 6. 8. *Cultu foeminarum abſtinere juſſit.* Noſter infra ex. 13. & ſaepe alii. Pro *ſacris domeſticis* unus & alter cum Ed. Mog. *ſacris diis domeſticis.* Deinde nonnulli *invocato nomine ejus.*

55. *Defuſis Mercurio delibamentis*] Potuiſſet & *fuſis libamentis.* Simplici *libamenta* enim uſus & ſupra ii, 5, 5. Et Chalcocondyles hic quoque edidit *libamentis.* Verum codices Brand. MSS. aliique antiquiores typis expreſſi habent *delibamentis.* Erat autem *libamen*, *libamentum* & *delibamentum* vinum iſtud, quod inter epulas in honorem alicujus Dei in menſam, aut terram; vel inter ſacra in aram effundebant. Ita ergo & femina illa Ceenſis, cum potionem venenatam ſumeret, Mercurio ex eadem delibamentum defudit. Pro *delibamentum defundere* dicunt & uno verbo *libare.* Virgilius i. Aen. *Dixit & in menſa laticum libavit honorem.* Item: *In menſam laeti libant, divoſque precantur.* Rurſus Ecl. v. *Duo rite mero libans carcheſia Baccho fundit humi.* Sed utebantur tamen tum verbo, tum quoque nomine, & generalius, de quocunque ſacrificio: quomodo ſupra ii, 5, 5. & *libamentum* uſurpatur. VORST. *Libamentis.* Voſſ. & Leid. ſept. unus *tum demum fuſis.*

56. *Ut ſe in meliorem ſedis infernae deduceret partem*] Mercurius praeeſſe credebatur animabus. Virgilius:

——— ——— Animas ille evocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Per *meliorem ſedis infernae partem* intelligitur ſic dictus *campus Elyſius*, de quo Virgilius vi. Aen.

Devenere locos laetos & amoena vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

Idem:

——— ——— Exinde per amplum
Mittimur Elyſium & pauci laeta arva tenemus.

VORST. Vide Magium Miſc. L. iv. ii. PERIZ.

57. *Corporis ſui partes rigor occuparet*] Conveniunt haec prorſus cum iis quae de exitu Socratis narrat Plato in fine Phaedonis. Septemdecim Codd. ſcripti *elocuta* cum Ed. principe Periz. *allocuta.* Probo *elocuta.*

58. *Supremum opprimendorum oculorum officium*] Virgilius dicit *oculos premere.* Ut ix. Aen. *Preſſive oculos aut vulnera lavi.* Sed & ipſe noſter infra vii, 8, 9. *Morte preſſis oculis.* Nec placet quod Aurelianenſis in Notis ad Tacit. pro *opprimendorum* legendum cenſet *operiendorum.* VORST. *Filiarum manus ad ſupremum oculorum opprimendorum officium advocavit.* MS. *occupavit.* Eleganter ſane: *occupare* enim *manus alterius* eſt uſurpare, exercere. *Werk geven.* PERIZON. Significantius tamen eſt *advocavit*, ita enim indicat illam ipſam mandaſſe filiabus, ut ſibi oculos clauderent; & tuentur hoc reliqui MSS.

59. *Ita ipſis quoque tuta ſunt*] *Ipſis* interpretor non *Maſſilienſibus*, ſed *hoſpitibus*, ut ſit ſenſus. Maſſilienſes non ſolum humaniter excipiunt hoſpites, ſed & illorum hoſpitum ſecuritati proſpiciunt. Cum enim, ut in hoſpitiis, ut inter temulentos crebrae rixae, atque inde caedes oriantur, optimum hoc contra omnem vim & injuriam remedium putant, ſi hoſpites in portae ingreſſu arma ponant. V. Bodin. L. iv. de Rep. C. 7. qui Juſtinum cum Valerio idem narrare volent, *Ipſis* interpretabuntur i. e. *Maſſilienſibus.* Tum enim ſenſus eſſet Maſſilienſes ſuae proſpicere ſecuritati. Sed qui verba noſtri diligentius excuſſerit ac ſtilum communem, admittet prius. Quo etiam inclinat Camer. Cent. i. 47. Et diverſum narret Valerius, dummodo non contrarium, poſſunt enim unius inſtituti plures eſſe cauſſae, & hujus *ſecuritas urbis*, ſecundum Juſtinum, ac ſimul *ſecuritas hoſpitum*, ſecundum Valerium, nec alterum alteri officiet. RUPERT. Ergo, ſi diis placet, tutior hoſpes eſt inermis ad hoſpitem, qui arma habeat diver[illegible], quam ſi & ipſe habeat, quibus ſe poſſit defendere, [illegible] paretur. Non hic de

vertar, intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: praeſtoque eſt, qui id cuſtodiae gratia acceptum, exituro reddat; ut hoſpitia ſua, quemadmodum advenientibus humana ſunt, [59] ita ipſis quoque tuta ſint.

Horum moenia [60] egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, [61] quos memoria proditum eſt, [62] pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, [63] dare ſolitos: quia perſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, [64] niſi idem braccati ſenſiſſent, [65] quod palliatus Pythagoras credidit.

[66] Ava-

de cauponis ſermo eſt, ubi incuſari temulentia, & hinc ortae rixae, & caedes fortaſſe poſſint, ſed de hoſpitibus humaniter hoſpites excipientibus. Quare omnes mecum ſenſuros puto, ſi contendam *ipſis* omnino de Maſſilienſibus intelligendum. Et vox haec plane poterat abeſſe, ſi ad hoſpites referretur, ſufficeret enim *advenientibus*.

60. *Egreſſo*] MS. *Egreſſus*, voluit *Egreſſis*. PERIZON. Sic uterque Barb. Periz. Leid. ſext. Harl. Bit. prim. Vat. *Egreſſi* Ultraj. ſec.

61. *Quos memoria proditum eſt*] Ita ſane omnes codd. Similiterque Cicero I. de Orat. *Quia memoria ſic eſſet proditum*. Uſitatius tamen eſt *memoriae prodere*, VORST. Sic habent etiam omnes noſtri. Vide Oudend. ad Obſ. C. 86.

62. *Pecunias mutuas*] Mela lib. III. cap. 2. ubi de Druydibus: *Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu, vicenis annis in ſpecu aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quae praecipiunt in vulgus effluit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuos cremant ac defodiunt, apta viventibus olim negotiorum ratio etiam & exactio crediti deferebatur.* De iſtac exactione nuſquam legi, praeter apud Valerium & Melam. De reliquis Braccatorum ſive Druydarum Placitis convenienter tradunt Strabo lib. IV. Diodorus, Ammianus, alii. De Pythagora, nulli nota magis domus eſt ſua, ut ait Juvenalis. COLER. *Pecunias mutuas, quae his ap. inf. redderentur, dare ſolitos.* Ita Pighius ex cod. Wincheliano. Aldus illud *ſolitos* non habet. Et omiſſum item in ceteris antiquioribus typis expreſſis, inque MSS. Brandeburg. Sed idem placet tamen; quia ſequitur non *quia perſuaſum habent*, ſed *quia perſuas. habuerunt*. De more illo dandi pecunias mutuas, quae apud inferos redderentur, Pomponius Mela III, 2. ita: *Docent* (Druydes) *multa nobiliſſimos gentis clam & diu, vicenis annis in ſpecu aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quae praecipiunt, in vulgis effluit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuos cremant ac defodiunt, apta viventibus olim negotiorum ratio etiam & exactio crediti deferebatur.* VORST. Illud *perſuaſum habuerunt* quum oſtendat morem illum Valerii temporibus jam exoleviſſe, facit ut placeat magis lectio Codd. Barb. ſec. Cop. Harl. Voſſ. Leid. ſept. Ultraj. prim. Bit. prim. Periz. Vatic. exhibentium *datas*, pro *dare ſolitos*, modo cum utroque Barb. Harl. Periz. Leid. ſept. legamus, *quo memoria proditum eſt*; quod Copeſ. explet, *quo more*. Sed hoc videlicet è gloſſa eſt. Leid. quint. videtur prius habuiſſe *datas*, quod eraſis poſterioribus literis mutatum prius in *dare*, dein ſuperſcriptum *dediſſe ſolitos*.

63. *Dare, quia perſuaſum habuerunt*] Placet lectio Wincheliani libri, *Dari ſolitos; quia perſuaſum habuerunt*. PIGH. *Quia perſuaſum habuerunt*. Ita Pighius ex cod. Wincheliano. Alii codices, interque hos unus Brand. *perſ. habuerunt*; id quod magis placet. Atque ita Aldus & Chalcocondyles ediderant. VORST. Sic ediderant & ceteri, atque ea lectio firmatur aliquot MSS. conſenſu.

64. *Niſi idem braccati ſenſiſſent*] *Braccati* ſunt ipſi Galli, de quibus praedixerat; dicti ita quod braccis uterentur. Unde & diſtinctio *Galliae braccatae*, quae Tranſalpina; & *togatae*, quae Ciſalpina eſt. Erant autem *braccae* genus veſtimenti femora tegens: quod Latine & *feminalia* dici poteſt. Nec tamen ſoli Galli braccis uſi, ſed Germani quoque & Sarmatae: imo & Getae, Perſaeque. Vide Voſſium lib. I. de Vit. Latini ſerm. c. 2. Imo & Romae receptus tandem is habitus tempore Auguſti: itaque invaluit, ut Honorio & Arcadio Impp. legibus compeſcendus viſus fuerit, ut ex cod. Theodoſiano conſtare poteſt. Tacitus tamen l. II. Hiſt. *barbarum tegmen* vocat. Vide & Buchnerum

II. Cic. Tuſc. II. [66] Avara & foeneratoria Gallorum philoſophia: alacris & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, [67] qui in acie gaudio exultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri. Plutarch. Sertorio. Frag. Sall. p. 485. Notae Carrionis. [68] Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant proelio ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cujus ſalute ſpiritum devoverant. Laudanda utrorumque populorum (68) animi praeſtantia, [69] quod & patriae incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiae conſtanter praeſtandam arbitrabantur.

[70] Thra-

rum ad Lexicon Fabri; & quos ille laudat, Caſaubonum & Salmaſium ad Scriptores Hiſtoriae Aug. & illum ad Auguſtum quoque Suetonii. VORST. Imo magis etiam proprie Gallia *Braccata* eſt *Narbonenſis* dicta, in qua ſita erat Maſſilia.

65. *Quod palliatus Pythagoras*] Pythagoras *palliatus* dicitur, utpote Graecus. Pallium enim veſtis fuit Graecorum. Unde Graeci & *palliati* dicuntur; & *comoediae palliatae*, quae Graecorum, utpote palliatorum, mores repraeſentant. Vide rurſus Salmaſium ad Scriptores Hiſtoriae Aug. Sed quia de patria Pythagorae dubitatum fuit, poſſit & ideo dictus videri *palliatus*, quod philoſophus fuit. Philoſophi enim palliis uſi. VORST.

66. *Avara & foenatoria philoſophia*] Quod Galli, interque hos praecipue Druides, docerent, animas hominum immortales eſſe, & pecunias poſſe dari mutuas, quae apud inferos redderentur. VORST.

67. *Qui in acie gaudio exultabant*] Repoſui vocem *gaudio*, quae neſcio caſu, an de induſtria, in editione Pighiana & deinceps ſecutis fuerat omiſſa; ſed in vetuſtis Edd. & MSS. exſtabat. Tres ſcripti *exultant* & *lamentantur* Ex. 14. *victrix gaudio exultans*. Confer de Sogdianis Curt. L. VII. 10.

68. *Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant proelio ſupereſſe*] Idem de iiſdem & Salluſtius prodidit, his quidem verbis: *Celtiberi ſe regibus devovent, & poſt eos vitam refutant*. Caeſar quoque B. G. III, 22. de Gallis Solduriis ſcribit, *eos, ſiquid iis, quorum ſe amicitiae dediderint per vim accidat, aut eundem caſum una ferre, aut ſibi mortem conſciſcere*. Quod noſter paulo poſt dicit *pro alicujus ſalute ſpiritum devovere*, id Caeſar ibidem non tantum *amicitiae alicujus dedere ſe*, ſed & *amicitiae alicuius devovere ſe* dicit. VORST. Sex MSS. *dicebant*.

(68.) *Animi praeſtantia*] Manuſcripti duo: *animi praeſentia*. id eſt, conſtantia & virtute animi. Vetus gloſſarium: *Praeſens* ἐπιφανὴς, καὶ παρὼν καὶ δ'ύχαλκος. Locutio frequentiſſima apud Valerium, ſed ubique fere corrupta in *animi praeſtantiam*. COLER. *Utrorumque pop. animi praeſtantia*. Gallorum puta & Celtiberorum. Sed pro *animi praeſtantia* Colerus legendum cenſet *animi praeſentia*, id eſt, conſtantia & virtus; quod in duobus codd. ita ſcriptum reperit, & quia Valerio locutio haec ſolennis ſit. In uno quoque cod. Brandeb. manifeſte *animi praeſentia* legitur. Agitur hic de fortitudine. Animum fortem autem Latini & *praeſentem* dicunt. Notum illud: *Nunc ſicui eſt virtus, animuſque in pectore praeſens*. VORST. *Praeſentia*. Tres Rem. Leid. ſept. Periz. Bit. prim. L. III. 7. 5. *Bellica haec praeſentia animi* ibid. Ex. 7. *Animi praeſtantia*. In pleriſque MSS. eſt *pntia*. Ut & L. VI. 8. 3.

69. *Quod & patriae incolumitatem diligenter tueri, & f. a. c. praeſtandam arbitrarentur*] Barthius legendum cenſebat *tuendam*, quia ſequitur *praeſtandam*, ſed contra omnes MSS. neque morari nos debere hujuſmodi variationem temporum ac modorum in una Periodo ſatis ſuperque docuit Cl. Burman. ad Quintil. L. I. 7. p. 92. ubi de hoc ipſo agit loco. Vide & J. Fr. Gronov. ad Gel. L. V. 6. Adde noſtrum L. III. 2. 3. *Quamquam & numero & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, tutiuſque erat*.

70. *Thraciae vero*] Thracibus hoc commune cum Agathyrſis, Caeſiis, Heniochis, Indis. Herodotus lib. V. Xenodotus in collect. proverb. Pomponius Mela lib. II. cap. 2. Idem de Cauſianis ſcripſit Nicolaus apud Stobaeum: Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι. τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν. ſed profecto videtur illo loco legendum eſſe Καυκασιανοί. Sic enim de Albanis Strabo lib. XI. ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοὶ, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, οὐ τὸ τῶν γονέων μόνον. τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον φροντίζειν οὐδὲ μεμνῆσθαι. COLER. *Thraciae illa natio*. Obſervat Colerus Thracibus id commune fuiſſe cum Agathyrſis, Caeſiis, Heniochis, Indis, Cauſianis, & Albanis citatque Herodotum lib. V. Xeno-

70 Thraciae vero illa natio merito ſibi ſapientiae laudem vindicaverit, quae natales hominum flebiliter, 71 exequias cum hilaritate celebrat. Sine ullis doctorum praeceptis, verum 72 conditionis noſtrae habitum pervidit. Removeatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitae, quae multa & facere & pati turpiter cogit, 73 ſi ea mortua ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.

12. Herod. v. Solin. xv.

74 Quo

Xenodotum in Collect. proverb. Pomponium Melam l. II. c. 2. Multa quoque in eam ſententiam Cicero lib. I. Tuſc. quaeſt. habet. VORST. *Thraciae vero illa natio.* Sic ſatis clare liquet, non de omnibus Thracibus hoc accipiendum eſſe, ſed de certa quadam Thracum natione, his vero quum Mela adſcribet *Getas*, & de his ea memoret, quae de Thracibus noſter, credibile eſt intelligi hic debere *Getas*, quos vocabant ἀπαθανατίζοντας. De quibus Arrian. L. I. Exp. Alex. Cap. 3.

71. *Exſequias cum hilaritate celebrans*] Sexdecim MSS. *celebrat.* Voſſ. *celebrabat.* Copeſ. *celebrabant.* Ant. Gryph. *celebrando.* Ceterae Edd. *celebrat.* Quod mutari non erat opus, modo major poſt hoc verbum ponatur diſtinctio. Nam ita malim, quam ponere illam poſt *praeceptis*, ut eſt in quibuſdam Editionibus.

72. *Conditionis noſtrae habitum praevidit*] In Atrebatenſi aliiſque *pervidit.* Magis apte. Sic enim Horatius:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.

PIGH. *Conditionis noſtrae habitum pervidit.* Ita Pighius ex cod. Atrebatenſi aliiſque reſtituit, cum Aldus ediďiſſet *praevidit.* Unus quoque cod. Brand. ſic habet, & duo veteres typis expreſſi, Chalcocondylae & Mart. Herbip. Sed & in altero Brandeburgenſi ſcriptum in margine *pervidit.* VORST. *Praevidit.* ſic MSS. novem. *providit* quinque & ita Aſc. reliqui *pervidit* cum Ed. principe. De quo verbo Vide Lambinum & Bentlejum ad Horat. L. I. S. 3. 25. Confer noſtrum L. VII. 3. 6. & L. VII. 4. 2. *cauſſam altioris argumenti pervidit.*

73. *Si ea mortua aliquanto ejus felicior ac beatior finis reperietur*] *Ea mortua*, inſertum videtur è gloſſemate alicujus eorum, qui de vita ſpiritus ac morte carnis indies diſſerunt. Et in Wincheliano exemplari haec verba omittuntur: in quo ſic, *Si ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.* Quam lectionem minime ſpernendam arbitror. PIGH. [illegible] Dan. addit *ſi ea mortua ejus.* Haud me Hercules inepte. COLER. *Si ea mortua ejus aliquanto felicior.* Expunxerat Pighius *ea mortua*, cum ab aliquo cod. id abeſſe vidiſſet. Et ſecuti eum ſunt Colerus & alii. Sed teſtatur tamen Colerus, codicem P. Dan. voces eas habere. Et habent quoque antiquiores typis expreſſi: itemque MSS. Brandeb. & Baſil. Nec poſſunt illae hinc abeſſe. Dixit Auctor de dulcedine vitae; removendam ſcilicet eam eſſe. Hujus igitur rationem addit; quod mortua, id eſt, remota atque exſtincta dulcedine vitae, aliquanto felicior ipſius quoque vitae finis reperiatur. *Si* eſt hic pro *quia:* quod in uno cod. Brandeb. & adſcriptum video. Ita Terentius And. I, 5, 58. *Si te in germani fratris dilexi loco.* Vide & Ind. Kockerti in Ter. VORST. Addunt Codd. *Ea mortua* poſt *ſi.* Vide Coler. & Vorſtium. Meus etiam legit, *ſic ea mortua.* Ejicit ea Pighius, reponit Vorſtius, ſed inepte exponit. Latet vero in iis magnum ulcus, cujus ſanandi rationem pervidiſſe me puto. Lege reciſis ſuperfluis literis. *Si ortu ejus aliq. fel. ac beat. finis reperietur.* Dixerat enim paulo ante *Thracas natales hominum flebiliter, ac exſequias cum hilaritate celebrare, eoque rerum conditionis naturae habitum pervidere.* Ergo jam removeri vult dulcedinem vitae, *ſi ortu ejus aliquanto felicior finis* reperietur. poſſis etiam. *Si jam ortu ejus aliq. f. a. b. finis reperietur.* Sic II. 8. 6. *In ortum ſalutaris principis* &c. VIII. 9. I. *Spes tanti imperii in ipſo fere ortu corruiſſet.* & VIII. 3. 2. *Tale monſtrum magis quo tempore ſit exſtinctum, quam quo ſit ortum, referendum eſt.* Vide & Manut. ad Sall. Cat. 57. PERIZON. *Si ea mortua ejus* eſt etiam in omnibus MSS. quos ego inſpexi, & in excerptis plerorumque aliorum. Explicatio vero Vorſtii, quam Cl. Perizonius damnat, jam fluxit ab Aſcenſio. Arridet vehementer *ſi jam ortu ejus*, non auſus tamen fui à MSS. diſcedere.

74. *Quocirca recte Lycii*] MS. Cop. *rite*, dein multi alii, *cum his.*

75. *Reſpiciantur Indorum feminae*] Talia Herodotus l. V. prodidit de Thracibus. VORST.

Z 2 Vide

13. Plutarch. conſolatorii. [74] Quo circa recte Lycii, cum iis luctus incidit, muliebrem veſtem induunt: ut deformitate cultus commoti, maturius ſtultum projicere maerorem velint.

14. Cic. Tuſc. v. Aelian. VII, 18. Solin. v. Prop. III. 21. Verum quid ego fortiſſimos hoc in genere prudentiae viros laudem? [75] Reſpiciantur Indorum feminae, quae cum more patrio complures eidem nuptae eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamen judiciumque veniunt, quam ex iis maxime dilexerit. [76] Victrix gaudio exultans, deductaque à neceſſariis laetum praeferentibus vultum, conjugis ſe flammis ſuperjacit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: ſuperatae [77] cum triſtitia & maerore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam; adjice Celtibericam fidem; junge animoſam [78] Thraciae ſapientiam; annecte Lyciorum in luctibus abjiciendis callide quaeſitam rationem: [79] Indico tamen rogo nihil eorum praeferes, quem uxo-

Vide & Bern. Realinum. Annot. C. 9. Tom. 2. Lamp. Crit. & Uſſerii Annales p. 198. & p. 239. PERIZON. Quae Vorſtius notat, ea habuit quoque Corradus.

76. *Victrix gaudio exultans, deductaque à neceſſariis laetum praeferens vultum*] Lege omnino cum MS. *praeferentibus*. De ipſa jam dixerat *eam gaudio exultare*: quamobrem jam nimis exiguum eſt, quod ſequitur *eam laetum praeferre vultum*, ſed convenit *neceſſarios ac comites gaudio exultantis mulieris laetum praeferre vultum*. PERIZON. *Praeferens vultum*. Videtur eſſe ab Oliverio, quem ſecuti ſunt ceteri: ſed Mog. & Venett. habent *praeferentibus* cum ſeptemdecim MSS. quod cum ratione à Perizonio vindicatum cenſeo. Gudius adſcripſit, an forte *lectum praeferentibus*?

77. *Cum triſtitia ac maerore*] Uterque Ultraj. Copeſ. Harl. Tres Rem. Bit. & Barb. primi *cum triſtitiae maerore*. Vulgatum tuentur ceteri, ſed Perizon. *triſtitia & non agnoſcit*.

78. *Thraciae ſapientiam*] Octodecim MSS. una voce auctiores *Thraciae potentiam ſapientiam* exhibent. Barb. prim. *potentiam & ſapientiam*. Ultr. uterque *& annecte*. Ed. Mog. *Thraciae potentiam. Sapientiam adnecte Lyciorum, & in luctibus abjiciendis callide exquiſitam rationem. Exquiſitam* eſt etiam in Voſſ. & uno Rem. & Ultr. Credo tamen *potentiam* eſſe à mala manu, cum diſerte *Sapientiam* in Thracibus laudarit, qui ſine ullis Doctorum praeceptis conditionis noſtrae habitum perviderint.

79. *Indico tamen rogo*] Toll. & Leid. ſec. *Indicorum*. Deinde quatuor *uxorum*. Quinque cum Ed. Mog. *uxoria*. Quod valde probo.

80. *In modum genialis tori*] *Genialis torus* ſive *lectus* vocabatur, qui novae nuptae in ipſis nuptiis magnifice ſternebatur; dictus ita, ut videtur, quod ſacer eſſet Genio. VORST. Vide Torrent. ad Horat. L. 1. Ep. 1. 87.

81. *Punicarum feminarum*] Cum etiam hic in omnibus ſcriptis & editis *Punicarum* invenirem, Pighianum *Poenicarum* hinc ablegavi. Quid? an ſpernendum etiam fuit quod & in Edd. principe, Venetis, & MSS. Sexdecim *cujus gloriae*. Ut ſit, *Cujus pietatis gloriae ſubnectam decus Punicarum feminarum*?

82. *Sicae enim fanum Veneris eſt*] In manuſcriptis *Siccae*, atque ita appellatur ea colonia à Plinio. PIGH. *Siccae*. Lib. Danielis *Cirtae*. Libri veteres excuſi: *Sicae*. Sed alii omnes ſcriptores Latini *Siccam* ſcribunt. Solinus capite 25. *Sigam* Graecorum more. Sic enim Strabo vocat lib. XVII. Stephanus: Σίγαθα, πόλις λιβύης, ὡς Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. Emendo ſane ex Strabonis loco Σίγα, πόλις. Idem Stephanus hanc Polybium Σίγγαν appellaſſe ſcribit, quam ego cum *Sicca* eandem facio & diſtincta loca in unum contrahenda. nam varietatem hoc nomen ſcribentium annotare voluit Stephanus, quod facere conſuevit. COLER. Harl. *Circe*. Med. quint. *Cirte*. Bit. prim. *pirce*. Vat. prim. *Sicce*. Leid. quint. *Pirte*. Sed recte ſe habet *Siccae*. Perizonius notabat videndas notas ad Sall. in Jug. C. 56. Ed. Thyſ.

83. *Atque inde procedentes quaeſtum dotis corporis injuria contrahebant*] Multo elegantius in manuſcriptis, *Atque inde procedentes ad quaeſtum, dotes corporis injuria contrahebant*. PIGH. *Quaeſtum dotes*. Malo cum lib. Dan. *Quaeſtum dotis*. Sic

uxoris pietas [80] in modum genialis tori propinquae mortis ſecura conſcendit.

Cui gloriae, [81] Punicarum feminarum, ut ex comparatione turpius appareat, dedecus ſubnectam. [82] Siccae enim fanum eſt Veneris, in quod ſe matronae conferebant, [83] atque inde procedentes ad quaeſtum, dotes corporis injuria contrahebant, honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo conjugia juncturae. 15. Juſtin. XVIII.

[84] Nam Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit, quod liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam [85] ſeptimum impleſſent annum, quo parvulorum amiſſionem aequiore animo ſuſtinerent. 16. Herodot. II.

[86] Ne Numidiae quidem reges vituperandi, qui more gentis ſuae nulli mortali oſculum ferebant. Quicquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe convenit. 17.

Sic Juſtinus lib. XVIII. de Cypriis virginibus. *Mos erat Cypriis virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quaeſituras.* COLER. *Inde procedentes ad quaeſtum, dotes corporis injuria contrahebant.* Ita locum hunc ex MSS. reſtituit Pighius. Aldus ediderat, *Atque inde procedentes, quaeſtum dotis, corporis injuria contr.* Quae lectio & in codd. Brand. apparet: & in libro item P. Dan. obſervata eſt Colero; qui quidem alteri hanc & praefert. Mihi tamen magis probatur altera: quam in vetere quoque editione Martini Herbip. obſervo. Ut noſter dicit *procedere ad quaeſtum*, ita Juſtinus lib. XVIII. ſimili de re agens, *in quaeſtum mittere.* Et memorabile quod matronae illae Siccenſes, quarum mentionem Valerius facit, oriundae fuerunt ab illis Cypriis, de quibus Juſtinus praedicto loco geminum prodidit. *Mos erat Cypriis*, inquit, *virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quaeſituras, in quaeſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. Harum igitur ex numero LXXX. admodum virgines raptas navibus imponi Eliſſa jubet; ut & juventus matrimonia, & urbs ſubolem habere poſſet.* Ergo feminae iſtae, quas Eliſſa ſecum in Africam duxit, vulgato corpore dotem quaerendi morem, quem in patria Cypro didicerant, ad poſteros in ipſa Africa transmiſerunt. Strabo fine libri XI. ſimilem fere morem Armeniis: & Herodotus I, 93. atque Aelianus IV, I. Lydis tribuunt. VORST. Ut emendavit Pighius ita exhibet Ultraj. ſec. & Toll. neque aliter Ed. Mog. quod probo, etſi alii ſupra viginti tueantur vulgatum.

84. *Jam Perſarum*] Omnes fere MSS. *Nam Perſarum*, ut ſunt haec duo *nam & jam* apud noſtrum infinitis locis inter ſe permutata. Hic vero *Nam* editum fuit ante Pighium. Quod Auctor noſter dicit pueros antequam *ſeptimum* impleſſent annum à parentibus non ſolitos adſpici, id Strabo dicit non ante *quartum*, Herodotus ante *quintum* factum fuiſſe; ut obſervavit Briſſon. de Regno Perſ. L. II. p. 192. Ed. Commel.

85. *Septimum impleſſent annum*] Herod. Lib. II. Sed quinque annos ſcribit. CORRAD.

86. *Ne Numidiae*] Aliquot MSS. *Ne Numidae quidem reges*, Optime.

Caput VII.

DE DISCIPLINA MILITARI.

Observata a Romanis.

1. *P. Scipione Aemiliano Coſ.*
2. *Q. Metello Numidico Coſ.*
3. *P. Rupilio Coſ.*
4. *C. Aurelio Cotta Coſ.*
5. *Q. Fulvio Flacco Cenſ.*
6. *A. Poſtumio Tuberto dict. & T. Manlio Torquato Coſſ.*
7. *L. Quinctio Cincinnato dict.*
8. *L. Papirio Curſore dict.*
9. *L. Calpurnio Piſone Coſ.*
10. *Q. Metello Macedonico procoſ.*
11. *Q. Fabio Max. Serviliano procoſ.*
12. *P. Africano majore procoſ.*
13. *P. Africano minore procoſ.*
14. *L. Aemilio Paullo procoſ.*
15. *Senatu Romano.*

Externis.

1. *Senatu Carthaginenſi.*
2. *Clearcho Spartanorum duce.*

[1] Venio nunc [2] ad praecipuum decus, & ad ſtabilimentum Rom. imperii, ſalutari perſeverantia [3] ad hoc tempus ſincerum & incolume ſervatum, [4] militaris diſciplinae tenaciſſimum vinculum; in cujus ſinu ac tutela ſerenus tranquillusque beatae pacis ſtatus acquieſcit.

1. Ann. urb. 619. Livius LVII. Front. IV. 1. Florus II, 18. App. Iber. p. 107. 108.

P. Cornelius Scipio, cui deleta Carthago avitum cognomen dedit, conſul in Hiſpaniam miſſus, ut inſolentiſſimos Numantinae urbis ſpiritus, ſuperiorum ducum culpa nutritos, contunderet, eodem temporis momento, quo caſtra intravit, edixit, ut omnia ex his, [5] quae voluptatis cauſſa comparata erant, auferrentur ac ſummoverentur. [6] Nam conſtat tum maximum inde inſtitorum & lixarum numerum cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. [7] Hac turpi atque erubeſcenda ſentina vacuefactus noſter exercitus, qui paulo ante metu mortis,

1. *Venio nunc*] Hic demum incipit in MSto. Caput ſecundum, & recte. Supra enim egit de inſtitutis & moribus communiter, domeſticis prius, deinde externis. PERIZON. Monui hoc ſupra ad initium Cap. 2.

2. *Ad praecipuum decus & ſtabilimentum*] Edd. ante Pighium *& ad ſtabilimentum*, niſi quod Mediol. *ac ſtabilimentum*. Prius complurium MSS. auctoritate firmatum reſtitui.

3. *Ad hoc tempus*] Ultraj. ſec. *Ad hoc uſque tempus*. Sed vide ſupra L. II. 4. 4.

4. *Militaris diſciplinae tenaciſſimum vinculum*] Sic infra C. 9. init. *Caſtrenſis diſciplinae tenaciſſimum vinculum*. PERIZON.

5. *Quae voluptatis cauſſa comparata eſſent*] MS. *Comperata*. An *voluptatis comperta* i. e. probata ad voluptatem ſpectare? Liv. L. XXXII. 1. *Sacrilegii compertos*. PERIZON. Leid. ſept. conſpirat cum Copeſiano. nil muto tamen.

6. *Nam conſtat*] *Nam*, ſuperfluum eſt, & in Campenſi ac Suſiano non habetur. PIGH. *Conſtat tum maximum*. Pighius expunxit *nam*; quod in codd. Campenſi & Suſiano id non reperiret. Veteres editiones omnes habent *Nam conſtat*. Nec aliter codices Brant. MSS. VORST. *Nam* etiam in ſed. [illegible] MSS. Omnes etiam, quos ego [illegible], & magnus aliorum numerus, *Comparata erant*, quod Pighius tacite

mortis, [8] deformi ſe foederis ictu maculaverat, erecta virtute, recreataque acrem illam & animoſam Numantiam incendiis exuſtam ruiniſque proſtratam ſolo aequavit. [9] Itaque neglectae diſciplinae militaris indicium, Mancini miſerabilis deditio; ſervatae merces, ſpecioſiſſimus Scipionis triumphus extitit.

[10] Ejus ſectam Metellus ſecutus, cum exercitum in Africa, Jugurthino bello nimia Sp. Albini indulgentia corruptum conſul accepiſſet, omnibus imperii nervis [11] ad revocandam priſtinae diſciplinam militiae conniſus eſt. Nec ſingulas partes apprehendit, ſed totam continuo in ſtatum ſuum redegit. Protinus namque lixas è caſtris ſummovit, [12] cibumque coctum venalem proponi vetuit. [13] In agmine neminem militum miniſterio ſervorum jumentorumque, ut arma ſua & alimenta ipſi ferrent, uti paſſus eſt. Caſtrorum ſubinde locum mutavit: eadem, tanquam Jugurtha ſemper adeſſet, vallo foſſaque aptiſſime cinxit. Quid ergo reſtituta continentia, quid repetita induſtria profecit? Crebras ſcilicet victorias, [14] & multa tropaea peperit ex eo hoſte, cujus tergum, ſub ambitioſo imperatore, [15] Romano militi videre non contigerat.

2. Ann. urb. 644. Salluſt. Jug. 44. 45. Front. IV, 1.

Bene

te mutavit in *eſſent*, cum ſuperiores omnes exhibuiſſent, id quod eſt in MStis, & ideo reſtitui utrumque. Unus Rem. *conſtat quantum maximum.*

7. *Hac ſentina vacuefactus*] Verbo *vacuefacere* & Nepos uſus. Ut v, 2, 5. *Scyrum, quod contumacius ſe geſſerat, vacuefecit.* Item xx, 3, 2. *Bello vacuefactas poſſeſſiones novis civibus diviſit.* VORST. Vide & notas ad Cic. Cat. 1. 7. *Quid, quod adventu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt.*

8. *Deformi foederis ictu Mancini miſerabilis deditio*] Epitome l. LV. Liv. *Victus à Numantinis* (C. Hoſtilius Mancinus) *& caſtris exutus, cum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, pacem cum eis fecit ignominioſam: quam ratam eſſe Senatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant.* Et epitome l. LVI. *Ad exſolvendum Numantini foederis religione populum, Mancinus, cum hujus rei auctor fuiſſet, deditus Numantinis, non eſt receptus.* VORST.

9. *Itaque neglectae militaris diſciplinae &c. exſtitit*] Haec omnia ſuppoſititia videbantur Guyeto, prorſus ſine cauſſa.

10. *Eam ſectam Metellus ſecutus*] *Sectam ſequi* eſt pro partes ſequi. Cicero in Bruto, *Qui eorum ſectam ſecutus es.* Et pro Fl. *Qui hanc in rep. ſectam ſequitur.* Pari modo & Livius loquitur. Vide & Obſ. Giſanii in L. L. VORST. Etiam haec lectio à Pighio cum eſt intruſa. In omnibus enim editionibus invenio *ejus ſectam*, quod in pluribus quoque eſt MSS. Voſſ. *cujus ſectam.*

11. *Ad revocandam priſtinae diſciplinam militiae*] *Priſtinae* neſcit MS. nec eo opus eſt. PERIZON. Agnoſcunt ceteri. Deinde ſunt, qui habent *connixus*, item *niſus.*

12. *Cibum coctum venalem proponi*] Varro lib. VI. de L. L. ex Plauto citat, *Epeum fumificum, qui legioni noſtrae habet coctum cibum.* Salluſtius B. Jug. itidem *cibum coctum* vocat. At Nepos XVIII, 8, 7. *cibaria cocta.* Nec aliter Livius XXI, 49. Graeci σῖτα ἄπυρα vocant, quod ad coquenda ea igne non amplius opus eſſet. VORST. Imo σῖτα ἄπυρα, non ſunt Graecis *cibi cocti*, ad quos coquendos jam igne amplius non ſit opus, ſed *crudi*, omnino non cocti. Conſule Lipſ. de Mil. Rom. L. v. 16. Ubi videbis etiam multa ad hoc Metelli inſtitutum illuſtrandum pertinentia.

13. *In agmine neminem militum miniſterio ſervorum jumentorumque, ut arma ſua & alimenta ipſi ferrent, uti paſſus eſt*] Multo equidem malim *ut ne arma* &c. Senſus eſt enim, *Non paſſus eſt uti miniſterio ſervorum, quo minus arma ſua ipſi ferrent.* PERIZON.

14. *Multa tropaea peperit ex hoſte*] Scribendum omnino *tropaeum:* quia Graecum eſt τρόπαιον. Factum illud poſt victoriam, ex congerie armorum hoſtibus ademptorum & in ſtipite

3. Ann. urb. 621. Bene etiam illi diſciplinae militari affuerunt, [16] qui neceſſitudinum perruptis vinculis, ultionem [17] vindictamque laeſae, cum ignominia domuum ſuarum, exigere non dubitaverunt. [18] Nam [19] P. Rupilius conſul eo bello, quod in Sicilia cum fugitivis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, [20] quia negligentia Taurominitanam arcem amiſerat, provincia juſſit decedere.

4. Ann. urb. 501. Front. IV, 1. [21] Jam C. Cotta [22] P. Aurelium Pecuniolam, ſanguine ſibi junctum, quem [23] obſi-

pite fixorum in eo loco ubi pugnatum erat, hoſteſque ſe in fugam dederant. Florus III, 2. *Domitius Aenob. & Fabius Max. ipſis, quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropaea fixere.* Atque hunc tropaea erigendi morem Romanis ad id uſque tempus inuſitatum fuiſſe idem ibidem teſtatur. Figura tropaeorum in antiquis numis ſatis frequens. VORST.

15. *Romano militi*] Prius vocabulum delet Cod. Copeſ.

16. *Qui neceſſitudinum praeruptis vinculis*] Manuſcripti *perruptis* habent. Quod melius. PIGH. Etiam noſtri, & Ed. Mog. Sed haec *non affuerunt*, ut eſt in ſec. Ultraj. ſed male. notum eſt enim ſatis *adeſſe alicui*, poni pro defendere, protegere.

17. *Vindictamque laeſae*] Sic Ex. 7. *Ne inulta foret laeſa gloria militaris.* PERIZON. Voſſ. Leid. ſec. *leſi.* Ultraj. ſec. *ſeſe.*

18. *Nam P. Rutilius*] Tres videntur fuiſſe P. Rutilii in conſulatu Romano. Primus de quo hoc loco Anno ab urbe condita 622. Hoc enim anno fugitivorum bellum oppreſſum dicitur apud Flor. Lib. LIX. Quamquam in conſulum catalogo nomina commemorentur. P. Popilius Lenas, C. Sulpitius Galba. Pro Popilio in Floro jam dicto libro legitur Attilius: pro Sulpicio vero Rutilius apud Ciceronem in Laelio ubi de C. Bloſio. Niſi ſit codicum error, aut ſuffectus alicui dicatur, quorum utrumque fieri potuit. Alter anno 649. de quo priore hujus libri titulo, cum C. Manlio conſul. Tertius anno 663. de quo Cap. 5. hujus habebitur, & poſtea ſaepe. GLAREAN.

19. *P. Rupilius*] Rutilius is fuit, non Rupilius. Notiſſimus hic Rutilius in tota antiquitate Romana. Nec noti olim Rupilii, contra Rutilii. Feſtus. *Rutilum Rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina, ut indicat frequenter Afranius.* Sic enim locum obiter emendo. Valerius ſupra de priſcis feminis: *Summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt.* Cato apud Servium. *Mulieres noſtrae cinere capillum ungitabant, ut rutilus eſſet crinis.* COLER. *P. Rupilius conſul.* Ita maluit Pighius, cum antiquiores typis expreſſi haberent *Rutilius.* Quod adeo non probat Colerus, ut ſcribat, *Rutilium fuiſſe, non Rupilium. neque notos olim fuiſſe Rupilios.* Legit tamen ita & Sigonius: qui in Comm. Faſt. Rom. ad Ann. U. 621. & hunc & alia Auctorum loca de Rupilio recenſet. Noſter mentionem ejus & infra facit VI, 9, 8. Fuit tamen & *P. Rutilius* quidam: ejuſque mentionem noſter ſupra II, 3, 2. & alibi facit. Vide & Sigonium in Comment. Faſt. Rom. ad Ann. U. 648. VORST. Etſi etiam hic multi ex noſtris MSS. *Rutilius* praeferant, recte tamen *Rupilius* reſtituit Pighius; qui videndus in Faſt. Anno U. C. DCXXI. item notae ad Flor. L. III. 19. 7. Cic. L. IV. in Verr. 50.

20. *Quia negligentia Taurominitanam arcem amiſerat*] MS. *Negligentiam.* Forte *qui per negligentiam.* PERIZON. Voſſ. *Tauromenitanam.* Ultraj. ſec. *Thauromentanam.* Bit. prim. *Tauromontanam.* Barb. prim. *Taumaritanam.* Leid. ſec. quint. ſext. Ed. Mog. *Tauromentanam.* Perizon. *à Tauro arcem.* Scripſerit fortaſſe *Tauromenitanam.* Utrumque enim videtur dici. Urbs Graecis *Ταυρομένιον.* Cic. L. XVI. ad Att. II. *Epiſtolas Catinam, Tauromenium, Syracuſas commodius mittere potero.* Contra vero *Taurominitana civitas.* L. III. in Verr. 6. & ſic *Taurominium* apud Pomp. Mela L. II. 7. & hinc *Tauromenium ſive Taurominium ut vocant Latini* ſcribit Caſaubon. ad Strab. L. VI. p. 267.

21. *Jam C. Cotta*] Deſunt haec in quatuor MSS.

22. *P. Aurelium Pecuniolam*] Voſſ. *Aurelianum filium quem.* Duo Leid. Bit. & Vat. *Aurelium filium Pecuniolam.* in Leid. ſept. punctis notatur *τὸ filium.* Sec. *Aurelium filium ſuum* alia manu *Pecuniolam.*

23. *Obſidioni Liparitanae*] *Lipara* una inſularum Aeoliarum, quae numero ſeptem fuere. Timaſithei Liparitanorum principis mentio facta ſupra I, I ext. 4. VORST.

24. *Ad*

[23] obſidioni Liparitanae [24] ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus praefecerat, virgis caeſum, [25] militiae munere inter pedites fungi coëgit, [26] quod ejus culpa agger incenſus, [27] & pene caſtra fuerant capta.

5. Q. etiam Fulvius Flaccus cenſor, [28] Fulvium fratrem cohortem legionis, in qua trib. militum erat, injuſſu conſulis domum dimittere auſum, ſenatu movit. [29] Non digna exempla, quae tam breviter, niſi majoribus urgerer, referren-

Ann. urb. 579. Livius XLI. 22. Vellejus. Front. IV, 1. Ann. urb. 573. Livius XL. 41.

24. *Ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus*] Quoniam vitio & non recte petita ſive capta auſpicia fuerant, voluit Cotta ea denuo petere; eamque ob cauſſam Meſſanam in Siciliam trajecit. VORST.

25. *Militiae munere*] Lib. Danielis *militiae munera*. Optime & latiniſſime. COLER. *Militiae munere inter pedites fungi*. Addit Pighius *gregalis*, ſcribitque *gregalis militiae*; quia Frontinus IV, 1. eadem de re agens ſcribit, *virgis caeſum in numerum gregalium peditum referri & muneribus fungi juſſit*. Verum antiquiores typis expreſſi & MSS. item τὸ *gregalis* non habent. Et ſi ex verbis Frontini ſupplenda verba Valerii eſſent, faciendum illud ſic potius, ut *gregales* adjiceretur τῷ *pedites*. Frontinus enim *gregalium peditum*, non *gregalis militiae* habet. VORST. *Gregalis* abeſt ab omnibus MSS. & dudum eſt, quod Pighium hac in re Modius redarguit Ep. 96.

26. *Quod ejus culpa ager incenſus*] In Campenſi, Atrebatenſi, ac Pulmanniano, *agger*, multo rectius. Aggere enim & vallo muniebantur caſtra, quibus incenſis pene capta fuerant. Atqui ex quavis materia aggeſta fiebant aggeres; ſive terra, lapides, trabes, faſces eſſent, ſive haec ſimul coacervata. Quid idem noſter Valerius? anne Julium Caeſarem, cum armis Mundam clauſiſſet, in alterius materiae inopia ex cadaveribus aggerem extruxiſſe ſcribit? lib. VII. cap. 6. Aſtipulatur huic noſtrae correctioni item Julius Frontinus Stratagematum lib. IV. & quia hoc ipſum exemplum diſciplinae militaris ex iſto Valerii loco iiſdem pene verbis tranſtuliſſe videtur, non incongruum erit hic adjungere: *Idem*, inquit, *Cotta P. Aurelium ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni Lipararum, ipſe ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus praefecerat, cum agger incenſus, & pene capta caſtra eſſent, virgis caeſum in numerum gregalium peditum referri & muneribus fungi juſſit*. Atque hic quidem Frontini locus non ſolum Valerii verba declarat, ſed etiam in iis aliquid deeſſe, videtur indicare. Nam ubi ait, militiae munere inter pedites fungi coëgit, profecto minus hiulcus & obſcurus erit, ſi locum ex Frontino ſuppleamus ita, *gregalis militiae munere inter pedites fungi coëgit*. Viliſſimi enim gregales milites erant ad quaecunque opera militiae ſupplenda ſubjecti, & ex centuriarum ultimis decuriis in quas minoris pretii & animi milites conſcribebantur, quemadmodum etiam Cicero in orationibus ſuis indicat, per contemptum Catilinae, Clodii, ac Antonii ſeditioſos ac viles aſſeclas eorum gregales appellans. Inter quos per ignominiam rejiciebantur etiam illi milites, qui ob culpam aliquam ex ordinibus ſuis expungebantur. PIGH. *Quod ejus culpa agger incenſus, & paene caſtra fuerant capta*. E terra plurimum agger: potuitne accendi? Tu ſedulo velas mi Pighi: ſed velim (puto te non nolente) *agger inſcenſus*. Inſcendi & conſcendi aggerem, vallum, crebra & trita dictio. LIPS. *Agger incenſus*. Male edit. Veneta: *ager incenſus*. Placet conjectura Lipſiana *Agger inſcenſus*. Nec mea diſplicet *Agger eſcenſus*. Sic apud Ennium: *Atque atque eſcendit muros Romana juventus*. COLER. *Quod ejus culpa agger incenſus*. Aldus ediderat *ager incenſus*. At Pighius ex MSS. reſtituit *agger incenſus*. Qui idem docet quoque, quomodo agger incendi potuerit; videlicet quia agger, quo caſtra muniebantur, ex quavis materia aggeſta, etiam ex trabibus & faſcibus, conficeretur. Lipſius mallet legi *agger inſcenſus*; quia *aggerem, vallum, inſcendi* crebra locutio ſit. Codices Brand. habent itidem *agger incenſus*: & veteres item typis expreſſi, vel *ager incenſus*, ut Aldi & Chalcocondylae; vel *agger incenſus*, ut Martini Herbip. Frontinus quoque praedicto loco habet, *Cum agger incenſus & pene capta caſtra eſſent*: id quod veram lectionem non parum firmat. VORST. *Inſcenſus* legit etiam Pontanus in Epiſtolis ab Ant. Matthaeo editis N. 88. PERIZON. MSS. alii *agger*, alii *ager*. *Incenſus* vero confirmatur auctoritate ad unum omnium. Quod cur cum Lipſio & Pontano mutemus in *inſcenſus*, vel cum Colero in *eſcenſus*, cauſſam eſſe nul-

ferrentur. Quid enim tam difficile factu, quam 30 copulatae ſocietati generis & imaginum, deformem in patriam reditum indicere? aut communioni nominis, ac familiae veteris propinquitatis ſerie cohaerenti, virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut 31 cenſorium ſupercilium adverſus fraternam charitatem deſtringere? Dentur haec ſingula quamvis claris civitatibus: abunde tamen gloria diſciplinae militaris inſtructae videbuntur.

At noſtra urbs, quae omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit, Imperatorum proprio ſanguine 32 manantes ſecures, ne turbato militiae ordine vindicta deeſſet, è caſtris publice ſpecioſas, privatim lugubres duplici vultu recepit: 33 incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur. Igitur ego quoque haeſitante animo vos bellicarum rerum ſeveriſſimi cuſtodes, Poſtumi Tuberte, & Manli Torquate, memoria ac relatione

Iam, vel hic unus Gaeſaris locus evincet in L. VII. B. G. 24. *Paullo ante* III *vigiliam animadverſum eſt fumare aggerem, quem cuniculo hoſtes ſuccenderant; eodemque tempore toto muro clamore ſublato, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces, atque aridam materiam de muro in aggerem eminus jaciebant, picem alii reliquaſque res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant.* & Front. L. IV. I. 37. *M. Antonius, cum agger ab hoſtibus incenſus eſſet, ex his, qui in opere erant, duarum cohortium militem decimavit.* Et miror ſane Lipſium rogare, an agger, qui plurimum è terra, potuerit accendi, qui L. II. Polior. Dial. 3. etiam aggeres ex viminibus, cratibus, lignis, arboribus comportatis fieri ſolere docuerit, & Dial. IV. Turres iis fuiſſe impoſitas.

27. *Et pene caſtra*] Uterque Ultraj. delent copulam cum aliquot aliis MSS. & Ed. Mog. Deinde MSS. plurimi *erant* cum vetuſtis Editionibus. *fuerant* enim à Pighio eſt.

28. *Fulvium fratrem cohortem legionis, in qua tribunus militum erat, dimittere auſum*] Lego, *Fratrem conſortem, legionem, in qua* &c. Non enim unam legionis cohortem, ſed integram legionem *dimiſit*. PERIZON. *Conſors* certe appellatur à Livio loco in margine citato, & Vell. L. I. 10. & *legionem dimiſſam* fuiſſe teſtatur Front. L. IV. I. 32. ut imprimis vera eſſe videatur Cl. Perizonii emendatio, etſi non faveant MSti.

29. *Tam digna exempla tam breviter*] Non placet diplaſiaſmus ille vocabuli *tam*. Nam elegantius haec in Suſiano, & Pulmanniano, *Non digna exempla quae tam breviter, niſi majoribus urgerer, referrentur.* Et in aliis exemplaribus manent quaedam indicia ejus lectionis. PIGH. *Non digna exempla quae tam breviter referrentur.* Ita Pighius ex quibuſdam codd. Et conſonat codicum Brand. unus; & typis item expreſſus Mart. Herbip. niſi quod *quae* in iis eſt omiſſum. Aldus & Chalcoc. ediderant, *Tam digna exempla tam breviter non referrentur.* VORST. Plerique MSS. omittunt *quae*, & habent quomodo Aldus & alii ediderunt ante ipſum Ven. & Med. aut, *tam digna exempla non tam breviter referrentur*, ut Periz. aut *non tam breviter non referrentur*, ut nonnulli. aut *non digna exempla tam breviter*, ut Ed. Mog. unde apparet illud *non* variis locis poſitum cauſſam corruptioni praebuiſſe, & ſatis ſanam eſſe vulgatam lectionem. Perizonius dubitabat, an per interrogationem eſſet poſitum. *Tam digna exempla, tam breviter &c. referrentur?*

30. *Copulato ſocietati*] Lib. Dan. *Copulatae ſocietati generis & imaginum.* & deinde poſtea: *aut communioni nominis.* Facile praefero vulgatae. COLER. *Copulato ſocietate generis. Communione nominis cohaerenti.* Ita Pighius, neſcio ex quibus codd. Aldus ediderat, *copulatae ſocietati generis, communioni nominis cohaerenti.* Nec aliter MSS. Brand. ceterique veteres typis expreſſi habent. VORST. Pighius edidit, opinor, ita ex nullis MSS. ſed quia ita ipſi videbatur concinnius. Malo prorſus exemplo, & ad optimos auctores corrumpendos unice comparato. Nam MSS. noſtri octodecim *Copulatae ſocietati* tuentur, quod placebat quoque Cl. Perizonio, qui margini adſcripſerat. Sic paſſim *imperia* pro imperatoribus. Et ſane reſpicit

tione complector; quia animadverto fore ut pondere laudis, quam meruiſtis, obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam, quam veſtram virtutem, ſicut par eſt, repraeſentem. [34] Tu namque, Poſtumi dictator, A. Poſtumium, quem ad generis [35] penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem propagandam genueras; cujus infantiae blandimenta ſinu atque oſculis foveras; quem puerum literis, quem juvenem armis inſtruxeras; ſanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriae; quia non tuo juſſu, ſed ſua ſponte praeſidio progreſſus, hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri juſſiſti; & [36] ad hoc peragendum imperium paternae vocis miniſterio ſufficere valuiſti. Nam oculos tuos, certum ſcio, clariſſima in luce tenebris offuſos, ingens animi opus intueri nequiviſſe. Tu item, Manli Torquate, Latino bello conſul, filium, quod provocatus à Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum te ignaro deſcenderat, glo-riosam

Ann. urb. 322. Diod. Sic. XII. Livius IV. Gell. XVII. ult.

Ann. urb. 413. Livius VIII. Gell. & alii.

cit factum Rupilii, cujus gener erat Fabius. Nempe quia utrimque copulata erat ſocietas generis & imaginum. Deinde *communioni* legunt etiam multi MSS. cum ante editis.

31. *Cenſorium ſupercilium*] Id eſt, cenſoria ſeveritas, auſteritas. Sic infra II, 9, 1. *Probitas & continentia cenſorio ſupercilio examinata eſt.* VORST. Reſcripſi *deſtringere*; cum Viri Eruditi abunde docuerint quid inter hoc & *diſtringere* interſit; quos vide citatos à Cl. Drakenburgio ad Sil. L. XVII. 164. & ego ſubinde variare in hujus vocis ſcriptura MSStos video. Sic *deſtringere iram.* Ex. 15.

32. *Manantes ſecures ne*] Decem MSS. cum Edit. Mog. *Manantes ſecures habet, ne.* Nonnulli etiam *madentes.* Sed neutrum neceſſe eſt. Illud magis poſſit placere, quod in Leid. quint. exſtat, *Ne turbato militiae ordini vindicta deeſſet.* Qua forma dixit ex. 3. *Bene etiam illi diſciplinae militari adſuerunt.*

33. *Incerta gratulandi prius, an lugendi officio fungeretur*] Sex manuſcripti libri habent. *An alloquendi officio fungeretur.* Quae ipſiſſima lectio antiqua eſt, quam ſcioli vim ejus verbi non intelligentes mutarunt. *Alloqui* enim non ſolum προσφωνεῖν, hoc eſt, ad aliquem loqui ſignificat; verum etiam cum affectu ac humanitate affari, & conſolari, quod Graeci παραμυθεῖσθαι dicunt. Docet hoc M. Varro de lingua Latina lib. V. cujus ſunt haec verba: *Hinc adlocutum mulieres ire ajunt, cum eunt aliquam locutum conſolandi cauſſa.* Quam Varronis lectionem ex vetuſtis codicibus eruit vir noſtro ſaeculo ſummus Antonius Auguſtinus. In eadem ſignificatione poſtea Valerius hoc vocabulo utitur libro IV. cap. 6. de Minyis: *Velut allocuturae perituros maritos*, id eſt, *conſolaturae.* PIGH. *Incerta, gratulandi prius, an alloquendi officio.* Ita recte edidit Pighius; cum Aldus & Chalcocond. edidiſſent *an lugendi officio.* Et ut Pighius emendavit, ita in uno quoque cod. Brand. ſcriptum fuiſſe apparet; quamvis τὸ *alloquendi* eraſum, & pro eo ſcriptum ſit *dolendi.* In altero cod. Brand. eſt *lugendi:* ſed in margine, ut diverſa lectio, ſcriptum itidem *alloquendi.* Sed & vetus editio Martini Herbip. *alloquendi* habet. Eſt autem *alloqui* nihil hic aliud quam *conſolari.* Qua notione & infra IV, 6. ubi de Minyis agit, vocabulum uſurpat. Varro V. de L. L. *Hinc adlocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum conſolandi cauſſa.* Seneca Conſol. ad Helv. c. 1. *Quid quod novis verbis, nec ex vulgari & quotidiana ſumptis allocutione opus erat homini ad conſolandos ſuos ex ipſo rogo caput allevanti?* Vide de ea vocis ſignificatione & Muretum Var. L. II. 4. & Victorium Var. L. VIII. 23. VORST. *Alloquendi* eſt etiam in pleriſque noſtris: quod gloſſae exponunt *conſolandi.* ſic *alloqui* & *gratulari* diſerte etiam opponit Seneca:

Alios parentes alloqui in luctu decet.
Tibi gratulandum eſt.

Quod exemplum & alia in hanc rem habet Bentl. ad Horat. Epod. 13. Deinde aliquot MSS. *Tiburte.*

34. *Tu namque Poſtumi*] Livius IV, 29. in dubium hoc vocat, eo argumento quod *imperia* non *Poſtumania*, ſed *Manliana* appellata ſint, atque in proverbium abierint. ſi enim duo

 fuiſ-

rioſam victoriam & ſpecioſa ſpolia referentem, [37] abripi à lictore, & in modum hoſtiae mactari juſſiſti; ſatius eſſe judicans, patrem forti filio, quam patriam militari diſciplina carere.

7. Ann. urb. 295. Livius III Dionyſ. X. Colum. Praef. L. I.

Age, quanto ſpiritu putamus uſum L. Quinctium Cincinnatum dictatorem eo tempore, quo [38] devictis Aequis & ſub jugum miſſis, L. Minucium conſulatum deponere coëgit, [39] quod caſtra ejus iidem hoſtes obſederant? Indignum enim maximo imperio credidit, quem non ſua virtus, ſed foſſa vallumque tutum praeſtiterat: cuique verecundiae non fuerat, arma Romana metu trepida clauſis portis contineri. Ergo [40] imperioſiſſimi XII faſces, penes quos ſenatus & equeſtris ordinis, & univerſae plebis ſummum decus erat, quorumque nutu Latium, ac totius Italiae vires regebantur, contuſi atque fracti dictatoriae.

riae.

fuiſſent qui in filios injuſſu imperatoris in bello aliquid conatos animadvertiſſent, occaſionem proverbio daturum potius fuiſſe Poſtumium, ut qui prior fuerit. VORST.

35. *Penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem*] *Penetralia ſacra* ſunt ſacra domeſtica, Larium ac Penatium cultus. VORST.

36. *Ad hoc peragendum imperium paternae vocis miniſterio ſufficere valuiſti*] Potuiſtine tuam patris vocem tali imperio commodare, quo filium capite plecti juberes? *Sufficere ad hoc peragendum imperium* pro *ſufficere huic imperio peragendo*, id eſt, poſſe hoc imperare. Sic Livius *ſufficere ad tantos labores* pro *ſufficere tantis laboribus*. Et noſter infra II, 7, 15. *Ad ſtatum totius civitatis corrigendum unus ſuffecerat.* VORST. Liv. L. III. 6. *Viribus vix ad quietas ſtationes ſufficere.* L. XXXIII 20. *Quum ad ea quae proprie Romani belli ſunt vix ſufficiam.* Etiam ſine ullo caſu. L. XXXVI. 45. *Quoad ſufficere remiges potuerunt.* Duo MSS. *Gemino Metio.*

37. *Abripi à lictore*] Sex MSS. *Arripi.* & ſic Mog. Confer Lib. III. 8. 3. & L. VII. 3. Ext. I.

38. *Devictis Aequis*] MS. *Aequicolis*, quod non videtur à librariis ortum. PERIZON. Item tredecim noſtri habent *Equiculis*, cum omnibus ante Pighium Editionibus. Leid. ſext. *Equicurulibus.* *Aequis* tacite ſubſtituit Pighius, qui fortaſſe ita in aliquibus Codd. invenerat, & ceteri ſcriptores hoc in bello cum Aequis geſto accidiſſe narrant.

39. *Quod caſtra ejus hoſtes iidem obſederant*] In Suſiano aliiſque, *Quod caſtra ejus iidem hoſtes obſediſſent.* At rectius in Atrebatenſi, *Quod caſtra ejuſdem hoſtes obſederant*, PIGH. *Quod caſtra ejuſdem hoſtes obſederant.* Ita Pighius ex cod. Atreb. reſtituit; cum alii haberent *Cum caſtra ejus iidem hoſtes obſ.* Unus codex Brand. paulo propius accedit ad verum, quod habet *caſtra ejus idem hoſtes obſ.* Hoſtes autem tunc temporis Aequi & Volſci fuere. VORST. Octodecim MSS. noſtri *ejus iidem*, vel *idem hoſtes obſederant*; quod ſane multo eſſe efficacius, quam id quod Pighius dedit, quivis deprehendet facile, ſi attenderit dici *eoſdem hoſtes* obſediſſe caſtra Minucii, *quos* Cincinnatus devicit, & ſub jugum miſit.

40. *Imperioſiſſimi XII faſces*] Id eſt, conſul, cujus maxima poteſtas; cujuſque nutu, ut mox ſubjicit, Latium ac totius Italiae vires regebantur. VORST. Quantum vero aberat, ut Cincinnati aetate, Italiae vires nutu duodecim faſcium, ut cum noſtro loquar, regerentur? Vides ergo quam hyperbolicum hic agat declamatorem.

41. *Ac ne inultà foret gloria militaris*] Plerique manuſcripti libri habent, *Inulta foret laeta gloria militaris.* In Pulmanniano & Cauchiano *laeſa*, Quae vox librariorum ignavia in vulgatis intercidit. PIGH. *Ac ne inulta foret laeſa gloria militaris.* Ne impune eſſet, quod gloria militaris laeſa erat. Ceterum foede corruptus fuerat locus iſte vel vocis *laeſa* omiſſione, vel ejuſdem in *laeta* mutatione. Aldus quidem & Chalcoc. prorſus omiſerant: Martinus autem Herbip. ediderat *laeta.* At Pighius ex codd. MSS. reſtituit *laeſa.* Codicum Brandeb. unus *laeta*, alter *laeſa* habet; ſed diverſa manu ſcriptum: ut videatur & ipſe initio *laeta* habuiſſe. VORST. Omiſerant vocem *laeta* ſeu *laeſa*: inter quae duo fluctuant MSS. nonnulli etiam delent. Jam Edd. Ven. Mediol. & Mog. habet *leta*. Sed recte Pighius *laeſa* reſtituit.

42. *Aff-*

riae ſe animadverſioni ſubſtraverunt. [41] Ac ne inulta foret laeſa gloria militaris, conſul delicti omnis vindex punitus eſt. His, ut ita dicam, piaculis, Mars imperii noſtri pater, ubi aliqua ex parte à tuis auſpiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur: [42] affinium & cognatorum & fratrum nota, filiorum ſtrage, [43] ignominioſa conſulum ejuratione.

[44] Ejuſdem ordinis eſt quod ſequitur. Papirius dictator, cum adverſus im- 8.
perium ejus [45] Q. Fabius Rullianus magiſter equitum exercitum in aciem edu- Ann. urb. 429. Livius VIII.
xiſſet, quanquam fuſis Samnitibus in caſtra redierat, tamen neque virtute ejus, neque ſucceſſu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumque nudari juſſit. O ſpectaculum admirabile, & Rullianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoque corpore, [46] lictorum verberibus lacerandus: ut in.

42. *Affinium & cognatorum nota, & fratrum filiorumque ſtrage*] Suſianum exemplar ita, *Affinium & cognatorum, & fratrum nota filiorum ſtrage, ignominioſa conſulum ejuratione.* Quae ſane nobis pulcherrime antecedentium exemplorum ordinem deſignant. PIGH. *Filiorumque ſtrage.* Ita ſane Aldus, Pighius & alii ediderunt. Sed rectius legitur *filiorum ſtrage*; ut eſt in codd. Brand. Sequitur enim *ignominioſa conſulum ejuratione*, ſine copulativa particula. VORST. *Filiorum ſtrage*, habent etiam multi ex noſtris. Concinnius profecto. Etiam delent copulam ante *cognatorum.* ne hoc quidem male.

43. *Ignominioſa conſulum ejuratione*] *Ejuratio* eſt hic pro abdicatione. In quam ſententiam paulo ante ſcripſit, *Minutium conſulatum deponere coëgit.* Plinius in epp. dicit *ejurato magiſtratu privatum ſe facere.* Et Tacitus *ejurare imperium.* Sed aliud eſt ſiquis conſulatum ipſe ejuret, & aliud, ſi conſulem ejuret alium. Noſter per *ignominioſam conſulum ejurationem* intelligere videtur conſulum abdicationem, qua illi ab aliis abdicantur. VORST. Vellem oſtendiſſet Vorſtius Latine dici poſſe. *Ille iſtum conſulem ejuravit*; ut credere poſſemus hic intelligi conſulum abdicationem; non qua ipſi imperium ejurarunt, ſed qua ab aliis ſint abdicati. Scio *ejurare aliquam rem* pro *recuſare* poni; idque oſtenſum à Manutio ad Cic. L. III. in Verr. 60. Sed ne ſic quidem recte dici poteſt. *Dictator illum conſulem ejuravit.* i. e. coëgit illum ſe magiſtratu abdicare. Intelligit ergo abdicationem, qua ſe ipſi abdicarunt.

44. *Ejuſdem ordinis eſt, quod ſequitur*] Verbum ſubſtantivum abeſt à pleriſque MSS. & Edd. omnibus ante Pighium.

45. *Q. Fabius Rullianus*] Alii *Rutilianum.* male. Plutarchus in Fabio & Pomp. *Rullum* appellat. quod nomen Romae haud ignotum. In veteri Gloſſario exponitur *Rullus, mendicus ἀγύρτης.* COLER. *Rutilianus* in compluribus éxſtat ſcriptis & in omnibus Editionibus, ſed tamen *Rullianus* legendum eſſe ex tabulis Capitolinis docuit Sigonius ad Liv. VIII. 29.

46. *Lictorum ſe verberibus lacerandum praebuit*] Perplacet Campenſis libri haec lectio, *Lictorum verberibus lacerandus.* Non enim *ſe praebuit*, ſed antequam ſpoliaretur, è manibus effugit. PIGH. *Lictorum verberibus lacerandus.* Ita tu è Campenſi libro. at plerique libri uberius: *Lictorum ſe verberibus lacerandum praebuit.* Rejicis ideo, quia non ſe praebuit *Rullianus*, inquis, ſed priuſquam verberaretur effugit. Vulgatae tamen ego verba ſervem, ſed immutem: & è *praebuit*, faciam *praebeat.* Sententia ita acrior fortiorque videatur. LIPS. *Lacerandus.* Lib. Danielis *lictorum ſe verberibus lacerandum praebuit.* COLER. *Lictorum verberibus lacerandus.* Ita Pighius ex cod. Campenſi; cum ante editum eſſet, *Lictorum ſe verberibus lacerandum praebuit.* Quod cum minime verum ſit (ſiquidem Q. Fabius ſe ſubduxit, & in urbem confugit, ut ex lib. VIII. Livii ſcire licet) non eſt veriſimile Valerium ita ſcribere voluiſſe. Omnino lacerandus ille mandato Dictatoris erat; ſed non & lacerandum ſeſe praebuit. VORST. In omnibus MSS. eſt, *ſe verberibus lacerandum praebuit.* Omiſſa videtur nota in voce poſtrema, qua indicetur legendum eſſe *praebuerit.* Quomodo ſi legas, ſublatus eſſe videtur omnis ſcrupulus.

47. *Victoriarum, quos modo ſpecioſiſſimos erat adeptus, titulos reſpergeret*] MS. *Quas modo ſpecio-*

in acie exceptorum vulnerum nodoſis ictibus cruore renovato, 47 victoriarum, quas modo ſpecioſiſſimas adeptus erat, titulos reſpergeret. 48 Precibus deinde ſuis exercitus occaſionem Fabio confugiendi in urbem dedit; ubi fruſtra ſenatus auxilium imploravit. Nihilo minus enim 49 Papirius in exigenda poena perſeveravit. Itaque coactus eſt pater ejus, poſt dictaturam, tertiumque conſulatum, rem ad populum devocare, auxiliumque tribunorum plebis ſupplex pro filio petere. Neque hac re ſeveritas Papirii refrenari potuit: ceterum, cum ab univerſis civibus, & ipſis tribunis plebis rogaretur, teſtatus eſt, *non poenam illam ſe Fabio*, 50 *ſed populo Rom. & tribunitiae concedere poteſtati.*

9. Ann. urb. 620. Front. IV, I. L. quoque Calpurnius Piſo conſul, cum in Sicilia bellum adverſus fugitivos gereret, 51 & C. Titius equitum praefectus, 52 fugitivorum multitudine hoſtium

cioſiſſimas erat adeptus, titulos reſpergeret. nihilo pejus. PERIZON. Imo confirmatur hoc viginti MSS. auctoritate, & vetuſtarum omnium editionum. *Quos ſpecioſiſſimos* video extare in ſexto Leid.

48. *Precibus deinde ſui exercitus*] Melius *ſuis*, ut eſt in Atrebatenſi. Exercitus enim interceſſit, precibuſque, dum ſe ſupplicio opponeret, occaſionem fugiendi Fabio dedit. Vide Livium libro VIII. qui haec pulcherrime. PIGH. *Precibus deinde ſuis exercitus.* Ita Pighius ex cod. Atrebatenſi; cum alii codices perperam haberent, *Precibus deinde ſui exerc.* Exercitus ſuis precibus Fabio occaſionem dedit in urbem confugiendi. VORST. *Sui* omnium fere MSS. auctoritate defenditur. *ſuis* tamen probo.

49. *Papirius in exigenda*] Addo ex optimo cod. Danielis: *Papirius jus in exigenda poena.* Non eſt è trivio locutio illa: *jus perſeveravit.* ideoque ea à ſciolis exturbata. Notavi eam apud Ciceronem & Juſtinum. COLER. Agnoſcit nullus noſtrorum.

50. *Tribunorum concedere poteſtati*] In manuſcriptis *Tribunitiae*, antiqua loquendi formula. PIGH. *Sed populo Romano.* Vox ultima tollenda, auctoritate lib. Dan. COLER. *Sed populo Rom. & tribuniciae concedere poteſtati.* Pighius ex MSS. reſtituere ſe ait *tribuniciae*. Alii codices, interque hos Brandeburgenſes MSS. habent *tribunorum poteſtati.* Quod Colerus notat, à cod. P. Danielis abeſſe *Romano*, id in codd. quoque Brand. obſervo. Ceterum Livius ipſe VIII, 25. pulcherrime eadem de re agens ſcribit: *Donatur populo Romano, donatur tribuniciae poteſtati.* VORST. *Tribuniciae* correctum erat in Leid. quint. & ſept. reliqui habent *tribunorum.* Plerique etiam hoc ordine *ſe poenam illam non Fabio.* Praeterea duodecim MSS. *Romano* delent, cum Ed. Mog. *Concedere* autem hic ponitur pro remittere, condonare, quemadmodum L. II. 10. Ext. 2. *Sinceritati ejus concedendum exiſtimarunt*, notante Perizonio.

51. *Et C. Titius*] Praenomen in quatuordecim ſcriptis & antiquis Edd. non comparet.

52. *Fugitivorum multitudine hoſtium circumventus, arma his tradidiſſet*] *Hoſtium* è ludimagiſtri dictatis aſſutum eſt, & in Suſiano non habetur. Deinde in Campenſi *Armatum ſuis*, lege *arma cum ſuis.* Qua lectione vitatur duplicatio particulae *his turmae quoque ejus, quae ſimul arma tradiderant poenam ſubiere.* PIGH. *Fugitivorum multitudine circumventus.* Expunxit Pighius *hoſtium*, cum in cod. Suſiano non reperiſſet. Aldus ediderat, *Fugit. multit. hoſtium circumv.* Habentque ita & ceteri antiquiores typis expreſſi, & MSS. item Brandeb. VORST. Et noſtri undeviginti, ſed in Leid. quinto *fugitivorum* eſt inter lineas.

53. *Arma cum ſuis tradidiſſet*] Ita ex mera conjectura Pighius, cum in cod. Campenſi legiſſet, *Armatum ſuis.* At antiquiores typis expreſſi *Arma his tradidiſſet.* Nec aliter Brand. MSS. VORST. Quid attinebat igitur diutius retineri conjecturam Pighii, cum longe plurium MSS. auctoritate niteretur vulgata lectio? Et quo loco probaverit Pighius, illum etiam equites ſuos iis tradidiſſe; quum Frontinus ſimpliciter dicat ipſum illis loco ceſſiſſe, traditis, ut ex noſtro licet intelligere, armis, ut ſibi cum ſuis incolumi liceret abire. MSS. plerique *hiis* pro *iis.* nonnulli Codd. *affici juſſit*, Bit. prim. *affligi juſſit.* Prius eſt in Vett. Edd. ſed MSS. habent praeterea *cum toga.*

54. La-

ſtium circumventus [53] arma iis tradidiſſet, his praefectum ignominiae generibus affecit. Juſſit eum toga [54] laciniis abſciſſis amictum, [55] diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus, [56] à mane in noctem uſque ad principia per omne tempus militiae adeſſe. Interdixit etiam ei [57] convictum hominum, uſumque [58] balnearum: turmaſque equitum, quibus praefuerat, ademptis equis [59] in funditorum alas tranſcripſit. Magnum profecto dedecus patriae magno Piſonis decore vindicatum eſt: [60] quoniam quidem id egit Piſo, ut qui cupiditate vitae adducti [61] cruce digniſſimis fugitivis tropaea de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatique ſuae ſervili manu flagitioſum imponi jugum non erubuerant, amarum lucis uſum experirentur, mortemque quam effeminate timuerant, viriliter optarent.

Nec

54. *Laciniis abſciſſis*] Hanc poenam poſtea inſtauravit Auguſtus, antiqui moris amantiſſimus. Suetonius: *Pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante praetorium: interdum tunicatos diſcinctoſque, nonnunquam cum decempedis vel etiam ceſpitem portantes.* Herodianus lib. II. *τάς τε ζώνας ϗ τὰς ἐσθῆτας ϗ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον.* COLER.

55. *Diſcincta tunica*] Hujuſmodi poenam & Auguſtus conſtituit. Suetonius: *Pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante praetorium: interdum tunicatos diſcinctoſque.* Herodianus l. II. *τάς τε ζώνας ϗ τὰς ἐσθῆτας ϗ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον.* VORST. MS. *Evinctaque.* Forte *recinctaque.* Vide Suet. in Aug. 24. & ibi Caſaubonum. PERIZON. Uterque Ultraj. cum duobus Leid. *decinctaque.*

56. *A mane in noctem uſque*] MS. non habet ultimam vocem, & ſaepe Valerius in ſimilibus locutionibus eam omittit. Vide Liv. L. XXXV. 42. L. XXXVI. 8. L. XXXVIII. 52. PERIZON. Vide ſupra L. II. 4. 4.

57. *Convictum*] Menſae intellige. Vetus Gloſſarium: *Convictor & Convivator: Συμβιωτὴς, Συνεστιάτωρ.* COLER. *Convictum hominum.* Ne cum aliis cibum caperet. Martialis: *Convictus facilis, ſine arte menſa.* Lexicon Philox. *Convictor, convivator, συμβιώτης, συνεστιάτωρ.* VORST.

58. *Balnearum*] Hinc apparet balneis uſos aliquando & milites, ſed Scipio quoque uſum balnearum ſuis militibus interdixit, ut tradit Polyaenus lib. VIII. ſtratag. Philippus ſane Macedo, Tarentinum quendam lavantem conſpicatus, praecipuo munere militiae privavit, illa adjiciens: *Φήσας, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς τὰ Μακεδόνων. παρ' οἷς οὐδὲ γυνὴ τεκοῦσα θερμῷ λούεται. Videre mihi tu quidem ignorare inſtituta Macedonum, apud quos ne puerperam quidem calida lavari videas.* Polyaenus auctor lib. IV. ſtrat. Priſcorum etiam Romanorum balnea admodum rara: Seneca lib. XIII. Epiſt. *Nam ut ajunt qui priſcos mores urbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, quae ſcilicet ſordes opere collegerant. ceterum toti nundinis lavabantur. Mahumetes Turcarum Propheta crebrioris lotionis uſum lege ſacra ſanxit, ne ſcilicet morbis ex immundicia & illuvie infeſtarentur. En qua ſpecie, quo aſtu, qua religione diſciplinam militarem munivit.* COLER. *Uſum balnearum.* Varro l. VII. de L. L. *Neque ab eo quod dicunt balneum, habet multitudinem conſuetudo.* Et l. VIII. *Dicantur multitudinis nomine publicae balineae, non balinea.* Chariſius tamen & Diomedes & *balnea* agnoſcunt. Et ſane codices Brand. *balneorum* & hic habent. VORST. *Balneorum* eſt etiam in octo noſtris.

59. *In funditorum alas tranſcripſit*] *Funditores* in quinta demum earum claſſium erant quas Servius Tullius pedeſtres fecerat, ut ex Livii I, 43. conſtat. At equites ex primoribus civitatis erant. Vide & infra II, 7, 15. ubi qui equites fuerant, pedites; quique pedites funditores facti dicuntur. VORST. Copeſ. & Harl. *conſcripſit.*

60. *Quoniam quidem id egit Piſo*] In Campenſi, *Quoniam quidem id egerit.* Melius. nam repetitio illa nominis *Piſo* ſuperflua eſt. PIGH. *Quoniam quidem id egit Piſo.* Ita antiquiores typis expreſſi; & MSS. item Brand. Pighius ex Campenſi malit, *Quon. quidem id egerit.* VORST. Sed non favet Pighio ullus noſtrorum Codicum.

10. Ann. urb. 611. Vellejus. Front. IV, I. A. Victor 61.

Nec minus Piſone acriter [62] Q. Metellus: qui cum [63] apud Contrebiam [64] res gereretur, [65] collocatas à ſe in quadam ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem eveſtigio juſſit; non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe, ſed ut praeteritae culpam pugnae, inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, ut ſi quis ex his fugiens [66] caſtra petiiſſet, pro hoſte interficeretur. Qua ſeveritate compreſſi milites [67] & corporibus fatigatis, & animis deſperatione vitae implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hoſtium ſuperarunt. [68] Humanae igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt [69] neceſſitas.

11. Ann. urb. 612. Front. IV. I. App. Iberic.

In eadem provincia [70] Q. Fabius Max. ferociſſimae gentis animos contundere & debilitare cupiens, [71] manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia, [72] ſaeviore uti ſeveritate coëgit. Omnium enim, [73] qui ex praeſidiis Romànis ad hoſtes transfugerant, captique erant, manus abſcidit: ut trunca prae ſe brachia geſtantes defectionis metum reliquis injicerent. Rebelles

cum. Nonnulli Codd. *Piſonum*, & *dedecore* Ultr. ſec. *ſed magno*. Veram ſcripturam ſervavit credo Leid. ſept. *Magnum profecto dedecus patriae magno dedecore vindicatum eſt*. Deleto *Piſonis*.

61. *Cruce digniſſimis fugitivis*] Aliquot MSS. *digniſſima*. Quod praetulit Rob. Stephanus edens etiam *fugitivi*. Utrumque praeter rationem.

62. *Q. Metellus*] Cum tot fuerint Q. Metelli, ne uno quidem verbo dignatus eſt hic noſter auctor, de quonam Metello loquatur, indicare. Oliverius de Numidico perperam intellexit. De Macedonico enim ea intelliguntur, ut habetur luculenter ſatis ex Floro in Livii epitome Lib. LIII. Meminit obiter & Plinius de Viris Illuſtribus, ubi de Metello Macedonico temporum ratio potuiſſet Oliverium admonuiſſe ſi attentus fuiſſet. GLAREAN. *Q. Metellus*. Cognomine *Numidicus*; quod Jugurtham Numidiae Regem primus terga dare coëgerat. Sed pro *Q. Metellus* Schottus in ſuo cod. reperit Q. *Meſſius*, ut idem Obſ. hum. III 30. teſtatur. VORST. *Q. Metellus*. MS. *Q. Meſſius*, quod miror. Valde vero errat Vorſtius qui affirmat hunc fuiſſe *Numidicum*, quum in tam clara hiſtoriae celeberrimae luce conſtet inter omnes fuiſſe *Macedonicum* Numidici patrem. Similiter errat ad Ex. 13. quum dicit *poſteriorem Africanum* fuiſſe à Scipione adoptatum, quum fuerit ab ejus filio adoptatus. Unde & ipſe Valer. hoc cap. Ex. 1. *avitum cognomen* de poſteriore Africano dicit. Eumdem errorem repetit ad V. 2. Ext. 4. magis adhuc errat in adoptione ad III. 7. 2. PERIZON. *Q. Meſſius* eſt etiam in duobus Rem. Voſſ. Leid. ſec. ſext. ſept. Sed hic alia manu *Metellus* in marg. Perizon. & ſic Edd. Mog. & Ven. Vorſtius in errorem eum, ut Metellum Numidicum intelligeret, incidit, quod temere atque oſcitanter deſcripſit Oliverium.

63. *Apud Contrebiam*] Quod eſt oppidum Celtiberiae, atque adeo Hiſpaniae. In cod. Schotti fuit *apud Trebiam*. VORST. Sic quoque multi ex noſtris, & notavit jam ſuo tempore Theophilus, legendum eſſe *Contrebiam*, idque loco Aurelii Victoris, ſed quem falſo attribuit Cornelio Nepoti, firmat. Vide & Schott. ad Aurel. C. 62. & Sigon. ad Liv. L. XL. 33. infra L. VII. 4. 5.

64. *Res gereretur*] Sic ſolent ſine epitheto vel adverbio loqui, ut adverſus Chabotium oſtendit Bentl. ad Horat. L. I. Ode 6.

65. *Collocatas à ſe in quadam ſtatione*] Voſſ. cum uno Rem. & ſec. Ultraj. *Collocatis à ſe in quadam ſtatione, quinque cohortibus, & ex ea viribus hoſtium depulſis*.

66. *Caſtra petiiſſet*] Forte *repetiiſſet*. PERIZON. Plerique MSS. *petiſſet*.

67. *Corporibus fatigatis*] Lege cum MSto, *& corporibus*. PERIZON. Copula exſtat in longe majore MSS. parte.

68. *Humanae igitur imbecillit. efficaciſſ. duramentum*] *Duramentum*, firmitas, robur, ſtabilimentum.

les itaque [74] manus à corporibus ſuis diſtractae, inque cruentato ſolo ſparſae, ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

Nihil mitius ſuperiore Africano. Is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima ſibi crudelitate amaritudinis mutuandum exiſtimavit. Siquidem devicta Carthagine, cum omnes, qui ex noſtris exercitibus ad Poenos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, gravius in Romanos, quam in Latinos transfugas animadvertit. [75] Hos enim tanquam patriae fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum ulterius, & quia Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, quamvis merito perpeſſo, [76] ſervile ſupplicium inſultare non attinet; cum praeſertim tranſire ad ea liceat, quae ſine domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt. 12. Ann. urb. 552. Liv. xxx. in fine.

Nam [77] poſterior Africanus, everſo Punico imperio, exterarum gentium transfugas, in edendis populo ſpectaculis, [78] feris beſtiis objecit. 13. Ann. urb. 607. Livius LI.

Et

tum. Seneca de Tranq. an. *Non eſt quod dicas omnium virtutum tenera eſſe principia, tempore ipſo duramentum & robur accedere.* VORST.

69. *Neceſſitas*] Pulchra ſententia. Plutarchus: *χρειὼ παντ' ἐδίδαξε*. COLER.

70. *Q. Fabius*] Eadem eſt hic querela, tum in auctorem, tum in commentatores. Nam ut taceam tot fuiſſe Fabios, etiam hoc tempore, quo haec geſta ſunt, duo celebres vixere *Fabii Maximi*: alter *Aemilianus*, inferioris Scipionis frater: alter *Servilianus*, qui conſulatum geſſit anno ab U. C. 612. Proximo poſt Metellum Macedonicum anno. Sequente autem deinde anno, nempe 613. proconſul in Luſitania res geſſit. Ut teſtatur Florus in Livii epitome Lib. LIII. De Q. igitur Fabio Maximo Serviliano, haec intelligenda. GLAREAN.

71. *Manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia*] Vereor ne intellexerit *Fabium Oviculam.* PERIZON. Glandorpius etiam refert hoc ad *Fabium Servilianum.* De quo L. VI. 1. 5.

72. *Saeviore uti ſeveritate coëgit*] Liber Suſii *ſaeviore*, non habet. PIGH. *Saeviore uti ſeveritate coëgit.* Notat Pighius, *ſaeviore* à cod. Suſiano abeſſe. Sed neceſſe tamen eſt, vel ipſam, vel aliam ſimilem vocem adeſſe. Codices Brand. habent *ſeveriore uti ſeveritate coëgit.* Et vetus typis expreſſus Martini Herbip. *ſeveriore uti ſententia.* Et ſane *ſeveriore* nobis hic non diſplicet. VORST. *Severiore* eſt etiam in Copeſ. utroque Ultr. Leid. tribus, Periz. & octo aliis. Notabat Perizon. in marg. ſic Sall. Cat. 51. *Si* (poena) *paulo ſeverior fuerit.* ubi etiam quidam Codd. *ſaevior* male. Et deinde vide Tac. L. I. Hiſt. 37.

73. *Qui ex praeſidiis Romanis*] Tredecim MSS diſerte *Romanorum.* Aliquot etiam paulo ante *ad hoſtes fugerant.*

74. *Manus à corporibus ſuis diſtractae*] Voſſ. Leid. quint. & ſept. uterque Ultraj. unus Rem. & Vat. *diſtrictae.* Duo Rem. *diſcretae.* Harl. uterque Barb. & Copeſ. *disjectae*, unde Cl. Perizon. conjiciebat, *diſſectae*, & jubebat videre excerpta Rubenii. Poſtea pro *ſparſae*, Copeſ. *Diſperare*, unde idem adſcripſit, an *diſparatae*? Harl. *diſperſae.* pro *committere auderent.* Voſſ. *committerent.*

75. *Hos enim tamquam patriae fugitivos* &c.] Guyt. corrigit ex Edit. quadam Gryphii. *Illos enim tamquam patriae fugitivos crucibus affixit. Hos tamquam perfidos ſocios* &c. Sed eadem locutio occurrit L. III. 2. 1. *Unus itaque tot civium, tot hoſtium in ſe oculos convertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter laetitiam & metum haeſitantes.* Quam Guyet. pariter male mutat. GUDIUS. Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. L. II. 9. in fine. Noſter L. III. 8. Ext. 2.

76. *Servile ſupplicium inſultare*] Cruci affigi ſupplicium praecipue ſervorum. Ceterum *inſultare alicui aliquid* eſt pro *inſult. alicui propter aliquid*, VORST. Exponit Vorſtius quomodo dicatur *inſultare aliquid alicui.* Nempe *propter aliquid.* Sed tamen aliter hic diſtinguo; quoniam illud nimis durum videtur, *quamvis merito perpeſſo ſervile ſupplicium; inſultare &c.* poſ-

 ſet

14. Ann. urb. 586. Et [79] L. Paullus Perſe rege ſuperato, ejuſdem generis & culpae homines elephantis proterendos ſubſtravit: utiliſſimo quidem exemplo; [80] ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter aeſtimare ſine inſolentiae reprehenſione permittitur. Aſpero enim & [81] abſciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: [82] quia vires armis conſtant. [83] quae ubi à recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.

15. Ann. urb. 541. Livius XXVI. Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri, quae jam non à ſingulis, verum ab univerſo ſenatu pro militari more obtinendo, defendendoque adminiſtrata ſunt. L. Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. & Cn. Scipionum, [84] quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumque ſuffragiis dux eſſet creatus, ſenatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: [85] L. MARCIUS PROPR. Cujus honoris uſurpatione uti eum Patribus conſcriptis non placuit; quia duces à populo, non à militibus creari ſolerent. [86] Quo tempore tam anguſto, tamque gravi, propter immane Reip. damnum etiam [87] tribunus militum adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatum totius civitatis corrigendum unus ſuffece-

ſet alioquin exponi *inſultando objicere*. PERIZON. *Rei* tribuit, quod eſt *hominum*.

77. *Poſterior Africanus*] A ſuperiore Africano adoptatus ille: ceterum Aemilii Paulli filius; indeque & Scipio Aemilianus dictus. VORST.

78. *Feris objecit*] Repoſui *Feriis beſtiis*. quae poſterior vox ex Editione Coleri exciderat, & hinc male etiam in ſequentibus fuit omiſſa, cum ſcripti & editi antiqui eam exhibeant.

79, *L. Paullus Perſe rege ſuperato*] Eſt is Paullus Aemilius; qui Perſen ultimum Macedoniae regem ſuperavit, cepitque. VORST.

80. *Si tamen acta*] Guyeto legendum videtur, *ſiquidem* pro *tamen*; quod ejus loco ſuppoſitum videtur propter praecedentia illa, *utiliſſimo quidem exemplo*. GUDIUS. Sed error eſt. Corrigit enim ita Valerius, quaſi ſe ipſe, quod de excellentiſſimi viri facto ſententiam tulerit.

81. *Abſciſo caſtigationis genere*] Recte Pighius edidit *abſciſo*; cum Aldus edidiſſet *abſciſſo*. Eſt ita & in codd. Brand. & in vet. typis expreſſo Martini Herbip. Vide & ſupra Notas ad 1, 1, 18. VORST.

82. *Quia vires armis conſtant.*] An *cui*? vel intelligit *vires Reip.* ut dicit Ex. ſeq. PERIZON.

83. *Quae ubi à recto itinere deſciverunt*] In manuſcriptis, *A recto tenore*. Valerio & ante uſurpata vox eſt, *Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur*. Libro 1. c. 1. PIGH. *Ubi à recto tenore deſciverunt*. Leid. ſec. *tenore*, al' *itinere*. & ſic habent Edd. Ven. Aſcenſ. Col. Gryph. Rob. Steph. ſed invitis MSS. Supra L. 1. 1. 8. ubi vide. & L. VI. 5. 2. Med. tert. & quart. cum Vat. *diſcurrunt*. quint. cum Barb. ſec. *deſiverint*. Reliqui tres Med. cum pluribus aliis *deſciverint*.

84. *Quos arma Punica*] Revocavi lectionem MStorum & Edd. cum Pighius & eum ſecuti dediſſent *Poenorum*. Deinde *in Hiſpaniam aſſumpſerant* habet Vat. Leid. ſext. Ed. Mog. *in Hiſpaniam* etiam Ultraj. ſec.

85. *L. MARCIUS PROPR.*] Copeſ. & Barb. prim. *Tribunus Propraetore*. Leid. ſec. ſext. ſept. & Vat. *L. Marcius Propraetore*.

86. *Quo quidem tempore tam anguſto, tamque gravi*] Harl. *Tum meſto*. Ultraj. prim. *tam juſto*. Barb. prim. *tam injuſto*, al' *maeſto*, al' *honuſto*. Leid. quint. ſept. Periz. Ultraj. ſec, Copeſ. cum tribus aliis *tam injuſto*. Deinde plurimi *tam grave*. Ultraj. ſec. *quam gravi*.

87. *Tribunus militum adulandus*] Quia non tantum *adulari alicui*, ſed & *adulari aliquem* dicunt, non mirum quod & participio *adulandus* utuntur. Cicero in lib. de Div. *adulari alicujus fortunam*. Idem *adulari* & paſſive uſurpat. Ut 1. Off. *Cavendum eſt ne aſſentatoribus aſſuefaciamus*

fecerat. Sed nulla clades, nullum meritum, [88] valentius militari diſciplina fuit. Succurrebat enim illis quam animoſa ſeveritate Tarentino bello majores eorum uſi fuiſſent. In quo quaſſatis & attritis Reip. viribus, cum magnum captivorum civium ſuorum numerum à Pyrrho rege ultro miſſum recepiſſent, decreverunt ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent: [89] qui pedites fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur. Neve quis eorum [90] intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum vallo aut foſſa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet. Recurſum autem iis ad priſtinum militiae ordinem propoſuerunt, ſiquis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet. [91] Quibus ſuppliciis compreſſi, ex deformibus Pyrrhi munuſculis acerrimi hoſtes extiterunt. Parem iram adverſus illos ſenatus deſtrinxit, qui apud Cannas Rempublicam deſeruerant. Nam cum eos gravitate decreti [92] ultra mortuorum conditionem relegaſſet, acceptis à M. Marcello literis, ut eorum ſibi opera [93] ad expugnationem Syracuſarum uti liceret, reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur. Ceterum ſe ei permittere ut faceret quod expedire Reip. judicaſſet, dum [94] nequis ex eis munere vacaret, aut dono militiae donaretur, aut in Italiam,

Ann. urb. 475. Front. IV. 1. Jo. Zonaras.

Ann. urb. 537. Liv. XXII. & XXIII.

Ann. urb. 541. Livius XXV. Front. IV. 1.

mus aures, neve nos adulari ſinamus. Quod itidem minime mirum eſſe debet; cum ſignificatione activa & *adulare* dixerint. Lucretius l. v. *Longe alio pacto gannitu vocis adulant.* VORST. Ultraj. uterque *adulandum.* Leid. ſext. *Tribunis mil. adulandum erat.* Vide infra L. IV. 3. Ext. ult.

88. *Valentius militari diſciplina fuit*] Lege, *Valentius militari diſciplinâ apud ſenatum fuit*, ex Wincheliano & Cauchiano. PIGH. *Apud ſenatum.* Recte haec à lib. Dan. abeſſe judico. COLER. *Valentius militari diſciplina apud ſenatum fuit.* Illud *apud ſenatum* ex codd. Cauchiano & Wincheliano reſtituendum cenſuit Pighius. In antiquioribus typis expreſſis, & MSS. Brand. non apparet. Sed & à cod. P. Danielis abeſſe teſtatur Colerus. VORST. Abſunt etiam duae illae voces ab omnibus noſtris, & abeſſe debere clamat ſequens *illis.* Quod referri ad *patres conſcriptos*, de quibus in ſuperioribus praeceſſit, quivis videt; quamquam non neſciam per Syllepſin ita quoque, de Senatu loqui illum potuiſſe. Interea callide & tacite expunxerat eam vocem Pighius, quae in pleriſque exſtat MSS. & Edd. Praeterea, etiamſi non addatur *apud Senatum*, ſatis apparet, de *Senatu* ſolo hic agi; quare illas pro gloſſis duorum Codd. Pighianorum expunxi.

89. *Qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transſcrib.*] Funditores & ipſi pedites erant; ſed viliſſimus eorum ordo. Erant enim in quinta demum earum claſſium quas Servius Tullius rex fecerat. Vide & ſupra II, 7, 9. VORST.

90. *Intra caſtra tenderet*] *Tendere* pro tentorium figere, vel habere. Virgilius II. Aen. *Hic Dolopum manus, hic ſaevus tendebat Achilles.* Caeſar VI. B. G. *Qui ſub vallo tenderent mercatores.* Sic & alii. Sed videtur tamen aliquid ſubaudiendum; & quidem *tabernaculum*, aut ſimile. Sane Caeſar III. B. C. plene dixit, *Jubet praetorium tendi.* Et idem ibidem, *tabernacula detendere.* Inde ipſum quod tenditur tabernaculum *tentorium* dicunt. Unde porro Germanicum *tent*, *telt*, *gezelt* ortum videtur. VORST.

91. *Quibus ſuppliciis compreſſi*] An, *Qui his ſuppliciis compreſſi?* PERIZON.

92. *Ultra mortalium conditionem*] In omnibus manuſcriptis, *Ultra mortuorum* legitur. Et recte. PIGH. *Ultra mortuorum conditionem relegaſſet.* Aldus ediderat *ultra mortalium conditionem.* Sed Pighius ex codd. MSS. reſcripſit *mortuorum.* Et ita ſane codd. quoque Brand. habent. VORST. Habent etiam *mortuorum* noſtri omnes. Perizonius adſcripſit, an *Martiorum.* i. e. militum?

93. *Ad expugnationem Syracuſarum*] Undecim MSS. *Syracuſanorum*, quod fuit in Vett. Edd. omni-

liam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic [95] enerves animos odiſſe virtus ſolet. Age, quam graviter ſenatus tulit, quod [96] Q. Petilium conſulem fortiſſime adverſus Ligures pugnantem occidere milites paſſi eſſent? [97] Legioni enim neque ſtipendium anni procedere, [98] neque aera dari voluit; quia pro ſalute imperatoris, hoſtium [99] telis ſe non obtulerant. Idque decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum & aeternum Petilii monumentum extitit, ſub quo in acie, morte; in curia, ultione, clari cineres ejus acquieſcunt. Conſimili animo, cum ei Annibal [100] ſex millium Romanorum, quae capta in caſtris habebat, redimendorum poteſtatem feciſſet, conditionem ſprevit; memor tantam multitudinem armatorum juvenum, ſi honeſte mori voluiſſent, turpiter capi

Ann. urb. 577. Front. IV, I.

Ann. urb. 537. Livius XXII.

omnibus. Pro *reſcripſit* unus atque alter *tranſſcribunt*.

94. *Ne quis ex iis munere vacaret &c.*] Vide Caſaub. ad Suet. in Aug. C. 24. PERIZON.

95. *Enerves*] Lib. Dan. ἀρχαϊσμῷ *enervos*. COLER. Ita quoque è noſtris quinque.

96. *Q. Petillium*] De quo vide ſupra L. I. 5. 9.

97. *Legioni neque ſtipendium anni procedere*] Legioni in cujus acie occiſus conſul fuerat, uti loquitur Frontinus IV, I. Tali nimirum ſtipendium annuum ultra dari non debuit. VORST. Imo reſpicit hoc tantum debitos militiae annos. PERIZON. Vide omnino J. Fr. Gronov. ad Liv. L. V. 48. Ubi hoc abunde confirmatum invenies. Male ergo in duobus deeſt *procedere*.

98. *Neque aera dari*] Quae videlicet jam meruerant. Frontinus, *Ut aera reſcinderentur*. *Aes* & *aera* pro ſtipendio. Livius: *Annua aera habes: annuam operam ede*. Feſtus: *Dirutum aere militem dicebant, cui ſtipendium ignominiae cauſſa non erat datum*. Quae quidem ad proxima quoque ſuperiora pertinent. VORST.

99. *Telis ſe non obtulerunt*] Quinque habent, *Obtulerant*. Poſtea totidem *quieſcunt*. Item *redimendi poteſtatem*, & *voluiſſet*.

100. *Sex millium Romanorum*] Livius, & Cicero *octo* ſcribunt. CORRAD.

1. *Haec pro ſe*] Videtur excidiſſe *ut*, legendumque, *Haec ut pro ſe*. PERIZON.

2. *Parvi pendendo*] Sic quoque Ed. Mog. ceteri *ducendo*: id quod in compluribus ſcriptum Codd. reperio.

3. *Severe excubuerit*] Detorta locutio eſt. In Campenſi, Pulmanniano & Suſiano, *Se ſeverum exhibuerit*, legitur. PIGH. *Severum exhibuerit*. Quidquid Pighius cauſſetur, ego veterum librorum lectionem quaſi fugitivam retrahendam cenſeo: *ſevere excubuerit*. Sic lib. III. cap. ult. *Pro ſalute civium in foro excubuerat*. COLER. *Pro diſciplina militari ſe ſeverum exhibuerit*. Ita Pighius ex tribus codd. cum Aldus edidiſſet, *Pro diſc. mil. ſevere excubuerit*. Colerus tamen lectionem Aldi ſervandam cenſet: citatque quod auctor infra III. ult. ſcribit, *Pro ſalute civium in foro excubuerat*. Et ſane phraſis *excubare pro aliqua re* ſolennis eſt noſtro. Vide I, I, 9. & I, 7, I. *Severe excubuerit* habent & codd. Brand. & typis expreſſus Chalcocondylae. VORST. Ut edidit Pighius habet Ed. Mog. & Ultraj. ſec. ceteri cum ceteris Edd. *Severe excubuerit*; quod placebat quoque Gudio; & proficiſci à librariis vix videtur potuiſſe, quum alterum potius exiſtimandum ſit gloſſa prioris.

4. *Milites qui Rhegium injuſto bello occupaverant*] Fuit haec legio Campana, quae initio belli Tarentini *Rhegium in praeſidium miſſa, interfectis per ſcelus principibus civitatis per X annos eum locum tenuit*, uti Scipionem Africanum ad ſeditioſos milites praeſidii Sucronenſis loquentem inducit Livius lib. XXVIII. VORST.

5. *Muortuoque duce Bubelio*] Impudens mendum in nomine hujus ducis in vulg. codicibus, Bubelio pro D. Jubellio: cum apud Liv. L. VIII. ſecundi belli Punici in Scipionis oratione adverſus conjuratos, item & apud Flor L. XII. & XV. in Livii Epit. bene habeat nomen. Hiſtoria mire variata apud Romanos ſcriptores. Frontin. 4000. cuſtodiae tradita dicit & necata. Valerius omiſit numerum. Florus ait *legionem caeſam*, & *Campanam* vocat. Polybius autem Graecus auctor, de tota legione ait trecentos in Romanorum veniſſe poteſtatem viros: alios haud ignaros, quid patiundum foret, ſi ſupervixerent, maluiſſe egregie pugnando mori, quam dedi

capi non potuiſſe. Quorum neſcio utrum majus dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quod hoſtis metus nihil in his repoſuerit: ¹ haec pro ſe, ille ne adverſus ſe dimicarent, ² parvi pendendo. Sed cum aliquoties ſenatus pro militari diſciplina, ³ ſevere excubuerit, neſcio an tum praecipue, cum ⁴ milites, qui Rhegium injuſto bello occupaverant, ⁵ mortuoque duce Jubellio, M. Caeſium ſcribam ejus ſua ſponte imperatorem delegerant, ⁶ carcere incluſit, ac ⁷ M. Fulvio Flacco trib. pl. denuntiante, ne in cives Romanos adverſus morem majorum animadverteret, nihilominus propoſitum executus eſt. Ceterum quo minore cum invidia id perageretur, ⁸ quinquagenos per ſingulos dies virgis caeſos, ſecuri percuti juſſit, ⁹ eorumque corpora ſepulturae mandari, mortemque lugeri vetuit.

Ann. urb. 482. Livius xv. Polyb. I. 7. Zonaras.

Ex-

dedi hoſtibus. Quod veriſimilius longe, quam quod Romani tradunt ſcriptores. Nomina tamen ducum apud eum corrupta leguntur. GLAREAN. *Mortuoque duce Jubellio.* Forte *Decimo*, quoniam alteri tribuitur praenomen, & quis ille fuerit ſatis apparet ex ſequentibus *Imperatorem delegerant*, Appian. Exc. Peireſc. vocant Δέκιον p. 553. Vide etiam Tennul. ad Front. L. IV. I. 38. ubi eadem haec res ſine nomine narratur. PERIZON. Harl. & Barb. prim. Leid. ſept. *Budelio*, & correctum in Leid. quint. *Bubellio.* ſec. & ſext. & Toll. *Bubilio.* Ultraj. prim. *Bibillio*, Periz. *Bidellio.* quod delet Voſſ. Edd. ante Pigh. *Bubelio.* Ceterum conſtat horum militum ducem fuiſſe Campanum; diſerte enim à Polyb. L. I. 7. ὧν ἡγεῖτο Δέκιος Καμπανός. *Jubellius* vero clarum inter Campanos nomen. L. III. 2. Ext. I. Et hic ipſe *Decius Jubellius* appellatur etiam in Epit. Liv. XII. *Cum praeſidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Jubellio eſſet miſſa, occiſis Rheginis Rhegium occupavit.* Sed Appianus narrat *Decium* cum ceteris captum, cum artiſſima cuſtodia teneretur, mortem ſibi conſciviſſe, nulla mentione alterius ducis facta. Pro *Rhegium* nonnulli Codd. habent *Regulum.*

6. *Carcere incluſit*] Satis recte. Neque opus eſt legi *carceri incluſit*: quae conſtructio vulgaris eſt. Nam *carcere incluſit* eſt pro *in carcere incluſit*; praepoſitione ſcil. ſubaudita. Ita Cicero III. de Or. *includere verba verſu.* Ceterum plenum *includere in carcere* eſt in epp. Cic. ad Att. VORST. Bit. prim. *In carcere incluſit*, ſic Leid. quint. cum Periz. Sed *in* expunctum eſt in utroque. Leid. ſext. *in carcerem.* L. VI. 8. I. *Quod tam pium & tam fortem ſpiritum ſervili nomine incluſit.*

7. *M. Fulvio Flacco*] Sic reſtituit Pighius, quum ante legeretur *M. Furio Flacco.* Quod etiam in decem invenio MSS. Bit. prim. *ac inde Furio*, Ultraj. prim. *Subinde Fulvio Flacco.* Tres *contra morem*, duo *propoſitum perſecutus eſt.* Duo Rem. delent *eſt.*

8. *Quinquagenos per ſingulos dies virgis caedi*] Quot numero in univerſum fuerint, de quibus tunc temporis ſupplicium ſumptum, diſcrepant auctores. Frontinus IV, I. ſcribit IV millia fuiſſe. Livius quoque d. l. *Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romae ſecuri percuſſi ſunt.* At Polybius lib. I. numerum multo minorem facit; & quidem trecentorum modo. Quod ſingulari fide ac judicio ab eo factum arbitratur Caſaubonus: quia legio, cum primum Rhegium intravit, IV millium fuerit; & octo minimum annos in urbe ea manſerit; & denique in diuturna & operoſa obſidione ſine dubio plurimi perierint. Vide Commentarium ejus in Polybium. VORST.

9. *Eorumque nullum ſepulturae mandari*] In manuſcriptis optime, *Eorumque corpora ſepulturae mandari.* PIGH. Sic quoque habent noſtri, & eſt idem in Mog. Ven. Med. Aſc. *Eorumque nullum*, ab Aldo ortum videtur.

10. *Leniter hoc*] MSS. quinque *leviter.* Antiquiores Edd. *Cruci affigebantur.* Sed *ſuffigebantur* Mog. cum majore parte MSS. Juſt. L. XVIII. 7. 15. *Atque ita eum cum ornatu ſuo in altiſſimam crucem in conſpectu urbis ſuffigi juſſit.* Noſter L. VI. 2. Ext. 3. ubi tamen plures *affigere* praeferunt. *Quod male commiſerant.* Vide Liv. L. XXII. Ext.

II. Ut-

EXTERNA EXEMPLA.

1. A. Victor XXXVIII. [10] Leniter hoc patres conſcripti, ſi Carthaginienſium ſenatus in militiae negotiis procurandis violentiam intueri velimus; à quo duces bella pravo conſilio gerentes, etiamſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tamen ſuffigebantur: quod bene geſſerant deorum immortalium adjutorio: quod male commiſerant, ipſorum culpae imputantes.

2. Front. IV, 1. 26. Clearchus vero Lacedaemoniorum dux egregio dicto diſciplinam militiae continebat, identidem exercitus ſui auribus inculcando, à militibus imperatorem potius, quam hoſtem metui debere. Quo aperte denuntiabat futurum [11] ut ſpiritum poenae impenderent, [12] quem pugnae acceptum ferre dubitaſſent. Idque à duce praecipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quae exituros eos ad proeliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno, Spartanae acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt, cum propriis multoque uberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

11. *Ut ſpiritum poenae impenderent*] Ut ſpiritum & vitam in poenam amitterent. VORST.

12. *Quem pugnae acceptum ferre dubitaſſent*] Quem fortiter pugnando ſervare noluiſſent. *Acceptum ferri* dicit & infra VIII, 2, 3. Alibi, ut IV, 4, 10. & V, 7, ext. 1. *acceptum referre*; ut plerique omnes. Et ſuſpicatur Scioppius, pro *acceptum ferre* legendum itidem eſſe *acceptum referre*. Quod tamen ego non dixerim; quod *acceptum ferre* apud Valerium bis reperiam, & apud alios item. Apud JCtos viſuntur *acceptum ferre* & *accepto ferre:* itemque ortum inde *acceptilatio*. Vir ſummus, cui plurimum hae literae debent, ſuſpicatur pro *acceptum* hic legendum eſſe *expenſum*. Verba ejus in literis ad me ſic habent: *Hic ego qui MSS. codicibus tantum debeo, tantumque pro eo ac debeo honorem habeo, ingratiis omnium membranarum & librariorum Maximum ſcripſiſſe decerno* quem pugnae expenſum ferre dubitaſſent. *Hoc videſis an concoquere poſſis, & ſiquis ob hanc inſolentiam me capite ac fortunis oppugnet, nunquid in te mihi ſit praeſidii.* VORST. *Quem pugnae acceptum ferre non dubitaſſent. Fuga* & *pugna*, ſaepe invicem mutantur, & verbum *dubitare* plerumque negationi adjunctum eſt. Neque enim omnes, qui in praelio non caderent, morte erant puniendi, ſed qui fugerent. Vir ſummus apud Vorſtium legit *expenſum*, magna ſane mutatione; ſed tamen is ſenſus requiritur. Malim ego *quem fugae acceptum ferre non dubitaſſent.* Sic Suet. in Aug. C. 53. *Quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem.* Sal. Cat. C. 15. *Quod ea nubere illi dubitabat.* PERIZON. Voſſ. *Acceptum ferre*, omittit, quaſi eſſet, *quem dubitaſſent impendere pugnae.* Senſu haud incommodo. Tres *in conſpectu.* Voſſ. *exituros ad praelium admonebant.*

CA-

CAPUT VIII.

DE JURE TRIUMPHANDI.

1. *Leges duae de triumpho.*
2. *C. Lutatii Coſ. & Q. Valerii pr. altercationes de triumpho.*
3. *Cn. Fulvius Flaccus triumphum ſpernens.*
4. *Q. Fulvio & L. Opimio cur negatus triumphus.*
5. *Cur item P. Scipioni majori & M. Marcello.*
6. *Convivia triumphantium.*
7. *Qui ex civili victoria non triumpharunt.*

[1] Diſciplina militaris acriter retenta principatum Italiae Romano imperio peperit, [2] & multarum urbium, magnorum regum, validiſſimarum gentium regimen largita eſt: [3] fauces Pontici ſinus patefecit: Alpium, Taurique montis convulſa clauſtra tradidit, [4] ortumque è parvula Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cujus ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur ut de triumphandi jure dicere incipiam.

Ob levia proelia quidam imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant. Quibus ut occurreretur, [5] lege cautum eſt, ne quis triumpharet, [6] niſi qui quinque millia hoſtium una acie cecidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius urbis noſtrae futurum decus majores exiſtimabant. Ceterum ne tam praeclara lex cupiditate laureae obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta eſt, quam L. Marius & M. Cato tribuni pl. tulerunt. Poenam enim imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in proelio, aut amiſſorum civium falſum numerum, literis ſenatui auſi eſſent referre: jubetque *eos, cum primum Urbem intraſſent, apud quaeſtores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his ſenatui eſſe ſcriptum.* Ann. urbi. 691.

Poſt

1. *Diſciplina militaris acriter retenta*] In omnibus fere MSS. & Edd. ante Pighium curatis, hujus capitis praefatio refertur ad finem capitis ſequentis.

2. *Et multarum urbium*] In omnibus, quos ego inſpexi MSS. item in utroque Ultraj. Toll. & tribus Gudian. omittitur copula. & ſic Ed. Mog. Recte, judice Tollio. Nec repugnaverim.

3. *Fauces Pontici ſinus patefecit*] Cicero Or. pro Arch. *Populus Rom. aperuit Lucullo imperante Pontum, & regiis opibus quondam & natura regionis vallatum. Fauces Pontici ſinus* fretum ſunt, Boſporus Thracicus dictum. Neque maris tantum inter terras, ſed & terrarum inter maria, aut montes anguſtiae *fauces* appellantur. Cicero Orat. c. Rullum: *Corinthus erat ſita in anguſtiis atque in faucibus Graeciae.* Curtius III, 4. *Alexander fauces jugi, quae pylae appellantur, intravit.* Juſtinus IV, 1. *Siciliam ferunt anguſtis quondam faucibus Italiae adhaeſiſſe.* VORST.

4. *Ortum è parvula Romuli caſa*] MSS. quinque. *Ortumque à parvula.* Leid. ſec. *Caſula.* Sed ut. notatur punctis. Copeſ. *fecit culmen.* quod notandum videbatur Perizonio.

5. *Lege cautum eſt*] De qua lege Dionem lib. XXXVII. COLER.

6. *Niſi qui quinque millia*] Quidam MSS. omit-

Poſt has leges judicii illius tempeſtiva mentio introducetur, in quo de jure triumphandi inter clariſſimas perſonas & actum & excuſſum eſt. [7] C. Lu[illegible]tius conſul & Q. Valerius Praetor circa Siciliam inſignem Poenorum claſſem deleverant: quo nomine Lutatio conſuli triumphum ſenatus decrevit. Cum autem Valerius ſibi eum quoque decerni deſideraret, negavit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor poteſtas majori aequaretur. Pertinaciuſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatium provocavit, [8] *Ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa.* [9] Nec dubitavit reſtipulari Lutatius. Itaque [10] judex inter eos convenit Atilius Calatinus. apud quem Valerius in hunc modum egit; *conſulem ea pugna in lecticæ claudum jacuiſſe*, *ſe autem omnibus imperatoriis partibus functum.* Tunc Calatinus, priuſquam Lutatius cauſſam ſuam ordiretur, *Quaero*, inquit, *Valeri à te*, [11] *ſi, dimicandum nec ne eſſet*, *contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis*, *utrum quod conſul*, *an quod praetor imperaſſet*, *majus*

Ann. urb. 512.

omittunt *qui*. De Jure Triumphandi multa habet ad hoc caput illuſtrandum pertinentia Cl. Perizonius in Animadv. Hiſt. C. 6. Manifeſtus inde error erit Ed. Mog. exhibentis *quindecim*. Nonnulli *occidiſſet*. Deinde aliquot numero. *Tribuni plebei*. Leid. quint. *plebeji*. Leid. ſec. *in urbem intraſſent*. Bit. *minabatur*. Harl. *ab iis*. Ultraj. ſec. *ab hiis*.

7. *C. Lutatius Conſul*] MS. Copeſ. *Conſul Lutatius Catulus*. PERIZON. Harl. *Catulus Luctatius*. Voſſ. *Claudius Luctatius*. Leid. ſext. & ſept. *C. Luctatius Catulus*, *Coſ.* Bit. *Lucatius conſul Catulus*. Cum Leid. ſexto convenit Ed. Mog. Ven. *Luclatius conſul*. & ſic ceterae. Sed male. Vide quos citat Cl. Duker. ad Flor. L. II. 2. 33.

8. *Niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa*] In Campenſi, *Ni ſuo ductu Poenica claſſis eſſet.* Vetuſta ſponſionis formula eſt, qualis apud Ciceronem Officiorum III. *Ni vir bonus eſſet.* Et paſſim alibi ſimiles occurrunt. Verba autem quae praecedunt, *Non ſe petiturum triumphum*, in duobus vetuſtis exemplaribus non exſtant, Atrebatenſi videlicet, & Gemblacenſi, quae auferenda non male cenſet Pithoeus, fruſtra enim adduntur, & praeter ſponſionis formulam. PIGH. *Sponſione Lutatium provocavit*, *Ni ſuo ductu.* Aldus edidit, *Sponſione Luctatium provocavit*, *non ſe petiturum triumphum*, *niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa.* Nec aliter Chalcocondyles & Martinus Herbip. At Pighius verba *non ſe petiturum triumphum* expungenda putavit, quod in duobus vetuſtis codd. ea non inveniret; quodque fruſtra & praeter ſponſionum formulam addi viderentur. Idem ante Pighium & Pithoeo viſum fuerat. Abſunt item praedicta illa verba ab utroque cod. Brand. Varia ſponſionum exempla collegit Briſſonius l. v. de form. pop. R. Et quidem ex l. v. Ciceronis in Verr. *P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſivit*, *ni Apronius dictitaret*, *te ſibi in decumis eſſe ſocium.* Item: *Sponſio eſt*, *ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat.* VORST. Verba, quae Pighius expunxit, adſunt in quatuordecim noſtris, in reliquis omittuntur. in Leid. ſept. adſcripta ſunt alia manu in margine, & videntur è Gloſſa in contextum eſſe recepta.

9. *Nec dubitavit reſtipulari*] Valerius cum Lutatium ſponſione provocavit, ſtipulatus eſt. At Lutatius reſtipulatus eſt, id eſt, ſponſione viciſſim provocavit, ni ſuo ductu factum eſſet, quod Valerius ſuo factum contendebat. VORST.

10. *Judex inter eos convenit*] Pro de judice inter eos convenit. Ita Livius XXX, 40. *Si conditiones convenirent pacis.* Nepos XXIII, 9, 2. *Non convenere conditiones.* Juſtinus XXX, 3, 13. *Ut pax quae in Macedonia non conveniebat*, *Romae à ſenatu peteretur.* VORST. Liv. L. I. 3. *Pax ita convenerat.* C. 24. *Tempus & locus convenit.* & ſic paſſim alii. Vide Graev. ad Cic. Phil. I. 3. *Addebant praeterea*, *rem conventuram.*

11. *Si dimicandum*, *nec ne eſſet*] MS. Copeſ. *Si*, *an dimicandum nec ne eſſet.* PERIZON. Et ſic Leid. ſec. quint. ſept. Perizon.

12. *Si diverſa auſpicia accepiſſetis*] Si uterque auſpicium cepiſſet; unique aves addixiſſent, alteri

majus habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius, *non facere ſe controverſiam, quin priores partes conſulis eſſent futurae. Age deinde*, inquit Calatinus, [12] *ſi diverſa auſpicia accepiſſetis*, [13] *cujus magis auſpicio ſtaretur?* [14] Item reſpondit Valerius, *Conſulis.* At judex, *Jam mehercule*, inquit, *cum de imperio & auſpicio*, [15] *inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu utroque adverſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis, nihil eſt quod ulterius dubitem. Itaque Lutati, quamvis adhuc tacueris, ſecundum te litem do.* Mirifice judex, quod in manifeſto negotio tempus teri paſſus non eſt. Probabilius Lutatius, quod jus ampliſſimi honoris conſtanter defendit. [16] Sed ne Valerius quidem improbe: quia fortis & proſperae pugnae [17] ut non legitimum, ita ſe dignum praemium petiit.

Quid facias [18] Cn. Fulvio Flacco, qui [19] tam expetendum aliis triumphi honorem, [20] decretum ſibi à ſenatu ob res bene geſtas, ſprevit ac repudiavit? 3. Ann. urb. 541. Livius xxv.

alteri non item. VORST.

13. *Cujus magis auſpicio ſtaretur*] Solebant Romani omnia auſpicato agere. Praecipue vero ſi committenda proelia eſſent, auſpicia minime negligebant. Et auſpicia quidem capiebat is, qui ſummam habebat imperii, id eſt, imperator. Quo fit ut *ductu* & *auſpicio*; itemque *imperio* & *auſpicio*, ſubinde conjungantur, dicaturque *ductu & auſpicio*, *imperio & auſpicio.* Livius l. XLI. *Ob eas res ductu auſpicioque Sempronii proſpere geſtas.* Plura id genus congeſſit Briſſonius lib. IV. de form. pop. R. VORST.

14. *Item reſpondit Valerius cos. Jam me hercle inquit*] In manuſcriptis, Campenſi & Wincheliano haec diſtinctius, plenius ac apertius hoc modo, *Item, reſpondit Valerius, conſulis. At judex, Jam me hercle, inquit, &c.* PIGH. *At judex, jam me hercule, inquit.* Voces *At judex* ex codd. Campenſi & Wincheliano reſtituenda putavit Pighius; cum in editionibus Aldi & Chalcocondylae non apparerent. Habet tamen vetus quoque editio Martini Herbip. VORST. Deſunt etiam *At judex* in uno ſupra viginti ex noſtris; exſtant tamen in Ultraj. ſec. & Ed. Mog. MSS. alii *jam Hercule*, alii *jam me Hercule*, quidam *nam Hercules*, vel *nam me Hercules.*

15. *Inter vos diſceptationem ſuſceperim*] Notavit Pighius in margine, quoſdam codd. habere *ſuſceperitis*: quomodo in uno quoque cod. Brandeb. ſcriptum reperio. Sed altera tamen lectio magis placet. *Diſceptare* non tantum idem quod litigare, ſed & idem quod cognoſcere & judicare eſt. Cicero Or. pro Dejot. *Hanc C. Caeſar, cauſſam ſi in foro dicerem, eodem audiente & diſceptante &c.* VORST. Novem noſtri habent etiam *ſuſciperitis*, vel *ſuſceperitis*, cum Ed. Mog. ſed praeſtat alterum. Sic Liv. L. I. 50. *Diſceptatorem, ait, ſe ſumptum inter patrem & filium.* Vide L. XXXVIII. 32. Noſter L. II. 10. 4. *Quem Carthaginenſes & Maſiniſſa rex de pace diſceptatorem, velut conſulem & imperatorem, habuerunt.* Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XXXVIII. 35. Quamquam nec *ſuſceperitis* omnino damnaverim; Liv. L. XXXIX. 24. *Omnibus iis civitatibus, quibus cum Rege diſceptatio erat, concilium indictum eſt.* i. e. lis, controverſia intercedebat.

16. *Sed nec Valerius quidem improbe*] In Campenſi, *Et ne Valerius.* non minus eleganter. Deinde poſtea, *Continuo quaeſtione publica.* In eodem Campenſi, *Continuo ipſe quaeſtione publica.* PIGH. *Et ne Valerius.* Lib. Dan. *Sed ne Valerius.* more Salluſtii. Servius ad X. Aeneid. *Sed, modo inceptiva particula eſt, ut in Salluſtio ſaepius.* COLER. *Sed ne Valerius quidem improbe.* Pighius edidit, *Et ne Valerius quidem*; cum Aldus edidiſſet, *Sed nec Valerius quidem.* Et melius quidem hic ſe habet *ne* quam *nec*: ſed vocula *ſed* auctoritate unius codicis repudianda non erat. Codices Brandeb. manifeſte, *Sed ne Valerius quidem.* Nec aliter codex P. Danielis, ut Colerus teſtatur. *Sed modo inceptiva particula eſt*, inquit Servius ad X Aen. *ut in Saluſtio ſaepius.* VORST. *Sed ne Valerius* eſt in MSS. tredecim, & Mog. *ſed nec* in ſex & ceteris Edd. Quamquam praeferam prius, tamen quam plurimis locis apud noſtrum & alios *ſed nec* ſequente conſonante ſcribitur, ut ſupervacuum putem loca congerere.

17. *Ut non legitimum, ita ſe dignum, praemium petiit*] Ultraj. ſec. Perizon. Toll. Voſſ. Harl.

Ann. urb. 542. Liv. XXVI. 3. vit? [21] Nimirum non plura praecerpens, quam acciderunt. Nam ut Urbem intravit, continuo [22] ipſe quaeſtione publica afflictus, exilio multatus eſt: ut [23] ſi quid religionis inſolentia commiſiſſet, poena expiaret.

4. Ann. urb. 542. Ann. urb. 629. Amm. Marc. L. XXV. 355. Sapientiores igitur [24] Q. Fulvius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem à ſenatu petierunt. Uterque editis operibus magnificus; ſed neuter petitae rei compos. Non quidem invidia patrum conſcriptorum, cui nunquam aditum in curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia obſervandi juris, quo cautum erat, ut pro aucto

Harl.. Leid. ſec. cum trib. Rem. *ita optandum praemium petiit*, quod exſtat quoque in Ed. Mog. Et MS. Joh. Waſſe in Ind. Sall. v. *Legitimos*. Nihil tamen videtur mutandum. *Dignus* erat *triumpho* Valerius, propter virtutem, ſed concedi non poterat illi hic honor, quia res geſſerat ſub imperio & auſpicio alieno. An *optandum* fuit natum è Gloſſa ejus quod mox ſequitur *expetendum*?

18. *Cn. Fulvio Flacco*] Non eſt certum, de quonam Fulvio loquatur. Oliverius de M. Fulvio Nobiliore intelligit, qui Cos. Anno ab U. C. 565. Verum is Lib. IX. Quartae Decados, apud Livium triumphat. Praeterea non Cn. ſed M. vocatus, nulla infamiae nota. Porro idem Oliverius alterius Fulvii Flacci hiſtoriam cum Nobilioris Fulvii Flacci rebus geſtis commiſcet: cujus Flacci Florus meminit Lib. LX. Verum nec de ejus exilio quicquam legi. Idem Livius L. V. de ſecundo bello Punico, ſtatim poſt initium, Cn. Fulvium Flaccum Praetorem factum, & in Apulia male cum Hannibale pugnaſſe refert, deinde exilio multatum Lib. VI. ab initio. Verum Senatum ei triumphum decreviſſe non invenio. Piguit authorem vel uno verbo indicare tempus. Inde Romanae hiſtoriae obſcuritas. GLAREAN.

19. *Tam expetendum aliis triumphi honorem*] Qui honos tantopere ab aliis expetitur. Participio in Dus non ſemper notio debiti, aut temporis futuri, ſed ſubinde & praeſentis, ſubjecta eſt. VORST.

20. *Decretum ſibi à Senatu ob res bene geſtas*] Notavit Pighius in margine, anno urbis 541. id factum eſſe; & ſcripſiſſe de eo Livium in lib. XXV. Atqui in eo libro eſt, Cn. Fulvium circa Herdoniam in Apulia rem male geſſiſſe; ita quidem ut ex XVIII millibus haud amplius duo millia evaſerint. VORST. *Triumphi honorem decretum ſibi à Senatu.* Ex quibus auctoribus hoc ſcribat Valerius, obſcurum mihi eſt; ex Liviana hiſtoria de triumpho oblato nihil poſſumus colligere. Sic ſcribit Pigh. in Ann. ad A. 541. & profecto contrarius vel maxime eſt Livius, qui prius pecunia, dein capite, de eo anquiſitum dicit, quod ſua culpa exercitum amiſerat; ſed exulatum Tarquinios abiiſſe, antequam comitiorum dies adeſſet. Si attendamus etiam ad haec verba, *Ut ſi quid religionis inſolentia commiſiſſet, poena expiaret.* Statim in mentem veniet ſuſpicari, crimen hujus Cn. Fulvii ad publicam pertinuiſſe religionem, de quo ille accuſatus non fuit, quem deſignari putat Pighius. Oliverius refert ad *M. Fulvium Nobiliorem*, & putat eum intelligi, qui Aetolos devicit, & Ambraciam cepit, errore admodum inſigni, ut bene Glareanus admonuit.

21. *Nimirum non plura praecerpens, quam acciderunt*] Quid hic intelligi debeat, perſpexiſſe videtur Oliverius explicans; quaſi mens ejus praeſaga eſſet futuri, quia videlicet poſt triumphum multandus erat exilio. Sed qua ratione ex iis verbis haec ſententia erui poſſit non video. Tacent Vorſtius & reliqui, quaſi nihil in eo eſſet difficultatis. Guyetus adſcripſerat. *προλαμβάνων, praecipiens.* Quid? ſi ſtatuamus excidiſſe *aio* id eſt *animo* propter ſequens *no*, ut utrumque ſaepe ſcribitur in MSS. Auctoremque ſcripſiſſe. *Nimirum animo non plura praecipiens, quam acciderunt.* i. e. Animo divinans id ipſum, quod evenit. Eleganter *praecipere* pro antecapere. Vide Heinſ. ad Val. Flac. L. IV. 341. Broukh. ad Prop. L. IV. 2. 11. Sed ne hoc quidem ſatis probo. Doctior aliquis melius quid inveniat.

22. *Ipſe quaeſtione publica afflictus*] *Ipſe* non exſtat in MSS. ſeptemdecim. habet Ed. Mog. ceterae omittunt; nec deſideres ſi abſit.

23. *Si quid religionis inſolentia*] An ſcribendum *ſi quid religionibus contrarium inſolentia commiſiſſet*? An *religioni* &c.? GUYET.

24. *Q. Fulvius, qui Capua capta*] Eſt hic ille, qui

ſto imperio, [25] non pro recuperatis, quae populi Romani fuiſſent, triumphus decerneretur. Tantum enim intereſt, [26] adjicias aliquid, an detractum reſtituas, quantum diſtat beneficii initium ab injuriae fine.

Quinetiam [27] jus, de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, ut P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, [28] M. Marcello ob captas Syracuſas, triumphus non decerneretur; quod ad eas res gerendas [29] ſine ullo miſſi erant magiſtratu. [30] Probentur nunc cujuslibet gloriae cupidi, [31] qui ex deſertis montibus, [32] myoparonumque piraticis roſtris, laudis inopes, [33] laureae ramulos feſtinabunda

Ann. urb. 547. Livius xxviii. Ann. urb. 542. Livius xxvi.

qui literas miſſas à Senatu, quibus Campanis parcere jubebatur, antequam eas legeret, in ſinu poſuit, & lege agi juſſit, ſuppliciumque peregit. Vide Livium l. xxvi. VORST. Leid. ſec. & Toll. *Editis operibus magnificis.*

25. *Non pro recuperatis*] Lib. Dan. *Non pro reciperata.* An ita dictum, ut *pro rata*, id eſt, portione? Dubito ſane. COLER. *Non pro recuperatis.* Ita & unus cod. Brandeburg. Alii, *ob recuperata.* Quod ſimile eſſet ei quod ſequitur *Ob recuperatas Hiſpanias triumphus non decerneretur.* VORST. Voſſ. *Non pro recuperato quod P. R. fuiſſet.* Leid. ſext. *ob recuperata.* Periz. *non recuperatis.* Ed. Mog. *non vero recuperato.*

26. *Adjicias aliquid an*] Voſſ. *utrum adjicias aliquid, an.* ſed ſaepe priorem particulam omittit. Sic L. ii. 9. 6. *Citandum nec ne eſſet ſibi haeſitavit.* & L. vii. 2. Ext. 1. Ubi notavit Pigh. etiam *utrum* abeſſe à MSS. Juſt. L. xvi. 4. 15. *Proinde conſulant ſibi ipſi, jubeant abire ſe, an malint cauſſae popularis ſocium remanere.* ubi Vorſtius quoque immerito dubitat, an legendum ſit *utrum jubeant.*

27. *Jus de quo loquor ſic cuſtoditum*] Paulo ante, *ſumma dilig. obſervandi juris.* Ergo *cuſtoditum* eſt pro *obſervatum.* Atque ita ſaepe & alii. Plinius xxii. Nat. H. 23. *Nulli ſatis cuſtodita in miſturis concordia naturae & repugnantia.* Alter Plinius lib. iv. ep. 10. *religioſiſſime cuſtodire defunctorum voluntatem.* Columella 1, 8. *In ceteris ſervis haec fere praecepta ſervanda ſunt: quae me cuſtodiſſe non poenitet.* Vide & Ind. Rhodii in Scribon. Larg. VORST.

28. *M. Marcello ob captas Syracuſas*] Graviſſime errat hic Valerius, quod de Marcello ut de juvene loquitur, qui jam ante de Gallis triumphaverat, & tertium obtinens conſulatum in Siciliam miſſus fuerat: etiam negatus fuit ei triumphus, quia non deportaverat exercitum; ut multis haec docuit Perizon. Anim. Hiſt. C. 6. p. 228.

29. *Sine ullo miſſi erant magiſtratu*] Non ut conſules, aut praetores; ſed ut privati cum auctoritate publica miſſi. VORST.

30. *Probentur nunc*] Id eſt, laudentur. Sed per ironiam hoc dictum: ut I *nunc*, *Abi nunc.* VORST.

31. *Qui ex deſertis*] Glareanus Lucullum & Pompejum pungi hic putat. Argute. COLER. *Ex deſertis montibus.* Quod deſertos montes occupaſſent. VORST. *Pompejum* tangere videtur in gratiam Caeſarum i. e. Tiberii, ideoque ex deſertis montibus intelligas *Ciliciae*, *Iſauriae*, & deinde *Myoparonumque* tangit bellum piraticum Pompeji. GUDIUS.

32. *Myoparonumque piraticis roſtris*] *Myoparones* parva navigia fuere piratarum; ut Cl. Schefferus, amicus noſter, in eximio opere de Mil. navali ii, 2. docet. Facitque huc praecipue illud Ciceronis v. Verr. *Haec igitur eſt geſta res, haec victoria praeclara, myoparone piratico capto.* Significaverat antea, genus iſtud navigii ſex modo remos habuiſſe. Appianus de B. Pun. Κερκούροις καὶ μυοπάρωσι καὶ ἄλλοις βραχυτέροις πολλοῖς ἐξέπλεον. *Cercuris & myoparonibus & aliis brevioribus navigiis enavigarunt.* Eſt igitur vox origine Graeca; & compoſita quidem. In quam ſententiam & Iſidorus xix, 1. *Myoparo, quaſi minimus paro.* Feſtus item: *Myoparo genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & Myon* (ſic enim legendum pro *midion*) *& Paron per ſe ſunt.* Et vult Scaliger ad Feſtum, *parones* ab inſula Paro dici, quomodo *cercuri* dicantur à Corcyra; ſed à forma μυᾶνας, hoc eſt, anguſta & oblonga: ut *myobarbum* anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus dicatur. mures enim & muſtellas corpore oblongo eſſe. De ſimplici quoque *parones* Feſtus ita: *Parones navium genus, ad cujus ſimilitudinem myoparo vocatur.* VORST. Unus Rem. pro *roſtris* habet *tranſtris.*

33. *Laureae ramulos decerpſerunt*] *Laureae* uſus &

bunda manu decerpſerunt. [34] Carthaginis imperio abrupta Hiſpania, & [35] Siciliae caput abſciſum Syracuſae, triumphales jungere currus nequiverunt. Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipſa nomina [36] inſtar aeterni ſunt triumphi. Sed clariſſimos ſolidae veraeque virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriae geſtantes, etſi coronatos intueri ſenatus cupiebat, juſtiori tamen reſervandos laureae putavit.

6. His illud ſubnectam. [37] Moris erat ab imperatore triumphum ducturo Coss. invitari ad coenam; deinde rogari, *ut venire ſuperſedeant*; nequis eo die, quo ille triumpharit, majoris in eodem convivio ſit imperii. Plut. Probl. 80.

7. Verum quamvis quis praeclaras res, maximeque utiles Reip. civili bello geſſiſſet;

& in triumphis erat: *laureatique* milites currum triumphantis ſequebantur. Notat igitur hic eos qui ob exiguas res triumphum aut ovationem poſtularunt. Et pertinet huc illud Ciceronis v. Att. 20. *laureolam in muſtaceo quaerere:* quod uſurpat de Bibulo, qui, poſtquam Cicero Amanum jam diripuerat atque vaſtaverat, triumphi cupiditate ductus cum obſcuris & infirmis hominibus confligere voluit. *Muſtaceum* genus libi eſt, cui lauri folia ſubjiciebantur. VORST. An, conjungendum *Laudis inopes laureae ramulos decerpſerunt*? Id eſt, ramulos laudem veram non habituros?

34. *Carthaginis imperio rupta Hiſpania*] V. c. *abrupta*. pulcherrime, cum energeia. PIGH. Confirmant omnes noſtri, niſi quod in tribus eſt, *obrupta*, *vel obruta*. Vitium ab Aldina editione manavit in ceteras: Nam Mog. Ven. Mediol. Aſc. *abrupta* exhibent.

35. *Siciliae caput abſciſum*] *Abſciſum* reſcripſit Pighius, cum Aldus edidiſſet *abſciſſum*. Eſtque ita in codd. quoque Brand. & vetere edit. Mart. Herbip. Vide & Notas ad I, I, 18. VORST.

36. *Inſtar aeterni ſunt triumphi*] *Inſtar*, verum nomen ſubſt. primi & quarti caſus, ſignificat ſpeciem, ſimilitudinem, modum, quantitatem. Suetonius Caeſ. 61. *Equi ſui inſtar pro aede Veneris dedicavit.* Livius XXVIII. 17. *Scipio receptas Hiſpanias parvum inſtar eorum ducebat, quae ſpe ac magnitudine animi concepiſſet.* Vide & Mariangeli à Fano Bened. Auctarium ad Grammaticam phloſoph. Scioppii, p. 35. edit. Amſt. VORST. Auctor ad Heren. L. IV. 15. *Te nunc alloquor, Africane, cujus mortui quoque nomen ſplendori ac decori eſt civitati.* PERIZON.

37. *Moris erat*] Codd. MSS. complures exhibent *moris eſt*. Et ſic Ed. Mog.

38. *Nec ullae ſupplicationes decretae*] *Supplicatio* dicebatur, ſi ob res in bello bene geſtas in templis publice Diis gratiae agerentur. Caeſar II. B. Gall. *Ob eas res ex literis Caeſaris die XV ſupplicatio decreta eſt, quod ante id tempus acciderat nulli.* Eandem rem Salluſtius *ſupplicium* dixit. VORST. Copeſ. Harl. Barb. prim. *ſupplicationes decretae diis ſunt.* De ſupplicationibus vide Perizon. Cap. 6. Anim. Hiſt. p. 219. & ſeqq.

39. *Aut ovans aut curru*] Servius ad IV. Aeneid. *Proprie ovatio eſt minor triumphus. Qui enim ovationem meretur & uno equo utitur & à plebejis vel ab equitibus Romanis deducitur ad capitolium & de ovibus ſacrificat: unde & ovatio dicta.* COLER. *Neque aut ovans aut curru triumphavit.* *Ovantes* non curru, ſed equo ſingulari vehebantur; cum triumphantes curru & quadrigis veherentur. Dicta autem *ovatio* ab *ove*; quod ovantes ovem, triumphantes taurum immolarent. Servius ad IV Aen. *Proprie ovatio eſt minor triumphus. Qui enim ovationem meretur, & à plebejis vel ab equitibus Rom. deducitur ad Capitolium, & de ovibus ſacrificat: unde & ovatio dicta.* VORST.

40. *Itaque & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones maeſti trucidarunt*] Novem MSS. *Tib. Gracchum.* Quatuordecim *& G. Metellus Opimii factiones maeſti trucidarunt.*

41. *Q. Catulus*] Epitome lib. XC. Liv. *M. Lepidus cum acta Syllae tentaret reſcindere, bellum excitavit, & à Q. Catulo collega Italia pulſus eſt, & in Sardinia fruſtra bellum molitus periit.* VORST.

42. *Moderatum prae ſe ferens gaudium*] In Wincheliano, Colonienſi & Atrebatenſi, *Tantum moderatum prae ſe ferens gaudium.* Forte, *Tantum non*, ſtylo Valeriano, Μόνον οὐχ ὅσον οὐκ ἔτι. PIGH.

ſiſſet, Imperator tamen eo nomine appellatus non eſt, [38] nec ullae ſupplicationes decretae ſunt; neque [39] aut ovans, aut curru triumphavit: quia ut neceſſariae iſtae, ita lugubres ſemper exiſtimatae victoriae ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partae cruore. [40] Itaque & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones maeſti trucidarunt. [41] Q. Catulus, M. Lepido collega ſuo cum omnibus ſeditioſis copiis extincto, [42] tantum moderatum prae ſe ferens gaudium, in Urbem revertitur. [43] C. etiam Antonius Catilinae victor [44] abſterſos gladios in caſtra retulit. L. Cinna & C. Marius [45] hauſerant quidem avidi civilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. [46] Item L. Sylla, qui plurima bella civilia confecit, [47] cujus crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt, [48] cum conſummata atque con-

Ann. urb. 620. & 632. Plutarch.
Ann. urb. 676. Livius xc. Plut. Pomp.
Ann. urb. 641. Salluſt. Plutarch, Cic. Dio. xxxvii.
Ann. urb. 667. Plut. Dio. Appian. Cic. Phil. xiv.
Ann. urb. 672. Plut. App.

PIGH. *Tantum moderatum prae ſe ferens gaudium.* Aldus omiſit *tantum.* At Pighius, cum in tribus codd. vocem reperiſſet, adjiciendam putavit. VORST. *Tantum* deeſt in quatuordecim noſtris. Ultr. prim. *qui tum.* ſec. *quam.* Leid. ſext. *tamen. tantum non* hic videtur locum habere non poſſe; quod putabat Pighius.

43. *C. Antonius, Catilinae victor*] Fuit is collega Ciceronis: qui, cum improbi conatus Catilinae & aliorum opera Ciceronis in lucem protracti eſſent, & ipſe Catilina urbe exceſſiſſet, contractas ab eodem copias ſuperavit. VORST.

44. *Abſterſos gladios in caſtra retulit*] Adeo civilem ſanguinem abhorruit. VORST.

45. *Hauſerant avidi civilem ſanguinem*] Epitome l. LXXX. Liv. *Cinna & Marius in urbem recepti ſunt, qui velut captam eam caedibus & rapinis vaſtarunt,* &c. *Haurire ſanguinem* & Livio aliiſque uſurpatum. Livius VIII. *Hauriendus aut dandus eſt ſanguis.* Et miror Scioppium in Infamia Famiani ſcribere, neſcire ſe, quo auctore ſatis locuplete *haurire ſanguinem* dicatur. Apparet *haurire ſanguinem* eſſe idem quod interimere: *& dare ſanguinem* idem quod interimi. VORST. Curt. L. IV. 14. 17. *Multum enim ſanguinis invicem hauſimus.*

46. *Item L. Sylla*] Aliquot MSS. *Namque L. Sulla.*

47. *Cujus crudeliſſimi ſucceſſus*] Epitome l. LXXXVIII. Liv. *Sulla pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit, &c.* VORST.

48. *Cum conſummata atque conſtructa potentia ſua triumphum duceret*] In Pulmanniano, *ac conſtructa*, non habetur. Videturque ocioſum, immo gloſſema proximae vocis, *conſummata.* PIGH. *Conſummata.* Auctior lib. Dan. *Conſummata atque conſtricta ſententia.* COLER. *Cum conſummata potentia ſua.* Aldus, *Cum conſummata ac conſtructa potentia ſua.* Sed Pighius *conſtructa* expunxit; quod otioſum id ei videretur, quodque à codice Pulmanni id abeſſe videret. Codices & Brand. & Baſil. *conſummata ac conſtricta potentia ſua.* Nec aliter antiqui typis expreſſi Chalcocondylae & Martini Herbip. Sed & cod. P. Danielis ita habet, ut Colerus teſtatur. VORST. *Conſummata atque conſtricta* invenio in MSS. quindecim. Med. ſec. *conſcripta. Conſtricta* etiam Edd. Mog. Ven. Mediol. MS. Copeſ. *confirmata atque conſtricta.* Equidem *conſtricta* omnino retinendum cenſeo, atque interpretor. Quum Sulla potentiam ſuam ad ſummum perduxerat faſtigium, eique modum jam ipſe impoſuerat, decernendo ſcilicet apud ſe, ut poſt hac moderatius erga omnes ſe gereret, & dictatura abdicaret. Sic *conſtricta avaritia foenebribus legibus* apud Liv. L. XXXVII. 7. Noſter L. II. 9. 5. *Alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſervitutis.* L. III. in fine: *Tacent mutae illorum umbrae fati neceſſitate conſtrictae.* Plutarchus enim p. 471. Ed. Franc. dicit poſt triumphum eum rationem rerum à ſe geſtarum populo reddidiſſe, ſe Felicem appellari juſſiſſe, & felicitate ſua ita nixum fuiſſe, ut tam atrocibus rebus geſtis, tamen auſus fuerit jus conſulum creandorum populo reddere, ſe dictatura non ſolum abdicare, ſed & corpus cuilibet ad injuriam opportunum praebere. Quod qui facit, & in triumpho ipſo ita civilem ſe praebet, ut civium Romanorum nullum oppidum ve-

 hat

conſtricta potentia ſua triumphum duceret, ut [49] Graeciae & Aſiae multas urbes, ita civium Rom. nullum oppidum vexit.

Piget, taedetque per vulnera Reip. [50] ulterius procedere. Lauream nec ſenatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſideravit, civitatis parte lacrymante. Ceterum [51] ad quercum pronae manus porriguntur, ubi ob cives ſervatos corona danda eſt; [52] qua poſtes Auguſtae domus ſempiterna gloria triumphant.

hat, quum ante erga cives fuerit tam ſaevus, nonne is commode *potentiam ſuam conſtrinxiſſe* dici poteſt?

49. *Graeciae multas urbes vexit*] *Urbes* pro ſimulacris & picturis earum. Solebant enim dictarum urbium ſimulacra in pompa triumphali inter cetera vehenda curare. VORST. Deinde Ultraj. prim. *Ullum oppidum.*

50. *Ulterius procedere*] MSS. quatuor *ulterius pergere.*

51. *Ad quercum pronae manus*] Querna corona dari ſolebat, ſi ſervati cives eſſent. VORST.

52. *Qua poſtes Auguſtae domus*] Fiebat corona querna ex ramis, qui ex quercu, quae ante aedes Julii Caeſaris erat, decerperentur. VORST. Auguſtus tamen de Sex. Pompejo ovans; de M. Antonio triumphans urbem ingreſſus eſt. Perizon. Anim. p. 233. Ineptit Vorſt. V. Paſch. de Cor. VII. 9.

CAPUT IX.

DE CENSORIA SEVERITATE.

1. *M. Camilli & M. Poſtumii in coelibes.*
2. *M. Valerii Max. & C. Junii Bruti in L. Antonium.*
3. *M. Catonis in L. Flaminium.*
4. *C. Fabricii in P. Rufinum.*
5. *M. Antonii & L. Flacci in M. Duronium.*
6. *C. Neronis & M. Salinatoris in ſe mutuo & populum Romanum.*
7. *M. Meſſallae & P. Sempronii in quadringentos equites.*
8. *M. Reguli & P. Phili in reliquias Cannenſes.*
9. *Qui notati ad cenſuram poſtea pervenerunt.*

Caſtrenſis diſciplinae tenaciſſimum vinculum & militaris rationis diligens obſervatio [1] admonet me, ut ad cenſuram, pacis magiſtram cuſtodemque, transgrediar. Nam ut opes pop. Rom. [2] in tantum amplitudinis imperato-

1. *Admonet me*] Sic omnes MSS. quos ego conſului, & alii decem habent, ut & reliquae Edd. *Admonent me*, dederat Pighius & hunc ſecuti.

2. *In tantam amplitudinem*] MS. *In tantum amplitudinis.* Elegantius. *quantum amplitudinis pondus* infra IV. 3. 13. Vide & III. 7. Ext. 5. *venerationis amplius non recipient.* II. 10. 2. extremo. vide Gron. ad Liv. L. XXXII. C. 37. *tantum belli.* Liv. XXXIV. 27. *tantum tumultus iis eſt injectum.* XXXVIII. 2. *Eo minus vani, quidquid incideret teli.* XXXVIII. 22. PERIZON. Sic habent & quindecim alii cum prioribus Edd. quare reſtitui pro Pighiano *in tantam amplitudinem.* Juſt. L. XIII. 5. *Quae res tantum animorum Antipatro dedit.* Noſter L. III. 2. 1. *Tantum munimenti.*

3. Cen-

ratorum virtutibus exceſſerunt, ita probitas & continentia [3] cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis injiciantur manus, niſi foro & curiae officium ac [4] verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum aequatus coelo cumulus ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe, atque adeo recordari acta cenſoriae poteſtatis.

[5] Camillus & Poſthumius [6] cenſores [7] aera poenae nomine eos qui ad ſenectutem [8] coelibes pervenerant, in aerarium deferre juſſerunt: iterum puniri dignos, ſiquo modo [9] de tam juſta conſtitutione queri ſunt auſi; cum in hunc modum increparentur: *Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit: parenteſque vos alendo, nepotum nutriendorum debito* ([10] *ſiquis eſt pudor*) *alligaverunt.* [11] *Accedit his, quod etiam fortuna longam praeſtandi hujuſce muneris advo-*

1. Ann. urb. 301. Plut. Camill.

3. *Cenſorio ſupercilio*] Cenſorum gravitate & ſeveritate. Sic & ſupra II, 7, 5. *Cenſorium ſupercilium adverſus fraternam claritatem diſtringere.* Item infra VI, 3, 10. *Horridum C. Sulpicii Galli maritale ſupercilium.* Martialis item I, 4. *Terrarum dominum pone ſupercilium.* VORST. Broukh. ad Prop. L. I. I. 3.

4. *Verecundia ſua*] Pronomen deeſt in duobus Rem. & ſec. Leid.

5. *Camillus & Poſthumius*] Anno U. C. 352. M. Furius Camillus primum factus eſt Tribunus Mil. Cos. poteſtate, ſed anno 574. ſeptimum eundem geſſit magiſtratum. Ceterum toto hoc tempore plurimi Poſthumii item tribuni militum conſulari poteſtate fuere. Verum qui nam ex illis una cum Camillo cenſor fuerit, aut quo anno, id ſane non conſtat. GLAREAN.

6. *Cenſores*] Sic & cenſoris Metelli Numidici exſtitit oratio, qua populum ad matrimonia capeſſenda adhortabatur. Vide Gell. L. I. 6. PERIZON. Eamdem Metelli orationem laudat etiam Suet. in Aug. C. 89.

7. *Aera poenae nomine*] Hoc aes inde dicebatur, *aes uxorium*, Vide Feſt. in *Uxorium* & ibi Scaligerum. Conſule & Gell. L. II. 15. PERIZON.

8. *Coelibes*] Camilli legem poſtea in cenſura ſua denuo promulgavit Metellus Numidicus, ex cujus oratione citat Agellius lib. I. cap. 6. Afranius Vopiſco: *Majores noſtri in cupidiores liberum Fuere.* COLER.

9. *De tam juſta conſtitutione queri eſſent auſi*] Mutatum ita fuit à Pighio, quum antea ederetur *ſunt auſi*, illi ſcil. coelibes tum, cum juſſi ſunt aera deferre in aerarium, & haec lectio nititur majore parte MSS.

10. *Siquis eſt pudor*] Formula loquendi, quam in eximio opere omiſit Briſſonius. Virgilius: *Ite domum ſaturae, ſiquis pudor, ite capellae.* VORST. Unde hoc hauſerit Vorſtius neſcio, longe enim aliter Virgilius Ecl. X. 77.

Ite domum ſaturae, venit Heſperus, ite capellae.

Melius in hanc rem advocaſſet verba ex Ecl. VII. 44.

Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci.

Vide Paſſerat. ad Propert. L. I. 9. 33.

11. *Accedit etiam iis, quod in Fortuna longam praeſtandi hujuſce muneris vocationem eſtis aſſecuti*] Contaminatus ac obſcurus eſt locus iſte; qui ex manuſcriptis codicibus noſtris ita emendatur, *Accedit his quod etiam Fortuna longam praeſtandi hujuſce muneris advocationem eſtis aſſecuti.* Aperte ac clara nunc eſt ſententia, aggravant enim cenſores accuſationem, quod fortuna vitam longiorem adepti, tam diu à procreandorum liberorum officio conſumptis in caſſum annis abſtinuiſſent. Ceterum pertinaci conſenſu veterum exemplarium moveor, ut pro *vacationem*, repoſuerim *advocationem*, verbum vetus, ſed hac ſignificatione rarum, atque idcirco à poſterioribus exterminatum. PIGH. *Accedit his quod etiam fortuna longam praeſtandi hujuſce muneris advocationem.* Ita optime ex MSS. locum

advocationem eſtis aſſecuti; cum interim conſumpti ſint anni veſtri, & mariti & patris nomine vacui. [11] *Ite igitur, & nodoſam exſolvite ſtipem utilem poſteritati numeroſae.*

2. Ann. urb. 646. Horum ſeveritatem [13] M. Valerius Max. & C. Junius Bubulcus Brutus cenſores [14] in conſimili genere animadverſionis imitati L. Antonium ſenatu moverunt, [15] quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio an ſuperiore majus. illo namque conjugalia ſacra ſpreta tantum, hoc etiam injurioſe tractata ſunt. Opti-

cum hunc reſtituit Pighius. Aldus ediderat, *Accedit etiam iis quod in fortuna longam praeſt. huj. mun. vocationem eſtis aſſecuti.* Nec aliter Chalcocondyles. At Martinus Herbip. rectius; atque ita plane, ut vult Pighius. Sed & codd. MSS. Brandeburg. lectionem eam confirmant. *Longa advocatio* eſt hic longa mora, longum ſpatium. Seneca Conſol. ad Marc. c. 10. *Nimis magnam advocationem dedi.* Et alibi, *petere, poſtulare advocationem.* Vide Lipſium ad praedictum locum. Tractum autem id genus loquendi à judiciis. Qui enim parum inſtructi erant ad reſpondendum, advocationem petere ſolebant, id eſt, tempus deliberandi, advocandique amicos. Senſus igitur apud Valerium eſt, accuſationem coelibum eo graviorem fieri, quod fortuna longum illis ſpatium conceſſerit ad ineundum matrimonium ac procreandos liberos. VORST. MS. cum ceteris Codd. habet *vacationem*, quod dubito an recte ab editoribus ſit mutatum. Senſus poteſt eſſe, eos jamdiu per aetatem hoc munere potuiſſe vacare, ſi in juventute liberos ſuſtuliſſent, vel eos diu potuiſſe huic muneri vacare. Sen. N. Q. III. 17. Solin. p. 207. Lact. p. 160. Liv. L. XLII. 33. 34. Cic. L. 1. de LL. 3. ad Fam. L. IX. 6. F. & legi poſſit *occaſionem.* PERIZON. *Advocationem* habet Ed. Mog. cum omnibus MSS. ſi excipias utrumque Barb. & ſec. & quart. Med. Credibilius eſt *advocationem*, nequaquam pervulgatum ea ſignificatione, à librariis in *vacationem* mutatum eſſe, quam contra. Senec. in Apocol. *Tamdem procedit P. Petronius, vetus convictor ejus &c. & poſtulat advocationem.* Ubi liquet eſſe dilationem cauſſae dicendae. Unde pro quavis dilatione uſurpari coepit.

12. *Ite igitur & nodoſam exſolvite ſtipem, utilem poſteritati numeroſa*] Nodus aliquis in *nodoſa hac ſtipe:* nec video qui adjectio haec conveniat. Legerim, *numeroſam.*. Cenſores videlicet, multiplicato cenſu, aerarios fecerunt celibes: ſive, ut ipſe Valerius hac ipſa in re ante dixit, aera poenae nomine pendere juſſerunt. Id more ſuo Valerius alludens, *Ite*, ait, *pendite numeroſam ſtipem in uſum numeroſae poſteritatis.* LIPS. *Nodoſam exſolvite.* Nihil mutandum cenſeo. Scriptura haec omnium librorum. ſic exiſtimo: ut *nodus* aliquid difficile dicitur & intricatum, ita ſtipem ſexagenariorum iſtorum *nodoſam* eleganter dici poſſe, id eſt, difficilem minuſque promptam. Sic Cicero ad Brutum, inopiam rei pecuniariae *nodum in Rep.* appellat. *Nodoſos* ejuſmodi eleganter *tricones numarios* olim Lucilius vocitabat. COLER. *Ite igitur & nodoſam exſolvite ſtipem.* Lipſius putat mendum hic eſſe, & pro *nodoſam* legendum eſſe *numeroſam.* At Colerus nihil mutandum cenſet: quia ſcriptura haec ſit omnium librorum. Et ſane codd. quoque Brand. ita habent. *Nodoſam ſtipem* dicere videtur aera, ut ſupra vocat, quae poenae & mulctae nomine inviti pendebant. *Nodus* & pro difficultate ponitur. Coelius in epp. ad Cic. *In nodum difficilem incidere.* Cicero ad Br. *Maximus in rep. nodus eſt inopia rei pecuniariae.* Florus IV, 9. *Nodus & mora publicae ſecuritatis Antonius.* Formatum inde *nodoſus* & Ovidius habet in libb. de Ponto: *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* Oliverius putat, voce *nodoſam* Valerium coelibum avaritiam accuſare; quod videlicet ideo coelibes viverent, quod timerent, ut uxorem & liberos alere poſſent. VORST. An *probroſam*? vel *odioſam*? vel *impoſitam*? *Nodoſam* credo librarios ſcripſiſſe habentes in animo ſtipitis vocabulum, ſic ſupra L. II. 7. 8. Virgarum *ictus nodoſos* vocavit. PERIZON. Interim in *nodoſam* omnes MSS. conſpirant. An latet in ea voce *uxoriam* ſtipem? ut ita dixerit reſpiciens ad nomen multae *uxorium aes.*

13. *M. Valerius Max. & C. Junius*] Si tempus primi repudii Romae ab omnibus Latinae hiſtoriae auctoribus memoriae proditum non obſtaret, putarem hos Cenſores vixiſſe circa annum Urbis 444. Quoniam M. Valerius Maximus

Optimo ergo judicio cenſores indignum eum aditu curiae exiſtimaverunt.
[16] Sicut M. Porcius Cato L. Flamininum, quem è numero ſenatorum ſuſtu- 3.
lit, quia [17] in provincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſup- Ann. urb. 569. Livius
plicii [18] ad arbitrium & ſpectaculum mulierculae, cujus amore tenebatur, e- XXXIX. Plutarch.
lecto. Et poterat inhiberi reſpectu conſulatus, quem is geſſerat, atque [19] au- Catone & Quinctio.
ctoritate fratris ejus v. c. T. Flaminini. Sed & cenſor, & Cato, duplex ſeve-
ritatis exemplum, eo magis illum notandum ſtatuit, quod ampliſſimi honoris
majeſtatem tam tetro facinore inquinaverat, [20] nec penſi duxerat, [21] iiſdem
ima-

ximus anno 442. C. autem Junius Brutus anno proximo Conſ. fuit. Quos veriſimile eſt poſt conſulatum cenſura functos, praecederet autem hoc L. Antonii repudium illud primum plus ſeptuaginta annis. GLAREAN.

14. *In conſimili genere animadverſionis imitati L. Antonium ſenatu moverunt*] Nonnulli MSS. delent praepoſitionem *in*. Quamplurimi, *imitati ſunt. L. enim Antonium,* Id quod habent quoque Edd. ante Aldum. Paulo poſt quatuor *in conſilio adhibito.*

15. *Quod quam virginem in matrim. duxerat, repudiaſſet*] Quam raro repudium factum fuerit, quamque aegre id Romani tulerint, docuit ſupra II, 1, 4. VORST. Harl. *quamdam, quam virginem.*

16. *Sicut Porcius Cato*] Praeferenda Cauchiani codicis lectio, *Sic M. Porcius Cato.* Novum enim incipit exemplum, atque una nobiliſſimo Catoni ſuum praenomen reſtituitur. PIGH. *Sic M. Porcius Cato.* Ita Pighius ex cod. Cauchiano, cum in aliis legeretur, *Sicut Porcius Cato.* Et ſane *ſicut* locum hic non habet: videturque ex *ſic M.* hoc loco ortum eſſe. VORST. Lege *ſicut M. Porcius Cato L. Flamininum, quem* &c. reſpiciunt nempe haec ſuperioris exempli verba extrema. PERIZON. Ita videlicet habet MS. Copeſ. cum pleriſque aliis, niſi quod omittunt praenomen; & ſaepe jam vidimus Pighium mutaſſe contextum, dum novum putat inchoari exemplum, quum maximam artificii ſui partem auctor in connectendis commoda & arguta tranſitione exemplis poſitam habuerit.

17. *In provincia quemdam damnatum*] Bit. prim. *in provincia Gallia.* Nonnulli *quem damnatum.* Plures *aliquem damnatum.*

18. *Ad arbitrium & ſpectaculum mulierculae*] Livius lib. XXXIX. Catonem inducit dicentem, quod Flamininus in gratiam ſcorti maſculi, nomine Philippi, natione Poeni, nobilem Bojum cum liberis transfugam, & ut in fidem reciperetur petentem, occidi juſſiſſet. Sed addit tamen, Valerium Antiatem, qui Catonis orationem non legiſſet, & fabulae ſine auctore editae crediſſet, prodidiſſe de muliere, cujus amore Flamininus deperierit, & in cujus gratiam unum ex captivis occidi juſſerit, prodidiſſe. VORST. Sic Alexander Jannaeus coenans cum concubinis ſuis octingentos Judaeorum cruci ſuffigi juſſit. Joſeph. L. XIII. 22. PERIZON. Livius proprie non tam Catonem dicentem inducit, ſed extare orationem ejus in L. Quintium, in qua hoc ei objecerat; quod multo ad veritatem confirmandam eſt magis accommodatum. Praeterea non dicit, Quintium juſſiſſe eum occidi, ſed ipſum ſtricto gladio caput loquenti Gallo primum percuſſiſſe, deinde fugienti, fidemque P. R. eorumque, qui aderant, imploranti, latus transfodiſſe. Liv. L. XXXIX. 42.

19. *Auctoritate fratris ejus Titi Flaminii*] Ex Pulmanniano, Atrebatenſi ac Suſiano, legendum eſſe colligimus, *Auctoritate fratris ejus.* v. c. *T. Flaminini.* Sed notae ſingulares non intellectae perierunt. Hinc perperam in nonnullis codicibus *C. Flaminius* legitur. PIGH. *Auctoritate fratris ejus V. C. T. Flaminini.* Ita legendum ex tribus codd. collegit Pighius. Alii codd. literas V. C. non habent. In uno tamen cod. Brand. veſtigia earum itidem apparent. VORST. Variant valde MSS. alii *Gaji Quinti Flaminii*, quidam *Gnaei Quinti Flaminii*, item *G. n. Quinti*; vel *G. Quinti Gaji Titi*. Perizon. proxime ad id, quod Pighius exhibuit. *C. v. Flaminii.* Nam ubique fere in omnibus *Flaminius* ſcribitur pro *Flamininus*. Nonnulli etiam, *ſed & cenſor Cato.*

20. *Nec indignum penſi duxerat*] Manuſcripti libri, excepto Wincheliano, omnes quos vidi, *Nec penſi duxerat*, habent. Atque haec vetuſta Romana phraſis, qua & Salluſtius, *Neque dicere,*

imaginibus adſcribi meretricis oculos humano ſanguine delectatos, [22] & regis Philippi ſupplices manus.

4. Quid de Fabricii [23] Luſcini cenſura loquar? narravit omnis aetas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rufinum duobus conſulatibus, & dictatura ſpecioſiſſime functum, quod [24] decem pondo [25] vaſa argentea comparaſſet, [26] perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe. [27] Ipſae

Ann. urb. 478. Livius xiv. Plut. Sylla. Gellius. xvii. 21. Salv. i. de gub. D. Meurſ. de Luxu.

re, neque facere quicquam penſi habebat. Et alii ſaepe. *Penſi habere vel ducere*, idem eſt, quod *διαγινώσκειν diſcernere, perpendere, aeſtimare, magni facere, ponderare, τιμᾶν.* Vox *indignum*, è dictatis alicujus ludimagiſtri haud dubio aſſuta eſt. PIGH. *Nec penſi duxerat, iiſdem imaginibus adſcribi.* Vox in pleriſque libris interjecta; *nec indignum penſi duxerat*, me arbitro, non emovenda, ſed velut exclamatio ſeorſum capienda, cum vulgata, ſi placet, parentheſeos nota. *Nec (indignum!) penſi duxerat.* Valerius & Annaeus Florus haec talia uſurpant, imo adfectant ſaepe. LIPS. *Nec penſi.* Edit. Venet. *Nec dignum penſi.* Hinc libenter amplector Lipſii correctionem: *Nec (indignum) penſi duxerat.* COLER. *Nec penſi duxerat.* Aldus ediderat, *Nec indignum penſi duxerat.* At Pighius, quod ab omnibus, quos vidit, codd. excepto uno, *indignum* abeſſe obſervaſſet, expungendum id judicavit. Habet tamen codicum Brand. unus; & vetus item editio Mart. Herbip. Nec multo aliter editio Chalcocondylae. Sane Lipſius & Colerus *indignum* minime expungendum, ſed velut exclamationem ſeorſum capiendum eſſe cenſent, cum vulgata, ſi placeat, parentheſeos nota, hoc modo, *Nec (indignum) penſi duxerat:* quia Valerius & Florus talia uſurpent, imo affectent ſaepe. *Penſi ducere* idem quod *penſi habere* apud Salluſtium & alios, id eſt, aeſtimare, perpendere, ponderare. VORST. *Nec indignum penſi duxerat*, eſt in longe pluribus MSS. in omnibus nempe Med. utroque Barb. trib. Leid. uno Ultraj. tribus Rem. Harl. Voſſ. Vat. *Nec indignum aequali pondere penſi duxerat.* Leid. ſec. *dignum penſi.* Bit. prim. & ſic dedit Oliverius. Ut *τῷ dignus* jungatur genitivus, quo inclinat etiam Aſcenſius citans Virgilianum hoc *Magnorum haud unquam indignus avorum.* Notum eſt cum ſecundo caſu hoc adjectivum jungi. Vide Cl. Burman. ad Quintil. L. i. 5. p. 52. ſed hoc magis poëtis convenit. Sen. Herc. Fur. 957. *Dignus Alcidae labor.* ubi tamen notante Gronovio N. Heinſius malebat *Alcida.* Quare ſi *indignum* hic retineri convenit, omnino erit poſitum, ut Lipſius judicabat, per modum exclamandi, qui indignationem indicet. Ut apud Ovid. L. i. Am. 6. i.

Janitor, indignum, dura religate catena.

Ut recte ibi reſtituit idem Nob. Heinſius. Vide & Giſan. Ind. Lucret. p. 480. Perizonius conjiciebat, *indignum aut penſi*, vel *indignum penſive.* In fine pro *adſcribi* Ultr. ſec. *proſcribere* cum Ed. Mog.

21. *Iiſdem imaginibus adſcribi*] Jus imaginum Romanae nobilitatis proprium fuit: imaginibuſque nomina ac res geſtae adſcribebantur. Hac ratione ergo & imaginibus Flaminini aſcribendum erat quod oculos meretricis ſupplicio hominis captivi paviſſet. VORST.

22. *Et regis Philippi ſupplices manus*] Philippum regem Macedoniae T. Quintius Flamininus vicit, ut ex lib. xxxiii. Livii notum. Indecorum igitur erat, iiſdem imaginibus quibus hoc apponendum erat, & fratris L. Flaminini factum, quo in gratiam mulierculae aliquem ad ſupplicium rapi juſſerat, adſcribi. VORST. Multi MSS. *aſcribi.* Ceterum imaginibus adſcribebantur quidem nomina, tituli honorum, & victoriarum, ſed nequaquam ut ſupplicii quoque ſumpti de aliquo fieret mentio. Ut Auctor hic loquatur admodum improprie, & ſignificet ejuſdem familiae homines alterum nobilitari clariſſima de Philippo victoria, alterum flagitioſa caede captivi in gratiam meretricis. Perizon. explicabat *adſcribi* i. e. tribui, imputari.

23. *Luſcinius*] Agellius, & quaedam editiones Valerianae *Lucinium* appellant. *Lucinum* quidem Latine dici recte puto, ut *Lucina.* Et apud Prudentium *Lucinae horae.* Sed & *Luſcinus* in veteri Gloſſario extat: *Luſcinus ἀηδών.* COLER. Ubique fere corruptum eſſe *Luſcinii* nomen, in *Lucinii*, vel *Lucinii*, cum veniat à *Luſco*, notavit Pigh. ad A. U. C. cdlxxi. Codices quidam clare *Luſcinii.*

24. *Decem pondo*] Lib. Dan. *X. P.* Solebant ponde-

[27] Ipſae medius fidius mihi literae ſaeculi noſtri obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeveritatem referendam miniſterium accommodare coguntur, ac vereri, ne non noſtrae urbis acta commemorare exiſtimentur. Vix enim credibile eſt [28] intra idem pomerium decem pondo argenti, & invidioſum fuiſſe cenſum, & inopiam haberi contemptiſſimam.

[29] M. autem Antonius, & L. Flaccus cenſores [30] Duronium ſenatu move- 5.
runt, Ann. urb. 656.

ponderum numeros non literis, ſed literarum notis exprimere. COLER.

25. *Vaſa argentea*] Haec movere quem poterant, ut apud Agellium legendum crederet: *Quod decem pondo argenti facti haberet.* Sed Agellium, ut antiquarium hoc loci non facile ſollicitaverim. COLER. *Decem pondo vaſa argentea.* Livius lib. XIV. eadem de re agens *decem pondo argenti facti* dicit. Sunt enim vaſa argentea *argentum factum*; quod ad differentiam *infecti*, id eſt, excocti quidem, ſed in rudibus adhuc maſſis, ita dicitur. Sed utrobique aliquid ſubaudiendum eſſe Gronovius I, 7. de pec. vetere docet: & quidem *decem pondo vaſa argentea* dici pro *decem pondo librarum vaſa argengentea*; & apud Livium *decem pondo argenti facti habere* pro *decem pondo libras argenti facti habere.* Atque ita plane Gellius II, 8. *Quod decem pondo libras argenti facti haberet:* & XVII. ult. *argenti facti decem pondo libras habere.* Noſter paulo poſt rurſus per ἔλλειψιν, *decem pondo argenti invidioſum fuiſſe cenſum* pro *decem pondo libras argenti.* VORST. Salmaſ. adverſus Heraldum corrigebat *ultra decem pondo*, quia Plut. ὑπὲρ δέκα dicit, ſed non adſtipulatur ullus MSS. & recte vindicavit Gronovius loco à Vorſtio citato.

26. *Perinde ac malo exemplo luxurioſum*] Flor. L. I. 18. 22. *Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum conſularem virum quaſi luxuriam cenſoria gravitate damnavit.* Ad quem locum à Viris doctis complures citantur, qui iſtius ſeveritatis meminerunt.

27. *Ipſae medius fidius mihi literae ſeculi noſtri obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeveritatem referendam*] Loquitur de ipſis literarum elementis ſeu notis, quae eadem erant iſto ſeculo, quae priore fuerant, ut plane frigidum ſit, ſi modo attentius conſideres, τὸ *ſeculi.* Neque enim literis vita convenit, neque immutatae erant. Scripſit auctor, ſiquid video, *ſtyli*, quo ducuntur literae. Sic inf. III. 8. Ext. I. *Stylo meo ad externa jam delabi permittam.* IV. 2. init. *Laeto ſtylo eum proſequamur.* V. 2. init. *noſtro queque ſtylo ſeparentur.* VII. 6. 4. *Truculenta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.* Vide & VIII. 7. extr. & ſupra. II. I. init. *Invalidae ad hoc monſtrum ſugillandum literae.* V. 3. 4. *Et ipſa verba tale flagitium narrantis ſecum luctantur.* VIII. 13. 2. PERIZON. Aliter accepit Gudius ad Phaed. L. V. Praef. per *literas* intelligens *literatores.* & in margine collationum ipſius adſcriptum video. *Literae ſeculi noſtri; literati ſeu potius ego ſcriptor.* Mihi catachreſis eſt auctori familiaris.

28. *Intra idem pomerium*] Ita ſane in antiquis lapp. ſcriptum reperitur. Rectius tamen fortaſſe ſcribitur *pomoerium.* Eſt enim manifeſte ex *poſt* & *moerus* pro *murus.* Livius I, 44. *Pomoerium verbi vim ſolam intuentes poſtmoerium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus.* Item: *Hoc ſpatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomoerium Romani appellarunt.* Ceterum *intra idem pomoerium* dicit noſter pro intra eadem moenia. VORST.

29. *M. autem Antonius*] M. Antonius Coſ. fuit anno 655. L. Flaccus proximo ante illum anno, quos deinde Cenſores una factos eſt veriſimile. Idem judicium ſumo de Cenſoribus, qui Neronem & Salinatorem mox ſequentur. Fuere enim Cenſores primo Punico bello. Et Valerius quidem Conſul fuerat proximo ante ejus initium anno. Sempronius autem cognomento Sophus quinto ejuſdem belli anno. Porro M. Attilii Reguli & L. Furii Cenſorum mentio eſt apud Livium L. IV. Secundi belli Punici anno quinto ejuſdem belli. Hiſtoriam Livius narravit. ſicut & de permutandis captivis. Hoc autem Valerii loco L. Metellum quaeſtorem legendum non M. Metellum. Et Cenſoris Furii tum praenomen tum cognomen apud Livium alia ſunt. P. Furius Philus, qui hoc loco L. Furius Philippus dicitur. GLAREAN.

30. *Duronium*] Ultraj. prim. *Durionium.* Deinde in aliquot MSS. *Freni injecti ſunt vobis.* Quemadmodum ſequitur *conſtricti eſtis*, & *quae vos eſſe frugi jubet. Vobis* etiam Ed. Mog.

 31. *Mi-*

runt, quod legem de coërcendis conviviorum ſumptibus latam tribunus pleb.
Ann. urb. 654. abrogaverat. [31] Mirifica notae cauſſa. Quam enim impudenter Duronius Roſtra conſcendit, illa dicturus: [32] *Freni ſunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſervitutis. Lex enim lata eſt, quae vos eſſe frugi jubet. abrogemus igitur iſtud horridae vetuſtatis rubigine obſitum imperium. Etenim quid opus libertate, ſi volentibus luxu perire non licet?*

6. Age, par proferamus aequali jugo virtutis, honorumque ſocietate [33] jun-
Ann. urb. 549. Livius xxix. A. Vict. I. ctum, [34] inſtrictum autem aemulationis hamo diſſidens. Claudius Nero, [35] Livius-

31. *Mirifica notae cauſſa*] *Nota* ipſa poena eſt. Ipſiuſque inſcriptio capitis in codd. Brand. ſic habet, *De cenſoria nota.* Inde *notare* pro punire. Cicero Cat. M. ubi de Catonis illa in Flamininum ſeveritate agit: *Notandam libidinem putavi nimiam*; quod videlicet L. Flamininum è ſenatu ejeci. VORST.

32. *Freni ſunt injecti*] Declamatorie haec ingerit ſuis verbis Valerius, ut paulo ante de Camillo & Poſthumio Coss. Sane hic auctor toto hoc libro Rhetorum colores conſectatur. COLER.

33. *Junctum*] Lego ex libro vet. *vinctum*, ob ſequens verbum *inſtrictum*. COLER. *Honorumque ſocietate junctum.* Codices Brand. pro *junctum* habent *vinctum.* Quod idem in cod. quoque P. Dan. obſervavit Colerus. VORST. *Vinctum* reperio in quint. ſext. ſept. Leid. & Perizon. duo aut tres *honoris.* Bit prim. *aequalis jugum virtutis.* Nonnulli *honoriſque.*

34. *Inſtinctu autem aemulationis animo diſſidens*] Duo codices Pulmannianus & Suſianus veram lectionem referunt, quae non parum antiquitatis redolet, *Inſtrictum autem aemulationis hamo diſſidens.* *Inſtringere* enim impedire, implicare, ac compeſcere eſt: qua in ſignificatione utitur eo Catullus, ad ſe ipſum dicens;

Quin te animo adfirmas, teque inſtringiſque, reduciſque,
Et diis invitis deſinis eſſe miſer.

Alia quoque exemplaria ejus retinent lectionis veſtigia: nam Campenſe, *Inſtrictum autem aemulationis animo*, dicit; & Atrebatenſe, *inſtructum*, mendoſe. Ait itaque Valerius paronomaſia non illepida, *inſtrictos aemulationis hamo cenſores deſtrictam* (ut habetur in Atrebatenſi) *ſimul egiſſe cenſuram*, deterſam, juſtam ac emunctam, metaphora à *deſtringentibus* ſe in balneo ſumpta, qui ſordes corporis lacinia ſtrigilive detergunt, aut abradunt. PIGH. *Inſtrictum autem aemulationis hamo.* Ita legendum docuit Pighius è duobus codd. cum Aldus & Chalcocond. edidiſſent, *inſtinctu a. aemulationis animo diſſidens.* *Inſtrictum* idem & in tertio quodam cod. obſervavit: ſed pro *hamo* ibi fuit *animo.* Ipſe quoque in uno cod. Brand. itemque in vetere editione Mart. Herbip. *inſtrictum* obſervo: ſed pro *hamo* perperam hic itidem eſt *animo.* In altero cod. Brandeburg. eſt *inſtrictae a. aemulationis animo.* Ut ſatis jam certum ſit, non *inſtinctu*, ſed *inſtrictum*, legendum eſſe; itemque non *animo*, ſed *hamo.* Eſt autem *inſtrictus* à verbo *inſtringere*; quod idem eſt quod *implicare*, *conſtringere.* Catullus in epigr. 71.

Quin te animo adfirmas, teque inſtringis, reduciſque,
Et Diis invitis deſinis eſſe miſer.

Dicunt & *inſtringere vinculis*, ut *conſtringere* vinculis. VORST. *Hamo* nuſquam invenio, niſi quod etiam J. Waſſe Ind. Sal. v. *Aemula* teſtatur Cod. Bib. Publ. Cant. accedere Pighio. & in Leid. ſept. additum eſt alia manu. Ceteri omnes *animo*, & quidam *diſidentes*, vel *diſſidentes.* Quinque *inſtructum*, quod eſt in Ven. reliqui cum Mog. *inſtrictum aemulationis animo.* Ultraj. prim. *ſtrictae.* ſec. & Toll. *inſtinctu.* tres med. *inſtinctum.* Unus *inſtrictum.* Perizonius adſcripſerat margini, malim *vinctum*, quia ſequitur *inſtructum*, & forte *diſſidens* delendum. Particula *autem* indicare videtur mihi addidiſſe aliquid auctorem in hoc membro priori contrarium. Illos videlicet, licet virtute & honoribus junctos, tamen propter aemulationem animo diſſediſſe. Quare commodiſſima in vulgata lectione eſſet ſententia, modo τὸ *inſtinctu* plurium Codicum auctoritate poſſet defendi. Sed cum omnes fere corrupti ſint in *animo*, ſi Pighii lectionem ſequamur pro eo reponentis *hamo*, quidni & τῷ *inſtrictum* idem potuit accidere, quod certe ab *inſtinctu* parum diſtat.

Porro

viuſque Salinator ſecundi Punici belli temporibus firmiſſima Reipub. latera, [36] quam deſtrictam ſimul egerunt cenſuram? Nam cum equitum centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur aetatis [37] etiamnunc eorum eſſent è numero, ut eſt ad [38] Polliam ventum tribum, praeco lecto nomine Salinatoris, citandum nec ne ſibi eſſet, haeſitavit. [39] Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere juſſit, quia populi judicio damnatus eſſet. Salinator quoque eadem animadverſione Neronem perſecutus eſt, adjecta cauſſa, [40] quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediiſſet. Quibus viris, ſiquis coeleſtium

Porro quam inſolens locutio eſt, *Par inſtrictum aemulationis hamo?* Praeterea exemplum quod profert Pighius, ſignificat *impedire, compeſcere, cohibere*, cum illi aemulatione contra ſe invicem *irritati ſint* atque *incenſi*. Nam quod Pighius addit, *inſtringere* etiam ſignificare *implicare*, id facit ut cauſſae ſuae faveat, non ex vero. Lego itaque, *Inſtinctu aemulationis animo diſſidens.*

35. *Livius Salinator*] Originem appellationis ejus, ut *Salinator* diceretur, tradit Livius lib. XXIX. videlicet quod novum quoddam vectigal ſalis commentus fuerit. VORST. Harl. *Claudius vero & L. Quintus Salinator.* Barb. prim. & Periz. *Cl. vero & L. Livius Salinator.* Leid. quint. *C. Lucius & L. Livius Q. Salinator.* ſept. *L. Julius Salinator.* Ultraj. prim. *Julius Q.* ſec. *L. Juliuſque.* Deinde nonnulli. *firmiſſima Pop. Rom. latera.* item *tempore.*

36. *Quam diſtrictam ſimul egerunt cenſuram*] Pighius ex cod. Atrebatenſi ſcripſit *deſtrictam.* Sed Aldus & alii ediderant *diſtrictam.* Eſtque ita in codd. quoque Brandeb. MSS. Eſt autem *diſtricta cenſura* nihil aliud quam ſtricta, ſevera. VORST. *Diſtrictam cenſuram* per *Severam* expoſuit etiam Oliverius, Pighius contra *deſtrictam* explicat *deterſam, emunctam, juſtam*, metaphora ſumpta à deſtringentibus ſordes corporis. Sed priore ſignificatione hoc verbum ſolet uſurpare noſter, & ita quidem, ut indicet aliquid *violenti.* Sic L. VI. 3. init. *Deſtrictae & inexorabiles vindictae.* L. VIII. 5. 2. *C. Memmium repetundarum reum deſtricto teſtimonio inſecutus eſt.* In tribus Rem. Harl. & primo Barb. erat *diſtricti.* Guyet. Conjiciebat legendum. *Inſtinctum autem aemulationis aculeo ac diſſidens.*

37. *Etiamnum*] Aliquot MSS. *etiam nunc.* Vide ſupra L. II. 1. 1.

38. *Pollam*] Imo *Polliam*, ut in lib. Dan. & apud Livium. COLER. *Ut eſt ad Polliam ventum tribum.* Sic repoſui pro *poliam*, quod dederat Vorſtius, & veteres Edd. praeter Mog. & Aſcenſ. Pighii Editio habebat *Pollam*, ſed in erratis emendat *Poliam*, quod eſt in nonnullis MSS. ſed in pluribus *Polliam.* Quomodo haec tribus etiam vocatur apud Liv. L. XXIX. 37. & ſic quoque citant Manut. Sigon. aliique Antiquarii, & reſtituit Joſepho in decretis Rom. & Aſiat. venerandae mihi ſemper memoriae Vir J. Gronovius p. 2. cum in MS. legeretur Ποπλίας in Periz. ſpatio vacuo relicto deerat *ad polliam.*

39. *Quod ut intellexit Nero, & citari collegam arma & equum vendere juſſit*] In manuſcriptis, *Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere juſſit.* In nullo quidem reperitur *& arma.* Quod ſane, ut Graeco vocabulo dicam, gloſſargi alicujus commentum eſt. Neque enim hoc habet Livius, ex quo Valerium deſumpſiſſe hiſtoriam utrumque conferenti patebit: Nec etiam à cenſoribus notati equites Romani arma vendere cogebantur: ſed equum publicum, quem jure ordinis acceperant, & publica nutritum impenſa tenebant. PIGH. *Equum vendere juſſit.* Equus ille publicus erat; ut quem jure ordinis acceperat, quique publica impenſa alebatur. Livius XXIX. eadem de re agens: *Ambo forte cenſores equum publicum habebant.* Et noſter item paulo poſt *equorum publicorum* non ſemel mentionem facit. VORST. Ceterae editiones praeter Mog. habebant *& arma & equum.* Sed duas priores voces cum Pighius non reperiret in MSS. eas expunxit, quod factum omnium noſtrorum auctoritate comprobatur. Sic & *equus ademptus* fuit L. Metello, apud Liv. L. XXIV. 43. & ſaepe aliis.

40. *Quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediiſſet*] Livius XXIX, 32. duplicem cauſſam à Salinatore allatam refert, quod & falſum adverſus ipſum teſtimonium dixiſſet, & non ſincera fide cum ipſo in gratiam rediiſſet. VORST.

ſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis illuſtrium imaginum ſerie deductus, [41] in ortum ſalutaris principis noſtri conflueret, depoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitiae foedere junxiſſent, ſervatam ab ipſis patriam [42] communi ſtirpi ſervandam relicturi. Salinator vero [43] quatuor & triginta tribus inter aerarios referre non dubitavit; quod, cum ſe damnaſſent, poſtea conſulem atque cenſorem feciſſent: praetexuitque cauſſam, quia neceſſe eſſet eas alterutro facto, [44] crimine temeritatis, vel perjurii teneri. Unam tantummodo tribum [45] Moeciam vacuam nota reliquit; quae eum ſuffragiis ſuis, ut non damnatione, ita ne honore quidem, dignum judicaverat. [46] Quam conſtantis & praevalidi illum putamus ingenii fuiſſe, qui neque triſti judiciorum exitu compelli, neque [47] honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione Reip. gereret?

7. Ann. urb. 50?. Livius XVIII. Front. IV, 1.

Equeſtris quoque ordinis [48] bona magnaque pars, quadringenti juvenes, cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt, quos [49] M. Valerius & P. Sempro-

41. *In ortum ſalutaris principis noſtri conflueret*] Adulatur rurſus Tiberio: quem non regem, ſed *principem* vocat; quod nomen regis invidioſum tunc eſſet, principis non item. Quam ob cauſſam & Octavius non rex, ſed princeps dici voluit. Vide Tacitum initio Annal. VORST. Perizonius margini adſcripſit an *ſalutarem*? quod exſtat in uno Rem. Paulo ante aliquot MSS. *rediſſet*. Item multi deinde *artiſſimo*. & ſic Ed. Mog.

42. *Communi ſtirpi*] Tiberio Caeſari puta, ut qui & ad Claudium Neronem, & ad Livium Salinatorem genus referret. Suetonius: *Ex hac ſtirpe* (Claudia) *Tiberius Caeſar genus trahit, & quidem utrumque: paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appii Coeci filii fuerunt. Inſertus eſt Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quae familia, quanquam plebeja, tamen & ipſa admodum floruit octo conſulatibus, cenſuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam & magiſterio equitum honorata: clara & inſignibus viris, ac maxime Salinatore, Druſiſque.* VORST. Novem MSS. *Communi ſtirpe*. & ſic Ed. Mog. & omnes ante Pighium.

43. *Quatuor & triginta tribus inter aerarios*] *Aerarii* dicebantur, qui nullum jus habebant in curia & tribu ſua ſuffragium ferendi, ſed tantum pro ſuo capite tributi nomine aera pendebant. Hinc phraſes *in aerarios referre*, *aerarium facere*, *ex aerariis eximere*. Cicero Or. pro Cluent. conjungit *in aerarios referri* & *tribu moveri*. Noſter quoque infra *in numerum aerariorum referre*. VORST.

44. *Crimine temeritatis vel perjurii*] Duodecim MSS. cum Ed. Mog. *& perjurii*. Duo Rem. *aut perjurii*.

45. *Martiam*] Lib. Dan. *Maetiam*. Nihil verius. Feſtus: *Moetiae tribus à quodam caſtro ſic appellata*. COLER. Sic correxerat etiam Guyetus. Aliae Edd. *Metiam*. Perizon. *unam tantummodo tribuum & vacuam nota reliquit*. Tres Leid. *Metiam*. Pighius ediderat *Martiam*, ſed correxerat in erratis. Inter variantes lectiones Gudii notatum invenio nihil, vix tamen mihi perſuadeo *Maeciam*, ſic enim eſt in textu Coleri, habuiſſe inſpectos ipſi omnes Codd. cum etiam Ultrajectini & Tollianus cum Copeſiano *Metiam* habeant. Vera tamen ſcriptura eſt *Moeciam*.

46. *Quam conſtantis & praevalidi putamus illum ingenii fuiſſe*] MSS. quindecim *quam putemus conſultantis & praevalidi illum ingenii fuiſſe*. & ſic quoque Edd. Mog. & Ven. ceterae ab Oliverio *quam putemus conſtantis*. MS. Perizon. *Quam putes*. in Leid. quinto. *ul.* punctis notatur in *conſultantis*. Barb. prim. *Quam putemus conſulentis & invalidi illum ingenii fuiſſe*.

47. *Honorum magnitudine*] Duo Rem. *Honoris magnitudine*.

48. *Bona magnaque pars*] Ter. Eun. Act. II. 3. 43.

Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.

Voſſ.

pronius, quia in Sicilia [50] ad munitionum opus explicandum ire juſſi, facere id neglexerant, equis publicis ſpoliatos, in numerum aerariorum retulerunt.

Turpis etiam metus cenſores ſumma cum ſeveritate poenam exegerunt. M. 8. Ann. urb. 539. Livius XXIV. 18.
enim Atilius Regulus & P. Furius [51] Philus, L. Metellum quaeſtorem, compluresque equites Romanos, qui [52] poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam cum eo abituros ſe Italia juraverant, [53] direptis equis publicis, [54] inter aerarios referendos curaverunt: [55] eoſque gravi nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Annibalis veniſſent, legati ab eo ad ſenatum miſſi de permutandis captivis, neque impetraſſent quod petebant, in urbe manſerunt: quia & Romano ſanguini fidem praeſtare conveniens erat; & M. Atilius Regulus cenſor perfidiam notabat; cujus pater per ſummos cruciatus expirare, quam fallere Carthaginienſes [56] ſatius eſſe duxerat. Jam haec cenſura ex foro in caſtra tranſcendit, quae neque timeri, neque decipi voluit hoſtem.

Sequuntur duo ejuſdem generis exempla, [57] eaque adjeciſſe ſatis erit. [58] C. 9. Ann. urb.
Geta 638. Cic. pro Cluent. C. 42.

Voſſ. *equeſtris vero ordinis.*

49. *M. Valerius*] Fuit is M. Valerius Maximus: cujus non quidem idem, ſed ſimilia tamen cenſurae exempla in epitome lib. XVIII. Livii legere eſt. VORST. Pigh. in margine notaverat *MV.* ut praenomen ſit *Manius.* Quod noſtris Codicibus non firmatur. Sed pro *P. Sempronius*, nonnulli habent *L. Sempronius* cum Edd. Gryph. & Rob. Stephanii. Sed *M. Valerius & P. Sempronius* etiam in Epitomis Livianis corrigendum eſſe ex Faſtis Capitolinis monuit etiam Pighius in Ann. ad A. U. DI.

50. *Ad munitionum opus explicandum*] Sic recte edidit Vorſtius, cum errore typorum corrupte legeretur *munitionem*, quod inficite ſecuta eſt, ut pleraque, Thyſii editio. Quod non monuiſſem, niſi ſic etiam extaret in Ven. 1478. ſunt MSS. qui habent *monitionum*, item *adminiſtrationem. Explicare opus munitionum* dicit pro perficere, ad exitum perducere, quod erat arduum. ut Flor. *Explicare bellum* L. I. 17. & Phaed. L. IV. 6. *Explicare fugam.* Deinde Harl. *equis publice ſpoliatis.* Unus & alter *neglexerunt.*

51. *Philus*] Male in edit. Veneta: *Philippus.* De L. Furio Philo hoc ipſo agit Cicero in Bruto. In lib. Dan. & apud Auguſtinum lib. II. de civitate Dei hodieque legitur: *Pilus.* COLER. Non Venetae modo Edd. habent *L. Furius Philippus*, ſed quotquot prodierunt ante Pighium; & eſt etiam in multis MSS. Ultraj. habent *L. Furius poenam Philippus.* Bit. prim. *Laelius Furius Philippus Metellum.* Septem alii *L. Furius Philippus Marcum Metellum.* Sed in aliis correctum eſt *pilus*; quod in aliis extat pro *Philippu*, Cop. *L. Faulippus.* Ultraj. ſec. *Q. Metellum.* veram lectionem reſtituit Pighius & monuit in Annal. ad Ann. DXXXIX.

52. *Poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam*] Voſſ. *poſt infelicem Cannenſem pugnam abituros.* Nonnulli *abituros ſe Italiam.* Harl. *abituros ſe in Italia.*

53. *Direptis equis publicis*] Scribendum videtur *dirutis*, ita *miles aere dirutus.* i. e. *caſſé.* GUYET. Malim *dereptis.* i. e. *ereptis*, ut ſuperiore exemplo dixit *ſpoliatis.* Vide Lamb. & Torrent. ad Horat. L. I. Ode 9. & N. Heinſ. ad Ovid. L. XIII. Met. 52. & quos praeterea citavit Cl. Drakenborgius ad Sil. Ital. L. X. 318. item Voſſ. ad Val. Flac. II. 160. Scribitur hoc verbum varie in noſtris Codd. vide L. III. 2. Ext. 4. L. III. 3. Ext. 2. L. III. 7. Ext. 6. L. IX. 3. Ext. I.

54. *Inter aerarios referendos*] Harl. Vat. Leid. ſec. *efferendos.* Ult. prim. Leid. ſext. & Voſſ. *deferendos.*

55. *Eoſque gravi nota affecerunt*] Forte, *Eos quoque gravi nota.* Gell. L. VII. 18. PERIZON. Ultraj. ſec. *Iidem cenſores eos gravi nota affecerunt.* Ceteri non variant. Vide & Cic. L. III. de Off. 32.

56. *Satius eſſe duxerat*] Harl. & Voſſ. *ſanctius eſſe.* Paulo ante Leid. ſept. cum Ultraj. primo *expiare.*

57. *Eaque adjeciſſe ſatis erit*] Vetus, *injeciſſe:* quaſi, ſtrinxiſſe, delibaſſe. recte. LIPS.

58. C.

Geta cum à L. Metello & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor factus eſt.

Ann. urb. 645. Front. Aquaed. Ann. urb. 599. Cic. pro Cluent. Item [59] M. Valerius Meſſalla cenſoria nota perſtrictus, [60] cenſoria poſtmodum poteſtate imperavit. Quorum ignominia virtutem acuit. rubore enim ejus excitati, omnibus viribus incubuerunt, ut digni civibus viderentur, quibus dari potius, quam objici cenſura deberet.

58. *C. Geta*] Hic *Geta* cos. fuit anno ab U. C. 638. Quo tempore duo Lucii Metelli vixerunt conſulares. Et Cn. Domitius Aenobarbus cos. anno 632. Quo vero tempore hic M. Valerius Meſſala vixerit. Mihi ſane non conſtat. GLAREAN. *C. Geta.* In multis MSS. deſideratur praenomen. ut & antiquis editt. Extat tamen in Cop. Leid. quint. ſept. & quibuſdam aliis. Exiſtimat vero Pighius C. Licinium Getam cum Q. Fabio Allobrogico cenſores fuiſſe Anno U. C. DCXLV.

59. *M. Valerius Meſſalla*] Copeſ. *Meſſala.* & ſic Leid. quint. ſext. ſept. Periz. *Meſſalia* Leid. ſec. pro. *incubuerunt.* Unus Rem. *excubuerunt.* ſec. Ultr. *honorum ignominia virtutem acuit.* prim. Ultraj. *rubore enim excitati.*

60. *Cenſoria poſtmodum*] Nec mirum. cum talibus etiam ad Dictaturam aditus. Mamerco Aemilio non obfuit nota cenſoria, quin poſtea Dictator crearetur. COLER. Liv. L. IV. 31. *Nihil cenſoria animadverſio effecit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.*

CAPUT X.

DE MAJESTATE.

ROMANORUM.

1. *Q. Metelli Numidici apud judices.*
2. *P. Africani majoris apud Antiochum regem & exteros.*
3. *L. Aemilii Paulli apud Macedonas.*
4. *P. Africani minoris apud Maſiniſſam & Poenos.*
5. *P. Rutilii exulis apud Aſiae civitates.*
6. *C. Marii proſcripti apud Minturnenſes.*
7. *M. Catonis Uticenſis apud ſenatum.*
8. *Ejuſdem apud populum Rom.*

EXTERNORUM.

1. *Harmodii & Ariſtogitonis apud Xerxem regem.*
2. *Xenocratis apud Athenienſes.*

Eſt & illa quaſi privata cenſura majeſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine obtinenda. [1] Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur [2] admirationis praetexta velata. quam recte quis dixerit [3] longum & beatum honorem eſſe ſine honore.

Nam

1. *Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur*] Duod. MSS. habent *allabitur.*

2. *Admirationis praetexta velata*] *Praetexta* aliis veſtimentis ſuperinjici ſolebat. Pari modo majeſtas magnorum virorum admirationis praetexta quaſi velata fuit. VORST. Ultraj. ſec. *praetextu.* & ſic Mog. Ed. ſeptem ex noſtris *praetexto velata.* Quod probari ſummo in his litteris Viro J. Fr. Gronovio ad Sen. Ep. 21. notabat Cl. Drakenborgius. Vide & Salmaſ.

ad

Nam quid plus [4] honoris tribui potuit conſuli quam eſt [5] datum reo Metello? qui cum cauſſam repetundarum diceret, tabulaeque ejus ab accuſatore [6] expoſtulatae ad nomen inſpiciendum [7] circa judicium ferrentur, [8] totum conſilium ab earum contemplatione oculos avertit, ne de aliqua re, [9] quae in his relata erat, videretur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratae provinciae legenda ſibi judices crediderunt: indignum rati [10] integritatem tanti viri exigua cera & paucis literis perpendi. Sed

1. Ann. urb. 641. Cic. pro Balbo. & ad Att. 1. 16.

ad Vopiſc. p. 405. Ed. Pariſ. Etiam L. VII. 3. 8. ubi ſimiliter fere omnes ſcripti, *Abjecto honoris praetexto* exhibent.

3. *Longum & beatum honorem ſine honore*] Alii honores non diu durant, & vel ſemeſtres, vel annui, vel paucorum annorum ſunt; ut dictatura, conſulatus, cenſura: at majeſtas perpetuus quidam honor eſt. Sed eadem tamen & ſine honore, id eſt, ſine magiſtratu eſt. Poteſt enim illam & is habere, qui magiſtratum non gerit. Obſervatum tamen eſt, quoſdam codd. habere *ſine onere:* idque Pighius in margine notavit. Codicum Brand. unus habet quidem *onere*; ſed ut aliena manu id ſcriptum, alterum vero expunctum videatur. VORST. Etiam Barb. prim. *onere* al' *honore.* & Leid. quint.

4. *Honoris*] Deeſt in lib. Dan. & eſt revera foediſſima gloſſa, orta ex iſtis: *honorem eſſe ſine honore.* COLER. *Nam quid plus honoris tribui potuit.* Teſtatur Colerus, *honoris* à cod. P. Dan. abeſſe: cenſetque foediſſimam eam gloſſam eſſe, ortam ex proximis ſuperioribus *honorem ſine honore.* Abeſt ſane ea vox à codd. quoque Brandeb. & à vetere item typis expreſſo Martini Herbip. VORST. *Parum honoris* dicit Ex. 4. *Quantum honoris* Ext. 2. Forte, *Nam quid?* vel *quî.* Ut L. IX. 11. Ext. 2. *In quo, quî aut homines ullos adjutores invenerit.* PERIZON. *Honoris* deeſt etiam in noſtris tredecim. Habent tamen Leid. ſec. ſept. Cop. Toll. Barb. ſec. Arridet Cl. Perizonii conjectura *Nam quî plus honoris.*

5. *Datum reo Metello*] De Numidico Metello haec intelligenda non de Macedonico, ut ex 2. Epiſt. L. 1. ad Att. colligitur. *Tabulas* autem *ejus* intelligunt duo commentatores *accuſatoris*, contra mentem authoris: cum author intelligat *Metelli*, in quibus ille omnem provinciae adminiſtratae rationem inſcriptam habebat. Quemadmodum Liv. L. VIII. Quartae Decados de P. Scipione ſuperiore ait, librum rationis à L. fratre allatum inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſe. GLAREAN.

6. *Expoſtulatae ad nomen inſpiciendum*] Pighius edidit, *Expoſtulatae & ad nomen inſp.* Et ſecuti eum ſunt Colerus atque Thyſius. Verum *&* ſupervacuum plane eſt, ſenſumque turbat. Abeſt quoque ab utroque cod. Brandeb. nec non & à vetere editione Mart. Herbip. Expungendum & Gronovius cenſet, ut ex Notis ejus ad Liv. XXXV, 7. apparet. *Nomen* pro debito. Et *nomen inſpicere* eſt exquirere, quantum quis adhuc debeat. Cicero pro Balbo: *Hoc igitur cauſſam dicente, cum ipſius tabulae circumferrentur, inſpiciendi nominis cauſſa.* VORST. Copula *&* exſulat etiam à multis, quos ego conſului, & Ed. Mog.

7. *Circa judicium ferrentur*] Ita Pighius, & ante eum Aldus & Chalcocondyles. At codices Brand. *Circa judices ferrentur.* Nec aliter typis expreſſus Martini Herbip. Quam lectionem & Gronovius in MSS. obſervavit. Vide Notas ejus ad Liv. XXXV. 7. VORST. Decem MSS. cum Ed. Mog. & Ven. *circa judices.* Barb. prim. *circa inde.* Leid. ſext. *contra jus.*

8. *Totum conſilium*] Ita codd. Brand. omneſque typis expreſſi veteres. Pighius tamen maluit *concilium:* eumque Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. Quaſi novum id eſſet, *conſilium* ipſos conſiliantes vocari. Cicero V. Verr. *Cum conſilio cauſſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilii ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronuntiat.* Item lib. III. ep. 8. ad fam. *In publico orbis terrae conſilio, id eſt, ſenatu.* Nepos XVIII, 12, 3. *Cognita conſilii voluntate.* VORST. Secutus eſt Pighius Ed. Rob. Stephani itidem *Concilium* exhibentis, ſed contra plerorumque MSS. fidem, & vocabuli iſtius uſum. De quo J. Fr. Gron. ad Liv. L. XLIV. 2.

9. *Quae in his relata erat*] MS. Cop. *erant.* Forte *Quae in his relatae erant.* PERIZON. MSS. duodecim *relatae erant*, ex quibus nonnulli etiam *in iis.* Eadem fere variatio numeri occurrit in MSS. L. II. 6. 3.

10. *Integritatem tanti viri paucis litteris perpendi*]

2. Sed quid mirum, ſi debitus honos à civibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis praeſtare non dubitavit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium ejus à militibus ſuis interceptum

Ann. urb. 563. Livius XXXVII. App. Syriac. honoratiſſime excepit, regiiſque muneribus donatum ultro & celeriter patri remiſit: quanquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. [11] Sed & rex laceſſitus, majeſtatem excellentiſſimi viri venerari, quam dolorem ſuum ulciſci maluit. Ad Africanum eundem [12] in Liternina villa ſe continentem

Ann. urb. 666. Plutarch. complures praedonum duces videndum [13] eodem tempore forte confluxerant. Quos cum ad vim faciendam venire exiſtimaſſet, praeſidium domeſticorum in tecto collocavit: eratque in his repellendis & animo & apparatu occupatus. Quod ut praedones animadverterunt, dimiſſis militibus abjectiſque armis, [14] januae appropinquant, & clara voce nuntiant Scipioni, *non vitae ejus hoſtes, ſed virtu-*

di] Libri aliquot vett. *litteris perdi.* ex quo ego *prodi.* LIPS. *Perpendi.* Male *prodi* Lipſius corrigit. In lib. Dan. *Pendi.* Perplacet hoc. Nam pendere dicebant, pro perpendere. Hujus verbi ſignificationes aliquot collegit veteris Gloſſarii auctor: *Pendo* ἡγοῦμαι, καὶ τιμῶμαι, καὶ σταθμίζω, καὶ τίνω, καὶ ἤρτημαι καὶ ἀποδίδομαι. COLER. *Integritatem tanti viri exigua cera perpendi. Cera* pro tabulis ceratis. Pro *perpendi* Lipſius monet in quibuſdam codd. eſſe *perdi*: indeque legendum conjicit *prodi.* Quod quidem Colero diſplicet. Qui & monet in cod. P. Dan. eſſe *pendi.* Eſt autem hic *pendi* vel *perpendi* nihil aliud quam aeſtimari, cenſeri. VORST. Nihil mutandum eſt. pro vulgato enim ſtant omnes MSS. Cl. Perizon. adſcripſit, an *defendi*?

11. *Sed & rex laceſſitus &c.*] MS. *Et Rex ēt laceſſitus.* Lege *Et rex & laceſſitus*, quas locutiones amat Valer. Supra II. 9. 3. *Sed & cenſor & Cato duplex civitati exemplum ſit.* Sic infra ex. 6. *Et ſenem & inermem, & ſqualore obſitum.* Sic plane C. 3. ext. 3. *& rex & barbarus.* infra III. 2. 27. *Sed quis dubitaret quin & Galli & victores illam admirationem mox in riſum eſſent converſuri.* III. 3. ext. 2. *Et tyranno & Phalari.* IV. 3. 1. *Et juvenis, & caelebs & victor.* V. 5. 1. *Et major natu minori, & fortiſſimus inbelli & gloria excellens.* VI. 2. 1. *Et victoribus & iratis ſubjecta.* Cic. ad Att. V. 2. Liv. L. VIII. C. 21. *Viri & liberi vocem auditam.* Sic Val. *in maxima reorum & illuſtrium ruina.* Quintil. Decl. 3. *Quiſquis vir & Romanus & miles*, *mox* ibid. *Rem viro & Romano & milite dignam.* Appian. p. 269. φίλος ὢν Καίσαρι καὶ ὕπατος, καὶ Ἀντώνιος. PERIZON. Sic plane Leid. quint.

12. *In Linternina villa ſe continentem*] V. c. *In Linternina villa ſe tenentem.* Recte. PIGH. *In Literna villa.* Eam diligenter deſcripſit Seneca epiſt. 87. quam ipſe poſtea poſſedit. COLER. *In Liternina villa ſe tenentem.* Aldus ediderat, *In Liternina villa ſe continentem.* At Pighius ex vet cod. maluit *tenentem.* Alteram tamen lectionem & ceteri typis expreſſi veteres; itemque Brand. MSS. habent. *Liternina villa* eſt quae prope Liternum, oppidum Campaniae litorale, ſita fuit. VORST. MSS. *Linternina. Linterna. Lictermina. Linternia. Lentermina. Linterna. Veliterna. Velliterna.* Sic Ed. Mog. *Liternia* Venet. *Linternina* Mediol. & reliquae. *Liternina* Leid. quint. & ſext. varie ſcribi ſolet hoc nomen etiam apud alios. Sed *Liternum* praefert N. Heinſius ad Silium L. VI. 654. & ad L. VIII. 633. Porro MSS. noſtri habent ad unum omnes *ſe continentem*, quod reſtitui. Sic Ter. in Phorm. Act. II. 3. 17.

—— Quippe homo jam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere
Se continebat.

Ovid. L. XIII. Met. 207.

Poſt primas acies urbis ſe moenibus hoſtes
Continuere diu.

13. *Eodem tempore forte confluxerant*] Sic quoque Oliverius dedit & Aſcenſius; ceteri *confluxerunt*, quod invenio in MSS. quatuordecim.

14. *Januae appropinquant, & clara voce nunciant Scipioni, Non vitae ejus hoſtes*] In Atrebatenſi, *Januae appropinquant clara voce nunciantes,*

virtutis admiratores veniſſe: conſpectum & congreſſum tanti viri quaſi coeleſte aliquod beneficium expetentes. [15] *proinde ſecurum ſe nobis ſpectandum praebere ne gravetur.* Haec poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt, fores reſerari, eoſque intromitti juſſit. qui poſtes januae tanquam aliquam religioſiſſimam aram, ſanctumque templum venerati cupide Scipionis dexteram apprehenderunt; [16] ac diu deoſculati, poſitis ante veſtibulum donis, quae deorum immortalium numini conſecrari ſolent, laeti quod Scipionem vidiſſe contigiſſet, [17] ad lares reverterunt. Quid hoc fructu majeſtatis excelſius? quid etiam jucundius? Hoſtis iram admiratione ſui placavit: ſpectaculo praeſentiae ſuae latronum geſtientes [18] oculos obſtupefecit. Delapſa coelo ſidera hominibus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient.

Et

tes, non vitae ejus, &c. Quae lectio ob brevitatem & continuum ſententiae ductum magis placet. PIGH. *Et clara voce nuntiant Scipioni.* Pighius ex cod. Atreb. ſcripſerat, *clara voce nuntiantes*, omiſſis *&* & *Scipioni.* Verum alteram lectionem veteres typis expreſſi, & MSS. item Brandeb. confirmant. Et ſane pronomen *ejus*, quod ſequitur, ipſum nomen *Scipioni* ante ſe requirit. VORST. Forte, *nunciantes Scipioni*, nempe cum ſequatur *gravaretur* pro quo legat aliquis *gravetur.* PERIZON. *Et nuncianies Scipioni* habet Leid. ſext. Ceteri omnes cum veteribus Edd. & MSS. Brand. conſentiunt, quare Cod. Atreb. auctoritatem hic exiſtimavit Vorſtius merito nullam. Deinde nonnulli geminant pronomen ſcribendo, *ſe non vitae ejus hoſtes, ſed virtutis ſe admiratores veniſſe.* Item quatuor *coeleſte aliquod munus.* & ſic Ed. Mog.

15. *Proinde ſecurum ſe nobis praeſtandum praebere ne gravetur*] In manuſcriptis rectius, *ſpectandum praebere ne gravaretur.* Atque in Campenſi inſuper eraſa particula *nobis*, quae ſane ſupervacua eſt, ac perperam inſerta videtur, ex gloſſemate aliquo. PIGH. *Proinde ſecurum ſe ſpectandum praebere ne gravaretur.* Dicit Pighius ita rectius habere MSS. ſed Vorſtius monet nihil de MSS. Brandeb. attamen veteres Editiones habent. *Proinde ſecurum ſe nobis ſpectandum praebere ne gravetur.* niſi quod aliquae *praeſtandum* male. In quibus attendas velim, *nobis* eſſe in MSS. omnibus. In quindecim *ne gravetur*, quod poſtulatur ſane ſi additum ſit *nobis*; quatuor *non gravetur.* Quamobrem etiam hic de veteri lectione revocanda non dubitavi, quamvis intelligam obliquam prius orationem ſic in directam mutari. Nimius enim conſenſus eſt tot MSS. quam ut ſperni tam faſtidioſe debeat. A tertia perſona tranſit etiam ad primam L. IV. 3. 5. *Narrate Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem &c. & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.* Sic apud Curt. L. IV. 11. cum Parmenio dixiſſet. *Suaſiſſem ut captivos redderes*, & deinde, *magnopere cenſerem ut permutes*, ad extremum ita orationem concludit. *Macedoniam quoque reſpiceret potius quam Bactra & Indos intueretur.*

16. *Ac diu deoſculati*] MSS. viginti *Oſculati*, & ſic antiquae Editiones.

17. *Ad lares proprios reverterunt*] In manuſcriptis omnibus, *Ad lares reverterunt.* PIGH. *Propios* tamen retinent MSS. decem, interque eos Copeſianus, quod Perizonius notandum monebat addens, *Erant & in domo Scipionis lares.* Mihi ſuborta eſt ſuſpicio, quoniam auctor videtur agere de praedonibus maritimis, ſcripſiſſe eum *ad naves.* Cod. MS. J. Waſſe habebat *alacres*, in cujus ſententiam ſe dicit pedibus iturum, niſi praeceſſiſſet *laeti*, quia hujuſmodi praemiatores ſunt fere laris incerti. Vide Ind. Sall. v. *Lares.*

18. *Oculos obſtupefecit*] Ita veteres typis expreſſi: quos Pighius & ſecutus eſt. Sed notavit tamen in margine, alios codd. habere *oc. vidit.* Ita ergo & uterque cod. Brandeb. habet. Quanquam in uno eorum illud eraſum, & *obſtupefecit* reſcriptum eſt. VORST. Septemdecim MSS. *oculos vidit.* Ultraj. ſec. *ſtupefecit.* An utrumque eſt ab auctore, ut ſcripſerit *oculos vidit & ſtupefecit*? Ut ſic etiam in hoc exemplo latronum excelſus pariter & jucundus majeſtatis fructus ſpectetur. Deinde Voſſ.

 acci-

3\. Ann. urb. 593. Plutarch. Et [19] haec quidem vivo Scipioni: illud autem Aemilio Paullo exanimi contigit. *Nam cum exequiae ejus celebrarentur, ac forte tunc principes Macedoniae legationis nomine Romae morarentur,* [20] *funebri lecto ſponte ſua ſeſe* ſubjecerunt. Quod aliquanto majus videbitur, [21] ſi quis cognoſcat, [22] lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuiſſe adornatam. Quantum enim Paullo tribuerunt, propter quem gentis ſuae cladium indicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? [23] quod ſpectaculum funeri ſpeciem alterius triumphi adjecit. Bis enim te, Paulle, Macedonia urbi noſtrae illuſtrem oſtendit: incolumem, ſpoliis ſuis: fato functum, humeris.

4\. Ne filii quidem tui Scipionis Aemiliani, [24] quem in adoptationem dando, duarum familiarum ornamentum eſſe voluiſti, majeſtati parum honoris tributum

accipiant, proxime ad conjecturam Perizonii adſcribentis, forte *Recipiant*. Per *delapſa autem coelo ſidera* intelligit Deos ipſos, quo reſpectu Divos Imperatores ſaepe *ſidera* appellavit.

19\. *Hoc quidem vivo Scipioni*] Veteres libri omnes habent, *Et haec quidem vivo Scipioni.* PIGH. *Et haec quidem vivo Scipioni.* Ita Pighius ex MSS. Cui ſuffragantur codd. Brand. Aldus ediderat. *Hoc quidem vivo Scipioni.* VORST. Etiam plerique noſtri *haec*; & reſpicit admirationem Antiochi, & praedonum ipſum ſpectandi cupiditatem. Pro *Macedoniae* Harl. *Macedonum.*

20\. *Funebri lecto*] Supra I, 8, 5. *Lectum ferentes conſiſtere coëgit.* VORST.

21\. *Si quis cognoſcat*] Leid. ſext. ſept. Barb. prim. *Si qui cognoſcant. Si qui* eſt etiam in Ultraj. primo. Perizon. *Si qui agnoſcant.* Deinde Voſſ. delet *fuiſſe.*

22\. *Lecti illius frontem Macedonicis triumphis*] Primam ſummamque partem lecti ſuſtinuerunt principes Macedoniae. Quod ſpeciem praebuit novi triumphi, quaſi principes illi Macedoniae iterum in triumpho ducerentur, propter victum ab Aemilio Paullo Macedoniae regem Perſen. VORST. Inſigniter errat hic Vorſtius, non enim principes Macedoniae ſpeciem triumphi praebuerunt, dum primam lecti partem ſuſtinent; ſed dicit Auctor illud majus viſum iri, quod humeros ſuos lecto ſubjecerunt, ſi quis recognoſcat, illius lecti frontem fuiſſe inſignibus Macedonici triumphi adornatam. Ita enim capiendum hic *τὸ triumphis Macedonicis.* Pro indiciis, inſignibus, ſpoliis. Quomodo Flor. L. II. 2. 21. *Claſſemque ingenti praeda & triumpho gravem in urbem praemiſiſſet.* & ibid. §. 31. *Quantus ô tunc triumphus tempeſtate intercidit.* In quo tamen fortaſſis Auctor ad tempora ſua reſpexit, quibus meminerat Gallum Aſinium cenſuiſſe, ut in funere Auguſti, *legum latarum tituli, victarumque ab eo gentium vocabula anteferrentur.* Quod tempore Reip. factum fuiſſe non videtur, quoniam hoc inter maxime inſignes honores Auguſto decretos refert Tacit. L. I. Ann. 8. Manifeſte tamen noſter dicit, ipſos principes Macedonum *non exhorruiſſe ferre indicia cladium gentis ſuae per ora vulgi.*

23\. *Quod ſpectaculum funeri ſpeciem alterius triumphi adjecit*] Decem MSS. *Funeris.* & ſic Ed. Mog. Sed praeſtat retinere vulgatum. Illud ſpectaculum quo ipſi Macedones efferebant lectum funebrem Aemilii Paulli praeferentem indicia victoriae de Macedonia reportatae fecit, ut funus hoc alter de Macedonia triumphus videretur. Deinde nonnulli *fato finitum.* De quo vide Vorſt. ad L. III. 2. Ext. 6.

24\. *Quem in adoptionem dando*] Scipio Africanus, quod non haberet filium, qui genus propagaret, filium Aemilii Paulli adoptavit: iſque *Scipio Aemilianus* dictus; itemque *poſterior Africanus* à noſtro II, 7, 13. Hunc cum pater Aemilius Paullus in adoptionem Scipioni dedit, duarum familiarum, uti noſter ſubjicit, ornamentum illum eſſe voluit. VORST.

25\. *Cum eum adoleſcentem*] In Campenſi, *Cum enim.* Sed melius in Atrebatenſi, *Eum enim.* PIGH. *Eum enim adoleſcentem.* Ita Pighius ex Atrebatenſi. Aldus, *Cum eum adoleſcentem.* Campenſis codex, ut Pighius teſtatur, habet, *cum enim*; atque ita ad veram lectionem paulo propius accedit. Sic & codicum Brand. unus. VORST. *Cum enim* eſt etiam in Perizon. octo cum vulgatis *cum eum*, quod neſcio cur abjectum ſit. Modo poſt *eſt* delenda major diſtinctio fuerat.

26\. Orien-

tum eſt. [25] eum enim adoleſcentem admodum à Lucullo conſule petendi auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Carthaginienſes & Maſiniſſa Rex de pace diſceptatorem, velut conſulem & imperatorem, habuerunt. Ignara quidem fatorum ſuorum Carthago. [26] Orientis enim illud juventae decus, deorum atque hominum indulgentia, ad excidium ejus alebatur: [27] ut ſuperius cognomen *Africanum* capta, poſterius everſa [28] Corneliae genti [29] daret. Ann. urb. 660. App. Libyc.

5. [30] Quid damnatione, quid exilio miſerius? [31] Atqui P. Rutilio conſpiratione publicanorum perculſo, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes provinciae illius civitates [32] legatos ſeceſſum ejus opperientes obviam miſerunt. [33] Exulare aliquis hoc loco, an triumphare juſtius dixerit? Ann. urb. 660. Livius LXX. Senec. ep. LXXXI. Rup. ad Pomp. 378.

6. [34] C. etiam Marius [35] in profundum ultimarum miſeriarum abjectus, ex ipſo vitae Ann. urb. 665. Plutarch. App. Civil.

26. *Orientis enim illud juventae decus*] Vide omnino Rupertum ad Salluſt. p. 30. Quem tamen ego in defenſione Valerii non audio. PERIZON.

27. *Ut ſuperius cognomen Africanum*] Quemadmodum hic *ſuperius* & *poſterius cognomen Africanum:* ita ſupra II, 7, 12. & 13. *ſuperior* & *poſterior Africanus* conjuncti apparent. VORST.

28. *Corneliae genti*] Scipio Africanus patrem habuit Corneſium Scipionem, qui patrem oculis orbum ſcipionis vice rexit, indeque Scipionis nomen ſortitus eſt. Scipio Aemilianus, quod ab altero illo Scipione adoptatus eſſet, & ipſe ad gentem Corneliam pertinuit. VORST. Notandus hic duplex Vorſtii error. Primum enim nemo hoc de *Scipione* patre *Africani*, quantum equidem me legiſſe memini, uſquam tradidit. Ut omnino hoc Vorſtio fuerit probandum prolata alicujus vetuſti ſcriptoris auctoritate, non ita temere affirmandum ex loco aliquo male intellecto, & certum aliquem Scipionem non ſignificante. Praeterea multo vetuſtius eſt cognomen Scipionis in gente Cornelia. Meminit enim Plut. in Camillo p. 131. Ed. Franc. *Cornelii Scipionis*, quem Camillus Dictator Magiſtrum equitum dixerit. Nec de hoc Africano intelligi poteſt Macrob. L. I. Sat. C. 6. *Non aliter dicti Scipiones, niſi quod Cornelius qui cognominem patrem luminibus captum pro baculo regebat Scipio cognominatus nomen ex cognomine poſteris dedit.* Deinde errat cum dicit *Scipionem Aemilianum* adoptatum ab altero illo Scipione. Quem non alium interpretari poſſumus quam *Scipionem Africanum majorem*, quum conſtet *Aemilianum* non ab hoc adoptatum fuiſſe, ſed ab ipſius filio. Quem errorem denuo erravit ad L. III. 7. 2. Sed dudum hunc coarguit Cl. Perizon. Anim. Hiſt. C. 2. p. 50.

29. *Daret*] Bit. prim. *daretur*.

30. *Quid damnatio*] Videtur illud Ciceronis in mentem fuiſſe Valerio: *Miſera eſt ignominia judiciorum publicorum, miſera multatio bonorum, miſerum exſilium.* Orat. pro Rabir. COLER.

31. *At P. Rutilio*] De hujus integritate & innocentia infra VI, 4, 4. agit. Epitome lib. LXX. Liv. *P. Rutilius, vir ſummae innocentiae, quoniam legatus C. Mucii proconſulis, à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus in exilium miſſus eſt.* VORST. Harl. & Leid. ſext. ſept. Periz. *At Q. P. Rutilio.* Periz. *atque P.* Leid. ſec. *at quin P.* Barb. prim. Leid. quint. Ultraj. uterque, Toll. *Atqui P. Rutilio.* Quod expreſſum à ceteris editoribus mutaverat Pighius. Copeſ. etiam *at q. P.* Unde *atqui* reſtituendum etiam videbatur Perizonio.

32. *Legatos ſeceſſum ejus operientes obviam miſerunt*] Id eſt *appetentes*, vel *optantes*, vel *offerentes*. PERIZON. Leid. ſept. *ei obviam miſerunt.*

33. *Exulare aliquis*] Sic Florus lib. II. cap. 2. *Quid aliud quam victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphavit?* COLER. *Exulare aliquis hoc loco an triumphare.* Forte delendum τὸ *loco*. PERIZON. Plerique MSS. *loco hoc*, quod valide confirmat conjecturam Cl. Perizonii *loco* delentis. Liv. L. III. 2. *Oſtentare hoc eſt, Romani, non gerere bellum.* Ed. Mediol. *huc loco* multi MSS. *aut triumphare.*

34. *C. etiam Marius*] Vide & ſupra I, 5, 5. Item Epit. l. LXXVII. Livii. VORST.

35. *In profundum ultimarum miſeriarum abjectus*] Voſſ. delet *ultimarum.* deinde Ultraj. prim. *ab ipſo*,

vitae diſcrimine, beneficio majeſtatis emerſit. Miſſus enim ad eum occidendum in privata domo Minturnis clauſum [36] ſervus publicus, natione Cimber, & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum, ſtrictum gladium tenens, aggredi non ſuſtinuit: ſed claritate viri occaecatus, abjecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perſtrinxit: devictaeque ſuae gentis interitus animum comminuit; etiam diis immortalibus indignum ratis, ab uno ejus nationis interfici Marium, quam totam deleverat. Minturnenſes autem majeſtate illius capti, compreſſum jam & conſtrictum dira fati neceſſitate, incolumem praeſtiterunt. [37] nec fuit his timori aſperrima Syllae victoria, ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur; [38] cum praeſertim

ipſo, uterque *evaſit* cum Cop. Voſſ. & Leid. ſept. ab alia manu.

36. *Servus publicus natione Cimber*] Epitome lib. LXXVII. Liv. *Cum ad occidendum eum miſſus ſervus natione Gallus majeſtate tanti viri perterritus receſſiſſet.* VORST. Non in domum privatam, ſed in carcerem Minturnenſium juſſu duumviri perductum fuiſſe Marium tradit Vell. L. II. 19. *Injecto in collum loro in carcerem Minturnenſium juſſu duumviri perductus eſt. Ad quem interficiendum miſſus cum gladio ſervus publicus, natione Germanus, qui forte ab imperatore eo, bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno ejulatu expromenti indignationem caſus tanti viri abjecto gladio profugit ex carcere.* Noſter tamen *in domum Fanniae cuſtodiae cauſſa eum deductum* dicit L. I. 5. 5. & L. VIII. 2. 3. Cum noſtro conſentit Plutarch. p. 428. Ed. Franc. ex quo etiam liquet alios tradidiſſe ſervum illum fuiſſe *Gallum* natione, alios *Cimbrum*: dicit enim ἀμφοτέρως ἱϛορεῖται.

37. *Nec fuit eis timori aſperrima Syllae victoria: cum praeſertim ipſe Marius eos, &c.*] Hoc loco quaedam deeſſe manuſcripti libri demonſtrant, quamvis & hi varie mutilati ſunt. In Suſiano & Pulmanniano legitur, *Nec fuit his timori aſperrima Sullae victoria, ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur.* Sed reliqua minime omittenda deſiderantur. In Campenſi ac Wincheliano frequens illa repetitio nominis *Marii*, librarium immerito offendit; in quibus ita, *Nec fuit his timori aſperrima Sullae victoria, ne in eos conſervationem ulciſceretur, cum praeſertim ipſe Marius eos, &c.* PIGH. *Ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur.* In veteribus typis expreſſis Aldi & Chalcocondylae haec deſiderantur. Reſtituit autem Pighius è MSS. Et apparent eadem in vetere quoque edit. Mart. Herbip. niſi quod nomen *Marii* hic abeſt. VORST. Deſunt haec in omnibus, quos ego inſpexi: Item in Ultraj. prim. Barb. ſec. Bit. prim. Quatuor Med. Harl. Sed ſunt in marg. Leid. ſept. & Barb. prim. & ſic quoque ex gloſſa in Tolliano. Ultraj. vero ſec. *ne in eos conſervationem ulciſceretur.* & ſic Ed. Mog. Quoniam deerant etiam à Copeſiano, pro gloſſa illa expungenda judicabat Cl. Perizonius, cui libens aſſentior.

38. *Cum praeſertim ipſe Marius*] Vereri poterant, ne, quomodo ipſi Mario metuendum erat, ne vita privaretur, ita & ipſi privarentur vita. VORST. *Ipſe Marius* i. e. Marii miſeria exponente Guyeto. An potius ita capiendum? Marius, qui tot ſaevitiae exempla in alios clariſſimos viros ediderat, potuiſſet eos abſterrere, ne ipſi ullam praeſtarent miſericordiam? Porro totum hoc, ut omittebatur in Suſiano & Pulmanniano, ita etiam in Voſſiano & uno Remenſi.

39. *Adeo admirabilem*] Lib. Colmarienſis: *venerabilem.* Quod magis placet. COLER. *Adeo admirabilem ſenatui fecit.* Teſtatur Colerus codicem Colmarienſem habere *adeo venerabilem:* idque magis ſibi placere ait. Atque eam vocem in codd. quoque Brand. itemque in antiquo typis expreſſo Mart. Herbip. obſervo. VORST. *Venerabilem* eſt in MSS. quatuordecim & Ed. Mog. & mihi quoque multo magis placet, quam ineptum illud *admiratio vitae ſincerae facit illum admirabilem.* Si *admirabilem* retinendum judices, vide an placeat lectio Barb. prim. *adminiſtratio fortis & ſincerae vitae.*

40. *Diem extraheret*] Sic locutus eſt Caeſar lib. I. de bello civ. *Catone vero acerrime repugnante & priſtina conſuetudine contradicendi mora dies extrahente.* Hoc Agellio eſt, *diem eximere.* cujus

tim ipſe Marius eos à conſervando Mario abſterrere poſſet.

M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis & ſincerae vitae [39] adeo admirabilem ſenatui fecit, ut cum invito C. Caeſare conſule adverſus publicanos dicendo in curia [40] diem extraheret, & ob id ejus juſſu à lictore in carcerem duceretur, univerſus ſenatus illum [41] ſequi non dubitaret: [42] quae res divini animi perſeverantiam flexit. 7. Ann. urb. 694. Plutarch. Gell. IV. 10.

Eodem [43] ludos Florales, quos Meſſius aedilis faciebat, ſpectante, populus, [44] ut mimae nudarentur, poſtulare erubuit. [45] quod cum ex Favonio, amiciſſimo ſibi, una ſedente cognoviſſet, diſceſſit è theatro, ne praeſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Quem abeuntem ingenti plauſu populus proſe- 8. Ann. urb. 698. Senec. ep. 97. Martialis I. 53. Lact. I. 20. de Falſa Rel.

cujus locum ita lego: *Cajus Caeſar conſul M. Catonem ſententiam rogavit. Cato rem, quam conſulebat, quoniam non è Rep. videbatur perfici noluit. Ejus rei gratia longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Eximere* igitur *diem*, eſt totum diem dicendo quaſi auferre & abſumere. Contra *frangere diem* erit, dimidium diem abſumere. Horatius libro II. od. 7. *Cum quo morantem ſaepe diem mero Fregi.* Hoc veteres Jureconſulti *Diffindere diem* dicebant, ut in formula Praetoria: HIC DIES DIFFISUS ESTO. Quando omiſſo reliquo diei ſpatio, judicium differebatur, ut docet Doctor ille Juris unicus lib. XII. obſ. cap. 18. Sed & *diſcindere diem* pronunciaſſe veteres conſtat, quod nihil aliud quam Jureconſultorum illud *Diffindere.* Gloſſae veteres: *Diſcindendi τμητίας. ἐν τῷ τέμνειν τὰς δίκας.* Noti etiam ex Faſtis veteribus *Dies inciſi* & *interciſi.* Fabricius ex Horatiano exemplari Saxonico citat: *Dies alii ſunt Faſti, alii Solidi, quibus laborandum eſt, alii inciſi.* Hic *inciſi*, opinor, *ſolidis* opponuntur. ad quod reſpexit Horatius: *Nec partem ſolido demere de die.* Seneca epiſt. 84. *Hodiernus dies ſolidus eſt.* Inſignis locus eſt Agellii libro XIV. capite 2. in quo tamen monſtroſum magis an ridiculum mendum inhaeret hodieque: *Atque in rerum quidem diffuſionibus, comperendinationibus, & aliis quibuſdam legitimis in rebus.* Audacter corrigo: *Atque in dierum quidem diffiſionibus, comperendinationibus.* Quae enim, *rerum diffiſiones*? Si hac correctiuncula laudem non merui, culpam deprecor. COLER. *Diem extraheret.* Gellius IV, 10. eadem de re, ſed verbis Capitonis Ateji, agens habet *eximere diem dicendo.* Altera phraſi utitur & Caeſar in I. de B. C. 31. *Catone*, inquit, *acerrime repugnante & priſtina conſuetudine contradicendi mora diem extrahente.* Item Livius l. XXVIII. *Quibus cum extrahi aeſtatem poſſe conſules crederent, nihilominus oppugnari poſſe Locros rati.* VORST. In quatuordecim MSS. invenio *abſtraheret:* ſed praeſtat alterum. Frequens enim ſatis *extrahere diem, tempus*, pro *conſumere.* Vide J. Fr. Gron. ad Liv. L. XXII. 18. maxime in addendis. & ſic Sen. de Brev. vitae. C. 16. *In otio relicti aeſtuant, nec quomodo id diſponant, aut extrahant, ſciunt.* Liv. L. XXVIII. 15. *Ad id ſedulo diem extraxerat Scipio, ut ſera pugna eſſet.* Multi MSS. habent *in curiam* Voſſ. *Publicanos ducendos in curiam.* Barb. prim. *adverſus publicanos cauſſam dicendo.*

41. *Sequi non dubitaret*] MS. *dubitarit.* Lege *dubitaverit.* Vide Gron. ad Liv. L. XXXIV. 32. PERIZON. *Dubitavit* etiam Harl. & Ultr. prim. videlicet pro *dubitarit.*

42. *Quae res divini animi*] Quod Catonem in carcerem euntem totus Senatus ſecutus fuit, id animum Caeſaris mitigavit, ut Catonem mitti juberet. VORST.

43. *Ludos Florales*] Qui in honorem Deae Florae celebrabantur. VORST.

44. *Ut mimae nudarentur*] In cod. Schotti fuit *Ut mimae darentur.* VORST. Unus Rem. *ederentur*, Barb. prim. *enudarentur.* Recte *nudarentur* ceteri. Sen. Ep. 97. *Catonem, inquam, illum, quo ſedente negatur populus permiſiſſe ſibi, poſtulare Florales jocos nudandarum mulierum.* Vide omnino Lactant. loco citato in margine.

45. *Quod cum ex Favonio amiciſſimo ſibi una ſedente cognoviſſet*] Hoc loco in Campenſi atque Atrebatenſi codicibus Valeriano contextui inſertum eſt Martialis poëtae epigramma:

Noſſes jocoſae ſacrum cum dulce Florae,
Feſtoſque luſus, &c.

Quod ipſum ſtudioſus aliquis in margine annotarat. Hinc collige lector ſtupidam librariorum negli-

proſecutus, priſcum morem jocorum in ſcenam [46] revocavit; confeſſus [47] plus ſe majeſtatis uni illi tribuere, quam univerſo ſibi vindicare. [48] Quibus opibus, quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri patrimonium, aſtricti continentia mores, modicae clientelae, domus ambitioni clauſa, [49] paterni generis una imago, minime blanda frons; ſed omnibus numeris perfecta virtus. Quae quidem effecit, [50] ut quiſquis ſanctum & egregium civem ſignificare velit, [51] ſub nomine Catonis definiat.

EXTERNA.

1. Thucyd. VI. [52] Dandum eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis: ut domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. [53] Harmonii & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide libe-

negligentiam, qua temere bonos auctores depravarunt. PIGH. Harl. *Cognoviſſet Marciales jocos noſſet ſacrum cum dulce Flora, cur in theatrum Cato ſevere veniſti, an ideo tantum venias ut exires diſceſſit.* & ſic fere Vat. prim. uterque Barb. Ultraj. prim. ſed ſec. habet in marg. Copeſ. Leid. ſext. ſept. Perizon. vel auctius etiam. *Feſtoſque luſus & licentiam vulgi.* & ſic Ed. Mog.

46. *Revocavit*] Liber Danielis *Revocarunt.* Sic idem codex ſupra: *Senatus peragebant.* Auſimne haec ad Paedotribicum tribunal adferre? COLER. *In ſcenam revocavit.* In cod. P. Danielis Colerus obſervavit *revocarunt*; ut ſyllepſis ſit numeri. Ita ergo & in utroque cod. Brandeb. ſcriptum apparet. Neque aliter in vetere typis expreſſo Chalcocondylae eſt. VORST. Neque aliter etiam in Copeſ. tribus Rem. Harl. Bit. Barb. primis, utroque Ultr. Leid. quinto, ſex. ſept. Ed. Mog. & Mediol. ad confirmandum adſcripſerat Cl. Perizon. Liv. L. XXXII. 18. *Elatia clauſit portas; nec niſi vi cogerentur recepturi moenibus videbantur, aut ducem, aut exercitum.* Vide ſimilem fere in MSS. variationem L. II. 6. 2. & 10. 1.

47. *Plus ſe majeſtatis uni tribuere*] MS. *Uni illi tribuere.* non male, imo optime. Nam ſequitur *univerſo ſibi.* Ubi MS. *univerſos:* Forte *univerſis.* PERIZON. *Uni illi* ego etiam in quindecim MSS. inveni, & in omnibus ante Pighium editis. Quare priſcam lectionem reſtitui. Deinde in novem MSS. eſt *univerſos.* Sed conjecturae Cl. Perizonii favet Ultraj. primus habens *univerſis.* etiam *univerſos ſibi* non male poſſet retineri.

48. *Quibus opibus*] Nonnulli *quibus operibus.*

49. *Paternii generis una imago*] Delet Voſſ. Leid. quint. *paterni generis una M. L. imago.* Ultr. ſec. *una illi imago.* & ſic tres Remenſes & Ed. Mog. Leid. ſext. vero *una illuſtris imago,* Quod profecto minime diſplicet. Reſpicit *M. Porcium Catonem Seniorem*, qui unus gentem Porciam illuſtraverat, quum multae gentes aliae per multos eſſent illuſtres. Pater Catonis Uticenſis teſte Gell. L. XIII. C. 19. deceſſit deſignatus praetor, atque adeo etiam habuit *jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendae*, quum illud etiam habuerint *Aediles Curules.* ut liquet ex Cic. L. V. in Verr. C. 14. Dicit autem *paterni generis imago*; quoniam *materni generis* plures illuſtres habebat imagines, quippe quae fuerit ex gente Livia, unde *M. Druſum* avunculum ipſius appellat L. III. 1. 2.

50. *Ut ſi quis ſanctum*] In manuſcriptis omnibus magis eleganter, *Ut quiſquis ſanctum.* PIGH. *Ut quiſquis ſanctum & egregium civem.* Pontanus in Notis ad Macrobii II, 4. monet, in bonis & vetuſtis membranis haec legi plenius, & ita quidem, *Quiſquis egregium & ſanctum virum, civemque ſignificare velit*; ut ſcil. & *virum* adjectum à noſtro fuerit. Et ſane vocem eam in vetere quoque typis expreſſo Mart. Herbip. obſervo. Auguſtus, cum domum in qua Cato habitarat, intraſſet, ac Strabo quidam in adulationem ejus de pervicacia Catonis male exiſtimaſſet, *Quiſquis*, inquit, *praeſentem ſtatum civitatis commutari non volet, & civis & vir bonus eſt*; atque ita Catonem & ipſe laudavit. Videſis Macrobium II, 4. VORST. *Sanctum virum civemve.* Sic Voſſ. & unus Rem. *virum* addit etiam Ultraj. ſec. deinde decem MSS. *diffiniat.* Leid. ſext. *civem ſignare velit.*

51. *Sub nomine Catonis*] Tertullianus Apologet.

liberare conati ſunt, effigies aeneas Xerxes ea urbe devicta in regnum ſuum tranſtulit: longo deinde interjecto tempore, [54] Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curavit. Rhodii quoque eas urbi ſuae appulſas, cum in hoſpitium publice invitaſſent, ſacris etiam [55] pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoria felicius, quae tantum venerationis in tam parvulo aere [56] poſſidet. Plin. XXXIV, 8.

Quantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt? [57] Qui cum teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, [58] ut more ejus civitatis juraret omnia ſe vere retuliſſe, univerſi judices conſurrexerunt, proclamaruntque *ne jusjurandum diceret*: quodque ſibimetipſis poſtmodum dicendae ſententiae loco remiſſuri non erant, ſinceritati ejus concedendum exiſtimarunt. 2. Cic. pro Balb. Diog. Laërt.

get. cap. II. *Quis ex illis Diis veſtris gravior & ſapientior Catone? Juſtior & militarior Scipione?* Juvenalis: *Tertius è coelo cecidit Cato.* Crebro hoc ſchemate *Catones* vocat Martialis. Prudentius contra Symmach.

Exſultare Patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum.

COLER. *Sub nomine Catonis definiat.* Catonem eum vocet; nomine proprio, ut fit, pro communi uſurpato. Juvenalis: *Tertius è coelo cecidit Cato.* Prudentius in Symmachum:

Exſultare Patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum.

VORST.

52. *Dandum eſt* &c.] A Copeſ. abeſt *etiam*, ab Harl. *exemplis*. Voſſ. unus Rem. & ſec Ultr. *reſperſa.*

53. *Harmodii & Ariſtogitonis*] Interfecerunt hi Hipparchum, filium Piſiſtrati, tyrannum Athenienſem; atque ita civitatem à tyrannide vindicarunt. Inter fragmenta Alcaei aliquod eſt, ex quo apparet, quod, dum caedem meditati fuerunt, enſem in myrti ramo geſtaverint. Ipſum fragmentum hoc eſt: *Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.* *In myrti ramo gladium geſtabo, ſicut Harmodius & Ariſtogiton, quando tyrannum occiderunt, & Athenas aequabili jure uti fecerunt. Chariſſime Harmodi, nondum es mortuus, ſed in beatorum inſulis te ajunt eſſe, ubi eſt celeripes Achilles, &c.* VORST. Vide Gel. L. IX. 2. Aelian. V. H. L. XI. 8. Plin. L. XXXIV. 4. Magii Miſc. L. II. 6. Uſſerii Ann. p. 217. PERIZON. *Rex* delet Ult. prim. Leid. quint. ſext. ſept. Periz. cum in ceteris, ut & in Edd. omnibus illud reperiatur; & credo profectum fuiſſe ab auctore. Deinde Ultr. ſec. *denique.* duo Rem. *Saleucus.* Ed. Mog. *Zalenchus.*

54. *Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curavit*] Pauſanias in Atticis auctor eſt ſtatuas Harmodii & Ariſtogitonis remiſſas Athenienſibus ab Antiocho fuiſſe. VORST.

55. *Pulvinaribus collocaverunt*] Vide Caſaub. ad Suet. C. 76. PERIZON.

56. *Poſſidet*] Sic reſtitui jubentibus omnibus MSS. & ſic loqui debuit, quum ipſius aetate illae ſtatuae exſtarent, quae erant adhuc Pauſaniae tempore non longe ab aede Martis. Vide eum in Attic. C. 8. alii, *poſſedit.*

57. *Qui cum*] *Qui* abeſt à nonnullis MSS.

58. *Ut more civitatis*] In longe maxima MSS. parte & in omnibus Edd. eſt *more ejus civitatis.* Quomodo emendatum vides, nec improbas, niſi me mea fallit opinio.

FINIS LIBRI SECUNDI.

VALERII MAXIMI
FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM
LIBER TERTIUS.
CAPUT I.
DE INDOLE.

CUJUS EXEMPLA SUNT ROM.

1. *Aemilii Lepidi pueri.*
2. *M. Catonis Uticenſis.*
3. *C. Caſſii Longini.*

EXTERNUM UNUM.

1. *Alcibiadis Athenienſis.*

[1] ATtingam nunc quaſi cunabula quaedam & elementa virtutis: animique procedente tempore [2] ad ſummum gloriae cumulum perventuri, certo cum indolis experimento, [3] datos guſtus referam.
1. [4] Aemilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit. Cujus tam memorabilis operis

1. *Attingam nunc quaſi cunabula*] *Nunc* deeſt in pleriſque MSS. Mog. Ed. *Attingam igitur nunc ea quae ſunt cunabula quaedam.* & ſic unus Rem. & ſec. Ultraj. *Animorum perventurorum.* Leid. prim. & unus Rem.

2. *Ad ſummum gloriae culmen*] MSS. ſexdecim habent *cumulum* ut & Edd. omnes. Mutavit Colerus in *culmen*, quod in margine in aliis exſtare monuerat Pighius. Vide ad L. VII. I. I.

3. *Datos geſtus referam*] In Cauchiano, Gemblac. & Atrebat. *Datos guſtus*, legitur optime. PIGH. *Datos guſtus.* Ita Pighius è tribus codd. cum Aldus & alii edidiſſent *datos geſtus.* In utroque etiam cod. Brand. eſt *geſtus*; ſed ut ſatis appareat, in uno fuiſſe *guſtus*, antequam aliena manus accederet. *Guſtus* prima pars coenae dicebatur. Martialis XI, 53. *Haec ſatis in guſtu.* Inde factum, ut prima animi ſpecimina & rudimenta noſter per metaphoram *guſtus animi* dixerit. VORST. Recte ut videtur Pigh. *datos guſtus.* Nam & Cap. 2. *initia procurſuſque virtutis*, de quibus hoc capite agit, opponit *actui ipſi.* Sic Sen. in Ep. p. 114. *Guſtum tibi dare volui. Totus hic contexitur liber.* Et ſic *γεῦσις* Graecis L. II. Macch. 13. 18. PERIZON. Sic etiam in tribus Medic. & inter lineas Leid. quint. reliqui *geſtus* habent. Nonnulli *dato*, ut referatur ad praecedens *experimento.* Leid. quint. Ult. ſec. Bit. prim. Leid. ſept. ſed ab alia manu *claros.* in pauculis deeſt haec vox.

4. *Aemilius Lepidus*] Cum tot fuerint Aemilii Lepidi in Repub. Ro. celebres viri, mirum auctorem ne uno quidem verbo indicare nobis de quonam Aemylio loquatur. Sed dices authoris aetate erat omnibus notum de quo intelligi vellet. Atqui haec non praeſentibus modo, opinor, ſed futuris etiam ſcripſit: apud quos alia exemplaria ſuae cujuſque aetatis ſubinde oritura fuerant, ita ut priorum homines oblivilcerentur. Quare aliquid ſigni adden-

ris index eſt in Capitolio [5] ſtatua bullata, & [6] incincta praetexta S. C. poſita. Iniquum enim putavit, cum honori nondum tempeſtivum videri, qui jam virtuti maturus fuiſſet. [7] Praecurrit igitur Lepidus aetatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemque laudem è proelio retulit, cujus eum [8] vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur. Arma enim infeſta, & [9] deſtricti gladii, & diſcurſus telorum, & adventantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, juvenibus quoque [10] aliquantum terroris incutit. Inter quae Aemiliae gentis pueritia coronam mereri, [11] ſpolia rapere valuit.

Hic ſpiritus ne M. quidem Catonis pueritiae defuit. Nam cum in domo M. Druſi 2. Ann. urb. 662. Plut. Caton.

dendum erat; ut etiam apud futuros noſceretur. Oliverius ait hoc bello Celtiberico factum in Hiſpania ſub Tib. Sempronio Graccho. Is Cos. fuit anno 577. Sed Proconſul Celtiberos vicit, ut Flor. indicat obiter Lib. XLI. Quod ſi ſub Tib. Graccho hoc factum, videtur hiſtoria hîc intelligi de eo Aemilio, de quo idem Flor. L. XLIII. ubi princeps Senatus à cenſoribus eligitur. Rurſus XLVI. denique L. XLVIII. indicat ſatis, cenſoribus principem Senatus lectum; *qui antequam expiraret* (inquit Florus) *praecepit filiis, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrent: in reliquum funus, ne plus quam aeris denos conſumerent. Imaginum ſpecie, non ſumptibus nobilitari maximorum virorum funera ſolere.* Lector, quod viſum fuerit, ſequatur. GLAREAN. *Aemilius Lepidus.* Conſimile prorſus facinus L. Tarquinii filii apud Macrobium libro I. Servius ad IX. Aeneid. *Hoc loco puerum ideo poſtea fecit armari, quia legit in Hiſtoria, pueros de bellis gloriam reportaſſe. Filium M. Druſi annorum ſexdecim Criſpini filium Criſpinum in Corſica cum fugeret exercitus Sp. Carvilii Conſulis, bellum reſtituiſſe. Apud Soram bello Italico ab Herennio puerum in aciem eductum à quo hoſtem occiſum ſpoliatumque. Lucii Tarquinii filium, quem ob hoc pater aurea bulla praetextaque donavit.* Haec Servius ille P. Danielis. COLER. *Aemilius Lepidus puer etiam tum.* Simile facinus Tarquinii Priſci Regis filii Macrobius lib. I. refert. Et Servius ad lib. IX. Aen. ejuſdem generis plura recenſet. VORST. Memoriam hujus rei ſervat Denarius apud Fulv. Urſinum cum hac inſcriptione M. LEPIDUS AN. XV. PR. H. O. C. S. Quae poſteriores literae eum hoſtem occidiſſe civem ſervaſſe indicant. Refert vero Urſinus ad M. Lepidum, qui Pontifex Maximus & bis conſul fuit. Vide in Fam. Rom. p. 7. *in aciem* abeſt à duobus Codd. Remenſibus.

5. *Statua bullata*] Aſconius: *Simul cum praetexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea: quaſi bullientis aquae ſinus communiens pectus puerile.* Feſtus item: *Bulla aurea inſigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis à pectore.* Vide & Macrob. I, 6. VORST.

6. *Incincta praetexta*] *Praetextam* non minus, quam bullam, infantium & puerorum fuiſſe ex citatis modo antiquorum verbis apparet. Erat autem *praetexta* puerorum nobilium veſtis, qua utebantur uſque ad aetatis annum decimum ſeptimum. Et *praetexta* quidem dicta fuit, quod praetexta ei purpura eſſet. Unde *praetextati* iidem qui pueri. Vide rurſus Macrobium l. d. Ubi & de moris ejus origine, quod praetexta atque bulla uſi fuere pueri. VORST. Cave credas *praetextam* ſemper nobilium duntaxat puerorum veſtem fuiſſe, quae etiam libertinorum filiis fuerit conceſſa, ut vel ex ipſo Macrobii loco apparet.

7. *Praecurrit*] Copeſ. Barb. prim. & Ult. prim. *praecucurrit.*

8. *Vix ſpectatorem*] Nam decimo ſexto demum anno militabant, ut notat Servius ad illud VII. Aeneid.

Ante urbem pueri & primaevo flore juventus
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus.
COLER.

9. *Diſtricti gladii*] Unus cod. Brandeb. *deſtricti:* quod quibuſdam & rectius videtur. Vide Notas Gronovii ad Liv. XXVII. 13. Vide & Notas ad II, 9, 6. VORST.

10. *Aliquantum terroris incutit*] Leid. quint. ſext. Periz. Barb. prim. Ultraj. ſec. *aliquantulum terroris.*

11. *Spolia rapere*] Avide & raptim capere. Virg.

Et duo rapta manu diverſo ex hoſte tropaea.
GUDIUS.

Druſi avunculi ſui educaretur, [12] & ad eum tribunum plebis Latini de civitate impetranda conveniſſent, à Q. Poppedio [13] Latinorum principe, [14] Druſi autem hoſpite rogatus, *ut ſocios apud avunculum adjuvaret*, conſtanti vultu *non facturum ſe* reſpondit. Iterum deinde, ac ſaepius interpellatus, in propoſito perſtitit. Tunc Poppedius in excelſam aedium partem levatum, [15] abjecturum inde ſe, niſi precibus obtemperaret, minatus eſt: [16] nec hac re ab incepto moveri potuit. [17] Expreſſa eſt itaque illa vox hominum: *Gratulemur nobis Latini & ſocii, hunc eſſe* [18] *tam parvum; quo ſenatore ne ſperare quidem nobis civitatem licuiſſet.* [19] Tenero ergo animo Cato totius Curiae gravitatem percepit, perſeverantiaque ſua Latinos jura noſtrae civitatis apprehendere cupientes repulit.

Idem

12. *Et ad eum Trib. plebis Latini*] Med. quint. *& ad eum tunc populi Latini de civitate.* ſext. & Leid. prim. *Trib. tunc plebis.* quod eſt in pleriſque Edd. excepta Moguntina.

13. *Latinorum*] Liber Dan. *Latini.* Hinc legerim, *Latii principe.* COLER. *Poppedio Latinorum principe.* Notat Colerus, in libro P. Danielis eſſe *Latini principe.* Unde ille conjicit legendum eſſe *Latii principe.* *Latini* habet & unus cod. Brand. Hinc legendum fortaſſe *Latini nominis principe.* COLER. *Latini* eſt in quatuor Leidd. Med. prim. Harl. uno Rem. Bit. *Latino* in Vat. Med. ſec. & Cop. ſed Leid. quint. poſteriores literas punctis delet, ut remaneat *Latii*; quomodo habet Ed. Mog. nec diſplicet. Nonnulli MSS. *Pompedio*, item *Popedio.* Ed. Mog. *Q. Oppedio.* *Pompedius* ſcribendum eſſe cenſuit Voſſius ad Vell. Pat. L. II. 16. Sed incerta admodum eſt hujus nominis ſcriptura. vide Notas eruditorum ad Flor. L. III. 18. 6. & ad Obſeq. 116.

14. *Druſi autem hoſpite*] *Hoſpes alicujus* dicitur qui cum aliquo peregrino in loco habitante amicitiam contraxit, ab eodemque teſſeram accepit; ut ſi ad eum locum aliquando rediret, agnoſci poſſet, & hoſpitio denuo exciperetur. Inde phraſes *hoſpitium mihi eſt cum illo*, *hoſpitio alicujus uti*, *hoſpitio alicujus contineri*, *jure hoſpitii junctos eſſe*: quarum poſtremam infra III, 2, 2. invenias. Quod autem neceſſitudo ea tam ſancte colebatur, id reverentia fiebat Jovis Xenii, vel, ut Plautus vocat, Dei hoſpitalis; quem hoſpitio praeeſſe, ejuſque violata jura ulciſci credebant. Eo de argumento fuſius egere Stuckius I, 27. Antiq. conviv. & Jac. Phil. Tomaſinus in lib. de teſſeris hoſpitalitatis. VORST.

15. *Abjecturum ſe eum inde*] Campenſis liber, Colonienſis, atque Atrebatenſis, *Levatum abjecturum inde ſe, niſi precibus obtemperaret.* Elegantius aliquanto. PIGH. *Abjecturum inde ſe.* Ita Pighius ex tribus codd. Idque ille elegantius eſſe putat, quam quod Aldus habet *Abjecturum ſe eum inde.* Et ſane, ut Pighius edidit, codices quoque Brand. habent. Poteſtque accuſativus pronominis, qui praecedit, *levatum*, commode ſubaudiri. VORST. Habent etiam ita aliquot mei Codd. ſed vulgatum tuentur Copeſ. Harl. unus Rem. ſec. Ultr. primus & quart. Leid. in quint. & ſept. poſtea additum eſt, *τὸ eum.* in iis, in quibus adeſt, variis locis ponitur, ut poſtea additum videatur. Klokkius legebat *abjecturus inde, niſi.*

16. *Nec hac re ab incepto moveri potuit*] Quatuor Med. Leid. ſec. & ſext. Ultr. prim. & Toll. *movere.* Sic. Ven. 1478.

17. *Expreſſa eſt itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, &c.*] Scribo, *illa vox homini.* De *Poppedio* enim ipſo capiendum. qui, ut ex narratione Valeriana & clarius è Plutarcho apparet, auctor unus honorificae hujus in Catonem vocis. LIPS. *Illa vox hominum.* Verba ſequentia ex ore Popedii eſſe teſtatur Plutarchus. Itaque recte Lipſius emendare videtur: *Illa vox homini*, id eſt, Popedio. COLER. *Expreſſa eſt illa vox hominum.* Lipſius legendum cenſet *homini*; ut id referatur ad ſolum Poppedium: quia ex narratione Valeriana, & clarius ex Plutarcho, appareat, illum unum auctorem honorificae iſtius in Catonem vocis fuiſſe. Praeter cauſſas autem ejus emendationis, quas affert Lipſius, afferre & hanc licet, quod ipſa vox *expreſſa* quae praecedit, caſum

Idem cum ſalutandi gratia praetextatus ad Syllam veniſſet, & capita proſcriptorum in atrium allata vidiſſet, atrocitate rei commotus paedagogum ſuum An. urb. 671. Plutarch. in Cat. Min.
20 Sarpedonem nomine interrogavit, *quapropter nemo inveniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret.* Cumque is, *non voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, quod ſalus ejus magno militum praeſidio cuſtodiretur,* reſpondiſſet: [21] *ut ferrum ſibi daret,* obſecravit, affirmando *perfacile ſe eum interfecturum, quod in lecto illius conſidere ſoleret.* [22] Paedagogus & animum Catonis agnovit, & propoſitum exhorruit, eumque poſtea ad Syllam excuſſum ſemper adduxit. Nihil hoc admirabilius. [23] Puer in officina crudelitatis deprehenſus, victorem non extimuit; tum maxime conſules, municipia, legiones, equeſtris ordinis majorem partem trucidantem. [24] Ipſum Marium ſiquis eo loci ſtatuiſſet, celerius

caſum tertium requirit; quodque ſolenne eſt antiquioribus, ut ſi aliquem nomine proprio jam deſignarint, deque eodem aliquid amplius dicere velint, ipſum nomen proprium non repetant, ſed nomen commune *hominis* pro eo ponant. Exempli cauſſa Cicero l. I. ep. 2. ad fam. cum ſcripſiſſet de Pompejo, ipſumque hujus nomen poſuiſſet, ſubdit deinde: *Ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.* Noſter item in calce hujus capitis, cum Alcibiadem nominaſſet, ſubdit deinde: *Adhuc inter execrationem hominis & admirationem dubio mentis judicio fluctuatur.* VORST. Lege cum Lipſio *Homini.* PERIZON. Sic clare exſtat in Leid. tert. & ſept. Curt. L. IX. 3. I. *Ne ſic quidem ulli militum vox exprimi potuit:* Sed non ſolum cum tertio caſu, ſed etiam cum ſecundo jungitur apud eumdem L. VIII. 5. *Expreſſerat non adſenſionem modo, ſed etiam vocem, Seniorum praecipue.* Vide etiam Heinſ. & Burman. ad Vellej. L. II. 19. 3. *homini* tamen & ego malim.

18. *Tam parvum*] Neſcio an delenda vocula *tam.* Nam *parvi* etiam pueri dicuntur. COLER. Delet Leid. primus.

19. *Tenero ergo animo Cato totius curiae gravitatem percepit*] Videtur leg. *praecepit.* Sic Liv. XXXI. C. 49. *Id quod animis praeceperant.* & L. XXXVIII. C. 20. *Pugnam procul futuram animo praeceperant.* PERIZON. Etiam in margine idem Vir Cl. notaverat F. *praecepit.* Sed poſtea deleverat. Credo quia judicabat Valerium recte hic dicere potuiſſe *perceperat* i. e. plane, omnino ceperat. Quod optime convenit cum eo, quod dicit, *totius curiae gravitatem,* &, *tenero animo,* qui alioquin tanti ponderis capax eſſe non videbatur. Sic ſupra *pervidere* pro penitus videre. L. II. 6. 12. Vide & L. V. 10. ext. 3.

20. *Sarpedonem nomine*] Harl. Ultr. prim. *Serpedonem,* Leid. ſext. *Scarpedonem.* ſed Σαρπηδὼν quoque dicitur Plutarcho. Pro *occideret* tres Rem. *Interficeret.*

21. *Ut ferrum ſibi daretur obſecravit*] MS. melius. *Daret.* Nempe is cum quo colloquebatur, qui eum cuſtodiebat, paedagogus ejus. PERIZON. *Daret* habent ſexdecim MSS. cum omnibus Editionibus praeter Moguntinam. Itaque hoc reſtitui.

22. *Paedagogus & animum Catonis agnovit*] MS. *Ut* rectius multo: ſiquidem totum locum ita lego. *paedagogus, ut animum Catonis agn. & prop. exh. & eum* (pro *eumque*) *poſtea a. Sullam ſ. adduxit.* Vel, *ut an. C. a. propoſitum exhorruit, eumque ſemper ad &c.* PERIZ. *Ut* eſt etiam in Harl. & Barb. primo. Ceteri confirmant vulgatam lectionem, quam ſollicitare neceſſe non eſt.

23. *In officina crudelitatis deprehenſus*] In aedibus Syllae. Epitome l. LXXXVIII. Liv. *Pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit,* &c. VORST.

24. *Ipſum Marium ſiquis eo loci ſtatuiſſet*] Abeſt vett. vox *ſiquis.* Lego igitur concinnius: *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſes:* LIPS. *Ipſum Marium.* Brevius & concinnius quidam veteres: *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſes.* COLER. *Ipſum Marium ſiquis eo loci ſtatuiſſet.* Obſervavit Lipſius, à quibuſdam codd. abeſſe *ſiquis.* unde ille legendum conjicit, *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſes.* Et ſane *ſiquis* ab utroque etiam cod. Brand. abeſt; ſed ut verbum tamen tertiae perſ.

lerius aliquid de fuga ſua, quam de Syllae nece cogitaſſet.

3. Ann. urb. 678. circiter. Plutarch. Bruto. p. 600. Cujus filium Fauſtum C. Caſſius condiſcipulum ſuum in ſchola proſcriptionem paternam laudantem, [25] ipſumque cum per aetatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit. Dignam manum, quae publico parricidio ſe non contaminaret.

Externa.

1. Plutarch. in Alcib. [26] Et ut à Graecis aliquid, Alcibiades ille, cujus neſcio utrum bona, an vitia patriae pernicioſiora fuerint (illis enim cives ſuos decepit, his afflixit) cum adhuc puer ad Periclem avunculum ſuum veniſſet, eumque ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogavit, *quid ita* [27] *tantam in vultu confuſionem gereret.* At illo dicente, [28] *mandato ſe civitatis* [29] *Propylaea Minervae, quae ſunt januae arcis, aedificaſſe,* [30] *conſumptaque in id opus ingenti pecunia, non invenire quo pacto miniſterii rationem redderet, atque ideo conflictari: Ergo,* inquit, *quaere potius, quemadmodum rationem non reddas.* Itaque vir ampliſſimus atque prudentiſſimus, [31] ſuo conſilio defectus, puerili uſus eſt, atque id egit ut Athe-

perſ. *ſtatuiſſet* ſequatur. Unde in uno & adſcriptum video in margine *ſiquis*; quaſi à librario hoc omiſſum eſſet. Porro pro *eo loci*, in codd. Brand. eſt *illo loco*, & *illo loci.* Intelligitur autem officina illa crudelitatis, de qua praedictum, id eſt, domus Syllae. VORST. Leid. quint. *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſet ut celerius aliquid.* ſept. *qui*, (& ſuperſcriptum eſt *&*) *ipſum Marium*, deinde ſuperſcriptum *ut* ſupra *celerius.* Periz. *Qui ipſum Marium.* Omnes Med. cum Barb. prim. & tribus Leid. & Copeſ. *Et qui ipſum Marium illo loco.* Quinque Leid. cum Harl. Bit. prim. Ultraj. ſec. *illo loci.* omnes *ſtatuiſſet.* Cum Mediceis conſentit Edit. Mog. habens etiam *ut celerius.* an Auctor ſcripſit? *Atqui ipſum Marium illo loci ſtatuiſſes, & celerius.* &c. Ut Lib. II. 10. 5. *Atqui P. Rutilio.* Sic porro *hoc loci* L. III. 2. Ext. 3.

25. *Ipſumque, cum per aetatem potuiſſet*] Pighius neſcio qua de cauſſa edidit, *Ipſum quoque*; eumque Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. Codices Brand. MSS. antiquioreſque typis expreſſi habent *ipſumque.* VORST. Septemdecim hoc firmant MSS. Ultr. ſec. *ſeque, & ſe* eſt ab alia manu in Leid. ſept. pro *contaminaret* nonnulli *contaminaſſet.*

26. *Et ut à Graecis aliquid*] Ultraj. prim. in margine, ſed eadem manu, addit. *adiciam.* Bit. prim. *Aliquid exempli.* Solet ita abrupte loqui. Sic L. III. 2. 3. *Hactenus iſtud.*

27. *Tantam in vultu confuſionem gereret*] *Confuſio* pro perturbatione & triſtitia. Sic & IV, 7. ext. 2. *Nihil eſt quod hoc nomine confundaris.* Praecedit, *Per ſummam trepidationem excuſationis verba quaerebat.* Vide & libellum noſtrum de Latinit. mer. ſuſp. p. 149. VORST.

28. *Mandato ſe civitatis*] Liber Danielis *mandatu*, non rejicio. COLER. Et ſane ſic Suet. in Julio C. 7. *mandatu Praetoris.* ubi vide Caſaubonum. Sed hic nulli favent MSS.

29. *Propylaea Minervae, quae ſunt januae arcis*] Arcis Minervae puta, Virgilius: *Pallas quas condidit arces, ipſa colat.* In arce Athenienſi ſacra Minervae fuerunt, uti Romae in Capitolio ſacra Jovis. VORST.

30. *Conſumpta in id opus ingenti pecunia*] Cicero II. de Off. *Phalereus Demetrius Periclem, principem Graeciae vituperabat, quod tantam pecuniam in praeclara illa Propylaea conjecerit.* VORST. Portas illas quinque numero fuiſſe, & in illa Propylaea conſumta eſſe talenta duo millia & duodecim refert Harpocrat. in voce Προπύλαια. Vide Meurſium L. VI. Lect. Att. C. 33.

31. *Suo conſilio defectus puerili uſus eſt*] Harl. &

thenienſes [32] finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenae [33] utrum Alcibiadem lamententur, an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, [34] dubio mentis judicio fluctuatur.

& Barb. prim. Periz. Leid. ſept. *pueri*. Leid. ſec. *pueri*, al' *pueruli*. Deinde Harl. & Cop. *impliciti*. duo alii *quaeres*. Ultraj. ſec. *reddes*.

32. *Finitimo implicati bello*] Peloponneſiaco puta. VORST. Huc reſpicit Ariſtoph. in 'Εἰρήνη v. 604.

> Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἦρξε Φειδίας πράξας κακῶς.
> Εἶτα Περικλέης, φοβηθεὶς μὴ μετάσχῃ τῆς τύχης.
> Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς, καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,
> Πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν,
> Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος
> Ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ
> Πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι, τούς τ' ἐκεῖ, τούς τ' ἐνθάδε.

Ubi videndus Scholiaſtes.

33. *Utrum Alcibiadem lamententur, an glorientur*] Dicitur ſane *gloriari de aliquo* & *in aliquo*. Sed conſtructio tamen cum caſu quarto in talibus itidem reperitur. VORST. An ſcribendum *Utrum ob Alcibiadem lamententur an glorientur*? GUYET. Nihil mutant MSS. ſtatuit quidem Vorſtius *gloriari* cum quarto caſu reperiri, ſed is credo pronominis erit, aut adjectivi, ut *hoc*, *illud gloriari*, *multa gloriari*; ſed vellem oſtendiſſet Latine dici, *Roma gloriatur Ciceronem*, *Athenae Demoſthenem*. Itaque hic caſus quartus regitur à verbo proximo *lamentaretur*, nulla ratione habita verbi ſequentis. Liv. L. XXXV. 19. *Odi*, *odioque ſum Romanis*. Ovid. L. I. Met. 577.

> *Conveniunt illuc popularia flumina primum*
> *Neſcia gratentur, conſolentur ne parentem.*

Sall. Bel. Cat. 52. *Imitari*, *quam invidere bonis malebant*. Bel. Jug. C. 58. *Univerſos in concione laudat atque agit gratias*. Liv. L. I. 11. *Ut parentibus earum det veniam*, *&* *in civitatem accipiat*. Gell. L. VII. I. *Aſſidebat oppugnabatque oppidum in Hiſpania*.

34. *Dubio mentis judicio fluctuatur*] *Fluctuatur* imperſonaliter dictum. Miror autem quid ſit quod Pighius maluit *fluctuantur*; quodque Colerus & Thyſius eum ſunt ſecuti. Codex Brand. uterque habet *fluctuatur*. Nec aliter antiquiores typis expreſſi. Cauſſa autem quod inter execrationem Alcibiadis & admirationem ejuſdem dubio mentis judicio fluctuari dicit, haec eſt, quod, ut Nepos in vita ejus ſcribit, *nihil illo fuit excellentius*, *vel in vitiis*, *vel in virtutibus*. VORST. *Fluctuatur* placebat etiam Guyeto: & ſic omnes MSS. & Edd. exhibent.

CAPUT II.

DE FORTITUDINE.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.

1. *M. Horatius Cocles.*
2. *Cloelia virgo.*
3. *Romulus.*
4. *A Cornelius Coſſus.*
5. *M. Marcellus.*
6. *Certaminum ſingularium victores T. Manlius Torquatus, M. Valerius Corvus, & P. Scipio Aemilianus.*
7. *C. Atilius.*
8. *Equites Rom. in proelio contra Samnites.*
9. *Iidem in proelio contra Samnites.*
10. *Milites Rom. in retinenda claſſe Punica.*
11. *Miles Rom. in proelio Cannenſi.*
12. *P. Licinius Craſſus procos.*
13. *Q. Metellus Scipio procos.*
14. *M. Cato Uticenſis.*
15. *Porcia M. F. M. Bruti.*
16. *M. Cato majoris Catonis filius.*
17. *P. Scipio Naſica.*
18. *M. Aemilius Scaurus.*
19. *C. Julius Caeſar procos.*

20. *Treſ*

20. *Tres milites, Vibius Accuaeus, Valerius Flaccus, T. Pedanius.*
21. *Q. Cotius Achilles.*
22. *C. Atilius.*
23. *M. Coeſius Scaeva.*
24. *L. Sicinius Dentatus.*

EXTERNA.

1. *T. Jubellius Campanus.*
2. *Gobryas Perſa.*
3. *Leonidas Spartanus.*
4. *Othryadas Spartanus.*
5. *Epaminondas Thebanus.*
6. *Theramenes Athenienſis.*
7. *Theogenes Numantinus.*
8. *Aſdrubalis Poeni uxor.*
9. *Harmonia Gelonis regis filia.*

[1] Nos quia jam initia, procurſuſque virtutis patefecimus, [2] actum ipſum proſequamur; cujus ponderoſiſſima vis, & efficaciſſimi lacerti, in fortitudine conſiſtunt. Nec praeterit me, conditor Urbis noſtrae Romule, principatum tibi hoc in genere laudis [3] aſſignari oportere. Sed patere, obſecro, uno te praecurri exemplo, cui & ipſe aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt, ne tam praeclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. Ann. urb. 245. Livius II. Dionyſ. v. Plut. Parall. 8. Etruſcis in urbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam ejus partem occupavit: totumque hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit: atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tiberim miſit. Cujus fortitudinem dii immortales admirati, incolumitatem ſinceram ei praeſtiterunt. [4] Nam neque altitudine dejectus, quaſſatusve, neque pondere armorum

1. *Nos quia jam initia*] Haec omnia uſque ad *conſiſtunt* referunt plerique Codd. MSS. ad caput praecedens.

2. *Actum ipſum perſequemur*] Ita mutaverat Pighius, cum omnes Editi haberent *proſequemur*, vel *proſequamur*; quod habet Mog. cum cum longe plurimis MSS. reliqui *proſequemur*. Quod verbum melius huc accommodatum eſt quam *perſequemur*; quum illud laudi, hoc vituperio magis conveniat. Cic. L. II. de Leg. 24. *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantu ad tibicinem proſequatur.* Vell. L. II. 10. 1. *Proſequamur notam ſeveritatem cenſorum.* Noſter L. IV. 8. 5. *Illius vero Romanae liberalitatis coeleſtem ſpiritum nullae literae ſatis dignis laudibus proſequentur.* Vide infra L. VI. 2. initio.

3. *Aſſignari oportere*] Unus Rem. prim. Leid. ſec. Ultr. *debere*. Deinde tres Rem. Ultr. ſec. & Leid. ſept. *Sulpicio*. Leid. tert. *irrumperetur*.

4. *Nam neque altitudine dejectus quaſſatuſve, neque pondere armorum preſſus*] De *Coclite* ſermo eſt, qui è ponte in Tiberim praecipitavit, audaci & felici ſaltu. Sed aptius omnino legeris, *altitudine dejectus quaſſatus, neque &c: Dejectus altitudinem*, ſive *dejectionis* cape. LIPS. *Dejectus quaſſatuſve.* Lipſius corrigit *Dejectu quaſſatus. Dejectus*, inquit, eſt ipſa dejectio altitudinis. Si vulgatam lectionem retineas exponi poteſt *dejectus* pro *eliſus*. Ita Ciceronem locutum eſſe docet Nonius. Sane Graecum quoque καταβάλλειν exponit Graecus magiſter, *Elidere*. COLER. *Neque altitudine dejectus quaſſatuſve.* Lipſius legendum conjicit, *Neque altitudine dejectus quaſſatus*; ut *dejectus* non participium ut *quaſſatus*, ſed nomen ſit caſus ſecundi pro *dejectionis*. At Colerus putat, vulgatam lectionem retineri poſſe; & *dejectus* exponi per *eliſus*. Ità enim Ciceronem locutum docere Nonium. Lipſii conjecturam firmat unus codex Brand. ut in quo non eſt *altitudine dejectus quaſſatuſve*, ſed omiſſa ſyllaba disjunctiva *altitudine dejectus quaſſatus*. VORST. Guyeto ſcribendum videbatur, *Nam neque altitudinis dejectu quaſſatus, neque pondere armorum preſſus*. Lipſio favent duo Rem. & prim. Ultraj. Cl. Perizo-

rum preſſus, [5] nec ullo vorticis circuitu actus, nec telis quidem, [6] quae undique congerebantur, laeſus, tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hoſtium in ſe oculos convertit, [7] ſtupentes illos admiratione, hos inter laetitiam & metum haeſitantes: unuſque duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, diſtraxit. Denique unus urbi noſtrae [8] tantum ſcuto ſuo, quantum Tiberis alveo, munimenti attulit. Quapropter diſcedentes Etruſci dicere potuerunt: *Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus.*

Immemorem me propoſiti mei Cloelia pene facit. [9] eadem enim tempeſtate, certe adverſus eundem hoſtem & in eodem Tiberi inclytum auſa facinus. Inter ceteras enim virgines [10] obſes hoſti Porſenae data, nocturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit, celerique trajectu fluminis, non ſolum obſidione, [11] ſed etiam metu patriam puella ſolvit, viris lumen virtutis praeferendo. 2. Ann. urb. 245. Livius II. Plut. Poplic. Dionyſ. v. Sen. ad Marc. 16.

Redeo

rizonius notavit in margine. Liv. L. IX. *Dejectu arborum ſeptas anguſtias.* & hoc ſubſtantivum pro *dejectione* ſatis Latine uſurpari contra Voſſium ad Caeſarem oſtendit Daviſ. ad L. II. B. G. C. 8. Uſurpavit etiam, ſed ut exuvias ſignificet, Statius Lib. IV. Theb. v. 272.

Velatum geminae dejectu Lyncis.

Ut notat Cl. Burmannus ad Val. Flac. L. I. 191. Ubi quum oſtendit optime, frequens eſſe hoc verbum de caede hominum & ferarum in venatu & ſacris, apparet ſatis hanc ſignificationem hic locum habere non poſſe. Sed *dejectus*, hic erit, cum impetu de ponte demiſſus & praecipitatus, quomodo Liv. L. XXIII. 47. *Equum in viam Claudius dejecit.* Ubi notavit J. Fr. Gronovius. Quare admodum probabilis videtur Lipſii emendatio. Quamvis ne ſic quidem neceſſe ſit pro ſubſtantivo accipere, quum exponi poſſit. *Namque ille dejectus altitudine neque quaſſatus, nec preſſus pondere armorum &c. habuit tutum eventum natandi.*

5. *Nec ullo vorticis circuitu actus*] In MSS. ſeptem eſt *verticis*, quod in nonnullis emendatum, in *vorticis*. Quia credebant videlicet librarii hoc de aquis non dici. Quintil. L. VIII. Inſt. 2. *Ut vertex eſt contorta in ſe aqua, & quidquid aliud ſimiliter vertitur.* Horat. L. II. O. 9.

Medumque flumen gentibus additum
Victis minores volvere vertices.

Valer. Flac. L. VIII. 373.

——— *totuſque in vertice pontus.*

Vell. Pat. L. I. 16. *Quae me rotae pronive gurgitis, aut verticis modo, nuſquam patitur conſiſtere.*

6. *Quae undique congerebantur*] Harl. *Quae undique in eum congerebantur.* Sed omittunt ceteri, & per ſe ſatis intelligitur.

7. *Stupentes illos admiratione, hos inter*] Guyeto legendum videbatur, *ſtupentes hos admiratione, illos.* Sed fallitur, vide L. II. 7. 12. GUDIUS.

8. *Tantum ſcuto ſuo*] Leid. ſec. tantum *uno ſcuto ſuo.* Poſtea Leid. prim. *munimentum.* Vide ſupra L. II. 9. init.

9. *Eadem enim tempeſtate*] Aetiologica illa particula *enim* non habet hic plane locum. Mutem, & ſcribam, *Eadem ea tempeſtate, Ea*, videlicet Cloelia. LIPS. *Eadem enim tempeſtate.* Suſpecta mihi eſt vox *enim*, praeſertim quia mox ſequitur. Etiam Lipſius cenſebat Aetiologicam illam particulam hic plane non habere locum, & ideo ſcribit, *Eadem ea tempeſtate, ea* videlicet Cloelia. PERIZON. Delet *enim* Ultraj. ſec. & Leid. ſept. priore loco. Leid. prim. quint. & Harl. poſteriore. MSS. nonnulli *Cloclia*, idem Leid. ſext. *Clodia.* Barb. prim. *auſa eſt facinus.*

10. *Obſes hoſti Porſenae data*] MS. *Porſenae data hoſti.* Poſteriorem vocem delendam credo. PERIZON. Eodem ordine Editi omnes, & plerique MSS. quod iſtam ſuſpicionem confirmat; eo enim loco è gloſſa inſertum videtur. Bit. prim. *cuſtodia egreſſi.*

11. *Sed etiam metu patriam ſolvit. Viris puella lumine virtutis praeferenda*] Campenſis Atrebatenſiſque codicum lectio hic perplacet, *Sed etiam metu patriam puella ſolvit, viris lumen virtutis*

tutis

3. Ann. urb. 4. Livius I. Plutarch. Dionyſ. II. Propert. IV. Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone [12] Ceninenſium rege ad dimicandum provocatus, quanquam & numero & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, [13] tutiuſque erat toto cum exercitu, quam ſolum in aciem deſcendere, [14] ſua potiſſimum dextra omen victoriae rapuit: nec incepto ejus fortuna defuit. Occiſo enim Acrone, fuſiſque hoſtibus, [15] opima de eo ſpolia Jovi Feretrio retulit. Hactenus iſtud: quia publica religione conſecrata virtus, nulla privata laudatione indiget.

4. Ann. urb. 325. Livius IV. 17. Propert. IV. [16] A Romulo proximus Cornelius Coſſus, [17] eidem deo ſpolia conſecravit, cum magiſter equitum [18] ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet. Magnus

tutis praeferendo. In aliis item exemplaribus hujus verae lectionis extant quaedam veſtigia. PIGH. *Non ſolum metu patriam puella ſolvit, viris lumen virtutis praeferendo.* Ita haec legenda eſſe docuit Pighius ex codd. Camp. & Atrebat. Aldus & Chalcocondyles ediderant, *Viris puella lumine virtutis praeferenda.* Codices Brand. lectionem quam reſtituit Pighius, confirmant; niſi quod in his *puella* poſt *viris* poſitum. nam & *lumen* & *praeferendo* illi habent. VORST. Confirmant etiam unus Rem. Harl. uterque Ultr. Bit. prim. & Barb. Leid. prim. ſec. ſept. Periz. *utriſque lumen virtutis praetulit.* Leid. ſext. Harl. *limine virtutis praeferenda.* Conſentit cum potiore Codd. parte etiam Mog. edit. Sed omnes hoc ordine. *viris puella.* Recte τὸ *lumen praeferendo.* Illa ſolvit metu patriam, dum viris puella facem ad virtutem praefert, eoſque exempli ſui fulgore accendit, ut depoſito omni hoſtis metu virtutis opera fortiter capeſſant. Quomodo explicari video etiam à Cl. Perizonio, qui dubitavit, an legendum eſſet *obſidio ſe.* vel *obſidione ſe.*

12. *Ceninenſium*] Varie corruptum in MSS. eſt hoc nomen. *Criennenſium. Tennienſium, Cennienſium, Cenuenſium,* al' *vigentium, Cecinenſium, Senonenſium, Vejentium,* exhibentibus.

13. *Tutiuſque erat*] Ultraj. ſec. *tutiuſque eſſet.* Quod ab alia manu eſt in Leid. ſept. ut conveniat cum praecedenti *crederet.* Sed vide ſupra L. II. 6. 11.

14. *Sua potiſſimum dextra omen victoriae rapuit*] Ita Aldus. Quem Pighius & alii ſecuti. At alii veteres typis expreſſi habent *corripuit.* Quod idem & in utroque cod. Brand. reperio. VORST. *Corripuit.* Habent MSS. novem. Ceteri *rapuit.* Quomodo ab alia manu eſt etiam in Leid. tert. & ſept. qui in ipſo textu praeferunt *corripuit.* *Rapere* eſt verbum noſtro valde uſitatum in ſimili re, ad aviditatem celeritatemque apprehendentis ſignificandam. Sic L. VII. 2. 5. L. VII. 3. 3. L. VII. 3. Ext. 1.

15. *Opima ſpolia*] Cur ita dicta ſint explicat Feſtus. Porro de Romulo opima ferente Ovidius V. Faſtor.

—— *Iliaden humeris ducis arma ferentem.*

COLER. *Opima de eo ſpolia Jovi Feretrio retulit*] Verba Romuli apud Liv. l. I. *Jupiter Feretri, haec tibi victor Romulus rex arma regia fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico; ſedem opimis ſpoliis, quae regibus ducibuſque hoſtium caeſis me auctorem ſequentes poſteri ferent.* Idem Livius l. IV. *Ea rite opima ſpolia habentur, quae dux duci detraxerit. Nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur.* VORST. *Opima de eo ſpolia.* Bit. prim. Leid. prim. & ſec. *Opima Deo ſpolia.* & ſic Mog. De origine nominis *Feretrii* vide Freinsh. ad Flor. L. I. I. 11. & Rigalt. ad Min. Fel. Cap. 22. de *ſpoliis Opimis* Cl. Perizon. Anim. Hiſt. C. 7.

16. *A Romulo*] Multi MSS. *ab Romulo.* Ed. Mog. *Romulo proximus,* ut eſt in Ultraj. ſecundo. Solet conſtrui etiam cum praepoſitione τὸ *proximus.* Vell. Lib. II. 76. *Proximus à Cn. Pompejo.* Sueton. in Aug. C. 31. *Proximum à Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtitit.*

17. *Eidem Deo*] Teſtis Servius quoque ad illud:

Quis te magne Cato tacitum aut te Coſſe relinquat.

Non igitur verum eſt quod Auſonius ſcripſit in Eidyllio:

Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Larr.

Sed

Magnus initio hujuſce generis inchoatae gloriae Romulus: Coſſo quoque multum acquiſitum eſt, [19] quod Romulum imitari valuit.

[20] Ne M. quidem Marcelli memoriam [21] ab his exemplis ſeparare debemus, 5.
in quo tantus animi vigor fuit, ut apud Padum Gallorum regem ingenti exer- Ann. urb. 531. Plutarch.
citu ſtipatum, cum paucis equitibus invaderet: quem protinus obtruncatum Propert. IV.
armis exuit, eaque Jovi Feretrio dicavit.

[22] Eodem & virtutis & pugnae genere uſi ſunt T. Manlius Torquatus, & 6.
[23] Valerius Corvus, & Aemilianus Scipio. [24] Hi enim ultro provocantes ho- Ann. urb. 392. & 404.
ſtium Liv. VII. Gell. IX. C. 11. 13.

Sed nomen illius equitum magiſtri verum nos docet, contra quam Grammatici faciunt. Priſcianus lib. V. *Lar ſi familiaris eſt facit Laris: Si Tolumnii Porſennae, Lartis.* Cum Auſonio ſcribit & Livius lib. IV. *Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet.* Hinc Graeci more ſuo Λάρος fecerunt, ut Dionyſius, Diodorus, Plutarchus. COLER. *Eidem Deo ſpolia conſecravit.* *Deo* omittit Ultraj. ſec. & Leid. ſext. & Ed. Mog. *Hujuſcemodi generis.* Bit. prim. Toll. Leid. ſec. & Leid. ſext. *In aciem congreſſus* Copeſ. Leid. quint. Ed. Ven. Mediol. Aſcenſ. Gryph. Colin. Rob. Steph.

18. *Ducem Fidenatium*] Aliquot MSS. *Fidenatum*, pauci etiam disjuncte, *fide natum.* Fuit vero proprie Rex Vejentum, & ad eum defecerant Fidenates, ut notum ex Livio.

19. *Qui imitari Romulum valuit*] In Atrebatenſi & Gemblacenſi, *Quod Romulum imitari valuit.* PIGH. *Quod Romulum imitari valuit.* Aldus, *Qui Romulum imitari valuit.* At Pighius ex cod. Atrebatenſi & Gembl. reſcribendum putavit *Quod.* Habentque ita, & codices Brand. vetuſque typis expreſſus Martini Herbip. VORST. *Qui* etiam Ven. & Med. & ceterae Ed. praeter Mogunt. & praeſcriptum plerorumque MSS. pro *valuit*, nonnulli *voluit.*

20. *Ne M. quidem Marcelli memoriam*] Marcellus tertius fuit eorum qui Jovi Feretrio ſpolia opima dicarunt. Feſtus: *Spoliorum opimorum tanta raritas fuit, ut intra annos paulo ..... trina contigerint nomini Romano. una quae Romulus de Acrone: altera, quae Coſſus Cornelius de Tolumnio: tertia quae M. Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro fixerunt.* VORST. Hinc & memoria ejus hac ſpoliorum opimorum dicatione maxime indicatur in nummis. Vide Fulv. Urſinum in gente Claudia, & confer Cl. J. Gronovium T. III. Ant. Graec. pro *dicavit.* Leid. prim. tert. Ultr. ſec. Bit. prim. *dedicavit.* cum Ed. Mog.

21. *Ab his exemplis*] Tertius hic in ordine eſt, qui opima Jovi Feretrio dicavit, ut & à Feſto adnotatum, & Virgilio quoque Aen. VI.

Adſpice ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis.
Ingreditur.

COLER.

22. *Eodem virtutis*] In ſexto exemplo ponuntur duo viri, T. Manlius Torquatus, & Valerius Corvinus. Ubi legendum *Hi etiam provocati*, in nominandi caſu, aut *provocanteis*, in accuſandi. Hiſtoria notiſſima eſt ex Lib. VII. Livii Decados primae, Manlii anno ab U. C. 304. Valerii 406. GLAREAN. *Eodem virtutis & pugnae genere.* Hoc vitium ex Editione Pighiana propagatum fuit in ceteras, cum MSS. & editi haberent, ut Valerii eſt mos, *Eodem & virtutis & pugnae genere.*

23. *Valerius Corvus*] Sic repoſuit Pighius ex tabulis Capitolinis, ubi correctiſſime dicit exſtare nomen ejus *M. Valerius Corvus*; quum in omnibus quorumcumque vulgatis auctorum exemplaribus paſſim recentiori & magis uſitato Valeriorum cognomine *Corvinus* appelletur; quum ita demum appellati ſint ejus poſteri, ut ab Albo, Craſſo, Rufo, Albini, Craſſini, Rufini. Vide ejus Ann. ad A. CDV. hinc pleriſque aliis Doctiſſimis Viris placet cognomen ejus *Corvus* ſcribi pro *Corvino.* Conſule quos ea de re citat Cl. Dukerus ad Flor. L. I. 13. tamen etiam hic omnes quos ego inſpexi Codices, cum Remenſibus, Ultraj. Harl. Bit. Barb. prim. Cop. habent *Corvinus.*

24. *Hi enim ultro provocatos hoſtium duces interemerunt*] Falſum hoc de his omnibus. Nec enim hi provocaverant hoſtium duces, ſed ab ipſis provocati ſunt, recte igitur Codex MS. habet *provocati.* Vide de duobus prioribus Liv. Lib. VII. de Scipione Epit. XLVIII. Flor. L. II. 17. Si tamen Pigh. in MStis invenit, quod in margine habet *provocantes*, equidem praeferrem.

Ann. urb. 602. Livius XLVIII. Appian. Iberic. ſtium duces interemerunt: ſed [25] quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant, [26] ſpolia Jovi Feretrio non poſuerunt conſecranda. Idem Scipio Aemilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret, atque [27] Intercatia praevalidum oppidum circumſederetur, [28] primus moenia ejus conſcendit. Neque erat in eo exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, aut [29] futuris actis, cujus ſaluti magis parci & conſuli deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque juvenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat, deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate praeſtaret, ab his virtute ſuperari. Ideoque Aemilianus hanc militiam aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.

7. Ann. urb. 363. Livius V. Plut. Camill. Magnum inter haec fortitudinis exemplum antiquitas offert. [30] Romani Gallorum exercitu pulſi, cum ſe in Capitolium & in arcem conferrent, inque his

ferrem. ſic Liv. L. XXIV. 8. Sed dubito, quum nullam de eo in notis facit mentionem. PERIZON. *Provocantes* in MSS. non invenio, ſed eſt in Ed. Aſc. Ald. Fr. Gryphii. Unde in contextum recepit Colerus & reliqui poſt ſecuti; quum Pigh. dediſſet *provocatos*, quod eſt in maxima parte MSS. *provocati* habet Harlem. & Leid. tert. *provocatos*, l' *provocati*. an *provocatos* corruptum eſt ex compendio ſcribendi, pro *provocatores*? Certe enim *provocati* ipſi nominatim non erant, ſed ultro ſe ad certamen cum *provocatoribus* obtulerant, venia ad eam rem à ducibus poſtulata. Et ſic Aurel. Victor C. 29. *Adverſus ingentem Gallum provocatorem ſolus Valerius Trib. militum omnibus territis proceſſit.* C. 28. de Manlio. *Sulpicio Dictatore Trib. mil. Gallum provocatorem occidit.* Et Cap. 58. De Scipione Aemiliano. *Lucullo in Hiſpania legatus apud Intercatiam oppidum provocatorem ſingulari praelio vicit.* Juſt. L. XXIII. 4. *Denique adverſus provocatores ſaepe pugnavit.*

25. *Quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant*] Non imperatores illi ac duces fuerant in bello, quo duces hoſtium interfecerunt. *Sub alienis auſp.* eſt pro alterius ductu & imperio. Imperatores ac duces auſpicia capiebant, antequam proelium committerent. Inde factum, ut *ſub auſpiciis alicujus* diceretur pro *ductu alicujus*. Saepe quoque *ductu* & *auſpicio* conjungi dictum ſupra ad II, 8, 2. Ceterum cauſſa quam allegat noſter, minime ſufficiens videtur Jano Rutgerſio: quia paulo ante ſcripſerit, *Cornelium Coſſum Deo ſpolia conſecraſſe, cum magiſter eq. ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet.* Ipſum enim etiam magiſtrum equitum, non ſuis, ſed Dictatoris auſpiciis militaſſe. Vide ejus Var. Lect. IV, 7. VORST. Imo longe aliud eſt *ductu alicujus*, & *auſpicio alicujus* res geri, quibus addi poteſt tertium *Imperio*. *Ductu alicujus* res geritur, qui id facit ipſe dux praeſens: *Imperio* autem, qui gerit rem juſſu ducis abſentis, cum parte copiarum in aliquam expeditionem miſſus: *Auſpicio* vero alterius, qui ſuo quidem conſilio, ſupremo imperatore abſente, omnia adminiſtrat, ſed in iis adminiſtrandis eam habet fortunam, quae fatis ſummo Imperatori erat deſtinata. Sic Auſpiciis Alexandri bellum gerebat in Graecia Antipater, dum Alexander totius rei ignarus aberat in extrema Aſia. An cauſſa vero haec, cur ſpolia opima non retulerint, ſufficiens ſit, de eo diſputat Cl. Perizonius in ſaepe jam citato Cap. 7. Anim. Hiſt.

26. *Spolia Jovi Feretrio non poſuerunt conſecranda*] Harl. Leid. tert. & Cop. *non potuerunt conſecranda referre.* Ultr. prim. *non portaverunt conſecranda.* Leid. quint. *non poſuerunt dicanda l. conſecranda.* deinde decem Cod. cum plerіſque editis, *Item Scipio.* Sed *idem* cum ceteris ſervat Mog. rectius.

27. *Intercatia*] Leid. ſec. *Tracacia.* tert. *Nutricataria l. Nutricacia.* Ultr. ſec. *circumſederet*, cum Ed. Mog. Leid. ſext. *Intercatiam p. o. circumſederetur.*

28. *Primus moenia ejus conſcendit*] Reddidi huic loco pronomen, quod inde exturbaverat Pighius, cum exſtet in ſept. Leid. utroque Ultr. Cop. Tol. Harl. Rem. Bit. Barb. primo. & omnibus editionibus.

29. *Futuris actis*] Futurum enim erat, ut Scipio

his collibus morari omnes non poſſent: neceſſarium conſilium in plana urbis parte ſeniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius juventus [31] reliquias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam miſero, tamque luctuoſo tempore, civitas noſtra virtutis ſuae oblita eſt. Defuncti enim honoribus, apertis januis, in curulibus ſellis, cum inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumque, quae erant adepti, conſederunt; ut & ipſi [32] in occaſu ſuo ſplendorem & ornamenta vitae praeteritae retinerent, [33] & plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuo vigore provocarent. Venerabilis eorum aſpectus primo hoſtibus fuit, & novitate rei, & magnificentia cultus, & ipſo audaciae genere commotis. Sed quis dubitaret, quin [34] & Galli & victores, illam admirationem mox in riſum, & in omne contumeliae genus converſuri eſſent? Non expectavit igitur hanc injuriae maturitatem [35] C. Atilius; verum barbam ſuam per-

pio Aemil. Carthaginem everteret. VORST. *Aut futuris actis.* Inepte dicuntur *futura acta*, ſi enim *acta* vocari poſſunt, non ſunt *futura*, lege cum MSto *actibus*, quam vocem mire amat Valer. init. h. Cap. *Nos quia jam initia procurſumque virtutis patefecimus, actum ipſius perſequemur.* & Ex. 20. *ut humanae virtutis actum exſequamur.* Sic III. 3. Ext. 4. Sic III. 7. 8. MS. quoque *Actibus meis intereſſe non potuit.* V. 2. Ext. init. *Honeſti actus etiam ab infimis editi.* V. 3. 4. *Sed ut ad alium conſentaneum huic ingrati animi actum tranſgrediar.* Aliud eſt *domeſtica acta.* III. 7. 1. & *ad ſpeculanda acta ſua.* III. 7. 6. PERIZON. *Actibus* habent quoque Leid. ſec. & Ultraj. prim. Deinde duo *praeſtabat.* Leid. prim. *pro difficultate.*

30. *Romani à Gallorum exercitu pulſi*] Quaſi Latine locutus Auctor non fuiſſet, niſi addita praepoſitione, ita eam clanculum inferſerat Pighius, contra omnes MSS. & editos codices, qui habent ut vides jam exhibitum. Vide infra L. IV. 7. 5.

31. *Reliquias imperii tueretur*] Leid. prim. & Ultr. prim. *tuerentur.*

32. *In occaſu ſuo*] Cum illis mors immineret. *Occaſus* pro morte. Cicero I. Q. Acad. *Poſt L. Aelii noſtri occaſum.* Nepos Eum. *Poſt hujus occaſum ſtatim regium ornatum nomenque ſumpſerunt.* Praecedit, *Nemo Eumene vivo rex appellatus eſt.* VORST.

33. *Et plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos provocarent*] In Wincheliano ſic, *Suſtinendos caſus ſuo vigore provocarent.* Quae profecto in vulgatis ſupplenda videntur. Ita mox in alio exemplo. PIGH. *Plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuo vigore provocarent.* Ita Pighius ex cod. Wincheliano. Aldus ediderat, *Ad fortius ſuſtin. caſus ſuos prov.* Nec aliter Chalcocond. & & Mart. Herbip. Codices Brandeb. non parum hic diſcrepant. Unus quidem habet, *Plebi ad fortunae ſuſtinendos caſus exemplum darent:* alter vero *plebi ad fortium ſuſtinendos caſus ſuos.* Et poſteriori huic diverſa manu adjectum *exemplum praeberent.* VORST. Sex Leid. *ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos provocarent.* & ita quatuor Med. cum Harl. Copeſ. & Ultraj. ſec. niſi quod hic cum tribus Rem. & Bitur. ſec. ac Leid. primo habent *fortiter.* Barb. uterque cum Med. *caſus ſuos animarent.* Ut unus Brandeb. ita Ultraj. prim. *plebi ad fortunae ſuſtinendos caſus exemplum darent.* Enimvero vocabulum *vigor* vix ullum videtur poſſe habere locum, quare temere illud unius Wincheliani Codicis auctoritate in textum à Pighio immiſſum arbitror, & potius retinendam vulgatam ſcripturam *ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos provocarent.* Quia & *animarent*, & *exemplum darent* videntur eſſe à gloſſa. Duo Rem. tamen *ſuo vigore relinquerent.*

34. *Et Galli & Victores*] Ultraj. prim. *Galli victores.* ſec. paulo ante *commotus.* Deinde Leid. tert. *Imanitatem l. maturitatem.* Unus Rem. *non expectavit tangi hac injuria ſuam maturitatem Gn. Attilius.* Leid. ſext. & ſept. ad vocabulum *Scipionem* habent in marg. al' *pugionem.*

35. *C. Atilius*] In aliis: *M. Atilius.* Livio & Plutarcho M. Papirius is eſt, non Atilius. COLER. *C. Atilius.* Alii, *M. Atilius*, vel *Attilius.* Livius & Plutarchus *M. Papirium* vocant. Quod cum obſervaſſet is, qui uno cod. Brand. olim uſus fuit, nomen *Attilius* expunxit,

permulcenti Gallo ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit, [36] eique propter dolorem ad ſe occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. [37] Capi ergo virtus neſcit: [38] patientiae dedecus ignorat: Fortunae ſuccumbere triſtius ducit omni fato: nova & ſpecioſa genera interitus excogitat; ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur.

[39] Red-

xit, proque eo *M. Papirius* ſcripſit. VORST.

36. *Eique propter dolorem ad ſe occidendum ruenti cupidius corpus obtulit*] Harl. *cupidus*. Sunt qui hunc ordinem praeferunt. *Corpus cupidius obtulit.* qui etiam eſt in Ven. Ald. Col. Gryph. Rob. Steph. Sed Mediol. & Aſcenſ. *Corpus cupidius obtulit.* Non diſplicet *corpus cupidius obtulit.* Quia in eo minus dubites, utrum ad *ruenti* referendum ſit τὸ *cupidius*, an ad *obtulit*; cum quo omnino conjungendum. Id enim vult, Atilium, quamvis impetu ad eum occidendum ferretur Gallus, non minore ardore ſe ipſi occidendum obtuliſſe. In Copeſ. erat *corpus cupidus obtulit.* Quod prae altero ſibi placere Perizonius ſignificavit.

37. *Capi ergo virtus*] Teognis:

——— ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Quo fortean reſpexit Plautus Amphitr. *Qui per virtutem perbitat non interit.* COLER. Modius ex conjectura legebat *patientiae dedecus* Epiſt. 96. *Patientia enim inquit dedecori ſemper maxime eſt obnoxia.* Sed notum eſt illud, *agere & pati Romanum eſt*, &hac ratione defendi poterit vulgata lectio; ſed eam imprimis confirmat initium ſequentis capitis. GUDIUS. *Capi ergo virtus neſcit, patientia dedecus ignorat.* Nihil hic laudis tribui poteſt *patientiae*, cujus contrarium fuit in eo, quem laudat auctor, *C. Atilio.* Neque enim pati potuit à milite barbam ſuam demulceri. Lege cum MSto. *Patientiae dedecus. Virtus* nempe, de qua ſola agitur in praecedentibus, & ſequentibus *ignorat dedecus ignavae patientiae.* Intelligitur hic enim turpis injuriarum patientia. Sen. L. IV. controv. p. 237. *Quod ſi in hanc me ſtuprorum* (ſc. uxoris) *patientiam redemiſti, matrimonio carcerem praefero.* PERIZON. Si bene attendas, animadvertes verba, quae ſequuntur, referri ad *virtutem*, *virtus* enim, non *patientia*, ducit triſtius omni fato ſuccumbere fortunae; virtus nova genera interitus excogitat. Quare vix dubium videtur, quin inde pendeat quoque verbum *ignorat.* Omnino legendum ergo *patientiae.* Nam quamvis laudet in capite ſequenti *patientiam*, non laudat tamen *patientiam contumeliae* ſive *patientiam turpem*; quod idem eſt ac ſi dicas, *patientiae dedecus.* Interim tamen omnes MSS. retinent *patientia.* Praeter Barb. prim. qui habet *patientiae.* & Cop.

38. *Patientia dedecus ignorat*] Pulchre ſimul & ſapienter, pene dicam & religioſe. Sic enim prorſus Paulus Apoſtolus ad Corinthios, Epiſt. I. περὶ τῆς ἀγάπης: οὐκ ἀσχημονεῖ inquit. Quod Auguſtinus vertit: *Dilectio non dehoneſtatur.* Quod paulo obſcurius Tertullianus vertit, aureo illo libello de patientia: Dilectio *non proterit.* Quo igitur iſthaec, inquis? Ut ſcias, lege & conſidera illa ejuſdem graviſſimi & doctiſſimi ſcriptoris: *Nam dilectio ſummum Fidei ſacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus, quam Apoſtolus totis viribus ſancti ſpiritus commendat, cujus niſi Patientiae diſciplinis eruditur? Dilectio, inquit, magnanimis eſt: Ita Patientiam ſumit. Benefica eſt: malum Patientia non facit. Non aemulatur: id quidem Patientiae proprium eſt. Non protervum ſapit: modeſtiam de patientia traxit. Non inflatur, non proterit: non enim ad Patientiam pertinet.* Quid illuſtrius ad illum Pauli locum apponi poſſit? Uſque adeo novellorum Theologorum commentatiunculae magis magiſque mihi vileſcunt, quoties animum erudita illa & ſalutari veterum Patrum lectione paſco. Sed patientia ſuadet, ne de corrupti ſeculi noſtri moribus aliquid amplius conquerar. COLER.

39. *Reddendus nunc eſt*] Duplex hic eſt lectio. Prior, *reddendus eſt nunc Romanae juventuti debitus gloriae titulus Q. Fabio Vibulano, C. Sempronio Atratino Coſſ. cum Volſcis apud Verruginem parum proſpere dimicanti.* Altera lectio ſic habet. *Reddendus eſt nunc Ro. juventuti debitus gloriae titulus, C. Sempronio Atratino Coſ. cum Volſcis apud Verruginem parum proſpere dimicante.* Utraque lectio procedet ad Livii mentem & ad hiſtoriae veritatem; ſequens tamen magis ad Cos. Sempronium, cui ea deſignata erat provincia. *Catuli* nomen, quod quidam Codd. habent pro *Q. Fabio Vibulano*, hic locum non habet. GLAREAN. *Reddendus eſt nunc Romanae juventuti debitus gloriae titulus Q. Catulo Sempronio Atracino conſule.* Ubi legendum, *Reddendus eſt nunc Romanae juventuti debitus honor &*

39 Reddendus eſt nunc Romanae juventuti 40 debitus gloriae titulus, quae, C. Sempronio Atratino conſule cum Volſcis apud Verruginem parum proſpere dimicante, ne acies noſtra jam inclinata propelleretur, 41 equis delapſa, ſeipſam centuriavit, atque 42 hoſtium exercitum irrupit. 43 Quo dimoto, proximum tumulum occupavit, effecitque ut omnis Volſcorum in ſe converſus impetus legio- 8. Ann. urb. 330. Livius IV.

& gloriae titulus, quae C. Sempronio Atratino conſule. Ita partim in Wincheliano & Gemblacenſi, partim in Atrebatenſi, in quo nomen conſulis eſt correctiſſimum. Vid. Annal. magiſtratuum. PIGH. *Reddendus eſt nunc Rom. juventuti debitus honos & gloriae titulus, quae C. Sempronio Atratino.* Ita Pighius ex codd. partim Winchelinho & Gemblac. partim Atrebatenſi, in quo nomen conſulis ſit correctiſſimum; ut in Annal. magiſtratuum ipſe demonſtrarit. Aldus ediderat, *Q. Catulo, Sempr. Atracino Coſſ.* quaſi duos conſules auctor nominare voluiſſet; atque ita *honos* omiſerat. A codd. quoque Brand. abeſt *honos:* ſed conſul in his modo unus nominatur: iſque in uno *C. Semp. Atracinus*, in altero *Atratinus* vocatur. In uno item *quae* pronomen: in altero *quod* conjunctio apparet. VORST. *Honos &* non invenio in ſeptem Leid. Periz. Cop. utroque Ultraj. duobus Rem. Harl. utroque Barb. Bit. In nonnullis eſt *Q. Catulo Sempronio Atracinio, vel Atrocinio.* Sed tum fere omittitur *quae.* ante Q. Leid. quint. & ſept. clare. *quae G. Sempronio Atratino. Q. Catulo* additum eſt etiam in Edd. quae Aldum praeceſſerunt. Mog. *Acratino.* ſed *honos et* in nulla comparet. & ſane prorſus idem ſignificant; ut potius *honos* gloſſa ſit ☧ *gloriae titulus*; & ideo expungendum, quod etiam cenſebat Colerus, quia aberat à Cod. Danielis.

40. *Debitus honos*] Nimis placet ſcriptura Danielis & reliquorum veterum. *Debitus gloriae titulus.* Nec video quid impulerit Pighium ut illud male feriati librarii annotamen inferciret. COLER.

41. *Equis delapſa ſeipſam centuriavit*] Ab utroque cod. Brand. abeſt *ſeipſam centuriavit*; niſi quod in altero veſtigium ejus *ſe ipſa* apparet. Et ſane *ſe ipſa centuriavit* eleganter dici potuit pro *ſeipſam.* Habetque ita vetus cod. typis expreſſus Martini Herbip. VORST. *Se ipſam centuriavit atque.* Delent haec uterque Barb. & Leid. ſept. ſed hic poſtea additum in marg. item Perizon. Ultraj. prim. ſec. vero gloſſis eſt interpolatus hoc modo. *Centuriavit atque centuriam reparavit & in ordine centuriae poſuit.* Quod ita etiam exhibetur in Ed. Mog. Nonnulli Codd. habent *ſe ipſa.*

42. *Hoſtium exercitum irrupit*] Ita uterque cod. Brand. Nec aliter veteres typis expreſſi. Miror igitur quid ſit quod Pighius maluit *rupit*; quodque Colerus ac Thyſius eum ſunt ſecuti. VORST. *Hoſtium exercitum rupit quo dim.* MS. *Hoſt. ex. irrupit* (cum Vorſtianis & aliis) *impetum excepit. Quo demoto*, deinde pro *converſus impetus*, *converſus exercitus*: non tam enim *rumpunt*, ſed *impetum hoſtium excipiunt*; unde paulo poſt dicitur *omnis exercitus*, non *impetus hoſtium in eos converſus.* PERIZON. In nullo MS. invenio *rupit*, ut dedit Pighius. Et ſane prius *irrupit exercitum hoſtilem*, deinde *dimovit*, i. e. rupit. Forte exiſtimaverit Pigh. *irrumpere* cum quarto caſu ſine praepoſitione non poni. Falſo. exempla vide apud Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. L. II. 378. Ceterum hic etiam variant valde MSS. Barb. prim. Periz. Cop. *exercitum irrupit, impetum excepit*, Leid. ſept. *hoſtium impetum excepit. Exercitum irrupit* additum eſt in marg. An utrumque eſt ab auctore, ut ſcripſerit. *Impetum hoſtium excepit, & exercitum irrupit?* hoc indicat Livius L. IV. 38. dicentem inducens Sex. Tempanium, cujus conſilio haec res geſta eſt. *Niſi haec armata cohors ſiſtat impetum hoſtium, actum de imperio eſt.* Et deinde in ipſa deſcriptione pugnae. *Quacumque incedunt vi viam faciunt.*

43. *Quo dimoto*] Harl. Bit. Barb. uterque, Copeſ. Leid. ſec. quint. ſext. ſept. Periz. *demoto.* Quod verbum ſaepe in *dimovere* corruptum eſſe apud Ciceronem ſtatuit Lambin. ad Hor. L. I. Ode I. Hic tamen *dimoto* retinendum arbitror; non enim *demoverunt* i. e. depulerunt, ſubmoverunt hoſtem, ſed viam ſibi per hoſtilem exercitum fecerunt, eumque perruperunt, quod rectius *dimovere* dixeris. Ut Hor. L. III. Ode 5. 51.

—— non aliter tamen
Dimovit obſtantes propinquos,
Et populum reditus morantem.

L. I. 237.

—— Seu virides rubum
Dimovere lacertae.

Sall.

legionibus noſtris ad confirmandos animos ſalutare laxamentum daret. Itaque cum jam de tropaeis ſtatuendis cogitarent, proelium nocte dirimente, victoreſne, an victi diſcederent, [44] incerti abierunt.

9. Strenuus ille quoque flos ordinis equeſtris, cujus mira virtute Fabius Maxi-

Ann. urb. 429. Livius VIII.

mus [45] Rullianus magiſter equitum bello, quod adverſus Samnites gerebatur, male commiſſi proelii crimine levatus eſt. Namque [46] Papirio Curſore [47] propter auſpicia repetenda in Urbem proficiſcente, caſtris praepoſitus, ac vetitus in aciem exercitum ducere, nihilominus manus cum hoſte; [48] ſed non tam felici-

Sall. Orat. II. de Rep. ord. *Ita, bonis maliſque dimotis, patenti via ad verum perges.* Paulo poſt Bit. prim. & Leid. tert. delent *in ſe*. Harl. *in ſe converſus exercitus.*

44. *Incerti diſceſſerunt*] Ego diſcedo, quo liber Danielis aurigatur, ad veram opinor lectionem: *Praelium nocte dirimente, victoreſne an victi incerti abierunt.* COLER. *Victoreſne an victi abirent, incerti diſceſſerunt.* Putat Colerus *diſceſſerunt* ſupervacuum eſſe: malletque ex cod. P. Danielis legere ſic, *Victoreſne an victi incerti abierunt.* Codices Brand. habent quidem *abierunt*; at praeterea & *diſcederent*, hoc modo, *Victoreſne an victi diſcederent, incerti abierunt.* In uno item eorum eſt *victores an victi*; omiſſa enclitica *ne*. Et ut codd. Brand. habent, ita veteres quoque typis expreſſi. Ut mirer, quare Pighius vocibus permutatis legi maluerit, *victores an victi abirent, incerti diſceſſerunt.* An eo id fecit, quod ſupra noſter non *victorem diſcedere*, ſed *victorem abire* ſcripſit? Atqui *victorem diſcedere* aeque probum. Nepos enim & alii dicunt *ſuperiorem diſcedere*, & *pari proelio diſcedere.* Vide XIV, 8, 4. II, 3, 3. VORST. Cum Brand. conſentit maxima pars noſtrorum MSS. & probabat credo Cl. Perizon. adſcribens Sall. Cat. C. 49. *Maximis honoribus uſus ab adoleſcentulo Caeſare victus diſceſſerat.* Habere igitur verba juſſi ordinem, quem dabant MSS.

45. *Rullianus*] Lib. Danielis ut ſupra *Rutilianus.* COLER. *Fabius Maximus Rullianus.* Filius is fuit; quo de & ſupra II, 7, 8. agit: ubi *Q. Fabius Rullianus*, itemque *Rullianus* vocatur. Colerus monet, in lib. P. Dan. tum hic, tum ſuperiore loco legi *Rutilianus.* Eſtque ſane ita in utroque etiam cod. Brand. & antiquioribus typis expreſſis. Verum ex tabulis Capitolinis apparet, legendum eſſe *Rullianus.* VORST. *Rutilianus* eſt etiam in omnibus Leid. Copeſ. Ultraj. utroque. Tol. Barb. & Bit. primis.

46. *Papirio Curſore*] Dictatore tunc temporis atque imperatore. VORST.

47. *Propter auſpicia repetenda*] Livius VIII. *In Samnium incertis itum auſpiciis eſt. Cujus rei vitium non in belli eventum, quod proſpere geſtum eſt, ſed in rabiem atque iram imperatoris vertit. namque Papirius dictator à pullario monitus, cum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur &c.* VORST. MS. *Propter auſpicia ad urbem proficiſcente.* Nihil ſane amplius deſideres. PERIZON. Leid. ſext. *petenda*; ceteri *repetenda* retinent, ſed omnes cum editis habent *in urbem.* Quod cur mutaverit Pighius in *ad urbem* cauſſam nullam video. Niſi exiſtimaverit Papirio imperium habenti non licuiſſe urbem intrare, quia ſciebat imperatoribus triumphum petentibus extra urbem Senatum dari ſolere: quod tamen hic falſum eſt. Nam paulo poſt Fabium Romam profugientem perſecutus curiam intravit, & concionem in urbe habuit. Liv. L. VIII. 32.

48. *Sed non tam feliciter, quam temere*] Ait Livius, Fabium, quod per exploratores comperiſſet, perinde omnia ſoluta eſſe apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in Samnio eſſet, exercitum inſtruxiſſe. Sed addit tamen: *Seu ferox adoleſcens indignitate accenſus, quod omnia in dictatore viderentur repoſita eſſe.* VORST. Bit. prim. *Sed tam infeliciter, quam temere.*

49. *Animi praeſtantia*] Lego ut ſupra ex eodem codice: *Animi praeſentia.* Sic poſtea. *Praeſentia enim animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.* Et alibi: *Bellica haec praeſentia animi.* COLER. *Obſtinataque animi praeſentia.* Audacter è codd. Brand. *praeſentia* reſcribo pro *praeſtantia. Praeſentia animi* frequens noſtro locutio. Infra III, 2, 18. *Praeſentia animi ſui ſenatum ad vindictam exigendam impulit.* Vide & III, 7, 5. VI, 8, 3. VORST. Ut ſupra dixi ad L. II. 6. 11. in pleriſque MSS. eſſe *prentia*, ita hic idem deprehendi. *Praeſentia* tamen clare Leid. ſept. & alibi,

liciter, quam temere, conſeruit. procul enim dubio ſuperabatur. Ceterum optimae indolis juventus detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos in adverſos Samnites egit, obſtinataque [49] animi praeſentia extortam manibus hoſtium victoriam, & cum ea [50] ſpem maximi civis Rulliani patriae reſtituit.

[51] Qualis deinde roboris illi milites, qui vehementi ictu remorum [52] concitatam fugae Punicam claſſem, [53] nantes lubrico pelagi, quaſi camporum firmitate, pedites in littus retraxerunt. 10. Ann. urb. 535. circiter.

Ejuſ-

alibi, ubi dubitare nequeas quin *prentia* pro *praeſentia* ſcribatur, idque hic invenio in omnibus Leid. Copeſ. & Ultraj. primo, & Ed. Mog. *praeſentia* probat etiam Tennulius ad Front. L. II. 8. 10. Vide & noſtrum. L. III. 7. 6. & hujus Cap. Ex. 18.

50. *Spem maximi civis Rulliani*] Filium Q. Fabii Maximi Rulliani. Hunc vero occaſione cognominis, quod ex eventu quodam nactus fuit; quodque vir eximius & eſſet, *maximum civem* vocat. VORST. Non intelligo, quid velit Vorſtius. Videtur indicare hunc Fabium magiſtrum equitum fuiſſe non ipſum Rullianum, ſed filium Q. Fabii Rulliani Maximi, quum diſerte à Livio, & aliis ipſe appelletur Fabius Rullianus, pater vero ejus fuit M. Fabius Ambuſtus, qui ter conſul & dictator fuit. dicit vero *ſpem Maximi civis patriae reſtituit*, quoniam hic ipſe Fabius Rullianus poſtea cenſor factus *Maximi* cognomen peperit omnem forenſem turbam in quatuor urbanas tribus conjiciendo. Liv. L. IX. 46. Perizonio ſuſpecta fuit hic repetita vox *Rulliani*.

51. *Qualis deinde roboris*] Hoc exemplum Oliverius ex Leon. Aretino primo bello Punico ſub Duillio Cos. contigiſſe prodit. At ipſe Valerius ait factum ejuſdem temporis & notae eſſe, quale fuit militis ad Cannas pereuntis. Quis autem neſcit tempore ſecundi, non primi belli Punici male pugnatum ad Cannas? Oliverio ſatis viſum eſt eximium allegare authorem. Qui tamen eadem ſcire non poterat niſi ex antiquis. At quod idem Oliverius Ciceronem ait haec de ſenectute ſcribere, non memini ea me ibidem legiſſe. Sed neque hic Valerii locus integer videtur. *Nantes lubrici pelagi quaſi camporum firmitate pedites in littus retraxerunt.* Oliverius ait *lubrici* ſubſtantivum eſſe. Badius exponit *lubrici pelagi* eſt per lubrica pelagi. Neuter mihi ſatisfacit; & tamen non habeo aliud quod dicam, cum omnes Codd. in unum conſentiant. Itaque ut dixi corruptum puto locum; quod ideo admoneo, ut vetuſta exemplaria eo diligentius excutiantur. GLAREAN. *Qualis deinde roboris illi milites.* Revocavi lectionem veterem à Pighio expulſam, ſubſtituente *demum* pro *deinde*; quod invenio in omnibus Leid. Ultraj. Tol. Cop. Barb. Bit. prim. Harl. ad quod confirmandum Cl. Perizon. notaverat. L. VII. 2. 6. *Quam deinde ſe prudenter in Rege Maſiniſſa geſſit.* & L. IX. 3. Ext. 2. *Quam vehemens deinde adverſus populum Romanum Amilcaris odium.* L. VI. 8. 5. Ubi vide.

52. *Concitatam fugae Punicam claſſem*] Id eſt, concitatam in fugam. Intelligi autem videtur fuga illa Carthaginienſium, in quam compulſi à Duillio fuerunt. VORST. An legendum *fuga* i. e. fugiendi ſtudio. Sic certe placebat Guyeto. GUDIUS. Ultr. prim. *fugam.*

53. *Nantes lubrico pelagi*] Non à quibuſvis nominibus adjectivis formantur ſubſtantiva: proque ſubſtantivis interdum ipſa adjectiva ponuntur. Sic non dicunt *profunditas maris*, ſed *profundum maris.* Vide libellum de Latinit. mer. ſuſp. cap. 7. Si *lubricitas pelagi* dici potuiſſet, dixiſſet *nantes lubricitate pelagi*, quomodo mox deinde *camporum firmitate.* VORST. Harl. *Brachiorum nantes lubrici pelagi, quaſi firmitate camporum pedites.* Tres Rem. cum Leid. ſec. quint. & ſext. *nantes lubricis pelagi.* ſec. *pelagi lubricis.* Barb. prim. delet *nantes lubrici pelagi quaſi.* Ultraj. prim. inſuper omittit *claſſem.* Leid. ſept. & Periz. *Punicam claſſem brachiorum firmitate pedites*, ſed in Leid. illo in marg. reliqua ſecunda manu addita ſunt. Copeſ. *lubrici pelagi.* Sic Mog. Ald. Aſc. Col. Gryph. R. Steph. Sed Ven. *lubricis pelagi.* Cl. Perizon. juvabat locum diſtinctione. *Claſſem, nantes lubrico pelagi, quaſi camporum firmitate pedites, in littus retraxerunt.* Sed cum plerique MSS. vel *lubrici*, vel *lubricis* habeant, poſterius illud non ſpernendum cen-

ſeo,

11. Ann. urb. 537. Livius XXII. 57. Ejuſdem temporis & notae miles, qui Cannenſi proelio, quo Annibal [54] magis vires Romanorum contudit, quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, ſpoliare ſe conantis Numidae cervicem complexus, os, naribus & auribus corroſis, deforme reddidit: [55] inque plenae ultionis morſibus expiravit. Sepone iniquum pugnae eventum: quantum interfectore fortior interfectus? Poenus enim [56] in victoria obnoxius morienti ſolatio fuit: Romanus in ipſo fine vitae vindex ſui extitit.

12. Ann. urb. 623. Flor. II. fine. Oroſ. V. 20. [57] Militis hujus in adverſo caſu [58] tam egregius tamque virilis animus, quam relaturus ſum imperatoris. [59] P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, à Thracibus, quorum is magnum numerum in praeſidio habebat, inter Elęam & Smyrnam exceptus, [60] ne in ditionem ejus perveniret, dedecus, arceſſita ratione mortis, effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum uſus fuerat, in unius barbari oculum direxit, qui vi doloris accenſus latus Craſſi ſica confodit: dumque ſe ulciſcitur, Romanum imperatorem majeſtatis amiſſae turpitudine liberavit. Oſtendit fortunae Craſſus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluiſſet; quoniam quidem injectos ab ea liberati ſuae miſerabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, donatumque ſe jam Ariſtonico dignitati ſuae reddidit.

13. Ann. urb. 707. Livius CXIV. App. Civil. II. Dion. & alii. Eodem mentis propoſito [61] uſus eſt Scipio. namque infeliciter Cn. Pompeji gene-

ſeo. Curt. L. VIII. 14. 7. *Et per lubrica atque invia immiſſi currus excutiebant eos, à quibus regebantur.*

54. *Magis vires Romanorum contudit quam animos fregit*] Unus Rem. Ultr. ſec. *magis vires Romanorum quam animos contudit atque fregit.* Sic etiam Leid. tert. omittens *atque fregit.* Deinde uterque Ultraj. *ore, & deformem.* Primus, *conantem Numidam.*

55. *Inque plenae ultionis morſibus expiravit*] Sic Venetae, Aldus & ceteri. Mog. *Itaque plenus ultionis.* & ſic Ultraj. ſec. Ceterum quinque Leid. Periz. Sed hic *itaque* habet, Copeſ. Tol. Harl. Barb. prim. cum Ed. Mediol. *inque plenis ultionis morſibus.* Quod praetulerim. *Ultio* ipſa non poterat dici *plena*, quippe vivum Numidam reliquit. Sed ipſi *morſus* erant *pleni ultionis.*

56. *In victoria obnoxius morienti ſolatio fuit*] Septem MSS. *in victoriam.* Deinde *ſolatio fuit* tamquam gloſſemata ex MS. delet Gudius ad Phaed. L. I. 9. Ego in quo MS. haec deſint non reperio, nec ſatis cauſſae video cur pro gloſſematis habeantur. Ita tamen quoque videbatur Guyeto.

57. *Militis hujus*] Nonnulli cum Mog. *militis hic.* Periz. *militis huic.* Sed in priore voce eraſa eſt poſtrema litera. Leid. quint. & Bit. prim. *militis vix*, ſed *vix* corr. in Leid. in *hic.*

58. *Militis hujus tam egregius, tamque virilis animus, quam quem relaturus ſum imperatoris*] Omnes typis expreſſi, tam veteres quam recentiores, pronomen *quem* omittunt. Verum abeſſe illud hinc non poteſt. *Quam* reſpondet ei quod praecedit *tam.* Deinde vocem *relaturus* neceſſe eſt caſum quendam quartum antecedere. Plena oratio foret, *Militis hujus animus tam egregius, tamque virilis fuit, quam fuit animus imperatoris, quem relaturus ſum.* Unde ſatis apparet, *quem* abeſſe hinc non poſſe. Et manifeſte in uno cod. Brand. illud & apparet. VORST. Male Vorſtius interponit *quem.* Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XXVIII. 43. L. XXXV. I. Cic. de Invent. L. II. 27. *Et judices longius, quam poteſtatem habeant, progreſſuros.* Pro Cael. c. 23. *Si tam familiaris erat mulieris, quam vos vultis.* PERIZON. Solus Leid. tertius & Ultraj. prim. agnoſcunt *quem.* Quare eii-

generi ſui defenſis in Africa partibus, claſſe Hiſpaniam petens, cum animadvertiſſet navem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio praecordia ſua transverberavit: ac deinde proſtratus in puppi, quaerentibus Caeſarianis militibus, *ubinam eſſet imperator*, reſpondit: *Imperator bene ſe habet.* tantumque eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi fortitudinem aeternae laudi ſatis erat.

[62] Tui quoque clariſſimi exceſſus, Cato, Utica [63] monimentum eſt, in 14.
qua ex fortiſſimis vulneribus tuis plus gloriae quam ſanguinis manavit. Siqui- Ann. urb. 707. Plutarch. App. Civil. II.
dem conſtantiſſime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dediſti, quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate.

Cujus filia minime muliebris animi. [64] quae cum Bruti viri ſui conſilium, 15.
quod de interficiendo Caeſare ceperat, ea nocte, quam dies teterrimi facti ſe- Ann. urb. 709. Plut. Bruto.
cutus eſt, [65] cognoviſſet, egreſſo cubiculum Bruto, cultellum tonſorium quaſi unguium reſecandorum cauſſa popoſcit, eoque velut forte clapſo ſe vulneravit. Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, objurgare eam coepit, quod tonſoris praeripuiſſet officium. Cui ſecreto Porcia, *Non eſt*, inquit, *hoc temerarium factum meum*, *ſed in tali ſtatu noſtro amoris mei erga te certiſſimum indicium. Experiri enim volui, ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſſiſſet, quam aequo animo me ferro eſſem interemptura.*

Felicior progenie ſua [66] ſuperior Cato, à quo Porciae familiae principia ma- 16.
narunt. Ann. urb. 585. Plut. Paullo. Juſtin. XXXIII. Front. IV. 5. 17.

ejiciendum putavi. Leid. quint. *tam egregie virilis animus.*

59. *P. Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens*] *Ariſtonicus* ille filius fuit Eumenis, regis Pergameni, non juſto matrimonio, ſed ex pellice Epheſia cithariſtae cujuſdam filia genitus, qui poſt mortem Attali velut paternum regnum Aſiam invaſit, uti Juſtinus XXXVI, 4. ſcribit. Florus II, 20. *Regii ſanguinis ferocem juvenem vocat.* VORST.

60. *Ne in ditionem*] Nonnulli *in deditionem.* Ultraj. prim. pro *direxit*, *duxerat.* Leid. quint. *Romanum imperium.* Leid. ſec. *fortunae ſuae.* tert. *fortunae vel fortitudine.* Ed. Mog. *mirabiles laqueos.*

61. *Uſus eſt Scipio*] Harl. auctior eſt una voce, habet enim, *Uſus eſt Scipio Metellus. Cn. Pompeji* contra deeſt in Ultraj. primo. Periz. *in qua vehebatur.* Leid. prim. *tantum loqui valuit.* ſec. *quantum quaſi ad* Toll. *quantum quidem* ſext. *animi magnitudinem.* Quod eſt in omnibus editionibus, ſi Moguntinam exceperis, quae habet etiam *ad teſtandum.*

62. *Tui quoque clariſſimi exceſſus, Cato*] Epit. l. CXIV. Liv. *Cato cum ſe percuſſiſſet Uticae, & interveniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo vulnere expiravit.* VORST.

63. *Monimentum*] Plerique MSS. *monumentum.* Leid. primus *emanavit.*

64. *Quae cum Bruti*] Vox *quae* mihi ſuſpecta eſt. PERIZON.

65. *Cognoviſſet*] Harl. Barb. prim. Bit. & Leid. quint. & ſext. *cognoſceret*, Ultraj. uterque & Ed. Mog. *cognoſſet.* Copeſ. & Leid. ſec. *in cubiculo.* Bit. prim. *vulnerat.* Harl. poſt *factum* delet *meum.* *Propoſitum* deeſt in prim. Ultraj.

66. *Superior Cato*] Juſt. L. XXXIII. Ubi de bello Macedonico ſub Perſeo haec de filio Cenſorini refert. Valerius ſatis nude de patre Cenſorino: Juſtinus circumſpectius: quia & bellum & belli ducem aperte nominat. Valerius ita refert, quaſi Cato hic imperator ſic pugnaverit, quippe ad quem hoſtes poſtero die ſupplices pacem petentes venerint. Cum miles gregarius ita potius, non Cos. aut Imperator pugna-

narunt. Qui [67] cum ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur, [68] vagina gladius ejus elapſus decidit. Quem ſubjectum proeliantium globo, & undique hoſtilibus pedibus circumdatum, poſtquam abeſſe ſibi animadvertit, adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem redegit, ut illum non periculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur. [69] Quo ſpectaculo attoniti hoſtes poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt.

17. Ann. urb. 620. Plut. Gracch. p. 722. 724. 726.

Togae quoque fortitudo militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem foro atque caſtris edita meretur. Cum [70] Ti. Gracchus in tribunatu pro-

gnaret. Amphibolon autem & hoc, cum dicit *progenie ſua*: de filione Catonis Cenſorini loquatur author, an de ejus poſteris, ut de Catone Uticenſi. Tum etiam illud dubium ablativus *progenie ſua*, ſitne exceſſu an inſtrumenti. Simplex autem ſenſus, & primum ſe offerens rationi noſtrae, quem compoſitum vocant videtur. Quod ipſe Cato Cenſorinus fuerit felicior, quam Uticenſis ejus progenies. Neque enim de ſuo filio ipſe Cato apud Ciceronem loquens, tantam virtutem in prole ſua tacuiſſet. Niſi quis ejus decori id loci oblitum Ciceronem dicat, quod vix mihi ſit veriſimile: aut in Valerii opinione fuiſſe etiam ipſum. Quamquam quum multa alia ſua magnifica geſta more ſenum magnifice ibidem enumeret Cato, haud immerito quis putarit & hoc inter reliqua enumeraturum fuiſſe, ſiquidem verum eſſet. Valerius certe ex officio fidi hiſtorici dignum operae pretium feciſſet, ſi & locum & tempus & imperatorem, ubi & ſub quo pugnatum vel uno verbo indicaſſet. Sed ita Romani ſcriptores Graecorum vincunt diligentiam ſcilicet. GLAREAN.

67. *Vehementi periculo*] Libri duo: *Vehementer parvulo peteretur.* Ad oram libri Danielis: *Vehementi tragula*: legerim: *Vehementi ictu.* Aliud quod probem, aut adferam non habeo. Nam ex eo ictu vel impetu veriſimile eſt gladium vagina elapſum eſſe. COLER. *Cum ab hoſte vehementi periculo peteretur.* Colerus mallet. *vehementi ictu.* Notat autem, in duobus libris eſſe *Vehementer parvulo peteretur.* In codd. Brandeb. eſt itidem *vehementer*: ſed pro *periculo* in uno eſt *periculus*; in altero quod fuit, id tanquam ad τὸ *vehementer* ſupervacuum, expunctum eſt. Videtur omnino aliquid mendi hic eſſe. Et quia in codd. MSS. eſt adverbium *vehementer*, adjiciendum huic ſine dubio participium quoddam. Nec dubito ego quin pro *periculo* legendum ſit *percito*. ut Valerius ſcripſerit, *Cum ab hoſte vehementer percito peteretur.* VORST. MS. cum aliis *vehementer parvulo.* Forte *vehementer parmula*, ut magis concuſſus fuerit quam vulneratus, quare & facilius gladius excidere potuit, Suet. in Caeſ. *Umbone obvios agens.* Infra Ex. 23. *umbonis impulſu.* Vel *ſparulo.* Liv. XXXIV. 15. *Sparo percutit.* Quem *haſta nequicquam petierat.* IX. 1. Ext. 1. Vel *tragula.* ſic Sal. *ictu tragulae ſauciari.* PERIZON. Ultraj. uterque Leid. ſext. Cop. Barb. prim. habent *vehementer*, nullus *periculo.* ſed vel *parvulus*, vel *parvulo*, vel *perulo.* Leid. quint. *vehementis praelii parvulo*, ſed poſterior vox expuncta eſt. Leid. ſext. *vehementer peteretur.* in ſept. alia manu in margine additur *parvulo.* Ed. Mog. *vehementer parvulo.* An iſtud *perulo*, ortum eſt ex *praelio*, quae gloſſa fuerit τῷ *acie*, & ideo recte in Leid. ſexto omittitur?

68. *Vagina gladius ejus elapſus decidit*] Sic reſcripſi praeeuntibus MSS. & Edd. ante Pighium, qui dedit addita praepoſitione. *e vagina.* *e manu* gladium elapſum fuiſſe dicit Juſtinus. Sed *e vagina* quoque Frontinus. Apud quem ſic diſtingue. *M. Cato Cenſorii filius in acie, decidente equo, prolapſus cum ſe recollegiſſet.*

69. *Quo ſpectaculo attoniti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt*] Haec clauſula tota rei falſae & abſurdae eſt. A Catonene tum admodum juvene, nullum imperium, nullum munus publicum fungente, pacem publicitus petitam? Numquam factum, nuſquam ſcriptum. Audacior medicina huic loco facienda, ne tam latae culpae exemplum ſit Exemplaris ſcriptor. Lego igitur, *ad Paullum ſupplices.* Quod ad hiſtoriam eſt: quia univerſi Macedones illo biduo (Plutarchus auctor) in fidem *Paulli Aemilii* ſe permiſerunt. LIPS. *Poſtero die.* Lipſius: *Poſtero die ad Paullum ſupplices.* Nam illud contra veritatem Hiſtoriae eſt. Demonſtrat ex Plutarcho idem Lipſius & ego non diſſimulo, plane mihi videri inſi-

profuſiſſimis largitionibus [71] favore populi occupato rempublicam oppreſſam teneret, [72] palamque dictitaret, *interempto ſenatu, omnia per plebem agi debere*, [73] in aedem Fidei publice convocati Patres conſcripti à conſule Mucio Scaevola, quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet, deliberabant. Cunctiſque cenſentibus *ut conſul armis rempublicam tueretur*, Scaevola negavit *ſe quidquam vi eſſe acturum*. [74] Tum Scipio Naſica, *Quoniam*, inquit, *conſul*, *dum juris ordinem ſequitur*, *id agit*, *ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat*, *egomet privatus voluntati veſtrae me ducem offero:* ac deinde [75] laevam manum parte togae

inſititia illa duo verba: *ad eum*. COLER. *Poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt*. Non eſt veriſimile, ad Catonem tunc admodum juvenem, & nullum dum imperium, nullum munus publicum fungentem, pacem petitum, veniſſe hoſtes. Conjicit igitur Lipſius, legendum eſſe *ad Paullum ſupplices pac. pet. ven.* Hoc enim congruere cum hiſtoria: quia univerſi Macedones, ut Plutarchus auctor ſit, illo biduo fidei ſe Paulli Aemilii permiſerint. Colero *τὸ ad eum* plane inſititium videtur. VORST. Nob. Heinſ. ad Vell. Pat. L. II. 14. §. 5. legit *ad Aemilium*. Omnes MSS. conſtanter ſervant vulgatum, praeter Leid. primum, qui habet *ad r̄um* i. e. *ad Romanum*. Forte Valerius id ab adoleſcente factum non meminerat; & retinendum *ad eum*.

70. *Tib. Gracchus, profuſis largitionibus, favore populi occupato*] Malim *aucupato*, patiendi ſignificatu, ut alias notavi. LIPS. *Profuſis largitionibus*. Codices Brand. *profuſiſſimis*. Nec aliter veteres typis expreſſi Chalcocondylae & Martini Herbip. VORST. *Profuſiſſimis* habent quoque Ed. Mog. & Med. cum MSS. tribus Leid. utroque Ultraj. Copeſ. Harl. Bit. Barb. prim. ſed Leid. ſept. *profundiſſimis*. al' *profuſiſſimis*. Toll. *profuſiſſis*. Unde videlicet nata corruptio, librariis exiſtimantibus ſupervacuam eſſe poſteriorem ſyllabam, quum ſcriptum eſſet pro *profuſiſſimis*.

71. *Favore pop. occupato*] Nihil mutandum cenſeo. *Occupato* pro *aucupato*, ſic ſatis uſitate dicitur. Contra *auſculor* pro *oſculor* & ſimilia notavit Priſcianus, & Nonius ex Plauto, Attio, Titinnio, aliis. COLER. *Favore populi occupato*. Lipſius mallet *fav. pop. aucupato*; poſito vocabulo poſtremo patiendi ſignificatu. VORST. Non favet Lipſio ullus MS. codex. Novi Flor. L. III. C. 13. De tribunicia poteſtate dicere. *Studium populi ac favorem agrariis, frumentariis, judiciariis legibus aucupabatur*. Quod huc pulcre quadrat: ſed non ideo rejiciendum eſt *occupaverat*. quod plus etiam ſignificat; eſt enim ejus, qui favorem populi jam prorſus tenet, quum *aucupari* potius dicatur, qui illum quaerit, ambit. Adſcripſerat Cl. Perizonius haec loca. L. III. 8. 3. *Praereptus populi favor*. L. III. 6. 1. *Adipiſci favorem*. & Liv. L. XXXIII. 32. *Praeoccupaverat ſenſum aliarum voluptatum*.

72. *Palamque dictitaret*] Leid. tert. cum Cop. & Ultraj. primo. *Palamque dictaret*. Harl. *agi oportere*.

73. *In aedem Fidei publice convocati*] Sic dedit Aldus, antiquiores in *aedem Fidei publicae*. De MSS. in hac re adfirmari nihil poteſt; quum plerique ſemper pro diphthongo habent *e* ſimplex. Ceterum quid attinuit dicere Patres Conſcriptos fuiſſe *publice* convocatos, quum id ſatis manifeſtum ſit ex eo, quod à conſule erant convocati? quare prope in eam ſententiam animus inclinat, ut auctor ſcripſerit *Fidei publicae*. Aedes Fidei fuit vicina Jovi in Capitolio, teſte Cic. L. III. de Off. 33. & haec res in Capitolio eſt geſta. vide Vell. Pat. L. II. 3.

74. *Tum Scipio Naſica*] Hic rurſus Valerius omiſit tertium cognomen, *Serapion* enim hic fuit. Sed dices ex ipſa hiſtoria ſcitur de quo Naſica loquatur. Audio. At quid igitur toties impingunt commentarii, de eo intelligentes, qui Deum matrem ſecundo Punico bello, optimus vir à Senatu Romano judicatus ſuſcepit? quem eumdem *Corculum* appellatum perperam Plinius de Viris Illuſt. tradidit. Cum ejus filius ſic appellatus fuerit, qui bis Cos. ut Cicero in Bruto teſtatur, fuit; ac hujus Serapionis pater. Sed id antea admonuimus, & neceſſitas coget nos adhuc ſaepius admonere. Ceterum paullo poſt legendum videtur. *Ac deinde laevam manum aperte toga circumdedit*. Niſi *circumdedit* exponas. GLAREAN.

75. *Laevam manum parte togae circumdedit*] Aldus ediderat *Laevam manum aperte togae circumd.*

togae circumdedit, ſublataque dextera proclamavit: [76] *Qui rempub. ſalvam eſſe volunt, me ſequantur:* eaque voce cunctatione bonorum civium diſcuſſa, Gracchum cum ſcelerata factione, quas merebatur poenas perſolvere coëgit.

18. Ann. urb. 653. App. Civil. 1. Cicero pro Rabir. 7. Item cum tribunus plebis Saturninus, & praetor Glaucia, & Equitius deſignatus trib. plebis [77] maximos in civitate noſtra ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſquam ſe populo concitato opponeret: primum M. Aemilius Scaurus [78] C. Marium conſulatum ſextum gerentem hortatus eſt, ut libertatem legeſque manu defenderet: protinuſque arma ſibi afferri juſſit. Quibus allatis ultima ſenectute confectum & [79] pene dilapſum corpus induit, [80] ſpiculoque innixus ante fores Curiae conſtitit, ac parvulis extremi [81] ſpiritus reliquiis, ne reſpublica expiraret, effecit. praeſentia enim animi ſui, ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

Sed

cumd. Et porro Pighius, *apertae togae*; quaſi in Aldina editione ſphalma eſſet typographicum. Verum manifeſta res eſt legendum eſſe *parte togae circumd.* Habet ita uterque codex Brand. &, ut Colerus teſtatur, codex quoque P. Danielis. Mallet tamen Colerus, *Laeva humerum parte togae circumdedit*; quia Appianus ſcribat, Naſicam laciniam togae in humerum & caput rejeciſſe. VORST. *Aperte* habent alii Codd. alii *parte*. Illud tamen plures. *parte* probabat Perizonius, rejiciens conjecturam Coleri. Nic. Heinſ. legebat *obtortae vel intortae*. Quamquam ſe non multum obniti teſtatur, ſi quis malit legere *parte togae* ad Petron. C. 63. ut apud Petron. C. 80. *Intorto circa brachium pallio compoſui ad proeliandum gradum.* Ubi vide Cl. Burman. Ed. Med. *laevam manum apte togae circumdedit.* Senſu haud incongruo, ſi legeretur *toga*. Sed praeplacet *parte togae.*

76. *Qui Rempublicam ſalvam*] Hanc formulam in evocatione militum ſubitariorum uſurpatam fuiſſe ſcribit Iſidorus lib. IX. cap. 3. lege Appianum libro I. De bello Civili. Locus praeterea Valerii non ſincerus mihi videtur. Nam quid illa ſibi volunt? *Ac deinde laevam manum apertae togae circumdedit.* Appianus diſerte ſcribit, laciniam togae in humerum & caput rejeciſſe. Labor ut emendem: *Ac deinde laeva humerum parte togae circumdedit.* Nam & in libro Danielis expreſſe ſcriptum erat: *parte togae.* Sed & Servius mirifice ad meam emendationem facit, dum ita ad V. Aeneid. ſcribit: *Cincti*, inquit, *ritu Gabino, id eſt, togae parte capitis velati, parte ſuccincti.* COLER.

77. *Maximos in civitate motus excitaſſent*] Plerique MSS. *excitaviſſent.* Paulo ante unus & alter *Saturnius*, vel *Saturnus*: item *&* *quintus* pro *Equitius.* Deinde Leid. ſec. *primum tamen M. Aemilius.* Pro *afferri* Leid. tert. *deferri.*

78. *De C. Mario Sene*] Neſcio quis hunc titulum ita corruperit, cum de M. Aemylio Scauro loquatur toto hoc titulo, utpote qui Senex C. Marium incitaverit adverſus treis hoſce ſeditionis authores, ipſe viribus deſtitutus fortem & robuſtum incitans in eoſdem. Ex annorum ſerie facile erat hoc videre. Cum decimo ſeptimo anno poſtea ſeptimum Cos. Marius factus hoc tempore robuſtus erat, Scaurus autem debilis. Porro hoc tempore duo fuere Viri conſulares M. Aemylii Scauri. Alter Cos. anno ab U. C. 639. de quo Salluſt. in bello Jugurthino parum magnifica ſcribit. Alter Cos. 646. Qui etiam Hortenſius nominatus eſt. De utro intelligat author, non eſt ſatis certum: Sed ego de priore intelligo, cum Plin. de Viris Illuſtribus obiter etiam meminerit, Scaurum hunc commoviſſe ad arma C. Marium adverſus Glauciam & Saturninum, cum ipſe privatus eſſet. GLAREAN. Scilicet in antiquis editionibus ſingulis exemplis ſinguli tituli praefigebantur, ut etiam in compluribus MSS. jam vero hujus exempli titulus eſt, *De C. Mario Sene.* Hos, quantum ſcio, primus omiſit Pighius, quod illos crederet ab Auctore non eſſe profectos: & merito.

79. *Pene dilapſum corpus*] Duo Leid. *Pene delapſum corpus.*

80. *Spiculoque innixus*] MS. Cop. *immiſſus*, non male forſan. PERIZON. Forte ita ſcriptum

Sed ut ſuperius armorum & togae, ita nunc etiam [82] ſiderum clarum decus divum Julium, certiſſimam verae virtutis effigiem, repraeſentemus. Cum innumerabili multitudine & [83] feroci impetu Nerviorum inclinari aciem ſuam videret, timidius pugnanti militi ſcutum detraxit, eoque tectus acerrime procliari coepit. Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam [84] divino animi ardore reſtituit. Idem alio proelio legionis Martiae aquiliferum [85] ineundae fugae gratia jam converſum, faucibus comprehenſum, in contrariam partem detraxit, dexteramque ad hoſtem tendens, *Quorſum tu*, inquit, *abis?* [86] *illic ſunt cum quibus dimicamus:* & manibus quidem unum militem, adhortatione vero tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincique paratas, vincere docuit. 19. Ann. urb. 696. Caeſ. B. G. II. Plutarch. Suetonius.

Ceterum ut humanae virtutis actum exequamur, [87] cum Annibal Capuam, in 20. Ann. urb. 541. Livius XXV. 14.

ptum pro *immiſus*, ut eſt in Barb. prim. Leid. ſec. & Periz.

81. *Spiritus reliquiis*] Leid. tert. *ac parvuli vel parvi & extremi.* Aliquot, *& parvulis & extremi.*

82. *Siderum clarum decus divum Julium*] Julium Caeſarem inter ſidera relatum credebant. Virgilius: *Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum.* Supra in praef. *Tua praeſenti fide paterno avitoque ſideri par videtur.* VORST. Ultraj. prim. delet *ita etiam*, duo Leid. delent *ita*. tum multi hoc ordine, *Sed ut armorum & togae ſuperius.* quomodo edebatur ante Pighium, ab omnibus, praeter Moguntinos. Deinde Leid. prim. *praeſentemus.*

83. *Feroci impetu Nerviorum*] *Nervii* Galliae Tranſalpinae populus. VORST. Si accuratius hujus populi ſedem & indolem ſcire deſideres, docebit Caeſar L. II. de Bel. Gal. 15. 16. ubi liquet eos Ambianis, Atrebatibus & Veromanduis fuiſſe vicinos, atque adeo Belgis illos potius annumerandos.

84. *Divino animi ardore reſtituit*] Ultraj. uterque cum Harl. & Bit. primo. cum Ed. Mog. *Divini animi ardore reſtituit*, quod praetulerim.

85. *Ineundae fugae gratia jam converſum, f. c. i. c. p. detraxit*] Lege, *Retraxit.* quod verbum convenit in fugientes, & fugae ſe parantes. Similiter emendavi Flor. III. 19. 7. ubi vide plura. Adde Liv. L. XXXIV. 14. PERIZON. Infra L. V. 8. 5. Conſule omnino, quos citat Cl. Dukerus ad locum Flori.

86. *Illic ſunt, cum quibus dimicamus*] Notavit Pighius in margine, nonnullos codd. habere *dimicandum eſt.* Ita ergo in uno quoque cod. Brand. ſcriptum reperio. VORST. *Dimicandum eſt*, Ultraj. prim. *dimicabis*, ſec. *dimicas.* Leid. prim. Barb. prim. *Illi ſunt.*

87. *Cum Annibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret*] Ita codices tam MSS. quam typis expreſſi. Ipſum Valerium omnino ita ſcripſiſſe, confirmatur verbis, quae paulo poſt ſequuntur, *Annibalem paulo ante ſpe ſua Capuae potitorem.* Vult ergo omnino Valerius, Annibalem tunc cum ſpecimen iſtud fortitudinis edidit Vibius, Capuam obſediſſe; in ipſa urbe autem praeſidium fuiſſe Romanorum. Eſtque inſigne hoc ipſius auctoris ἁμάρτημα μνημονικὸν, aut παρόραμα. Quod ſi recte perpendiſſet Pighius, non ille tantopere laboraſſet, ut ab omni omnino errore Valerium immunem praeſtaret; neque ſiquid à fide hiſtoriae diſcrepans deprehenderet, culpam ſemper in librarios contuliſſet. Ex lib. XXV. Livii omnia alia intelliguntur; videl. non Romanum, ſed Punicum praeſidium in urbe Capua tunc fuiſſe: neque Annibalem, ſed miſſum ab eo ex Bruttiis Hannonem in Campania verſatum fuiſſe; non ut Capuam primum occuparet, ſed ut Punico praeſidio jam inſtructam & frumento inſtrueret: oppugnatam à Romanis non Capuam, ſed caſtra Hannonis fuiſſe: ipſam urbem autem biennio poſt demum, cum multum temporis in obſidione conſumptum eſſet, in poteſtatem Romanorum redactam fuiſſe. VORST. Hic tamen in librarios culpam Pighius non contulit, qui in margine editionis ſuae duntaxat notavit Liv. L. XXV. ſed in expugnatione caſtrorum Hannonis contigiſſe ſcribit. Cl. Perizonius etiam erroris inſignis hic Valerium arguit,

in qua Romanus exercitus erat, obſideret, [88] Vibius Accuaeus, Pelignae cohortis praefectus, vexillum [89] trans Punicum vallum projecit; [90] ſeipſum, ſuoſque commilitones, [91] ſi eo hoſtes potiti eſſent, execratus: & ad id petendum ſubſequente cohorte primus impetum fecit. Quod ut [92] Valerius Flaccus tribunus tertiae legionis aſpexit, converſus ad ſuos, *Spectatores*, inquit, *ut video, alienae virtutis huc venimus:* [93] *ſed abſit iſtud dedecus à ſanguine noſtro, ut Romani gloria cedere Latinis velimus.* [94] *Ego certe aut ſpecioſam optavi mortem, aut felicem audaciae exitum. vel ſolus igitur praecurrere paratus ſum.* His audi-

guit, quippe quum Hannibal Capuam obſederit nunquam.

88. *Vibius Accaeus &c.*] Duo in hac hiſtoria à Livio variat hic author, quorum neutrum verum puto. Alterum à Romanis Hannibalis caſtra capta, quod non temere apud ullum authorem reperias: Alterum Capuam ab Hannibale obſeſſam, quod nec ipſum verum eſt; imo à Romanis poſt defectionem obſidione cinctam, & tandem expugnatam, notius eſt quam multis verbis oſtendi ſit neceſſe. Liv. L. v. tertiae decados anno 7. ſecundi belli Punici, qui fuit 542. ab U. C. caſtra Hannonis prope Beneventum poſita à Q. Fulvio Conſule Romano oppugnata, dum Hanno frumentatum abiiſſet; Hannibalem vero tum Tarenti fuiſſe. Porro Campanos timentes obſidionem ab Hannibale frumentum petiiſſe, quod Romani eos ſerere & metere multa incurſatione exercituum prohibuiſſent: Hannibalem ad eos miſiſſe Hannonem ut petentibus ſuccurreret. In ea igitur expeditione haec à tribus hiſce viris eſſe geſta, quae hic Valerius narrat non ſatis circumſpecte. GLAREAN, *Vibium Accuaeum.* Ita legendum docet Gronovius ad Liv. xxv, 14. cum vulgo legatur *Acceum:* quomodo in ipſo quoque Livio legebatur. *Accua* oppidum fuit in Pelignis, nominatum Livio lib. xxiv. à quo Vibius ille *Accuaeus* cognominatus fuit. Livius cum ſemel *Vibium Accuaeum* vocaſſet, deinde *Accuaeum Pelignum* appellat. VORST. Leid. ſec. *Julius Apaceus.* Barb. prim. *Julius Athenis.* Harl. *Vibius Acciris.* Leid. quint. *Jubius Acleus.* corr. *Vibius Accius.* ſext. *Ambius Acceus.* Periz. *Jubelius Acceus.* Ed. Ven. *Jubius Aceus.*

89. *Trans Punicum vallum*] Pighius ſcribit *Poenicum.* Sed antiquiores typis expreſſi, & MSS. Brand. habent *Punicum.* VORST.

90. *Seipſum ſuoſque commilitones execratus*] Verbo *execrari* eadem ſuper re & Livius uſus. Intelligendum autem non de affectione animi, ſed de eo, qui affectionis animi ſignum eſt, ſermone. Pari modo & *miſerari*, *deteſtari*, *opinari*, *exiſtimare*, & id genus alia, cum proprie aliquid internum & ad animum pertinens ſignificent, ad eam, qua internum iſtud exprimitur, orationem ſignificandam transferuntur: ut in libro de Latinitate vulgo fere neglecta fuſius dicemus. VORST.

91. *Si eo hoſtes potiti eſſent*] Quatuor Leid. cum Perizon. & Tol. *Si ſigno hoſtes potiti eſſent.* Recte, credo. Ultraj. prim. *ſi ſe*, & ita fuerat in Leid. ſeptimo, ſed *e* mutatum eſt in *i*, & *o* ſuperſcriptum, ut indicetur legendum *ſigno*, ex quo compendio cauſſa corruptionis intelligi poteſt. Sic bis *vexillo* in hac hiſtoria utitur Liv. L. xxv. 14. *Vexillum trans vallum hoſtium trajecit, exſecratus inde ſeque & cohortem, ſi ejus vexilli hoſtes potiti eſſent.* Porro hic etiam nonnulli MSS. *& ſe ipſum ſuoſque commilitones.* An ergo legendum *execratus eſt?*

92. *Valerius Flaccus*] Hunc fuiſſe *C. Valerium Flaccum*, qui poſtea Praetor Galliam obtinuerit, & ex ea Imperator appellatus ſit, atque ad quem reſpiciat Denarius, quem exhibet ſeptimum tab. I. Valeriae gentis, cenſuit Fulvius Urſinus.

93. *Sed abſit hoc dedecus à ſanguine noſtro*] Omnes MSS. *iſtud dedecus.* unus Leid. ſext. *illud.* *Iſtud* praeferunt etiam Edd. Vett. Quod cur Pighius in *hoc* mutarit, forte aliquo MStorum ſuorum adductus fuit. Ego priorem lectionem reſtitui.

94. *Ego certe aut ſpecioſam optavi mortem, aut felicem audaciae exitum*] Scribo omninò: *aut ſpecioſam oppetam mortem.* Ea lectio ex mente viri fortis. LIPS. *Optavi mortem.* Lipſius ex mente viri fortis morituri: *ſpecioſam oppetam mortem.* COLER. *Ego certe ſpecioſam optavi mortem.* Nihili eſt conjectura Lipſii, pro *optavi* legendum putantis *oppetam.* Reſpiciendum ei fuiſſet,

auditis, Pedanius centurio convulſum ſignum dextra retinens: *Jam hoc*, inquit, *intra hoſtile vallum mecum erit. proinde ſequantur, qui id capi nolunt.* & cum eo in caſtra Poenorum irrupit, totamque ſecum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, Annibalem paulo ante ſpe ſua Capuae potitorem,[95] ne caſtrorum quidem ſuorum potentem eſſe paſſa eſt.

Quorum virtuti nihil cedit [96] Q. Cotius, qui propter fortitudinem [97] *Achilles* cognominatus eſt. Nam ut reliqua ejus opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quae relaturus ſum, quantus bellator fuerit, cognoſcetur. 21. Ann. urb. 611.

98 Q.

fuiſſet ad id, quod proxime ſequitur *felicem audaciae exitum*, ad quod verbum *oppetere* nihil attinet. VORST. *Optavi* omnes MSS. niſi quod Harl. *optare.*

95. *Ne caſtrorum quidem ſuorum potientem eſſe paſſa eſt*] In manuſcript. *potentem.* Recte. ni fallor. PIGH. *Ne caſtrorum quidem ſuorum potentem.* Aldus ediderat *potientem.* At Pighius in MSS. legit *potentem.* quod idem & in codd. MSS. Brandeb. obſervo. *Potens alicujus* rei phraſis non inſolens: qua & infra noſter uſus eſt. VORST. MSS. ſeptem habent *potientem*, reliqui favent Pighio. Mihi tamen *potientem* praeplacet. Niſi malis ſtatuere *potentem* hic eſſe tertiae conjugationis. Ut apud Pomp. Melam. L. I. 17. *Quod Amazones Aſia potentes ſacraſſe traduntur.* Sall. Orat. I. de Rep. Ord. 32.

Potentes rerum.

Prop. L. II. 7. 64.

Quum capite hoc ſtygiae jam poterentur aquae.

Ubi videndus omnino Broukhuſius pluribus hoc exemplis illuſtrans.

96. *Q. Cotius*] Hujus nomen admodum celebre eſt, quem Achillem Romanum hic dicit appellatum Valerius. Cum Gellius Lib. II. Cap. II. L. Sicinium Dentatum hunc laudis titulum habuiſſe dicat, & majore hercule merito, ut paulo poſt dicetur. Ceterum cum ducentis annis, nempe à 502. U. C. uſque ad 702. undecim Metelli in conſulatu fuerint, omnes Quinti praenomine, excepto primo Lucio, conveniebat ut auctor epitheto diſtingueret, de quonam Metello loqueretur. Hiſtoriae temporum ratio exigit, ut de Metello Macedonico intelligatur, qui Conſul fuit anno 611. Tertius Metellus poſt L. Metellum bis conſulem. meminit Celtiberici belli Florus L. LIII. GLAREAN. *Q. Cotius.* Vetuſti quidam Codices habent *Qu. Ocio.* Quidam etiam *Qu. Tetio.* Tu vide ne legendum ſit *Cotta*, de quo Suidas. *Cotta*, inquit, *telo, quam tragulam vocant, utebatur: eoque tanta vi vulnus inferebat, ut hominis thorace munitas uno duntaxat ictu coſtas transadigeret, terraeque adfligeret.* THEOPHIL. *Q. Cotius.* Lib. Danielis: *Q. Occius.* Alii *Q. Ocius.* Colmarienſis: *Q. Tetius.* Hinc ſuſpicabar legeudum eſſe *Q. Caeditius.* Sed ſuſpicabar tantum. ille enim Punico bello primo ſtrenuum bellatorem egit. Non minus igitur mihi de hoc nomine liquet, quam olim de fortiſſimo, auctoribus. Plinius libro VII. capite 28. *Fortitudo in quo maxime extiterit, immenſae quaeſtionis eſt, utique ſi recipiatur Poëtica fabuloſitas. Q. Ennius T. Caecilium Teucrum fratremque ejus praecipue miratus, propter eos ſextum adjecit Annalem.* COLER. *Q. Cotius.* Valde variant codices in hujus exprimendo nomine. Liber P. Danielis, ut Colerus teſtatur, habet *Q. Occius.* Alii eodem Colero teſte *Q. Ocius:* & Colmarienſis *Q. Tetius.* Unde idem ſuſpicatur legendum eſſe *Q. Caeditius.* Codicum Brandeb. unus *Q. Occius:* alter *Q. Coccius.* VORST. Etiam decem è noſtris habent *Q. Occius.* Duo *Q. Accius.* Leid. tert. *Coccius* Copeſ. Toll. & Ultraj. prim. *Coctius.* Q. vero *Cotii Achillis* ſaepius in Annalibus ſuis ex Faſtis mentionem facit Pighius, qui praetorem ipſum fuiſſe ſtatuit anno U. C. DCVI.

97. *Achilles cognominatus*] Hoc tamen cognomen Agellius L. Sicinnio Dentato tributum ſcribit lib. II. cap. II. Et Feſtus in voce *Obſidionalis.* COLER. *Achilles cognominatus.* Idem cognomen L. quoque Sicinius Dentatus habuit. Scribit enim Feſtus in voce *Obſidionalis*, Achillem eum Romae exiſtimatum fuiſſe, ferroque centies & vicies pro rep. depugnaſſe. Idem & Gellius II, II. tradit. VORST. Sic *Ruſticelius* quidam Hercules dictus eſt. Plin. L. VII. 20. PERIZON.

98 Q. Metello conſule legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſtquam cognovit à quodam gentis hujus juvene, ſe ad dimicandum provocari, (erat autem illi forte prandendi gratia menſa poſita) relicta, ea, *arma ſua extra vallum deferri*, 99 *equumque clam educi* juſſit, ne à Metello impediretur: & illum Celtiberum inſolentiſſime obequitantem conſectatus interemit, 100 detractaſque corpori ejus exuvias ovans laetitia in caſtra retulit. 1 Idem Pireſium nobilitate ac virtute Celtiberos omnes praeſtantem, cum ab eo in certamen pugnae devocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coëgit. Nec erubuit flagrantiſſimi pectoris juvenis gladium ei ſuum & ſagulum, utroque exercitu ſpectante, tradere. Ille vero etiam petiit, *ut hoſpitii jure inter ſe juncti eſſent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret reſtituta.*

2 Ne C. Atilium quidem praeterire poſſumus, qui cum decimae legionis miles

98. Q. *Metello Conſule*] Harl. *cum Q. Metello conſule.* Mox idem cum Leid. primo *gentis ejus.*

99. *Equumque duci clam juſſit*] *Edući*, habetur in manuſcrip. omnibus. Non male: pugnabatur enim extra vallum. PIGH. *Equumque clam educi juſſit.* Pleraeque Edd. ante Pighium *equumque duci clam juſſit.* Sed Mog. cum MSS. *equumque educi clam juſſit.* Niſi quod Toll. *adduci.* Leid. ſec. *aduci.*

100. *Detractas corpori ejus exuvias*] *Exuviae* arma ſunt, vel veſtes victis hoſtibus detractae: &, ut Feſtus putat, ab exuendo ita dictae. VORST.

1. *Idem Pireſium*] Sic dedit Aſcenſius, quum ceterae fere editiones, ſi unam aut item alteram Gryphiorum excipias, habeant cum compluribus MSS. *Pireſum.* Ultraj. prim. *Pyrreſum.* Harl. *Pirreſum.*

2. *Ne C. Attilium quidem*] Apud Suetonium in Caeſare titulo 68. *C. Acilius* legitur etiam in vetuſto codice non *Attilius.* Ejus laudem Lucanus Lib. III. ex duobus geminis Maſſilienſibus alteri tribuit, quem tamen non nominat, apud quem nulla vel *Attilii* vel *Acilii* eſt mentio: Sed nec apud Caeſarem in libris de Bello Civili. Graecus autem miles tam fabuloſe, quam diligenter à Juſtino Lib. II. deſcriptus, Herodoto Lib. VI. Κυναίγειρος, *Hundhetzer* Celtarum lingua. GLAREAN. *Nec Atilium quidem.* Lege ex v. c. *Ne C. Acilium.* Ita etiam nominatur à Plutarch. & Suet. PIGH. *Ne C. Atilium quidem.* Pighius ex vet. cod. legendum cenſet *C. Acilium:* quomodo & Plutarchus & Suetonius eum vocent. VORST. Undecim MSS. cum Mog. Ed. *Ne Atilii quidem.* Ceteri cum ceteris Edd. *Nec Atilii quidem.* & mox etiam omittitur praenomen. *Claſſicam Atilii gloriam terreſtri laude M. Caeſius Scaeva ejuſdem Imperatoris centurio ſubſecutus eſt.* & ſic deinde in Cap. 5. *Clodius Pulcher, Hortenſius Corbio*, & ſaepe alibi. Plutarch. etiam praenomen omittit. Ceterum hiſtoriam hanc narrat etiam Lucan. L. III. v. 603. Sed textus corruptione totam hanc gloriam Maſſilienſi cuidam tribuens. v. 610. enim dicit.

Auſus Romanae Graja de puppe carinae
Injectare manum.

Ubi per *Grajam puppem* intelligi *Maſſilienſem* nemo poteſt dubitare. Verum cum conſtet certiſſimis indiciis hoc factum fuiſſe ab *Atilio Romano*, ſine dubio legendum eſt:

Auſus Romana Grajae de puppe carinae
Injectare manum.

Leid. ſec. *ad Maſſilienſium navim injecerat.*

3. *Parum juſta notitia*] Suetonius quoque cum alios auctores non haberet, ſumſit ex Valerio noſtro; quod inde colligo, quia idem exemplum cum *Cynaegyri* Athenienſis confert. de quo praeter Herodotum & Juſtinum lege Ammianum lib. XXVI. qui & *Callimachum* nominatum fuiſſe ſcribit. COLER. *Quod factum parum juſta notitia patet.* Vult dicere, factum hoc ab aliis non in literas relatum ac memoriae proditum eſſe. Colero Suetonius deprompſiſſe videtur ex noſtro; quod exemplum illud Cynae-

les pro C. Caeſaris partibus maritima pugna proeliaretur, abſciſa dextra, quam Ann. urb. 704. Plut.
Maſſilienſium navi injecerat, laeva puppim apprehendit, nec ante dimicare Suet. Caeſ. C. 68.
deſtitit quam captam profundo mergeret. Quod factum [3] parum juſta noti- C. Acilium vocant.
tia patet. At Cynaegirum Athenienſem ſimili pertinacia in conſectandis ho- Herod. IX. Juſt. II.
ſtibus uſum, verboſa laudum ſuarum cantu Graecia, omnium ſaeculorum me- Pluc. Paral. I.
moriae literarum praeconio inculcat.

Claſſicam Atilii gloriam terreſtri laude [4] M. Caeſius Scaeva, ejuſdem impe- 23.
ratoris centurio, ſubſecutus eſt. [5] Cum enim pro caſtello, cui praepoſitus Ann. urb.
erat, dimicaret, Cneique Pompeji praefectus [6] juſſu ejus ſummo ſtudio & 705. Caeſ. B. civ. III.
magno militum numero [7] ad id capiendum [8] niteretur, omnes qui propius ac- 53. Lucan. VI. Plu-
ceſſerant, interemit, ac ſine ullo regreſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtra- tarch. Suetonius
gem, Caeſ. 68. App. Civil. II. Flor.

naegiri, quod ſubjungit noſter, & ipſe ſubjungit. VORST. Confer Salluſt. de Bel. Cat. C. 8. Sic *prodigia iſta juſta aeſtimatione perpendere paſſae non ſunt.* Noſter L. I. 6. 12.

4. *M. Caeſius Scaeva*] Non immerito dubitavit Badius hoc loco, de unone duntaxat *Scaeva*, an de altero quopiam *Scaevola*, ut quorumdam codicum habet titulus, loquatur author. In vetere meo codice duo erant tituli. Sed in altero *M. Scaeva*, in altero, de *Scaevola*. & adjecerat quidam minio adſcriptum *Scaevola*. Ego ſane ſum in ea opinione de uno, non de duobus loqui hic authorem, uſque ad *L. Sicinium Dentatum.* Caeſarem autem in Commentariis ejus laudem obticuiſſe, quod parum decore ab eo abceſſerat ipſe; alioqui non taciturus, ſi hoc non fuiſſet. De *Scaevola* nemo Latinorum meminit ſub Caeſare. Quidam tamen Dionem L. XXXVIII. eadem ſcribere ajunt. Sed potuit hoc in authore Graeco Latinam hiſtoriam ſcribente facile corrumpi, quemadmodum in aliis quoque factum videmus maxime ſequenti exemplo. Omnes quotquot nos vidimus exemplaria Gellii, Plinii, Livii, Valerii, & aliorum, qui hanc percenſent hiſtoriam, *L. Sicinium Dentatum habent.* Unus Graecus codex Dionyſii habet *L. Siccium* pro *Sicinium.* Quod ego neutiquam ſequar. GLAREAN. *M. Scaeva.* In Campenſi aliiſque manuſcriptis libris centurionis hujus nomen plene exprimitur, *M. Coeſius Scaeva*, atque ita in Sueton. reſtituendum, ubi *Caſſius Scaeva* legitur. In Appiano item Alexandrino *Minucius Scaeva*, non minus mendoſe. Quo nominum errore inſuper accidiſſe ſuſpicor, ut iſtic de duobus uno *Scaeva*, & altero *Minucio*, haec hiſtoria ſcribi videatur, quam uno conſenſu Caeſar, Lucanus, Suetonius, ac Valerius uni adſcribunt. PIGH. *M. Caeſius Scaeva.* Ita Pighius ex cod. Campenſi; cum ante editum eſſet *M. Scaeva.* Suetonius vocat *Caſſium Scaevam*; & Appianus *Minutium Scaevam*; ſed judice Pighio utrobique mendum eſt. In codd. Brand. itidem *M. Caeſius Scaeva* vocatur. VORST. *M. Caeſius Scaeva* appellatur etiam à MSS. & Ed. Mog. ſed Leid. ſec. *M. Celius Scevola.* quint. *ſcemus.* Ceterum obſervandum Appianum praefectum caſtelli appellaſſe *Minucium*, eumque à *Scaeva* diverſum facere. Vide Cl. Dukerum ad Flor. L. II. 2. 40.

5. *Cum enim pro caſtello*] Tres MSS. delent *enim.*

6. *Juſſu ejus*] In libro Danielis: *Juſtuletus.* Monſtrum verbi. pro quo non erubeſco aliud requirere. ſcilicet Valerium nomen illius praefecti Pompejani expreſſiſſe, quod à Plutarcho, Appiano, Suetonio, Lucano minus factum. COLER. Idem habet quoque Leid. ſept. ab alia manu. Sed nihil mutandum.

7. *Ad id capiendum niteretur*] Editum ante fuit *ad id cap. mitteretur.* Sed rectius legitur *niteretur:* ut teſte Colero in cod. P. Danielis eſt. τὸ *mitteretur* non ſatis quadrat ei, quod praecedit *juſſu ejus* & *ſummo ſtudio.* Non concinne enim dicitur *juſſu alicujus mitti* & *ſummo ſtudio mitti.* At *juſſu alicujus ad aliquid faciendam niti* & *ſummo ſtudio niti* concinna ſunt. Quid quod pari modo paulo poſt ſcripſit noſter, *Acri ſtudio ad te invadendum nitentibus?* VORST. Longe major pars MSS. habet, *ad eum capiendum:* quomódo & Edit. Mog. quod fortaſſe inde ortum, quia librarii legentes cum *dimicaſſe*

 pro

gem, quam ipſe fecerat, corruit. [9] Cujus capite, humero, femore ſaucio, & oculo eruto, ſcutum [10] centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit. Tales in caſtris divi Julii diſciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amiſſo hoſtibus inhaeſit: [11] ille poſt hanc jacturam victor, hic ne hac quidem jactura victus.

[12] Tuum

pro caſtello, opinati ſunt eum extra ſive ante caſtellum pugnaſſe, & hinc ad eum capiendum fuiſſe miſſum Pompeji praefectum. Porro *niteretur* habent duo Leid. cum Harl. & Toll.

8. *Mitteretur*] Idem liber *niteretur*. Quod omnibus modis amplector. COLER.

9. *Cujus corpus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum* 120. *ictibus perfoſſum apparuit*] Non ſimplici menda contaminatus eſt locus. At nullus auctorum qui hujus rei mentionem faciunt, in eo proelio periiſſe *Scaevam* ſcribunt. quod tamen ex Valerii verbis colligere eſt. Lucanus quidem labore ac vulneribus defectum ac exanguem à commilitonibus pugna elatum canit, cum à Caeſare ſubſidium caſtello periclitanti mitteretur.

—— *Nam ſanguine fuſo*
Vires pugna dabat, labentem turba ſuorum
Excipit, ac humeris defectum imponere gaudet.

Plutarchus item ſuorum amplexibus tuto relatum dicit. Suetonius cuſtodiam portae commiſſi caſtelli retinuiſſe; Caeſar ejus opera caſtellum magna ex parte conſervatum, ideoque virtutis ergo *Scaevam* primipilatu milibuſque aeris ducentis donatum refert. Atqui Valerius ipſum corruiſſe, corpuſque ejus vulneribus multis ſaucium apparuiſſe ait, ut vulgata ſonant exemplaria; ſed in manuſcriptis omnibus dictio, *corpus*, omittitur, quae profecto videtur è gloſſis inſuta. Nam in Suſiano, Pulmanniano ac Wincheliano legimus ita, *Cujus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum, &c.* Item in aliis ſimiliter; niſi quod, *ſaucium*, in his habetur, atque in Cauchiano, *caeſum*, pro *ſcutum*, in Atrebatenſi, *ſectum*, in Campenſi vero *ſecutum*. Ex qua quidem varietate colligo, duo vocabula iſtic perperam in unum contracta librariis reliqua etiam mutandi occaſionem dediſſe, omnemque textum corrumpendi. Nam qui *caeſum*, vel *ſectum*, in codicibus repererunt, *ſaucium* antea quoque legendum eſſe, atque *corpus*, ſubintelligi, vel deſiderari exiſtimarunt. Nobis autem pro *caeſum*, *ſectum*, vel *ſecutum*, legi debere videtur *caeci ſcutum*, totamque ſententiam ita reſtituendam eſſe, ſalvo tamen aliorum meliore judicio, opinamur: *Cujus capite, humero, femore ſaucii, & oculo eruto caeci, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit.* Etenim haec iiſdem pene verbis, aut certe eadem omnino ſententia Suetonius refert, qui duo haec fortitudinis rara exempla de *Scaeva* & *Acilio* videtur ex noſtro deſumſiſſe Valerio. *Nec mirum* (inquit) *ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, vel Caeſii Scaevae centurionis, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scaeva excuſſo oculo, transfixo femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portae commiſſi caſtelli retinuit. Acilius navali ad Maſſiliam proelio injecta in puppem hoſtium dextra & abſciſſa, memorabile illud apud Graecos Cynegiri exemplum imitatus, tranſilivit in navem, umbone obvios agens.* Haec Suetonius. PIGH. *Femore ſaucii.* Pighius ſanavit locum, ſed non perſanavit. Mihi omnino proba lectio, quae in lib. Dan. *cujus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto ſcutum.* Non debuit Pighius τὸ *caeci* Valerio oggerere. COLER. *Cujus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto.* Ita ſcriptum reperit Pighius in tribus codd. Neque aliter codd. Brandeb. vetuſque typis expreſſus Mart. Herbip. habent. Aldina editio *cujus corpus capite, &c.* Sed recte fecit Pighius quod *corpus* expunxit. Cur autem pro *ſaucio* ſcriberet *ſaucii*, & poſt *oculo eruto* adderet *coeci*, non perinde cauſſa erat. VORST. *Cujus corpus* non fluxit ab Aldo; nam habet jam Ed. Ven. 1478. ſed quae omittit deinde *ſcutum.* Cum qua conſentit MS. Barb. ſec. *Caeci* abeſt ab omnibus; quare male à Pighio eſt inſertum, ut jam obſervavit Colerus. Nonnulli etiam ex noſtris habent *ſaucium*, ſed plerique firmant id, quod editum vides. Quam lectionem Guyetus etiam probabat.

10. *Centum & viginti*] Ita Appianus quoque. Majorem numerum apud Caeſarem & Plutarchum legiſſe me recordor. Florus quoque libro quarto numerum Valerianum adſerit. COLER. *Centum & viginti ictibus.* Caeſ. L. III. de Bel. Civ. C. 53. habet *CCXXX.* Sed & ibi *CXX.* potius legendum eſſe ex Cod. Pal. contendit jure D. Voſſius. Vide & Cl. Duke-

[12] Tuum vero, Scaeva, inexuperabilem ſpiritum [13] in utraque parte rerum naturae, qua admiratione proſequar, neſcio: quoniam excellenti virtute dubium reliquiſti, [14] inter undaſne pugnam fortiorem edideris, an [15] in terra vocem emiſeris. [16] Bello namque, quo C. Caeſar non contentus opera ſua Oceani Ann. urb. 608. Plutarch. Caeſare.

Dukerum ad Flor. L. IV. 2. 40. Noſtri Codices conſpirant propemodum omnes in hoc numero *CXX.* Sed in uno Rem. *uno & triginta* al. *C.* & *XX.* Leid. ſept. *CXXX.* Sed ita ut poſterioris numeri nota ſit transfixa obelo. Copeſ. *uno & viginti.*

11. *Ille poſt hanc jacturam victor*] M. Caeſium Scaevam intelligit: qui, licet oculum amiſerit, caſtellum tamen, quod tuendum ipſi datum fuit, fortiter defendit, atque ita victor evaſit. Caeſar l. III. B. C. *ejus opera caſtellum magna ex parte conſervatum, eundemque millibus ducentis à ſe donatum fuiſſe* ſcribit. Quare quod paulo ante ipſum *corruiſſe* dixit noſter, ex eo colligendum non eſt, quod animam expiraverit, ſed modo quod vulneribus ſaucius defecerit, nec amplius pugnare potuerit. VORST. *Ille poſt hanc jacturam victor.* Male haec ad *Scaevam* refert Vorſtius, quum omnino intelligatur *Atilius*, qui utique poſt manus dextrae jacturam, captam navim profundo merſit. *Scaeva* vero non victus eſt, quia retinuit creditum ſibi caſtellum. PERIZON.

12. *Tuum vero Scaevola inexuperabilem ſpiritum*] Mendoſe rurſus: nam in manuſcriptis omnibus, *Scaeva*, vocatur, videturque de eodem adhuc loqui Valerius, quem Lucanus ſcribit in Galliis ſub Caeſare ex gregaria militia ad centurionatum multo ſanguine promotum fuiſſe:

Scaeva viro nomen, caſtrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes; ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Et Plutarchus ipſum militem Caeſaris in Britannia centuriones ab hoſtibus in palude oppreſſos ſervaſſe refert: ἐν δὲ Βρεττανίᾳ τῶν πολεμίων εἰς τόπον ἰλώδη καὶ ὕδατος ἐμπεσοῦσι τοῖς πρώτοις, ταξιάρχαις ἐπιθεμένων, στρατιώτης Καίσαρος, αὐτοῦ τὴν μάχην ἐφορῶντος, ἀνάμβρος εἰς μέσους, &c. Quae eadem Valerius, hoc loco. non igitur haec exempla diverſorum ſunt, ut vulgati volunt codices. PIGH. *Tuum vero Scaeva.* Private rurſus *Scaevam* compellat; cum ante duos, *Atilium* & *Scaevam*, conjunxiſſet. VORST. Pighius teſtatur in ſuis MSS. omnibus ipſum *Scaevam* vocari, cum ante ipſum fere ederetur *Scaevola*, quod ego inveni in Copeſ. & Perizon. tribus Leid. uno Rem. & Barb. ſecundo. Cl. Perizonius adſcripſerat libro ſuo. Dion. Caſſium hoc narrare de *P. Scaevio*, & dicere accidiſſe in mari prope Gades Lib. XXXVII. p. 54. pro *inexuperabilem* Ultraj. ſec. habet *inexpugnabilem.* quae gloſſa fuerit.

13. *In utraque parte*] Emendatius & ſcriptum & diſtinctum in libro Dan. *In utra parte rerum naturae qua admiratione perſequar? neſcio. quoniam &c.* COLER. *In utraque parte rerum naturae qua admiratione proſequar.* Ita Aldus. Et ſervavit eam lectionem Pighius. Ego vero non dubito, quin melior ſit lectio codicum Brand. *in utra parte rerum naturae admiratione proſequar;* omiſſa vocula *qua.* Confirmat hanc lectionem quod ſequitur, *Quoniam dubium reliquiſti, inter undaſne* &c. Aqua & terra duo praecipua ſunt, quibus rerum natura conſiſtit. VORST. Codicibus Danielis & Brandeburgicis favent decem ex MSS. meis, habentes *in utra parte*, quo modo etiam dedit Edit. princeps. duodecim etiam omittunt *qua.* Poſſit veriſimile videri auctorem ſcripſiſſe, *in utra parte rerum naturae, & qua admiratione proſequar neſcio.* Ut dicat ſe certum ſtatuere non poſſe, tum quomodo ſatis ipſum admiretur, tum, utrum mirari magis debeat, quod inter undas praeſtitit, an quod in terra. Sed praeſtat adhaerere MSS. quum ſatis liquidum exhibeant ſenſum. Perizonius legebat etiam cum Colero, *in utra parte.*

14. *Inter undaſne*] Pro *in undis.* *Inter* pro *in* non rarum eſt, apud noſtrum quoque. Infra VI, 2, 9. *Cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet.* Vide & libellum de Lat. f. ſuſp. p. 223. VORST. Tu vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. I. 10. L. XXXV. 11. Cic. Act. I. in Ver. C. 23. pro Lege Manilia C. 23. Hor. L. III. 16. 28. *Magnas inter opes inops.*

15. *In terra vocem emiſeris*] Subaudi ἀπὸ κοινοῦ *fortiorem.* Codices Brand. *miſeris*: quod magis placet. Unus eorum & *in terram*: quod & ipſum placet. Eſtque ita & in vetere editione Mart. Herbip. VORST. Etiam plurimi meorum MSS. habent *miſeris.* De quo vide ſupra L. I. 8. 5. & probat hic Cl. Burmannus ad

Oceani claudere littoribus, [17] Britannicae inſulae coeleſtes injecit manus, cum quatuor commilitonibus rate tranſvectus in ſcopulum vicinum inſulae, quam hoſtium ingentes copiae obtinebant, poſtquam aeſtus regreſſu ſuo ſpatium, quo ſcopulus & inſula dividebantur, [18] in vadum tranſitu facile redegit, ingenti multitudine barbarorum affluente, ceteris rate ad littus regreſſis, ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, undique ruentibus telis, & ab omni parte acri ſtudio [19] ad te invadendum nitentibus, [20] quinque militum diurno proelio ſuffectura pila, una dextra, [21] hoſtium corporibus adegiſti: ad ultimum deſtricto gladio, audaciſſimum quemque, modo [22] umbonis impulſu, modo mucronis

Phaed. L. IV. Fab. 10. Copeſ. cum ſecundo Leid. & uno Bit. & Ultr. exhibet *in terram*, & ſic Edit. Mog. quod tamen cur placuerit Vorſtio, equidem non video.

16. *Bello namque Gallico*] *Gallico* ex ſcholiis influxit in textum orationis; quod ipſum Campenſe exemplar demonſtrat, in quo annotatum adhuc inter lineas videtur. In Atrebatenſi item & Wincheliano non habetur. PIGH. *Bello namque.* Aldus addit *Gallico.* At Pighius id expunxit; quod ab aliquot codd. id abeſſe videret. Abeſt quoque à codd. Brand. VORST. *Gallico*, additum invenio duntaxat in Leid. tertio & Perizon. Sed habent etiam Edd. meae Venetae. Merito expunxit Pighius.

17. *Brittanicae inſulae*] Tres Rem. *Brittaniae inſulae.* Sed dixit more ſuo *Brittanicae inſulae.* Ut L. II. 7. 1. *Numantinae urbis.* L. VII. 3. Ext. 4. *Lampſacenae urbis.* L. VII. 6. 2. *Campanae urbis.* L. IV. 7. Ext. 1. *Romanae urbis.*

18. *In vadum tranſitu facili redegit*] In manuſcriptis, *tranſitu facilem.* Melius. PIGH. *In vadum tranſitu facile redegit.* Ita legendum videtur ex cod. Parrhaſii: quem ſecutus in ſua editione eſt Theoph. Chalcocondyles. Aldus ediderat *tranſitu facili.* At Pighius, cum in codd. MSS. inveniſſet *tranſitu facilem*, ita plane & edidit. Et habent quoque ita codd. Brandeb. Notavit Nonius, Salluſtium, archaiſmos ſectantem illum, in libb. hiſt. ſcripſiſſe itidem, *Haud facilem pugnantibus vadum.* VORST. *Poſtquam aeſtus regreſſu ſuo ſpatium in vadum tranſitu facilem redegit.* Imo contra accidit quando aeſtus regreditur, tum enim aquâ adeo redundat littus, ut etiam navigari poſſit. Lege igitur omnino cum MSto *egreſſu*, i. e. quando deſerit littus. Niſi forte ita intelligere velis, eos rate vectos ad ſcopulum, cum aeſtus à littore Gallico ad Britannicum flueret, jam vero *regreſſu* ad littus Gallicum, vadum feciſſe in littore Britannico aeſtum. Liv. L. XXVI. C. 45. *Decedere aeſtum, & in mare cedere*, eo ſenſu dixit. PERIZON. Omnes fere MSS. cum Ed. Mog. habent *tranſitu facilem.* Sed Perizon. *tranſitu facili*, quomodo edunt Colin. Gryphii & Rob. Stephanus. Dubito tamen an, quia Salluſtio Archaiſmos ſpectanti placuit ſcribere *vadum pugnantibus facilem*, ideo quoque illud noſtro placuerit. *Egreſſu* ut habet Copeſian. invenio in uno Rem. Sed quid ni *regreſſu* dixerit de mari in ſinum ſuum à littore retrogrediente? quomodo *aquas in ſuum fretum recurrere* dicit Curtius Lib. IX. 9. 20. Vario enim reſpectu dici poteſt. Hinc idem eodem Cap. *Unde tantum rediſſet ſubito mare: quo pridie refugiſſet.* & Mela L. III. 1. *Modo inundat campos, modo late nudat ac refugit.* & paulo poſt, *ſed ubi in omnia littora, quamvis diverſa, terrarum inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſus ab illis colligitur in medium, ac in ſemetipſum redit.* Lucan. L. IV. 427.

Tunc freta ſervantur, dum ſe declivibus undis
Aeſtus agat, refluoque mari nudentur arenae.

Sic *recurſu* de aeſtu retrocedente noſter L. VI. 9. in fine.

19. *Ad te invadendum*] Pronomen abeſt à ſex MSS.

20. *Quinque militum diurno proelio ſuffectura pila*] Sic loquitur, quaſi quatuor ipſius commilitones, quum rate ad littus regrederentur; pila ſua ipſi reliquiſſent utenda. Quum autem ſinguli tantum duo habuerint pila, ut docuit ſatis J. Lipſius de Mil. Rom. L. III. Dial. 4. manifeſtum eſt, declamatorem nimium agere auctorem noſtrum, quum hanc rem tam magnifice exaggerat.

21. *Hoſtium corporibus adegiſti*] Leid. prim. cum Barb. primo, Ultr. ſec. & Ed. Mog. *adjeciſti.*

nis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis [23] incredibili, niſi cernereris, ſpectaculo fuiſti. [24] Poſtquam deinde ira ac pudor cuncta conari feſſos coëgit, [25] tragula femur trajectus, ſaxique pondere ora contuſus, galea jam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te credidiſti, ac duabus loricis onuſtus, inter undas, quas hoſtili cruore infeceras, [26] enataſti: [27] viſoque imperatore [28] armis non amiſſis, ſed bene impenſis, cum laudem merereris, veniam petiiſti. Magnus proelio: ſed major diſciplinae militaris memoria. itaque ab optimo virtutis aeſtimatore, [29] cum facta, tum etiam verba tua, centurionatus honore donata ſunt.

Sed

ciſti. Quomodò loquitur etiam Caeſar L. II. de B. G. 21. *Quod hoſtes longius aberant, quam quo telum adjici poſſet.* Sed rectius *adegiſti*, ut non ſolum *adjecerit*, ſed certo niſu, ictuque infixerit. Sic Curt. L. IV. 6. 17. *Sagittam per loricam adactam* dicit. Flor. L. IV. 2. 6. *Adactum in os gladium.* & ſic pro *adjiceret ſibi gladium*, *adigeret* legendum eſſe apud Liv. Ep. *CXXIV.* J. Fred. Gronovius cenſuit.

22. *Umbonis impulſu*] *Umbo* ex Graeco ἄμβων, proprie dicitur quicquid in plano extat ac protuberat, figura rotunda & κωνοειδῆ. Deinde media ac protuberans pars clypei; ac denique per ſynecdochen clypeus ipſe ſic vocatur. VORST.

23. *Incredibili, niſi cernereris, ſpectaculo fuiſti*] Sic etiam Ed. Mog. ceterae, *dum cernereris*, quod eſt in MSS. tribus. Quatuor habent *dum cerneris.* & ſane major vis, & acumen eſt, in *dum cernereris*, quam in *niſi cernereris.* Hoc enim ſignificat *illos credidiſſe, quia cernebant*, illud autem, *etſi cernerent, tamen ne ſic quidem credere ipſos potuiſſe.* Ut idem illis accidiſſe dicat, quod Graecis, quum Romani eos liberos, immunes, ſuis legibus eſſe praeconis voce juſſiſſent in ludis Iſthmiis, refert Liv. L. XXXIV. 32. *Vix ſatis credere ſe quiſque audiſſe: alii alios intueri mirabundi velut ſomnii vanam ſpeciem. Quod ad quemque pertineret, ſuarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant.*

24. *Poſtquam deinde*] Unus Bit. cum Ultraj. ſec. *Poſtquam demum.*

25. *Tragula femur trajectus*] *Tragula* genus teli; ſic dicta, ut Feſtus vult, quod ſcuto infixa trahatur. *Femur trajectus* pro *ſecundum femur*; conſtructione praecipue Poëtis frequentata. Pari modo paulo poſt, *Ora contuſus.* VORST.

26. *Enataſti*] Major pars MSS. *Enaſti.* Cop. *evaſiſti.* Bit. *natando evaſiſti.* Quod videtur eſſe gloſſema τ̃ *enataſti.* Hor. de Arte poët. v. 20.

——— *ſi fractis enatat exſpes*
Navibus.

Enaſti retineri quoque poſſet. Val. Flac. L. V. 316.

Adſumus en, tantumque fretis enavimus orbem.

Evaſiſti vero ferri non poteſt; quoniam *evadere potuiſſet inter undas* etiam vado: quum auctor *nataſſe* eum ſatis indicet, dum ait cum ſe *credidiſſe profundo*, & *duabus loricis fuiſſe onuſtum.*

27. *Viſoque Imperatore*] Copeſ. *viſoque ab Imperatore.* Melius. PERIZON.

28. *Armis non amiſſis, ſed bene impenſis*] Haec non ſatis intelliguntur ab interpretibus. Oliverius enim & Aſcenſius capiunt de armis, *quae in corpora hoſtium conjecerat.* & inter varias lectiones Gudii adſcripta eſt haec nota. *Bene impenſis* i. e. *in hoſtium perniciem ſparſis, miſſis, jactis; de miſſilibus ſeu jaculis accipiendum videtur.* Sed quis miles unquam veniam petiit, quod ſine telis in hoſtem ſpargi ſolitis è pugna rediret? hinc Theophilus notat. Veniam petiit, non propter arma amiſſa, ſed quod Imperatoris injuſſu ſubſtitiſſet, & pugnaſſet. Et hoc male. Nam reſpicit Auctor, quod rediit ſine ſcuto; quia ſcilicet illud erat abſumptum foraminibus; & fortaſſe etiam ſine galea, quippe diſcuſſa ictibus. Jam vero quam turpe eſſet ſcutum omiſiſſe, notum magis eſt, quam ut illuſtrari debeat. Vide Torrent. ad Horat. L. II. Ode 7. & hinc etiam moriens Epaminondas rogat, *an clypeus ſibi ſalvus eſſet* apud Corn. Nepot. & hinc *arma* & *tela* ſaepe diſtinguuntur, ut compluribus exemplis docuit Joh. Waſſe ad Sall. B. Jug. C. 55.

29. *Cum facta, tum etiam verba tua centurionatus honore donata ſunt*] *Verba* nunc vocat, quod paulo ante *vocem*, quam Scaeva in terram miſerit, dixerat. De honore centurionatus

24. Ann urb. 299. Dionyſ x. Plin. vii, 27. Gell. ii, 11. Solinus.

Sed quod ad proeliatorum excellentem fortitudinem attinet, merito [30] L. Sicinii Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit: cujus opera honoreſque operum [31] ultra fidem veri excedere judicari poſſent, niſi ea certi auctores, inter quos [32] M. Varro, monimentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent. Quem centies & [33] vigeſies in aciem deſcendiſſe tradunt, [34] eo robore animi atque corporis utentem, ut majorem ſemper victoriae partem traxiſſe videretur. Sex & [35] triginta ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum in numero octo fuiſſe, cum quibus

tus illo quo donatus Scaeva fuit, Lucanus l. vi. ita:

Scaeva viro nomen: caſtrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes: ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Centurionum inſigne vitis fuit. Inde eſt quod Scaevam centurionem factum vitem geſſiſſe ſcribit. VORST. Quemadmodum, ſi idem Scaeva eſt, cujus virtutem in bello civili ſpectatam laudarat, poſterius illud factum donatum fuit honore primipili. Caeſ. L. iii. de B. Civ. 53. *Quem Caeſar, ut erat de ſe meritus, & de Rep. donatum millibus ducentis aeris ab octavis ordinibus ad primipilum ſe transducere pronunciavit.*

30. *L. Sicinius Dentatus*] Hunc cognomine *Achillem* dictum, ſupra ex Feſto notavimus. Factus tandem tribunus plebis: & anno U. C. 304. decemvirorum fraude occiſus fuit. VORST. MSS. Harl. Bitur. prim. Leid. quint. *L. Sentio.* Leid. ſec. *L. Sencii.* Perizon. *Sicinii.* Ultraj. prim. *Sicci.* ſec. *Lucii Sicii.* Cop. & Leid. tert. *Sicinei.* In quo nomine ſcriptura variat etiam apud alios ſcriptores, ita ut apud quoſdam *Sicinius*, apud alios *Siccius* legatur. Et quod hic Vorſtius dicit *L. Sicinium Dentatum* fraude decemvirorum occiſum eſſe, (in quo ſequitur Pighium ad Annum U. C. 304.) ille ſane à Livio appellatur *L. Siccius.* De quo ita diſputat Salmaſ. ad Solin. p. 34. ut ſatis appareat etiam ipſum ancipitem haeſiſſe, utrum *L. Sicius Dentatus*, an *L. Sicinius Dentatus* ſcribendum ſit. Mihi *L. Sicinius Dentatus* unice vera lectio videtur, quia gens *Sicinia* reſpiciens ad hujus fortitudinem, in nummis ſuis expreſſit, clavam Herculis & pellem Leonis, cum arcu & ſagittis, in uno etiam inſcripſit Fort. P. R. Vide Fulv. Urſinum in Fam. *Sicinia.* Quod vero Dalecampius ad Plin. Lib. vii. 28. dubitat, an apud Valerium pro *Achilles Romanus*, legendum ſit *Hercules*; in eo memoria ipſum fefellit, quum à noſtro *Sicinius*, nuſquam appellatus ſit *Achilles*, ſed *Q. Cotius*, ut vidimus ſupra.

31. *Ultra fidem veri excedere*] Unus codex Brandeb. *ultra fidem veri ſe extendere.* Et ſane vel ita legendum, vel *ultra* expungendum videtur. *Excedere fidem* nota & uſitatae conſtructionis phraſis eſt: ſed *ultra fidem excedere* aliquid ſupervacuum habet, & ſuſpectum eſt. VORST. Barb. prim. *ultra finem*, al' *fidem*, ut Brand. ita quoque primus Ultraj. *ultra fidem veri ſe extendere*, ut *ultra* contra omnium MSS. conſenſum expungere temerarium foret. Et quamvis ſupervacui quid habeat haec dictio, & uſitato more dicendum ſit ſimpliciter *fidem veri excedere*, tamen hoc Pleonaſmo non ita moveor, ut pro *excedere*, *ſe extendere* ſubſtitutum velim. Propterea, quod ita exceſſus magnitudinem ampliorem potuerit ſignificare, & illud *ultra* elegantiſſimi uſus ſit in iis, quae multo ſuperare alias res volunt indicare, ſic nota ſunt Flori, *Vulnera ultra mortem patentia*, Vell. *ultra temerarium fortis.*

32. *M. Varro*] Apud Fulgent. de Priſco ſermone. n. 5. Feſt. in *Obſidionalis corona.* PERIZON.

33. *Vigeſies*] Liber Danielis *vicies.* Et ita Plinius libro iv. capite 5. & libro vii. capite 28. Iterum libro xxii. cap. 5. Agellius lib. ii. cap. 11. Dionyſius lib. x. apud quem male ſcriptum Σίκκιος pro Σικίνιος. COLER. *Centies & vigeſies.* Codd. Brand. *vicies.* Nec aliter cod. P. Dan. ut Colerus teſtatur. VORST. MSS. noſtri quatuor etiam *vicies* habent. Unus *viceſies*, Copeſ. etiam delet *&*.

34. *Eo robore animi atque corporis utentem*] Copeſ. pro ultima voce habet *virtute.* Forte eo modo quo in prooemio Inſtitutionum, *armari legibus & decorari armis.* L. v. 4. 7. *Tanto animi corporiſque robore armavit.* L. v. 3. Ext. 2. *Virtute animi ac robore dextrae.* Liv. L. xxxvii. 39. *Sive robore animorum vincuntur.* PERIZON.

35. *XXXVI. ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum ex numero*] Unus cod. Brand. *ex hoſtibus retuliſſe.* Illud

quibus inſpectante utroque exercitu ex provocatione dimicaſſet: XIV cives ex media morte raptos ſervaſſe: quinque & [36] XL vulnera pectore excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo. Novem triumphales imperatorum currus ſecutum, totius civitatis oculos in ſe [37] numeroſa donorum pompa convertentem. Praeferebantur enim [38] aureae coronae octo: [39] civicae XIV: [40] murales tres: [41] obſidionalis una: [42] torques CLXXXIII. [43] armillae CLX. [44] haſtae XVIII. phalerae XXV. ornamenta etiam legioni, nedum militi ſatis multa.

Ex-

Illud *quorum* quod ſequitur, non ad ſpolia, ſed ad *hoſtes* referendum. Sequitur *Cum quibus dimicaſſet.* Atqui non cum ſpoliis, ſed cum hoſte dimicatur. Ergo vel *hoſtibus* hic omnino legendum; vel *quorum*, quod ſequitur; ad *τὸ hoſte* per ſyntheſin referendum. VORST. Etiam Ultraj. prim. habet *ex hoſtibus*; ceteri vulgatam tuentur lectionem. Inter Gudiana excerpta ſic annotatum invenio. *Cum quibus*, *cum* hic inſititium videtur. Spolia autem hic ſunt certamina, *quibus* i. e. in quibus certaminibus. Haec ibi. Dubito an nota ſit Gudii ipſius. Ego vero nulla mutatione opus eſſe arbitror. Quum locutio fuerit propria *ſpolia ex hoſte referre.* Nihil magis frequens quam *hoſtem* dicere pro *exercitu hoſtili*, vel *hoſtibus*; & nihil magis etiam vulgare, quam hujuſmodi ſubſtantivo, per quod totum intelligitur genus, deinde ſubjungere nomina aut verba pluralis numeri: ut neceſſario, in voce *quorum* ſubintelligatur *hoſtium*, qua ratione omnia ſunt expedita. Vide Daviſ. ad Cic. L. I. de Nat. Deor. C. 68. & Burman. ad Vellej. L. II. C. 114. Pro *inſpectante.* Copeſ. cum Leid. prim. Ult. ſec. & pleriſque Edd. ſi Mog. exceperis. *Spectante* exhibent.

36. *Quadraginta vulnera pectore excepiſſe*] Edd. Vet. etiam Mog. *In pectore excepiſſe.* Cum quibus faciunt ſex MSS. Sed L. I. 8. 2. ext. *Ictum capite excipere*, dixit.

37. *Numeroſa donorum pompa*] Barb. prim. *copia.* Sed praeſtat alterum.

38. *Aureae coronae octo*] De coronis militaribus, quaeque appellationis earum ratio ſit, agit Gellius V, 6. Verba ejus ſunt: *Triumphales coronae ſunt aureae, quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur.* VORST.

39. *Civicae XIV.*] Gellius d. l. *Civica corona appellatur, quam civis civi à quo ſervatus eſt in proelio, teſtem vitae ſalutiſque perceptae dat. Ea ſit è fronde querna.* VORST.

40. *Murales tres*] Gellius d. l. *Muralis eſt corona, qua donatur ab imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim eſcendit. Iccirco quaſi muri pinnis decorata eſt.* VORST.

41. *Obſidionalis una*] Gellius: *Obſidionalis eſt, quam ii, qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea eſt.* VORST.

42. *Torques CLXXXIII.*] Delendus numerus centenarius. Sic enim Agellius & reliqui. COLER. *Torques LXXXIII.* Ita legendum docuit Colerus; non, ut Pighius, & ante eum Aldus, ediderat, CLXXXIII. Sic enim Gellium & alios prodidiſſe. VORST. Corrigendum Valerium noſtrum ad computum Plinii & Gellii, qui tantum octoginta tres numerant, cenſuit etiam ὁ πάνυ Salmaſius ad Solin. p. 35. Variant MSS. Harl. CLIII. Bit. & Barb. prim. CLXXIII. Leid. prim. CLXXX. ſec. & quint. CLXXXIII. tert. & ſept. CLXXXIIII. Cop. CLXXXXII. Ultraj. prim. *centum triginta tres.* ſec. *centum ſeptuaginta octo.* & ſic Ed. Mog. Periz. *centum octoginta tres.* Deinde pro *phalerae*, nonnulli habent, *pharetrae*, quomodo & Ed. Mog. ſed male.

43. *Armillae CLX.*] Agellius: *Armillis plus centum ſexaginta.* Porro ex Varrone haec ſumſerat Valerius, quem & Fulgentius compilavit in libello de priſco ſermone. Verba ejus ſubſcribam: *At apud Romanos Varro ſcribit Sicinium Dentatum centies & vicies pugnaſſe ſingulari certamine, cicatrices habuiſſe adverſas quadraginta quinque, poſt tergum nullam, coronas accepiſſe XXVI. armillas CXL. & iſtum primum ſacrum feciſſe Marti.* Mendoſus locus. lege: *armillas CLX.* De hoc Sicinio exſtat breviarium in Antiquitatibus Fabritii. COLER.

44. *Haſtae XVIII.*] Haſtae eae purae fuere. Dictae autem *haſtae purae*, quod ſine ferro eſſent. Servius ad verſum VI. Aen. *Pura juvenis qui nititur haſta: Id eſt, ſine ferro. Nam hoc fuit praemium apud majores ejus, qui tunc primum viciſſet in proelio: ſicut ait Varro in libris de gente pop. Rom.* Vide & Suetonium Claud. c. 28. VORST.

 45. *Ille*

EXTERNA.

1. Ann. urb. 542. Livius XXVI. [45] Ille quoque ex pluribus corporibus in unum magna cum admiratione Calibus cruor confuſus eſt. in quo oppido cum Fulvius Flaccus [46] propter Campanam perfidiam principes civitatis ante tribunal ſuum [47] capitali ſupplicio afficiendos judicaret, literiſque à ſenatu acceptis, finem poenae eorum ſtatuere cogeretur, ultro ſe ei [48] T. Jubellius Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara voce, *Quoniam*, inquit, *Fulvi*, *cupiditate tanta hauriendi ſanguinis noſtri*

45. *Ille quoque*] Externum eſt hoc exemplum. Nam Dentati concluſit Romana exempla, ut ipſe author jam dixit. Hic autem Campanus Taurea Jubellino, non Titus Jubellius, Livio dicitur L. VI. de ſecundo bello Punico, quod magis probo. Mirum autem quam varient de hoc homine hiſtoriam Romani. Livius dit Jubellium domi & uxorem & liberos occidiſſe: quod eſt veriſimile. Nec enim Fulvius captum in ſua reliquiſſet poteſtate, ſicut nec ceteros, imo ne liberos quidem & uxorem. Hoc, inquam, veritus Jubellius domi eos occidit, antequam in Romanorum venerint poteſtatem. Sed enim vix expediunt ſe Romani ſcriptores, quod hic non caeſus cum aliis Senatoribus: niſi dicamus literis Senatus lectis inter caedendum Fulvium à caede prohibitum. Quas tamen Livius repoſuiſſe in gremium ſcribit. Quod autem idem Calibus Jubellium veniſſe dicit, cum alii ibi Campani caederentur ab eodem Fulvio, ac inclamaſſe, quae hic narratur fabulae perſimile videtur. Ubi enim interea delituit? Hic locus arguit non parum Romanorum in ſcribenda hiſtoria negligentiam. GLAREAN.

46. *Propter Campanam*] Probo librum Dan. *Pro Campana perfidia.* COLER. *Propter Campanam perfidiam principes civitatis capitali ſuppl. afficiendos judicaret.* Lipſio lectio haec non placet; quia, cum id evenit, ſupplicio illos maxime afficiebat. Monet igitur ex vet. libro legendum eſſe *afficiendo vindicaret.* Sed hoc nondum ſufficit. Quo enim verbum *vindicare* pertinebit? & ad quem caſum quartum referendum id erit? Monendum amplius erat, *propter* eſſe expungendum, & legendum hoc modo *Campanam perfidiam*, *principes civitatis capitali ſupplicio afficiendo*, *vindicaret.* Vult nimirum dicere, Fulvium Flaccum Campanam perfidiam vindicaſſe, id eſt, ultum eſſe, principes civ. capitali ſuppl. afficiendo. *Principes* illi *civitatis* fuere principes Capuae: quos, ut ex l. XXVI. Livii notum, Fulvius miſit Cales, ſuppliciumque de illis ſumi juſſit. Et ſane uterque codex Brand. ſic ut legendum dixi, manifeſte habet. nam & vox *propter* eſt omiſſa, & ſcriptum *afficiendo vindicaret.* Neque aliter in vetere edit. Mart. Herbip. eſt. Sed & in cod. S. Victoris ita ſcriptum reperit Gronovius, ut ipſe teſtatur l. IV. Obſ. c. 17. Ubi & rei illuſtrandae cauſſa haec addit: *Non tum judicabat, ſed pridem judicaverat in caſtris: & ſi finem ſtatuere ſupplicio jubebatur, utique jam ſumi coeptum erat.* VORST. MS. *Afficiendo vindicaret.* Ita quoque alii, & Lipſ. probat. Sed quia videtur vindicaſſe perfidiam illam, expungit Vorſtius τὸ *propter.* Forte illud ortum ex *PROC.* id eſt *Proconſul.* Revera enim *Proconſul* fuit. Juſt. XXXVII. 3. 8. *facinus in auctores vindicavit.* Liv. L. XXXIV. C. 29. *Id conſilium, quod in altero morte vindicaverat.* PERIZON. *Afficiendo vindicaret* etiam uterque Ultraj. cum nonnullis aliis, & Ed. Mog. niſi quod haec habet *judicaſſet*, ut eſt in Leid. tert. *propter* omittitur in uno Bit. utroque Ultraj. & Ed. Mog. Sed ut veram putem Cl. Perizonii conjecturam credentis hoc ortum ex *proc.* i. e. *proconſul*, facit quod in quatuor MSS. invenio *pro Campana perfidia*, quod de libro Dan. teſtatur quoque Colerus. Pro *Calibus* ſunt qui habent *calidus* vel *tralibus.* Cop. *Capuanam perfidiam.*

47. *Capitali ſupplicio adficiendos judicaret*] Imo, cum id evenit, jam maxime ſupplicio eos adficiebat. Bene igitur vetus, *adficiendo vindicaret.* LIPS. *Afficiendos judicaret.* Lipſius rectius: *vindicaret.* COLER.

48. *T. Jubellius Taurea*] Male quidam *Taureas.* licet apud Suidam legatur Ταυρέας, ὄνομα κύριον. ſed ita fortean Graeci ſuo modo. Monet me hoc nomen loci cujuſdam Plautini, ubi quidam minatur Saureae ſervo, ſe ejus nomen commutaturum; quaſi dicat ſe effecturum ut ex Saurea fiat Taurea. Alluſit ſane ad vocem Tau-

noſtri teneris, quid ceſſas in me cruentam ſecurim deſtringere, ut gloriari poſſis, fortiorem aliquanto virum, quam ipſe es, tuo juſſu eſſe interemptum? [49] Eo deinde dicente, *libenter* [50] *id ſe eſſe facturum, niſi ſenatus voluntate impediretur:* [51] *At me*, inquit, *cui nihil Patres conſcripti praeceperunt, aſpice, oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo majus opus edentem.* Protinuſque interfecta conjuge ac liberis, gladio incubuit. Quem illum virum putemus fuiſſe, qui ſuorum ac ſua caede teſtari voluit, ſe Fulvii crudelitatem ſugillare, quam ſenatus miſericordia uti maluiſſe?

[52] Age, Darii quantus ardor animi? [53] qui cum ſordida & crudeli magorum tyran- 2. Herod. III. 78. Juſtin. I. 9.

Taurea, quae loreum etiam flagellum ſignificat, quod Plautus alibi Terginum appellat, Graeci magiſtri ὠμοβύρσινον exponunt. Addo Tertulliani locum ad Martyres: *Alii inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambulaverunt.* COLER.

49. *Eo deinde dicente*] Ed Mog. *Eodem dicente.* Uterque Ultraj. *Eo dicente.* Rob. Steph. *eo deinde, libenter* &c. *impediretur affirmante.*

50. *Id ſe eſſe facturum*] MSS. propemodum omnes cum Ed. Mog. *ſe id fuiſſe facturum*, quod melius puto.

51. *At me, inquit*] Liber Danielis, *Ad me, inquit.* Elegantiſſime. Ita ſaepe Plautus, Varro, alii. COLER. *At me, inquit, aſpice.* Liber Danielis teſte Colero, *Ad me, inq. aſpice.* Quod elegantiſſime ita dictum cenſet Colerus. Atque ita unus quoque cod. Br. habet. VORST. Lectionem Coleri, quamquam non negem eleganter dici *adſpice ad me*, tamen hic non probem; cum particula illa *at* hic omnino deſiderari videatur. Quippe quae eleganter affectui exprimendo inſerviat. Si quid mutandum mallem. *At tu me, inquit, aſpice.* Confer J. Fr. Gronov. ad Liv. L. XXIV. C. 37. & N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. Heroid. XII. 1. Tres vero è noſtris habent. *At me quid inquit aſpice.* Ex qua ſcriptura ſuſpiceris, aliud quid hic latere, & forte non prorſus aſpernandum judices, quod exhibet Cod. Toll. *At me, inquit Titus, cui nihil P. C. praeceperunt, aſpice.*

52. *Age Darii*] Juſtior titulus erat de Gobria, ſi Herodoto, unde hic author habet, credimus. Haec enim verba, quae hic Dario dantur, Gobriae ſunt ad Darium, non Darii ad Gobriam: Gobria enim erat, qui magum dejectum in terram ſub ſe habebat; verum id factum in tenebris. Juſtinus etiam cum Herodoto ſentit conformiter Lib. I. in his commentatores ſaepe egregie impingunt, ut qui Herodotum indiligenter legerunt, unde tamen ſaepe hae ſumptae ſunt hiſtoriae. De Othryade ex primo Herodoti hiſtoria ſatis clara eſt; multum ab ea Valerius diſſentit, plus commentarii. Oliverius ait bellum inter Laconas & Athenienſes de agro Thyreatium fuiſſe, Herodotus inter Laconas & Argivos de agro Thyrea. Valerius partes nominat, ſed pro agro Thyrea, ſolum Thyreatium ponit. Badius in populis Oliverium ſequitur, at in literae ordine in eo variat & pro ablativo *morte* ipſe nominativum *mors* legit, & *tantum non* exponit per *duntaxat*, non apte meo quidem judicio: cum hic *tantum non* more hujus authoris pro *ferme* accipiatur, ut recte Oliverius expoſuit. GLAREAN. *Age Gobryae quantus ardor. Gobryae* ſcripſit Pighius ex Herodoto & Juſtino. Veteres typis expreſſi omnes pro eo habent *Darii.* Et codicum quoque Brand. unus ita habet. Sed alter neque *Gobryae*, neque *Darii*; ſed in margine modo aſcriptum *Darii* habet. Fortaſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα ipſius auctoris hic latet. VORST. Monuerat etiam Theophilus, eſſe qui legant *Gobriae* ex Trogo & Herodoto. Omnes MSS. mei cum retineant *Darii*, & Pighius, qui clam *Gobriae* ſubſtituit, nullius MS. auctoritatem oſtendat, ſatius duxi, quod ab omnibus ad unum librariis nobis relictum eſt, ſequi, quam Auctorem emendare, qui ſaepius in errore deprehenſus fuit, quum de Darii agit hiſtoria, ut videbimus infra L. IX. 2. Ext. 6. Hîc vero error ille hoc facilius committi potuit, quod res illa inter *Darium* & *Gobriam*, qui ſimul cum Mago fugiente in conclave quoddam irruperant, fuit acta. Ut narrat Herod. L. III. 78.

53. *Qui, cum ſordida & crudeli magorum tyrannide*] In editionibus Pighii, Coleri, Thyſii,

tyrannide Perſas liberaret, unumque ex iis obſcuro loco abjectum corporis pondere urgeret, praeclari operis ſocio plagam ei [54] inferre dubitanti, ne, dum magum petit, ipſum vulneraret, *Tu vero*, inquit, *nihil eſt quod reſpectu mei timidius gladio utaris. vel per utrumque illum agas licet, dum hic quam celerrime pereat.*

3. [55] Hoc loci [56] Leonidas nobilis Spartanus occurrit: cujus propoſito, ope-
Herod. VII. Juſtin. II. re, exitu, nihil fortius. Nam cum CCC. civibus apud Thermopylas toti
Strabo. Plutarch. Aſiae objectus, gravem illum [57] & mari & terrae Xerxem, nec hominibus
Pauſan. Aelian. tantum terribilem, ſed [58] Neptuno quoque compedes, [59] & Coelo tenebras
XII. 25. mini-

ſii, Minellii pro *qui* eſt *quia*: ſed perperam meo judicio. Antiquiores editiones habent *qui*. Nec aliter MSS. Brand. VORST. Et ſic mei plerique. *Vel per utrumque illum agas licet.* Eodem modo Sen. in Thyeſte v. 190.

Haec ipſa pollens incliti Pelopis domus
Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.

Ceterum decem MSS. noſtri habent *illud agas*; & ſic Ed. Mog. Quod mutatum eſt ab illis, qui opinabantur convenire debere hoc pronomen cum voce *gladio*, quae praeceſſit, quum abſolute poſita fuerit haec ſententia, & per *illud*, intelligatur hoc quodcumque in manibus habes telum. Vide & L. v. 6. 2. ubi *illud profundum* dicitur, quod paulo ante dixerat *hiatum*.

54. *Inferre dubitanti*] Nonnulli *dubitante*.

55. *Hoc loci*] MSS. tres *hoc loco*. Sed nihil mutandum. Vide ſupra L. II. 4. 4. L. III. 2. 2. Nep. in Dat. C. 9. *Atque eo loci ire, quo ipſe conſueverat juſſit.* Cic. pro Sextio C. 31. *Res erat & cauſſa noſtra jam eo loci*: & ſic *Eodem loci* apud Suet. in Aug. C. 65. & in Calig. C. 53.

56. *Leonidas Spartanus nobis occurrit*] Lege, *Spartanus nobilis occurrit.* Sic enim in manuſcriptis. PIGH. Etiam ita in MSS. noſtris legitur, & in Ed. Mog.

57. *Et mari & terrae*] Harl. & unus Rem. *& mari & terra.* Placet vulgata lectio. Juſt. L. II. 13. *Cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant.*

58. *Neptuno*] Vide Herodotum. Juvenalis: *Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigaeum.* Eadem libro II. Pauſanias in Lacon. Oroſius libro ſecundo, capite nono. Diodorus Siculus. COLER. *Neptuno compedes.* Juvenalis: *Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigaeum.* VORST.

59. *Caelo tenebras*] Nihil hic moverem, niſi me moveret liber Danielis, *Et cabo tenebras.* An legendum *coho tenebras*? id eſt, caelo. Feſtus: *Cohum Poëtae caelum dixerunt à chaos, ex quo putabant caelum eſſe formatum.* Sed cui perſuadebo Valerium ex ultima illa antiquitate repetito verbo uſum? Alio pro hoc vulnere empłaſtro opus. In libro altero Pariſienſi, quod Lavernii cujuſdam nomen praeferebat, ſcriptum inveni: *Et caelo chaos minitantem.* Aut ego vehementer fallor, aut aliquis ſciolus ex Feſti loco ad *chaos*, illud *cabo* adſcripſerat orae libri Danielis. Hinc adeo facile colligas *chaos* germanam eſſe apud Valerium lectionem, cui aliquis tenebrio illas etiam tenebras obduxerat. Nam *chaos* tenebrae dicuntur. Gloſſarium: *χάος tenebrae.* Nec adtinet hic dicere Xerxen per *chaos* ſive tenebras intelligere nimbos ſagittarum. Nam id quilibet adſequitur. Huc traho, quod idem Valerius infra ſcripſit cap. 7. *Referente quodam ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere.* Xerxes omnino Helleſponto, Neptuno, Soli malum minatus fuerat. Montes etiam in planum deduxerat, convexa vallium aequaverat, maria pontibus ſtraverat, ut Juſtini verbis dicam. Meminit ejus & Arnobius lib. I. adverſus gentes. Et memorabile eſt Epitaphium Alphei:

Οὐρεάμεν ϗ πόντον ὑπὲρ τόμβοιο χάραστε
Καὶ μέσον ἀμφοτέρων Μάρτυρα Λητοΐδην,
Ἀινάων τε βαθὺ ποταμῶν ῥέον.

COLER. *Caelo tenebras minitantem.* Notat Colerus, codicem P. Dan. habere *cabo tenebras*; indeque legendum conjicit *coho tenebras*: ut *coho* idem ſit quod *caelo*. Feſtus: *Cohum poëtae caelum dixerunt à chaos, ex quo putabant caelum eſſe formatum.* Ad quae Feſti Scaliger: *Ennius, ut notavi in quadam veteri membrana:*

—— —— Pilam vix
Sol mediam complere cohum terroribu' caeli.

Addo

minitantem, pertinacia virtutis ad [60] ultimam deſperationem redegit. Ceterum perfidia & ſcelere incolarum ejus regionis, & loci opportunitate, qua plurimum adjuvabatur, ſpoliatus, occidere dimicans, quam aſſignatam ſibi à patria ſtationem deſerere, maluit. [61] Ideoque tam alacri animo ſuos ad id proelium, quo perituri erant, cohortatus eſt, ut diceret, [62] *Sic prandete, commilitones, tanquam apud inferos coenaturi.* [63] Mors erat denuntiata: Lacedaemonii perinde ac victoria eſſet promiſſa, [64] ductori intrepide paruerunt.

4. [65] Othryadae quoque pugna pariter ac morte ſpecioſa, [66] Thyreatium laude quam

Herod. I. Plut. Parall. Florus II. 2. 14. Suidas.

Addo ego, unum codicem Brand. manifeſte habere *coho tenebras minitantem*, & alterum non multo aliter, *caho ten. minitantem.* Sed non acquieſcit Colerus in iſta conjectura; ſed alio magis propendet. Reperit ille in libro Pariſienſi. *Et caelo chaos minitantem*; eamque veram lectionem eſſe putat. *chaos* enim idem eſſe quod *tenebras*, ut ex Gloſſario conſtet. Quicquid ſit, ſatis apparet, nimbos hic ſagittarum, &, ut Virgilius l. XII. Aen. vocat, *ferreum imbrem* intelligi. Et pertinet huc illud quod infra III, 7. ext. 8. legitur, *ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere.* VORST. Tres Rem. cum Harl. *& Latio tenebras.* Bit. prim. Leid. quint. *& Chaos tenebras.* Copeſ. & Ultraj. ſec. Barb. prim. Leid. prim. ſec. ſept. *Caho*, Ultraj. prim. *Coho.* *Chao* habent etiam Ed. Med. & Ven. 1478. quare haud inepte videatur legere Colerus *caelo chaos*, ut non ſolum *tenebras*, ſed revera antiquum quaſi *Chaos* minatus ſit, ſole ita prorſus obſcurato, ut diſcerni nihil poſſet. Si cui tamen vulgatum defendere videatur, non pugnabo. Infra C. 7. Ext. 8. *Sagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere.* Et hoc malim.

60. *Ultimam deſperationem*] Praeter laudatos à Pighio auctores, addo Polyaenum Stratag. lib. VII. In numero occiſorum non conveniunt. ccc. fuiſſe ex Herodoto Valerius & Seneca. Idem Cicer. II. de Fin. Aelianus, & Fronto. Ex quorum unanimi conſenſu pene labor, ut Diodorum, Juſtinum, Oroſium corrigendos cenſeam. Sed iſti omnes Herodotum ſecuti ſunt. Et ego quoque memor ſum tituli illius Plutarchi περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. COLER.

61. *Ideoque tam alacri animo*] Uterque Ultraj. cum tribus aliis & Ed. principe omittunt *tam.* Unde conjicio Valerium ſcripſiſſe, *Adeoque alacri animo.* Leid. prim. *ad proelium.* Pro *tamquam* Leid. quint. *quaſi.* Deinde tres Rem. *perinde ac ſi victoria eſſet promiſſa.* Pro *ut diceret* Ultraj. prim. *dicens.*

62. *Sic prandete commilitones*] Multae Edd. addunt *mei* contra MSS. auctoritatem.

63. *Mors erat denunciata: Lacedaemonii perinde &c.*] Periz. *Mors erat denunciata illis: Lacedaemonii.* Sed uterque Ultraj. cum ſex aliis *denunciata Lacedaemoniis*, & ſic Ed. Mog. Non male.

64. *Ductori intrepide paruerunt*] Quidam codd. inque his unus Brand. *dicto intrepidi par.* Nota phraſis *dicto parere.* VORST. *Licto intrepidi*, Harl. & Leid. quint. Ultr. prim. *Ductori intrepidi* Cop. Ultraj. ſec. Periz.

65. *Othryadae*] Herodotus, Plutarchus in Parallelis, Strabo, Suidas auctores. Pauſanias quidem hujus πλὴν ἑνὸς Σπαρτιάτου meminit. Addo & Senecae locum, qui exſtat in Suaſoriis: *Othryades pene à ſepulchro victor digitis vulnera geſſit, ut trophaea Laconum inſcriberet, & dignum Deo in Spartano ſacramento, virum, cujus ne litterae quidem fuere ſine ſanguine.* Locus male diſtinctus & correctus. Sic lege: *En dignum Deo*, &c. Non omitto illud Crinagorae adſcribere: Ὀθρυάδην Σπάρτης τὸ μέγα κλέος. COLER. *Othryadae pugna pariter ac morte ſpecioſa:* *Othryades* inter trecentos illos delectos Spartanos fuit, qui cum totidem delectis Argivis de agro Thyrea conflixerunt. Et ſcribit Herodotus l. I. ex ſexcentis tantum tres ſuperſtites fuiſſe; idque noctis interventu; ex Argivis duos; qui tanquam victores curſu Argos contenderint: ex Lacaedemoniis autem unicum Othryaden; qui ſpoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad ſuorum caſtra detulerit, atque hac ratione victoriam Spartanis vindicare voluerit. ceterum proelio ſuperſtitem mortem ſibi ipſum conſciviſſe: antequam tamen id faceret, proprio ſanguine ſcuto ſuo victorem ſe inſcripſiſſe. VORST. Vide J. Nic. Loënſem Epiphyl. L. II. 5. PERIZON. Et quos citat Brod. ad Lib. I. Epig. Graec. p. 16. & notas ad Flor. L. II. 2. 14. In nominibus

quam ſpatio latius ſolum cernitur. Qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, [67] direptam hoſtibus victoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinum patriae cruento tropaei titulo retulit.

5. Excellentiſſimos [68] Spartanae virtutis proventus miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminondas maxima Thebarum felicitas, idemque Lacedaemonis prima clades, cum vetuſtam ejus urbis gloriam, invictamque ad id tempus publicam virtutem, [69] apud Leuctram & Mantineam ſecundis proeliis contudiſſet, trajectus haſta, ſanguine & ſpiritu deficiens, recreare ſe conantes, primum *an clypeus ſuus ſalvus eſſet*, deinde *an penitus fuſi hoſtes forent*, interrogavit. Quae poſtquam ex animi ſententia comperit, *Non finis*, inquit, *commilitones*, *vitae meae*, [70] *ſed melius & auctius initium advenit. Nunc enim veſter Epaminondas naſcitur*, *quia ſic moritur. Thebas ductu & auſpiciis meis caput Graeciae factas video:*

Nepos in vit. Juſtin. vi. 8. Suidas. Cic. v. ad Fam. 12.

propriis admodum variant MSS. habentes *Othridae*, *Othiradae*, *Odtriade*, *Thirade*, *Othyrade*, *Otirade*, *Oxyade*, *Ochriade*. Tum *Thyreatum*, *Thireatrum*, *Thyreatrium*, *Thyreacium*, *Thireatium*.

66. *Thyreatium laude quam ſpatio latius ſolum*] *Thyrea*, vel numero plur. *Thyreae*, ipſum ſolum, ipſe ager. *Thyreates* vero qui agrum iſtum coluerunt. VORST.

67. *Direptam hoſtibus victoriam*] An *dereptam*. L. III. 3. Ext. 1. PERIZON. Vide ad L. II. 9. 8.

68. *Spartanae virtutis*] Cop. *civitatis*. Deinde uterque Ultraj. cum tribus aliis & Ed. Mog. *mirabilis*. Perizon. *miſerabilis luctus*. Ultraj. prim. *Thebanorum*. Uterque cum ſex aliis *Lacedaemoniis*. etiam Ed. Mog.

69. *Apud Leuctra*] Sic dedit Pighius, cum ante legeretur *apud Leuctram*, ut eſt in omnibus MSS. etiam infra. Mutandi cauſſam non habuit, cum haec generum & numerorum enallage in nominibus urbium ſit frequentiſſima, ut monuit dudum Salmaſ. ad Solin. p. 98.

70. *Sed melius & altius initium*] In Cauchiano codice, *auctius initium*. Sane eleganter: addit enim, *Nunc veſter Epaminondas naſcitur*, *quia ſic moritur*. Conſtat autem naſcentia augeri. PIGH. *Melius & auctius initium*. Ita Pighius ex cod. Cauchiano; cum Aldus edidiſſet *mel. & altius init.* Et conſentaneum id Pighius putat eſſe ei quod ſequitur, *Nunc veſter Epam. naſcitur*. naſcentia enim augeri. Alteram lectionem tamen & ceteri veteres typis expreſſi habent; & unus item cod. Brandeburg. Alter non quidem ipſum *auctius*; ſed tamen quod propius ad hoc, quam ad alterum accedit, *auxius*. VORST. *Auctius* eſt Ultraj. primo. major pars, retinent *altius*. Harl. & unus Bit. *aptius*. Sic Leid. tert. *aptius*, *l. altius*. Barb. ſec. *latius*. Videtur reſpicere ad id, quod veram jam nominis ſui adeptus ſit immortalitatem, cum pro patria non ſolum multa ſtrenue egerit, ſed etiam glorioſiſſimam nunc mortem occumbat & moriatur invictus. Quare *auctius initium* legere ſi placeat, non illud interpreter, ut Pighius, quia naſcentia ſolent augeri, ſed quod vita haec, in quam ita moriens ingreditur, latius patet, auctior eſt, & nullo annorum ſpatio terminetur, vel initium *ſplendidius*, *ornatius*; ut *augere* uſurpatur apud Latinos pro evehere, ornare, vide Graevium ad Heſiod. ἔργα, v. 6. Cic. L. II. de Off. 6. *Quaecumque homines homini tribuunt ad eum augendum honeſtandumque*. L. VIII. ad Att. 3. *Quod iſtum in Remp. ille aluit*, *auxit*, *armavit*. Haec autem, aut his ſimilia ab eo prolata fuiſſe moriente, alibi legere me non memini. Hauſit noſter, credo, ex eo Epaminondae Apophthegmate, quo dicere ſolebat τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον. ut refert Plutarch. in ipſius Apophthegmatibus.

71. *Fortis & animoſa*] Plerique omnes MSS. cum Editis ante Pighium *& fortis & animoſa*.

72. *Jacet armis noſtris abjecta*] *Abjecta* pro *victa*, ut ſupra 1, 7, 8. VORST.

73. *Mirificas filias*, *Leuctra & Mantineam*, *relinquo*] Per *Leuctra* & *Mantineam* pugnas in iſtis locis factas, aut quae hinc orta eſt, famam intelligit. Pari modo reſpondiſſe eum Pelopidae, reprehendenti, quod uxorem non du-

deo: & [71] fortis & animoſa civitas Spartana [72] jacet, armis noſtris abjecta. Amara dominatione Graecia liberata eſt. Orbus quoque, non tamen ſine liberis morior; quoniam [73] mirificas filias, Leuctram & Mantineam, relinquo. E corpore deinde ſuo [74] haſtam educi juſſit, eoque vulnere expiravit. Quod ſi eum dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi eſſent, [75] ſoſpes glorioſior patriae moenia non intraſſet.

[76] Ac nec Theramenis quidem Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, 6.
Cic. Tuſc.
parva mentis conſtantia, in qua triginta tyrannorum juſſu porrectam veneni 1. 40.
Aelian. IX.
potionem non dubitanter hauſit: quodque ex ea ſuperfuerat, jocabundus [77] illiſum humo [78] clarum edere ſonum coëgit. 20.
[79] Renidenſque ſervo publico, qui eam tradiderat, [80] *Critiae*, inquit, *propino. vide igitur ut hoc poculum ad eum*

duxiſſet, Nepos XV, 10, 2. ſcribit. VORST.

74. *Haſtam educi*] Hoc judico rectius, etſi complures MSS. habeant *deduci*. Mox Cl. Perizonio ſuſpecta erat vox *vulnere*.

75. *Soſpes glorioſior patriae moenia non intraſſet*] MS. multo elegantius *Soſpes patriae moenia, ſed glorioſior non intraſſet.* Sic L. VII. 2. Ext. 8. *paupero ſed ornato.* PERIZON. Sic legit etiam Leid. tert. Modius Ep. 90. legit *Soſpes, ſed glorioſior patriae moenia non intraſſet.* Quod eodem redit. Ultraj. prim. cum uno Bit. & Leid. quinto *Soſpes patriae moenia intraſſet*, ſed Ultraj. *introiſſet.* ſec. & Leid. prim. *Glorioſior patriae moenia intraſſet*, ſic & Ed. Mog. ſed Leid. ſec. & ſept. *Soſpes patriae moenia intraſſe, glorioſior patriae moeuia non intraſſet.* Perizon. *Soſpes patriae moenia intraſſet, glorioſior non intraſſet.* Quod neſcio, an non unice ſit verum. Dum etiam ex repetito *intraſſet*, in quibuſdam nata alterius membri omiſſio poſſit videri. Sall. in Cat. C. 56. *Aliaeque leges paratae ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt.* Ubi vide Rivium & J. Waſſe. & mox ex. 6. *ſupplicii* vocem repetit.

76. *Ac ne*] Nonnulli MSS. *At ne.*

77. *Illiſum humo clarum edere &c.*] Duo Leid. *illiſit humo & clarum.* & habet etiam Ultraj. ſec.

78. *Clarum edere ſonum*] Graeci κοτταβίζειν dicunt, quorum & hic mos proprius, de quo doctiſſimus Lipſius in Antiquis. COLER. Vide quoque Lambinum: & Torrentium ad Horat. L. II. 14.

——— Et mero
Tinguit pavimentum ſuperbum
Pontificum potiore coenis.

79. *Reddenſque ſervo publico, qui eam tradiderat*] Vera lectio remanſit in Atrebatenſi, Gemblacenſi, Suſiano, & Pulmanniano, *Renidenſque ſervo publico, qui eam tradiderat.* ſubintellige, dixit. In Wincheliano, *Ridenſque*, legitur. Atque haec conveniunt Ciceronis omnino verbis, qui de eadem re ita: *Quo ſonitu reddito, arridens; Propino haec (inquit) pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus. Renidere* autem eſt leve ac ſalſum ridere. PIGH. *Renidenſque ſervo publico.* Aldus ediderat *Reddenſque ſervo publ.* At Pighius ex cod. MSS. reſcripſit *renidens.* In uno cod. reperit *ridenſque.* Quod idem & in codicum Brand. uno, & in vetere item editione Mart. Herbip. apparet. Et congruit id narrationi Ciceronis in lib. 1. Tuſc. *Quo ſonitu reddito arridens, Propino haec, inquit, pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus.* VORST. In MSS. ſex invenio *reddens*, quod ante vulgabatur. Bit. prim. *remittenſque.* Ultraj. uterque *rideſque.* Leid. ſec. *deridenſque al, renidenſque.* ſept. *renidenſquue al' ridenſque* Tol. *renidens al deridens.* *τὸ renidens* minus intellectum indoctis librariis, & gloſſis *ridens deridens*, & majori corruptioni in *reddcns* cauſſam dedit. *Renidens* eſt ſubridens deductis leviter labiis, ut exponit Torrent. ad Hor. L. II. 18. Minuc. Fel. C. 18. *Sic Caecilius & renidens (nam indignationis ejus tumorem effuſae orationis impetus relaxaverat) Et quid, ait, ad haec audet Octavius.* Liv. L. XXXV. 49. *Homo non quam iſti ſunt glorioſus, renidens condimentis ait varietatem illam & ſpeciem ferinae carnis ex manſueto ſue factam.*

80. *Critiae, inquit, propino*] Ita praedixit quaſi, Critiam quoque brevi interfectum iri. Quod ita huic & evenit. Cicero: *Vere ei, qui venenum praebuerat, mortem eam eſt auguratus, quae brevi conſecuta eſt.* VORST. Quum vero dixit *propino pulcro Critiae*, ut refert Cicero, ut Graeci τῷ καλῷ, alluſit clare ad morem τοῦ κοτταβι-

eum continuo perferas. [81] Erat enim is ex XXX tyrannis crudeliſſimus. Profecto eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti. Itaque Theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vita exceſſit: inimicorum exiſtimatione punitus, [82] ſuo judicio finitus.

7. Ann. urb. 620. Livius LIX. [83] Sed Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit. Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuae ferocitas extitit. Perditis namque & afflictis rebus Numantinorum, [84] cum omnes [85] cives nobilitate, pecunia, honoribus praeſtaret, vicum ſuum, qui in ea urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis undique nutrimentis ignis, incendit protinuſque ſtrictum gladium in medio poſuit, ac [86] binos inter ſe dimicare juſſit: ut victus, inciſa cervice ardentibus tectis ſuperjaceretur. Qui cum tam forti [87] lege mortis omnes abſumpſiſſet, ad ultimum ſe ipſe flammis immerſit.

8. Ann. urb. 607. Livius LI. App. Libyc. Verum ut aeque populo Rom. inimicae urbis excidium referam, Carthagine

---

ἐκβιζόντων, qui in eo ſolebant puerorum aut puellarum, quos amabant, nomina commemorare.

81. *E triginta tyrannis crudeliſſimus*] Bit. prim. *Unus crudeliſſimus.* Solet hoc augere ſuperlativi ſignificationem. Cic. Phil. II. 3. *Quaſi mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, & non cum uno gladiatore nequiſſimo.*

82. *Suo judicio finitus*] *Finiri* pro mori. Sic & IX, 12. ext. 4. *Atrocius aliquanto Euripides finitus eſt.* Et III, 3, 4. mortem fortiter obitam *fortem finem* vocat. Juſtinus XXVII, 3. *Equo praecipitatus finitur.* VORST. Sic L. II. 10. 3. Pro *fato functum* vidimus quoſdam MSS. habere *fato finitum.* Quemadmodum hic Bit. prim. habet *functus.*

83. *Sed Theramenes*] Plerique MSS. *Theramenis.*

84. *Cum omnes ejus cives*] *Ejus*, inepte inſutum ex annotationibus, libri manuſcripti non habent. PIGH. Non habent etiam noſtri.

85. *Cives nobilitate, pecunia, honoribuſque praeſtaret*] MS. ſine copula per aſyndeton, & rectius forſan. ſic ſupra Ex. 23. *capite, humero, femore ſaucio.* PERIZON. Deeſt conjunctio etiam in multis noſtris MSS. & Ed. Med. & ſic auctor hoc ipſo capite Ex. 3. in ext. *cujus propoſito, opere, exitu nihil fortius.*

86. *Binos inter ſe dimicare juſſit*] Epitome lib. LIX. Liv. *Numantini fame coacti ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt.* De Numantinorum fame vide & infra VII, 6, ext. 2. VORST.

87. *Lege mortis omnes aſſumpſiſſet, ad ultimum ſeipſum flammis immiſit*] Ex veterum librorum conſenſu lego, *Omnes abſumpſiſſet, ad ultimum ſe ipſe flammis immerſit.* PIGH.. Conſentiunt noſtri & Ed. Mog.

88. *Impetrare vitam contentus fuiſſet*] Edd. Ven. & Rob. *Contenta fuiſſet.* Quod eſt in Leid. quinto. in tribus aliis *contenta l. contentus*, vel *contentus, l. contenta.* Sed rectum eſt *contentus.* Satis enim fuerat Aſdrubali ſibi vitam impetrare.

89. *Dextera laevaque communes filios trahens*] Qui pueros ducunt, eos *trahere* dicuntur. Virgilius II. Aen. *Ave puerum Aſtyanacta trahebat.* Curtius l. III. 13. 12. *Feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant*, VORST. Ad Curt. vide Raderum. Idem L. V. 5. 15. *Conjuges deinde, quas captis ſors & neceſſitas unicum ſolatium applicuit, parvoſque liberos, trahimus nobiſcum, an relinquimus.* Val. Flac. L. II. 551.

—— *parvumque trahens cum conjuge natum.*

90. *Gelonis*] Pauculi *Jeronis*, vel *Hieronis.* De Gelonis ſtirpe Aelian. L. VI. 14.

91. *Harmoniam virginem*] Livius L. XXIV, 26. ſcribit, nuptam eam Themiſtio, & hujus jam conjugem interfectam fuiſſe. VORST.

92. *Objecit*] Fr. Modius ex libro Bambergenſi reſtituit: *Subjecit.* quod & ego verbum in Laverniano reperi. COLER. *Hoſtilibus gladiis objecit.* Fr. Modius ex cod. Bambergenſi legendum putat *ſubjecit:* idemque & in cod. Laverniano ſe reperiſſe teſtatur Colerus. Sed & uterque cod. Brand. vetuſque typis expreſſus Mart.

ne capta, uxor Aſdrubalis exprobata ei impietate, quod à Scipione ſoli ſibi [88] impetrare vitam contentus fuiſſet, [89] dextera laevaque communes filios mortem non recuſantes trahens, incendio ſe flagrantis patriae injecit.

Muliebris fortitudinis exemplo aeque fortem duarum puellarum caſum adjiciam. Cum peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota regis [90] Gelonis ſtirps, evidentiſſimis exhauſta cladibus, ad unicam filiam [91] Harmoniam virginem eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret, nutrix ejus aequalem illi puellam, regio cultu ornatam, hoſtilibus gladiis [92] ſubjecit. [93] Quae ne cum ferro quidem trucidaretur, [94] cujus eſſet conditionis ederet: proclamavit admirata illius animum Harmonia, [95] & tantae fidei ſupereſſe [96] non ſuſtinuit: revocatoſque interfectores, profeſſa quaenam eſſet, in caedem ſuam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitae fuit.

9. Ann. urb. 539. Livius XXIV.

Mart. Herbip. ita habent. VORST. Videndus Mod. Ep. 96. *Subjecit* exſtat etiam in tredecim noſtris MSS. & Ed. prima. Quod equidem omnino recipiendum cenſui. *Subjici* enim eleganter dicuntur, qui falſi pro veris ſupponuntur. L. v. 9. 4. *Sive illum adoleſcentem ſubjeciſſet, ſive ex alio concepiſſet.* Juſt. L. 1. 9. 9. *Proſtratoque Smerde, cui regnum debebatur, fratrem ſuum ſubjecit Oropaſten.* Suet. in Caeſ. C. 48. *Ut Piſtorem alium ſibi quam convivis panem ſubjicientem compedibus vinxerit.* in Tiber. 25. *Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubjiciendum curavit.*

93. *Quae ne cum ferro quidem*] An legendum, *Quum ne cum ferro quidem.* PERIZON.

94. *Cujus eſſet conditionis ederet*] Uterque codex Brand. pro *ederet* habet *ediceret.* VORST. Ita etiam praeferunt ſeptem è noſtris. Mog. *Ediſſeret.* Ultraj. ſec. *Ediſceret.*

95. *Tantae fidei ſupereſſe non ſuſtinuit*] Pro *tantae fidei puellae ſupereſſe.* Ut *ſupereſſe alicui* dicitur, ita Nepos *ſuperſtitem eſſe alicui* XXV, 19, 1. VORST. Ultraj. ſec. Leid. quint. Harl. cum Ed. Mog. *tantae fidei conſtantiam ſupereſſe non ſuſtinuit.* Quod unde ortum ſit apparet ex Leid. tertio, in quo eſt. *Tantae fidei conſtantiam ſuperaſſe non ſuſtinuit.* An ſcribendum *tantae fidei conſtantiae ſupereſſe?*

96. *Non ſuſtinuit*] Simile referunt de Mauricio Imperatore Graeco à Phoca cum omnibus ſuis interfecto. Vide Baronii Ann. Chr. 602. 19. PERIZON.

CAPUT III.

DE PATIENTIA.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT DUO.

1. *C. Mucius Cordus primus Scaevola dictus.*
2. *Pompejus legatus ad Gentium regem.*

EXTERNA.

1. *Puer Macedo.*
2. *Zeno Eleates.*
3. *Alter Zeno.*
4. *Anaxarchus Abderita.*
5. *Theodorus Syracuſanus.*
6. *Indi.*
7. *Servus Afer in poenis & morte ridens.*

Egregiis virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo ſe oculis hominum ſubjecit: [1] patientiamque in medium procedere hortata eſt, non ſane infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut minus generoſo ſpiritu abundantem; ſed ita [2] ſimilitudine junctam, ut cum ea, vel ex ea nata videri poſſit.

1. Ann. urb. 245. Livius II. Dionyſ. III. Min. Fel. 36. Quid enim iis, quae ſupra retuli, facto Mucii convenientius? cum à Porſena rege Etruſcorum urbem noſtram gravi ac diutino bello urgeri aegre ferret, caſtra ejus clam ferro cinctus intravit; immolantemque ante altaria conatus eſt occidere. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propoſiti oppreſſus, nec cauſſam adventus texit, & tormenta quantopere contemneret, mira patientia oſtendit. [3] Peroſus enim, credo, dexteram ſuam, quod ejus miniſterio in caede regis uti nequiſſet, injectam foculo exuri paſſus eſt. Nullum profecto dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis [4] viderunt. [5] Ipſum quoque Porſenam [6] oblitum periculi, ultionem ſuam vertere in admirationem coëgit. Nam, *Revertere*, inquit, *ad tuos*, *Muci*, *& eis refer*, *te*,

1. *Patientiamque in medium procedere hortata eſt*] Conſtructio optimis quibuſque uſurpata. Nepos XIX, 1, 2. *Hortarentur accipere*, pro *ut acciperet.* Juſtinus XXIX, 4. *Impellit Aetolos bellum adverſus Philippum ſuſcipere.* VORST. Idem L. XII. 5. 6. *Hortatur milites ſuis ſcribere.*

2. *Similitudine junctam*] Copeſ. *vinctam.* Vide L. II. 9. 6. init. PERIZON. Ultraj. prim. *conjunctam.* Poſtea quidam, *Diuturno bello.*

3. *Pertaeſus enim dexteram ſuam*] Legendum, *Peroſus*, ex v. c. conſenſu. PIGH. *Peroſus dexteram ſuam. Peroſus* active, ut *exoſus*, & ſimplex *oſus* quoque. Virgilius v. Aen. *Juppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum Trojanos.* Et VI. Aen. *Lucemque peroſi Projecere animas.* VORST. Multae editiones habent *pertaeſus*, non probantibus MStis. Quorum tres habent *in caedem regis.*

4. *Viderunt*] Lib. Dan. *Inviderunt.* quantivis precii lectio & omnibus modis Valerio vindicanda. *Invidere* eſt intueri, inſpicere, vel ut Cicero interpretatur, nimis intueri. Unde & *Invidiam* ait eſſe ambiguum verbum, quaſi etiam intuitum innuat ſignificari. Citat in id Attii verſum:

Florem quiſnam mortalis liberum invidit meum?

Sic enim verſus ille redintegrandus ex Nonio. COLER. Sed ex eodem Cicerone in hanc rem Attium citante ſatis liquet, non quotidiani uſus hanc ſignificationem fuiſſe. Itaque & ceteri MSS. hanc lectionem non agnoſcunt.

5. *Ipſum quoque Porſenam*] Alii *Porſennam* appellant. Sed Virgilius quoque mediam corripuit. VIII. Aeneid. Et Martialis:

Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Praeter Hiſtoricos Mutii hujus meminere Plutarchus, Auguſtinus libro IV. cap. 20. Tertullianus aliquot locis. COLER. *Ipſum quoque Porſenam.* Nomen regis Etruſcorum aliis per unum, aliis per duo N. ſcribitur. Et Aldus quidem edidit *Porſena:* at in libris Brand. eſt *Porſenna.* Alterum N metri cauſſa adjectum à Poëtis. notavit Servius ad lib. VIII. Aen. Idque probat eo quod iidem Poëtae & *Porſena* dicunt. Martialis: *Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.* Silius l. VIII. *Cernitur effugiens ardentem Porſena dextram.* VORST. De varia hoc nomen ſcribendi apud Latinos & Graecos ratione vide Cl. Duker. ad Flor. L. I. 9.

6. *Oblitum periculi*] Multi MSS. addunt *ſui.*

7. *Urbi ſe cum aeternae gloriae cognomine Scaevolam reddidit*] MS. *Urbi ſe cum aeternae gloriae cognomine Scaevola reddidit.* PERIZON. Ita etiam quinque noſtri. quatuor *Scevolae.* Pro *laetior* Ultraj. ſec. *laetus*, Leid. tert. *laetus l laetior.*

8. *Pompeji*] Hoc exemplum Oliverius de *Cn Pompejo Magno* intellexit. At Gentii Illyriorum regis hiſtoria centum annis *Cn. Pompeji* conſulatum praeceſſit; ut facile ex Flori Epitome in Livium colligitur ex Libris XLIII. & XLIV. GLAREAN. *Pompeji etiam probabilis virtus,*

te, cum vitam meam petieris, a me vita donatum. Cujus clementiam non adulatus Mucius, triſtior Porſenae ſalute, quam ſua laetior, [7] urbi ſe cum aeternae gloriae cognomine, *Scaevolam* reddidit.

[8] Pompeji etiam probabilis virtus: qui dum legationis officio fungeretur, à Gentio rege interceptus, cum ſenatus conſilia prodere juberetur, ardenti lucernae admotum digitum cremandum praebuit: [9] eaque patientia regi ſimul & deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi excuſſit, & expetendae populi Rom. amicitiae magnam cupiditatem ingeneravit. Ac ne plura hujuſce generis exempla domi ſcrutando, ſaepius ad civilium bellorum deteſtandam memoriam progredi cogar, duobus Rom. exemplis contentus, quae ut clariſſimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum moerorem continent, externa ſubnectam. 2. Ann. urb. 548. circiter.

Ex-

virtus. Quiſnam hic *Pompejus* fuerit legatus à Gentio rege interceptus, obſcurum ſane nobis eſt. In Livio quidem nulla ejus mentio, niſi in ejus belli hiſtoria libro XLIV. interrrupta, mutilataque perierit, ubi M. Perpernam, & L. Petillium Rom. legatos à Gentio rege miſſos in cuſtodiam ſcribit, & poſtea rege capto à L. Acinio praetore liberatos, & forte hoc loco, *Perpernae*, pro *Pompeji*, legendum. *Pompeja* quidem gens eo tempore admodum obſcura adhuc fuit, quemadmodum ex Cicerone colligere eſt: Nobile tamen illud factum *Pompeji* merito viam ad omnes honores aperire poſſet. Paulo poſt deeſt vocabulum, quod ſuo loco ex Gemblacenſi aliiſque reſtitui, ſic, *Deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi.* Dictio *tormentis*, non habebatur in vulgatis. PIGH. *Pompei.* De hoc & ſequenti Macedonico exemplo nihil equidem dicere habeo. Illud tantum dico, Gentium illum Illyricorum regem longe longeque ante *Cn. Pompeium* vixiſſe. Cogitandum igitur de alio *Pompejo.* COLER. *Pompeji etiam probabilis virtus.* Quod legatus nomine Pompejus à Gentio rege Illyriorum interceptus fuerit, ex his, quae ſuperſunt Livii, non apparet: ſed potius, M. Perpernam & L. Petilium, cum ad Gentium regem legati veniſſent, ab eo in cuſtodiam conjectos, eodemque capto à L. Anicio praetore liberatos eſſe Cenſet ergo Pighius pro *Pompejo* legendum eſſe *Perpernae*; niſi in his quae ex libro XLIV. Livii perierunt, de Pompejo quodam aliquid ſcriptum fuerit. VORST. *Perpernae* legi hic non poſſe contendit Rupertus, primum quia auctor dicit Patientiam hujus legati ingeneraſſe regi magnam cupiditatem expetendae Pop. Rom. amicitiae, de qua poſt iſtam legationem Gentius ne cogitaverit quidem; deinde Pompejus non videtur miſſus fuiſſe ad Gentium, quod ex eo intelligitur, quia Valerius illum interceptum dicit; tertio, quia de Perperna dicere vix potuit, illum Clariſſimam familiam hac Patientia commendaſſe. Vide Rupert. L. III. Diſſ. ad Val. Max. Cap. 3.

9. *Eaque patientia regi ſimul & deſperationem tormentis quidquam ex ſe cognoſcendi excuſſit*] An ergo Rex ex eo ſperare coepit fore, ut quidquam ex ipſo cognoſceret: quod certe fieri debuit, ſi *deſperatio ipſi fuit excuſſa.* Nam quomodo hoc aliter quis interpretetur, quam *exemit, regem efficaciter deſperatione liberavit*, non video. Cic. pro Sulla C. 8. *Excutient tibi iſtam verborum jactationem.* Quod tamen ſententiae auctoris prorſus eſt contrarium. Opportune ergo hic nobis ſuccurrit Bit. prim. exhibens *incuſſit.* Quod unus Rem. habet in margine Leid. tert. *incuſſit*, ſed ſuper *in* ſcriptum eſt *ex*, verum obelo transfixum. Perizon. quoque *incuſſit*, ſed ſuperſcriptum alia manu eſt *in.* Harl. *injecit.* Sentio ſatis Auctorem poſſe cuiquam videri luſiſſe oppoſitione actionum contrariarum, quae verbis *excutere* & *ingenerare*, exprimuntur, idque tanto argutius, quod iſta ſimul una Pompeji actione ſunt effecta. Sed vel ſic tamen *incuſſit* praefero; vel *excuſſit deſperationem*, erit *Regi expreſſit confeſſionem ſe deſperare.* Quod quam durum ſit, quis non ſentit? Scio *excutere ſibi riſum* apud Horatium poni pro *movere ſe ad ridendum*, ſed ut eodem modo *excutere alicui deſperationem* dicatur pro *movere ad deſperandum*,

dum,

Externa.

Vetuſto Macedoniae more regi Alexandro [10] nobiliſſimi pueri praeſto erant ſacrificanti. [11] E quibus unus turibulo arrepto, [12] ante ipſum aſtitit, [13] in cujus brachio carbo ardens delapſus eſt. quo etſi ita urebatur ut aduſti corporis ejus odor ad circumſtantium nares perveniret, tamen & dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri [14] aut concuſſo turibulo impediret, aut [15] edito gemitu regias aures aſpergeret. [16] Rex quoque

dum, minus opinor eſſe conveniens.

10. *Nobiliſſimi pueri praeſto erant ſacrificaturi*] Ut ſolebant ſcilicet ad pleraque miniſteria à ſervilibus non multum abhorrentia. Curtius Lib. VIII. C. 6. Hunc morem inſtitutum eſſe à Philippo Arrianus, & Aelianus tradiderunt, ſed veriorem Curtii & Valerii noſtri ſententiam exiſtimat Freinshemius ad citatum Curtii locum.

11. *E quibus unus turibulo accepto ante ipſum aſtitit*] Veteres libri omnes, *arrepto*, legunt. Non inepte, videtur enim puer turibulum feſtinanter improvideque arripuiſſe, atque ideo carbonem excidiſſe in ejus brachium. PIGH. *Turibulo arrepto.* Ita Pighius ex MSS. cum Aldus & Chalcocond. edidiſſet *accepto*. Uterque etiam codex Brand. *arrepto* habet. VORST. *Accepto* eſt in Perizon. *correpto* in Leid. tert. ceteri cum Ed. Mog. confirmant, quod dedit Pighius, *arrepto*.

12. *Ante ipſum adſtitit*] Ultraj. ſec. & Ed. Mog. *perſtitit*, Leid. tert. *praeſtitit*. mox Leid. ſec. cum Perizon. & Tol. *adurebatur*.

13. *In cujus brachio carbo ardens delapſus*] Pro *in cujus brachium*. Et extant ſane exempla ſexti caſus pro quarto poſiti: quomodo & quarti contra pro ſexto. Ad quam enallagen reſpexerunt, credo, qui ſupra III, 2, 21. ediderunt *in terra vocem emiſeris*. VORST. Obſervavi hanc varietatem in MSS. admodum frequenter, ſed plerumque in uno & altero, ceteris quidquam mutare vetantibus; hic tamen, quantum liquet, omnes MSS. habent *in brachio*.

14. *Aut concuſſo turibulo impediret*] Omnes Edd. praeter Moguntinam habent *excuſſo*. Cui lectioni non video favere ullum MS.

15. *Edito gemitu regias aures adſpergeret*] Lego *aſperaret*. LIPS. *Aſpergeret*. Libri Veteres: *Exaſperaret*. Verbum ad ſenſum aurium. Lucretius ſatis audacter *ferri ſtridorem acerbum* dixit. COLER. *Edito gemitu regias aures aſpergeret.* Ita veteres typis expreſſi, & MSS. item Brand. Lipſius tamen mallet *aſperaret*; & Colerus *exaſperaret*, ut veteres quidam libri habeant. VORST. *Aſpergeret* etiam quatuor Leid. Tol. uterque Ultraj. Ed. Mog. Copeſ. *ſpargeret*. Bit. prim. *reges aſpergeret*. Leid. primus. *Aut concuſſo turibulo aut edito gemitu impediret. Adſpergeret* magis placet; id enim vult, caviſſe illum, ne quidquam male ominatum ad regis ſacrificantis aures veniret. Quod quam ſollicite caverint, omnibus eſt notiſſimum. Ut eſt in Leid. prim. ita quoque ex veteri ſcripto emendabat Pontanus, putans eſſe *gemitu regias aures aſpergeret* magiſtelli alicujus gloſſema, ad Macrob. L. I. in Somn. Scip. 12. Quem ſuo ſenſu frui patior.

16. *Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeverantiae experimentum ſumere voluit*] Harl. *delectatus eſt*. Ultraj. prim. *ex hoc*. Forte legendum. *Rex quo patientia pueri magis delectatus eſt, hoc certius perſeverantiae experimentum ſumere voluit.*

17. *Solito enim ſacrificavit diutius*] In omnibus manuſcriptis habetur, *Conſulto enim.* quod magis placet. PIGH. *Conſulto.* Ita legit Pighius. Ego in editione Veneta deprehendi: *Conſueto.* quod ſane placet. COLER. *Conſulto enim ſacrificavit diutius. Conſulto* ſcripſit Pighius è codd. MSS. Nec aliter in codd. Brandeb. legitur. At Aldus pro *conſulto* habet *ſolito*; & Chalcocondyles *conſueto*. Quod proximum prae altero illo placet Colero. In uno quoque cod. Brand. vocem notatam video in margine. Et requirere videtur vox quae ſequitur *diutius*, utpote comparativi gradus. VORST. *Conſueto* habet Ed. Ven. 1478. & Aſcenſ. Ven. 1485. *Conſuetudo.* Sed omnes MSS. *conſulto.* Quod male mutatum ab iis, qui putarunt comparativum *diutius* aliquem caſum requirere; quod neceſſe non eſt. Ter. Heaut. I. I. 50.

—— Hem tibine haec diutius
Licere ſperas facere me vivo patre.

Phorm.

quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeverantiae experimentum ſumere voluit. [17] conſulto enim ſacrificavit diutius, [18] nec hac re eum à propoſito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet ejus ſtirpis milites vinci non poſſe, cujus infirmam aetatem tanto robore praeditam animadvertiſſet.

Eſt & illa vehemens & [19] conſtans animi militia, literis pollens [20] venerabilium doctrinae ſacrorum antiſtes [21] philoſophia, quae ubi pectore recepta eſt hominum, [22] inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo, [23] totum in ſolido virtutis munimento confirmat, potentiuſque metu ac dolore facit.

Inci-

Phorm. IV. 1. 3.

Poſtquam videt me ejus mater hic eſſe diutius.

& ſic alibi ſaepe.

18. *Nec hac re eum à propoſito repulit*] Novem MSS. delent praepoſitionem *a.* & ſic Mog. Harl. inſuper *depulit*. Non male.

19. *Conſtans animi militia*] Philoſophia eſt militia quaedam, dum contra affectum inhoneſtum atque inutilem, ut noſter paulo poſt vocat, pugnat, eumque diſpellit. VORST.

20. *Venerabilium doctrinae ſacrorum antiſtes*] Eadem philoſophia quaſi ſacerdos eſt, quae ad bene beateque vivendum praecepta tradit. VORST.

21. *Philoſophia*] Eſt haec una modo pars philoſophiae, quae affectum inhoneſtum atque inutilem diſpellit; πρακτικὴ ab antiquis dicta, & à τῇ θεωρητικῇ ab iiſdem diſtincta. VORST.

22. *Inhoneſto atque inutili*] Eximia Philoſophiae laus. ſic eam fere deſcribunt Stoici. Horatius de Homero:

Qui quid ſit ſapiens quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit.

Similes Philoſophiae laudes apud Ciceronem occurrunt, ut lib. I. de Orat. Tuſc. quaeſt. libro V. Epiſtol. 23. libro XII. & libro XV. Epiſt. 3. COLER. *Inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo.* Recte vocabula παθητικὰ *inhoneſto* & *inutili* adjecit. Quippe non omnis affectus inhoneſtus & inutilis eſt, ſed aliquis etiam honeſtus & utilis; & aliquis item ἀδιάφορος. Cicero V. Q. Tuſc. *Affectus animi in bono viro laudabilis.* Quam perperam fiat, quod vocabulum *affectus* quidam non niſi in malam partem uſurpant, expoſuimus in lib. de Latinit. mer. ſuſp. p. 121. Ceterum *affectus inutilis* eſt affectus noxius, pernicioſus. Sic infra III. 6. *inutilis narratio.* VORST.

23. *Totum in ſolidae virtutis munimento confirmat, potentiuſque metu & dolore facit*] In Stiano & Pulmanniano magis dilucide; *Totos in ſolido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.* Cujus lectionis extant & in aliis veſtigia. PIGH. *Quae ubi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo, totos in ſolido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.* Ita ex duobus codd. MSS. concinnavit haec Pighius. Ego vero non dubito, quin poſt *recepta eſt* comma ponendum ſit, legendumque ita: *Quae ubi pectore recepta eſt, hominem inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo totum in ſolido virtutis munimento confirmat, potentioremque metu ac dolore facit.* Sane *totum* numero ſingulari antiquiores typis expreſſi habent, & MSS. item Brandeb. Deinde *hominem* quoque & *potentioremque*, numero itidem ſingulari, unus cod. Brand. manifeſte habet: alter vero perperam quidem, ſed numero tamen itidem ſingulari *homini*: ac praeterea *potentioremque* diverſa manu ſcriptum: cum initio ſcriptum fuiſſet *potentiuſque*, ut editio quoque Aldina habet. Denique pro *ſolido* in antiquis typis expreſſis, & utroque cod. Brand. MS. reperio *ſolidae.* ut hoc adeo referant ad ipſam virtutem. VORST. *Philoſophia, quae ubi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto atque inutili affectu diſpulſo totos in ſolido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.* Ita edidit Pighius: olim fuit. *Totum in ſolidae vir. mun. conf. potentiuſque metu ac dolore facit.* Ita & MS. qui praeterea, *Quae ubi pectore recepta eſt, omni inhoneſto atque inutili affectu depulſo, totum &c.* Quae cur rejiciam cauſſa nulla eſt, cum meliora ſint, & Pighii & Vorſtii lectione, vere enim pectus confirmatur, quippe ſedes virtutis, & metus, ac doloris. PERIZON. MSS. parum hic ſibi con-

 ſtant.

2. Diog. Laërt. Cic. Tuſc. II. 22. Suidas.

Incipiam autem à [24] Zenone Eleate: qui cum eſſet in diſpicienda rerum natura maximae prudentiae, [25] inque excitandis ad vigorem juvenum animis promptiſſimus, praeceptorum fidem exemplo virtutis ſuae publicavit. Patriam enim egreſſus, in qua frui ſecùra libertate poterat, Agrigentum miſerabili ſervitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum ſuorum fretus, ut ſperaverit & tyranno & [26] Phalari veſanae mentis feritatem à ſe diripi poſſe. Poſtquam deinde apud illum plus conſuetudinem dominationis, quam conſilii ſalubritatem valere animadvertit, [27] nobiliſſimos ejus civitatis adoleſcentes cupiditate liberandae patriae inflammavit. Cujus rei cum indicium ad tyrannum ma-

ſtant. Ultraj. uterque cum tribus Leid. ac Rem. *hominem* & ſic Ed. Mog. Harl. duo Rem. ſec. Leid. *totum in ſolidae virtutis monumento confirmat.* & ſic Leid. ſept. niſi quod habet *nutrimento*. Leid. tert. *totum in ſolidae virtutis munimento confirmat.* Periz. *totum in ſolidae virtutis monimento pectus confirmat.* Deinde plerique *depulſo.* item *facit.* Ultraj. ſec. *faciens.* Duo Barb. cum uno Bit. *Totum inſolitae virtutis munimento confirmat, potentius metu facit ac dolore. Potentiorem* eſt in Ultraj. ſec. ceteri fere *potentius. Omni inhoneſto* Leid. prim. quare recte, cenſeo, Cl. Perizonium Cod. Copeliani lectionem vindicaſſe; retineo tamen *hominum.*

24. *Zenone Eleate*] In Graecis ſuis exteris exemplis multum ab aliis auctoribus diſſentit Valerius, & in hoc & ſuperiore capite: quae quia à commentatoribus diligenter annotata ſunt, conſulto reliquimus. GLAREAN. *Zenone Eleate.* De hoc Varro Eumenidibus: *Ubi dicatur primus Zenon novam haereſin novo paxillo ſuſpendiſſe.* De hujus διαμαστιγώσει Tertullianus Apologetico capite ultimo, & De ſpectaculis. COLER. *A Zenone Eleate.* Hujus dogmata exponunt Diogenes Laërtius & Heſychius Illuſtris. De eodem Varro apud Nonium in *Paxillus: Ubi dicatur primus Zenon novam haereſin novo paxillo ſuſpendiſſe.* *Eleates* dictus ab *Elea*, oppido Peloponneſi. VORST. Imo *Eleates* dictus eſt ab oppido *Elea*, quod fuit in Lucania, prope promontorium Palinurium, ut diſerte teſtatur Strabo Lib. VI. initio: Porro autem tyrannum *Phalarim* interiiſſe Olympiade LXX. ſtatuit Dodwellus. Aliquanto etiam prius eum exſtinctum fuiſſe voluit Eruditiſſimus Bentlejus. ad Olymp. LII. refert aetatem ejus Scaliger ad Euſeb. Jam vero *Zenonem Eleatem* floruiſſe circa Olympiadem LXXXVI. tradit Euſebius. Et conſentiunt alii, Periclem, qui eadem illa aetate viguit, ejus auditorem fuiſſe, ergo ſenem eſſe non potuiſſe ante obitum Phalaridis per ſe liquet. Sed & nemo, praeter noſtrum de *Zenonis* ad *Phalaridem* itinere, mentionem fecit; & non à *Phalaride*, ſed à *Nearcho*, vel, ut alii volunt, *Demylo*, alii, *Diomedonte* illum excarnificatum tradunt, idque *Eleae*, ut eſt apud Cic. L. III. de Nat. Deor. 33. Pauculi MSS. habent. *A Zenone Cleante.* Ed. Mog. *à Zenone Elenate.* Pro *in diſpicienda.* Leid. tert. & ſept. cum Ed. Mog. *deſpicienda.* Tol. *inſpicienda.*

25. *In excitandis ad vigorem juvenum animis*] Tertullianus l. de an. c. 3. ut Platoni honorem, Ariſtoteli tenorem, Epicuro ſtuporem, & aliis philoſophis alia, ſic Zenoni *vigorem* tribuit. VORST.

26. *Phalari veſanae mentis feritatem à ſe diripi poſſe*] Etiam quae mala ſunt, hominibus *diripi* atque *eripi* poſſunt dici. Cicero l. v. ep. 6. ad Att. *Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.* Sic Juſtinus dicit *eripere alicui ſervilem conditionem.* VORST. *Phalari veſanae mentis &c.* Cl. Perizonius malit legere, *deripi*; quod in tribus invenio Leid. Periz. Toll. de quo verbo vide ad L. II. 9. 8. Porro duo Leid. cum Ultraj. ſec. *Et à tyranno & à Phalari*, ac deinde *per ſe.* Quod utrumque habet Ed. Mog.

27. *Nobiliſſimos ejus civitatis adoleſcentes*] At tu vide Simſon. A. M. a. 3505. PERIZON.

28. *Quoſnam conſilii participes haberet*] Cop. Harl. Bit. Barb. prim. *quotnam* exhibent. Leid. ſec. & Tert. *quoſnam*, al' *quotnam.*

29. *Ac fideliſſimum*] Fluctuant MSS. inter *fideliſſimum* ac *fidiſſimum.* Nonnulli, *neque quemquam eorum, & proximum quemque.* & ſic vulgo edebatur ante Pighium. Quod probabat Perizonius monens reſolvendum eſſe τὸ *neque*, in *& non*, & addens ſimile exemplum referri à Sen.

manaſſet, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere coepit: ſubinde quaerens [28] quoſnam conſilii participes haberet. At ille nec eorum quempiam nominavit, ſed proximum quemque [29] ac fidiſſimum tyranno ſuſpectum reddidit: [30] increpitanſque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit ut ſubito mentis impulſu concitati, Phalarim lapidibus proſternerent. [31] Senis ergo unius eculeo impoſiti non ſupplex vox, nec miſerabilis Cic. Off. II. Ovid. in Ib.
ejulatus; ſed fortis cohortatio totius urbis animum, fortunamque mutavit.

[32] Ejuſdem nominis philoſophus, [33] cum à Nearcho tyranno, de cujus .3.
nece conſilium inierat, torqueretur, ſupplicii pariter atque indicandorum conſcio- Diog. Laërt.

Sen. L. II. de Ira C. 23. Cujus locum totum libet mihi adſcribere, ut inde lux quaedam Diogeni Laërtio affulgeat. Ait igitur Seneca. *Notus eſt ille Tyrannicida, qui imperfecto opere comprehenſus, & ab Hippia tortus, ut conſcios indicaret, circumſtantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram ſalutem ejus ſciebat. Et cum ille ſingulos, ut nominati erant occidi juſſiſſet, interrogavit: ecquis ſupereſſet? Tu, inquit, ſolus: neminem enim alium, cui carus eſſes, reliqui.* Ad quem locum Lipſium ita ſcribentem videas, quaſi per *Tyrannicidam* intelligendus eſſet *Zeno Eleates*, & pro *Hippia Phalarim* appellaſſet Valerius: cum reſpiciat Seneca *Ariſtogitonem*, qui eodem modo egiſſe videtur cum *Hippia*, poſtquam fratrem ipſius *Hipparchum* interfecerat. De quo Diod. Sic. in Excerptis Peireiſc. p. 250. Ἡ δὲ ἐν ταῖς βασάνοις παράστασις τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ καρτερικὸν τῆς τῶν δεινῶν ὑπομονῆς περὶ μόνον ἐγενήθη τὸν Ἀριστογείτονα. ὃς ἐν τοῖς φοβερωτάτοις καιροῖς δύο μέγιστα διετήρησε, τήν τε πρὸς τοὺς φίλους πίστιν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τιμωρίαν. Hoc etiam indicare arbitror Diogenem Laërt. in vita *Zenonis Eleatis*, dum ipſum cum *Ariſtogitone* τῷ τυραννοκτόνῳ comparat. Sed verba ipſius ita collocantur, quaſi *Ariſtogiton* etiam aurem tyranni morſu apprehendiſſet, neque ante omiſiſſet, quam ἀπεκεντήθη. Quod non memini me alibi legiſſe de *Ariſtogitone*, ut fortaſſe Laërtius ſimilitudinem, quae inter illos erat latius, quam oportuerat, extenderit, vel verba illa non ſuo poſita ſint loco, fortaſſe è margine in textum temere illata.

30. *Increpitanſque Agrigentinis ignaviam*] Vulgo dicitur *increpare ignaviam, perfidiam alicujus* pro *increpare aliquem ignaviae, perfidiae*, ut loquitur Suetonius; quemadmodum dicitur *accuſare ignaviam alicujus* pro *accuſare aliquem ignaviae*: qua de re vide Ind. in Nep. v. *accuſare*. Sed hoc rarius quod nunc noſter dicit *increpitare alicui ignaviam*. VORST. Vide infra L. IV. 3. Ext. 1.

31. *Senis unius eculeo impoſiti*] Pro *equuleus* ſcribitur & *eculeus*: in utroque etiam cod. Brandeburg. Ab *equus* non tantum eſt diminutivum *equulus*, ſed & *equuleus*: ut *equuleus* proprie ſit parvus equus. Atque ea ſignificatione ipſos quoque Ciceronem ac Varronem uſos teſtatur Nonius. Deinde per metaphoram dicta ita fuit cataſta, in qua torquerentur homines; & quidem quod equo illa ſimilis eſſet: ut & Turnebo Adv. XV, 16. viſum. VORST.

32. *Ejuſdem nominis*] Sumſit ex Heraclide quod colligas ex Laërt. COLER. *Ejuſdem nominis philoſophus.* Scribit quaſi non idem Zeno Eleates hic eſſet, de quo praedictum; ſed alius quidam, qui modo idem nomen Zenonis habuerit. Verum Diogenes Laërtius idem illud, quod nunc noſter narrat, eidem Zenoni Eleatae tribuit. Cicero l. III. Tuſc. qq. de Zenonis Eleatae tormentis itidem prodidit; ſed non addidit, quis eum affici his juſſerit. *Obverſentur*, inquit, *ſpecies honeſto animo. Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendae tyrannidis indicaret.* VORST. Eumdem hunc fuiſſe cum ſuperiore, ut liquet ex auctoribus in margine citatis, jam obſervaverat Pighius, & duos ex uno *Zenonas* perperam Auctorem noſtrum facere monuit etiam Henr. Valeſius ad Ammian. L. XIV. 9.

33. *Nearcho*] Alii *Diomedontem* vocant, teſte eodem Laërtio. COLER. *A Nearcho tyranno. Nearchi* iſtius mentionem & Diogenes Laërtius facit. Addit tamen alios prodidiſſe, ei, quem *Zeno Eleates* è medio tollere voluerit, nomen fuiſſe *Diomedonti*. Videtur autem tyrannus fuiſſe Liparitanorum. Scribit enim Laër-

ſciorum gratia: doloris victor, ſed ultionis cupidus, *eſſe* dixit *quod eum ſecreto audire admodum expediret*: [34] laxatoque eculeo, poſtquam inſidiis [35] opportunum tempus animadvertit, aurem ejus morſu corripuit, nec ante dimiſit [36] quam & ipſe vita, [37] & ille corporis parte privaretur.

4. Talis patientiae aemulus [38] Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum [39] Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi inhiberi poſſet, quo minus amariſſimorum eum maledictorum verberibus invicem ipſe torqueret, ad ultimum amputationem linguae minitanti, *Non erit*, inquit, *effeminate adoleſcens*, *haec quoque pars*

Diog. Laërt. Cic. Tuſc. II. 22. de Nat. D. III. 33. Nemeſ. de Nat. Hom. cxxv. Ovid. in Ib.

Laërtius, *Nearchum* inquiſiviſſe de armis, quae in inſulam Liparam *Zeno Eleates* importaſſet. VORST. Fruſtra conjicit Vorſtius *Liparitanorum* tyrannum fuiſſe *Nearchum*; quum ipſorum fuerit *Eleatum*; ut diſerte cum alii teſtantur, tum imprimis Diod. Sic. in Exc. Peireſc. p. 250. ἔτι τυραννουμένης τῆς πατρίδος ὑπὸ Νεάρχου, σκληρῶς ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ τυράννου κατεστήσατο, *Zeno* nempe *Eleates*; de quo agit. *Eleae* factum dicit etiam Cic. L. III. de N. Deor. 33. Errat ergo Philoſtrat. L. VII. de vita Apollonii Thyanei; quando tradit ipſum liberaſſe *Myſiam*, quia videlicet *Myſus* origine erat *Nearchus*. MSS. *Elearco*, *Cleatico*, *Eleatico*, *Elarco*, *Alearcho*. Quidam ſervant verum *Nearcho*.

34. *Laxatoque eculeo*] Ergo eculei iſtius vis in compreſſione atque conſtrictione conſtitit. Videntur autem & eculei fuiſſe, quorum vis in extenſione conſiſteret. Cyprianus in ep. quadam: *Haſtâ illic & gladius*, *carnifex praeſto eſt*, *ungula effodiens*, *equuleus extendens*, *ignis exurens*. VORST. Et hic de extenſione capio.

35. *Opportunum tempus*] Liber Danielis non habet *tempus*. quod & de ſuo Bambergenſi monuit Modius. Sic *opportunus injuriis*, & alia. Opportunus Graecis ἐπιτήδειος, εὔκαιρος. COLER. *Poſtquam inſidiis oportunum tempus animadvertit.* Modius in Ep. XCVI. monuit *tempus* deeſſe in MS. Bamberg. idque tamquam gloſſema rejecit, probantibus Gudio & Perizonio. Abeſt etiam illa vox à MS. Bitur. primo. Sall. Bel. Jug. C. 50. *Itaque legatos alium ab alio diverſos aggreditur; ac paulatim tentando poſtquam oportunos ſibi cognovit, multa pollicendo perſuadet.*

36. *Quam & ipſe vita*] Oportet ergo *Zenonem Eleaten*, cum Agrigentinos tyrannide *Phalaridis* liberaſſet, ex Sicilia Liparam tranſiiſſe, eamque inſulam itidem à tyrannide, & quidem *Nearchi*, liberare voluiſſe. VORST. Nihil hic vidiſſe Vorſtium ſatis manifeſtum eſt ex iis, quae ſupra notavimus.

37. *Et ille corporis parte privaretur*] Aure ſcilicet, apud Diod. loco citato, ſatellites fruſtra omne ſupplicii genus *Zenoni*, ut morſum remitteret, admoventes dicuntur, quum vincere non poſſent τὴν τ' ἀνδρὸς εὐψυχίαν, παρακαλέσαι αὐτὸν ἵνα διίῃ τοὺς ὀδόντας. Quod vertitur illic *rogare coacti ſunt ut dentes laxaret*. Quum verbum διίῃ potius illic reddendum ſit. *Ut dentes tranſadigeret*, i. e. *aurem dentibus penitus abſcinderet*. Sic enim melius conſtabit, quod ſequitur, καὶ τοιούτῳ τεχνήματι τῶν ἀλγηδόνων ἀπελύθη, ſcilicet *Tyrannus*, καὶ παρὰ τοῦ τυράννου τὴν ἐνδεχομένην ἔλαβε τιμωρίαν, ſcil. *Zeno*.

38. *Anaxarchus*] Aliud & horribilius exemplum de eodem celebravit Diogenes Laërtius, & Cicero Tuſculanis. Tertullian. Apologetico: *Anaxarchus cum in exitium ptiſanae pilo contunderetur*, *tunde*, *tunde ajebat Anaxarchi follem.* COLER. *Talis patientiae aemulus Anaxarchus.* Fuit is natione Abderites. Et Cicero II. Tuſc. qq. Democritium, tanquam Democriti Abderitae auditorem & ſectatorem, eum vocat. Quod ad tormenta quae expertus eſt attinet, ſcribit Laërtius, in concavum ſaxum injectum, ac ferreis malleis contuſum fuiſſe, nihilominuſque dixiſſe, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. *Tunde Anaxarchi ſaccum: Anaxarchum vero non percutis.* VORST. Vide & Plutarch. de virtute Mor. p. 449. Ed. Franc.

39. *Nicocreonte*] Etiam hoc nomen varie corruptum in MSS. exſtat, ita ut pauci verum ſervent, plerique una aut altera, nonnulli etiam pluribus literis aberrent.

40. *Protinuſque dentibus abſciſam & commanducatam linguam &c.*] Tribuit hoc Ammian. Marc. *Zenoni Stoico* i. e. *Cittieo*. Sed qui ideo reprehenditur à Valeſio ad Lib. XIV. 9. *Zenoni* tamen hoc etiam tribui à Plutarcho περὶ ἀδολεσχίας p. 505. Ed. Franc. monuit illic Lindenbrogius.

41. *Ira patens*] Thyſ. edidit *ita patens*, quicquid

pars corporis mei tuae ditionis: [40] protinuſque dentibus abſciſam & commanducatam linguam, in os ejus [41] ira patens expuit. Multorum aures illa lingua, & Plutarch. Alexand. [42] in primis Alexandri regis, admiratione ſui attonitas habuerat, [43] dum terrae conditionem, habitum maris, ſiderum motus, totius denique mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime exprompſit. Pene tamen occidit glorioſius, quam viguit; [44] quia tam forti fine illuſtrem profeſſionis actum comprobavit, [45] Anaxarchique non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.

In

quid erit, utrumque ex gloſſa videtur Guyeto.

42. *In primis Alexandri regis*] Scribit & Laërtius, Anaxarchum converſatum fuiſſe cum Alexandro; cumque aliquando una cum Nicocreonte, Cypri tyranno, apud Alexandrum coenaret, interrogatum ab eodem quid coena ea ipſi videretur, dixiſſe, Cuncta magnifice, verum oportere praeterea caput cujuſdam ſatrapae apponi; eoque ad Nicocreontem alluſiſſe. Hoc aegre ferentem Nicocreontem, ejuſdemque memorem, cum extincto Alexandro Anaxarchus navigaret, invituſque Cyprum appuliſſet, comprehendiſſe eum, atque crudeliter in eum conſuluiſſe. VORST. Alexandro quam vehementer adulatus fuerit Anaxarchus, ita ut cenſuerit majore jure pro Deo ipſum habendum eſſe quam Herculem & Liberum patrem narrat Arrian. L. IV. *ἀναβ.* 10.

43. *Dum terrae conditionem, ambitum maris*] Manuſcripti codices omnes, *habitum maris* dicunt. Sic Virgilius Georg. I.

Cultuſque habituſque locorum.

PIGH. *Habitum maris.* Aldus, *ambitum maris.* At Pighius ex codd. MSS. reſtituit *habitum.* Atque ita in codd. quoque Brand. ſcriptum reperio. Virgilius I. Georg. ſimiliter, *Cultuſque habituſque locorum.* VORST. Ita ſcribitur quoque in utroque Ultraj. & quatuor aliis & Ed. Mog. reliqui retinent *ambitum.* Infra L. IX. 3. Ext. 3. *Tunc inter eas finem belli fore dixit, cum alterutra urbs in habitum pulveris eſſet redacta.* Deinde plerique MSS. pro *totiuſque*, ut edebatur, exhibent *totius.*

44. *Quia tam*] Veterès mei rectius: *Occidit glorioſius, quam viguit, qui à tam forti fine.* Forſitan alluſit his verbis Valerius ad ejus nomen, quem ob *ἀπάθειαν καὶ εὐκολίαν τοῦ βίου, εὐδαιμονικὸν* dictum fuiſſe Diogenes ſcriptum reliquit. Paulo poſt legendum ex veteribus libris, *Anaxarchique.* COLER.

45. *Anaxarchique non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem*] Placet Cauchiani codicis lectio; *Anaxarchuſque vitam non modo non deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* PIGH. *Anaxarchique non vitam modo deſeruit.* Ita omnino legendum ex antiquioribus typis expreſſis, & MSS. item Brand. Pighius unum cod. ſecutus maluit ſic legi, *Anaxarchuſque vitam non modo non deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* Verum ſi ita vellet, legendum porro eſſet *ſed & mortem.* Quod autem *&* abeſt, id lectionem eam ſuſpectam facit. Deinde caſus recti vox *Anaxarchus* locum hic non habet. Si enim Auctor eam repetere voluiſſet, addidiſſet eam proximis ſuperioribus, *Pene tamen glorioſius.* Deinde ſcripſiſſet non *mortem reddidit clariorem*, ſed *mortem ſuam.* Nunc quia vocem ſecundi caſus, *Anaxarchi* praemiſerat, ad quam *mortem* referri poſſet, *ſuam* addere non opus fuit. Sed potuitne noſter ſcribere *Anaxarchi non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* Anaxarchus puta? In Hebraicis notum ipſum nomen repeti interdum, & loco pronominis reciproci poni: exempli cauſſa. *Pluit Dominus à Domino:* at in aliis linguis id non adeo obſervatur. Videtur noſter ipſum Anaxarchum imitari voluiſſe; qui cum de ipſo ſe loqueretur, dixit non *Tunde ſaccum meum, ipſum me non percutis*; ſed quaſi de alio agens, *Tunde ſaccum Anaxarchi, ipſum Anaxarchum non percutis.* VORST. *Anaxarchus non modo vitam non deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* Ita Pighius; olim editi, *Anaxarchique non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem*, quomodo & MStus. Ut & ii, quos Vorſtius vidit ac Colerus. Reponit igitur eam lectionem Vorſtius, ſed ridiculus mehercule eſt, cum interpretatur, *Anaxarchum Anaxarchi vitam non modo deſeruiſſe.* Omnia enim haec ad *linguam* Philoſophi ſunt referenda. *Illa lingua multorum aures attonitas, quae habuerit, dum mundi ma-*

chinam

5. Ann. urb. 538. Livius XXIV.

[46] In Theodoro quoque viro graviſſimo, Hieronymus tyrannus fruſtra tortorum manus fatigavit. [47] Rupit enim verbera, fidiculas laxavit, ſolvit eculeum, laminas extinxit [48] prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conſcios indicaret. Quinetiam [49] ſatellitem, in quo totius dominationis ſumma, quaſi quodam cardine, verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidum lateri ejus cuſtodem eripuit; beneficioque patientiae, non ſolum, quae occulta fuerunt, texit, ſed etiam tormenta ſua ultus eſt: quibus Hieronymus dum inimicum cupide lacerat, amicum temere perdidit.

6. Plin. VII. 2. Cic. Tuſc. V. 27. Philoſt. Apoll. de Brachm.

Apud Indos vero patientiae meditatio tam obſtinate uſurpari creditur, ut ſint, qui omne vitae tempus nudi exigant, modo [50] Caucaſi montis glaciali rigo-

chinam expromſit, & cetera, quae ſequuntur. Sed neque recte dicitur, *vitam hominis non deſeruiſſe*, cum contra ſentiat auctor. Ego credo *τὸ modo* ab librariis eſſe ortum, ut ſenſum verborum, quem non capiebant, fulcirent, ac ſuſtentarent. Lego *Anaxarchique non vitam deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* Hoc eſt, *non tam deſeruit vitam, quam mortem reddidit clariorem. Lingua* revera *deſeruit* quidem *vitam Anaxarchi*, ſed quia ipſe paulo poſt, vel eodem temporis ſpatio eſt exſtinctus, illius momenti rationem non eſſe habendam ſignificat. V. me ad Front. II. 13. 5. infra VI. 6. ext. *Itaque Annibali non Petiliam, ſed fidum Petiliae ſepulcrum capere contigit.* Auctor ad Her. IV. 14. *Eum tu hominem appellas, qui ſi fuiſſet homo &c.* Auct. ad Her. IV. 26. *Nam poſtquam illi vicerunt, atque adeo victi ſunt, nam* (ſic enim lego) *quomodo victoriam appellem, quae victoribus plus calamitatis dedit quam bonis.* Loquitur de iis, qui vicerant. Potuiſſet dixiſſe, *Non vicerunt ſed victi ſunt, quamvis revera vicerint.* Ovid. Metam. VIII. 93. *Nec me nunc tradere crimen, ſed patrium tibi crede caput. Sed non tam patentibus plagis moventur interdum inſecta cute* &c. *etiam glorioſius ſe pugnare putant.* Liv. L. XXXVIII. 21. omittitur ſolenni Livii more adverſativa. Liv. L. XXXVII. 7. init. *Non utrum bellum an pacem habeatis vos conſuli, ſed utrum.* Vide & omnino infra VIII. 5. 1. ubi male Leop. & Vorſtius pro *abrogata* legunt *arrogata*. Sic *modo* videtur delendum L. VII. 1. 32. Vide ibi notas meas. Curt. IX. 5. 15. *Quo conſpecto Alexander jam non vitae ſuae, ſed mortis ſolatium ſuperveniſſe ratus.* Liv. L. XXXVIII. 22. *Hi vero non vulnerabantur, ſed transverberatis ſcutis, plerique inter ſe conſerti haerebant.* Simile illi *non vulnus ſuper vulnus. Solum* per Ellipſin omiſſum. Liv. L. XXXIX. C. 28. *Non cum Maronitis mihi diſceptatio eſt, ſed etiam vobiſcum Romani.* Sed tamen ibi ex MSS. pro *etiam jam* legit Gron. PERIZON. MSS. mei undecim tuentur quoque *Anaxarchique.* Ultraj. primus *Anaxarcheſque.* Leid. ſec. *Anaxarchuſque* al' *chique.* Dein *non vitam modo*, vel *vitam non modo deſeruit* MSS. exhibent; ſed *non modo*, deeſt in uno Remenſi. Vide, num lenius remedium ſit. *Anaxarchique non vitam eo modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem. Non deſeruit vitam eo modo.* i.e. Non tam deſtituit Anaxarchum, viventem adhuc, cui in vita praecipuo adjumento & ornamento fuerit, ſed cui nihil jam poſſet prodeſſe quum morti eſſet deſtinatus. Sed ita effecit, ut ipſa mors illius majoribus famae praeconiis praedicaretur, dum abſcinditur & ſic abjicitur, ut tyranno in ipſam nihil poteſtatis relinqueretur.

46. *In Theodoro quoque*] Fuit is inter conjuratos, qui Hieronymum, ultimum tyrannum Siciliae, occidere voluerunt. Vide Livium XXIV, 5. Sed judice Gronovio tam hic quam apud Livium ſcribendum *Theodoto*; quod in codd. MSS. Livii ita ille reperit. VORST. *In Theodoto quoque viro glorioſo atque graviſſimo.* ſic exhibet MS. Harlem. *Theodoto* etiam Ed. Mog.

47. *Rupit verbera* &c.] Mirifice hic omnia exaggerat. Vult enim tantam in *Theodoto* fuiſſe tormentorum patientiam, ut Tyrannus verbera flagellando conſumpſerit, fidiculas nimia tenſione inutiles reddiderit, ipſum equuleum corruperit, & luxarit, ipſas etiam laminas, quamvis ita diu admoverit, ut urendi vim amitterent, tamen fruſtra uſurparit. Quae omnia naturam excedere, quilibet videat.

48. *Priuſquam efficeret*] In manuſcriptis, *Efficere potuit.* PIGH. *Quam efficere potuit.* Ita reſcripſit Pighius ex codd. MSS. cum Aldus edidiſſet

diſſet

rigore corpora ſua durantes, modo flammis ſine ullo gemitu objicientes. Atque haud parva his gloria contemptu doloris acquiritur: [51] titulusque ſapientiae datur.

Haec e pectoribus altis & eruditis orta ſunt: [52] illud tamen non minus admirabile, quod ſervilis animus cepit. Servus barbarus Aſdrubalem, quod dominum ſuum occidiſſet graviter ferens, ſubito aggreſſus interemit. Cumque comprehenſus omni modo cruciaretur, laetitiam tamen, quam ex vindicta ceperat, in ore conſtantiſſime retinuit. [53] Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia vivida ad ſe penetrare patitur; neque hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum, malignumve praebet; ſed omnibus aequaliter expo-

7. Ann. urb. 532. Livius xxi. Juſtin. xliv. 2. 5.

diſſet *efficeret*. Habent ita & codd. Brand. VORST. Quod dedit Pighius confirmatur etiam ceterorum Codicum & Mog. Ed. auctoritate. Bit. prim. *potuerit*.

49. *Satellitem, in quo totius dominationis ſumma, quaſi quodam cardine verſabatur*] Nomen huic fuit Thraſoni. Livius xxiv, 5. *Victum malis ſe ſimulans, avertit ab conſciis ad inſontes indicium, Thraſonem eſſe auctorem conſilii mentitus, nec niſi tam potenti duce confiſos rem tantam auſuros.* VORST.

50. *Caucaſi montis gelido rigore*] Plures libri habent, *glaciali rigore.* Non minus eleganter; ut Juvenalis, *glacialem Oceanum* dixit. PIGH. *Caucaſi montis glaciali rigore.* Aldus *gelido rigore:* quomodo codd. quoque Brandeb. habent. At Pighius maluit *glaciali rigore:* quomodo itidem codices quoſdam habere ipſe teſtatur. VORST. MSS. noſtri undecim & Ed. Mog. praeferunt *gelido*. Barb. ſec. *rigido rigore.*

51. *Titulus namque ſapientiae*] Nam γυμνοσοφισταὶ appellabantur. Tertullianus Apolog. *Neque enim Brachmanae, aut Indorum Gymnoſophiſtae ſumus, ſilvicolae & exules vitae.* COLER. *Tituluſque ſapientiae datur.* Ita omnino legendum; non, ut Aldus, & hunc ſecuti Pighius & alii edidere *Titulus namque ſapientiae datur:* ut dativus pronominis demonſtrativi, qui in ſuperioribus eſt, ἀπὸ κοινοῦ repetendus ſit. Et habet ita uterque codex Brandeburg. vetereſque typis expreſſi Chalcoc. & Mart. Herbip. Ceterum *titulus ſapientiae* hic eſt quod *Gymnoſophiſtae* dicebantur. VORST. Sic etiam Ed. Mog. Ven. Aſcenſ. cum omnibus fere MSS. τὸ *namque* additum effecit, ut poſtremum hoc membrum gloſſa videretur Tollio. Quod mihi non ſit veriſimile. Manifeſtior gloſſa eſt in MS. Harl. *Tituluſque ſapientiae datur, atque ii Gymnoſophiſtae vocantur.* Dum dicit illos *corpora ſua ſine gemitu objicere flammis.* Reſpicere poteſt factum Calani, qui ſponte crematus eſt vivus ſpectante Alexandro. Videndus Arrian. L. vii. init. & quos citat Schefferus ad Aelian. L. v. 6. V. H. Sed ex Cic. L. v. Tuſc. 27. colligas illis morem fuiſſe, ſic ad patientiam exerceri.

52. *Illud tamen non minus admirabile, quod ſervilis animus cepit*] In decem MSS. invenio. *Illud tamen non minus admirabile ſervilis animus cepit.* & ſic Ed. Mog. Quod mihi videtur elegantius atque concinnius, & multo quidem.

53. *Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia vivida ad ſe penetrare patitur*] Commodius haec legas & diſtinguas: *Non ergo faſtidioſo aditu virtus. excitata ingenia ac vivida ad ſe,* &c. Non habet, inquit, faſtidioſum aditum virtus. quaelibet ingenia, modo acria & viva, admittit. LIPS. *Virtus excitata.* Valde placet diſtinctio Lipſiana: *Non ergo faſtidioſo aditu virtus. excitata ingenia ac vivida.* COLER. *Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia vivida ad ſe penetrare patitur.* Ita Aldus, & ſecuti eum Pighius atque alii edidere. At Lipſius commodius legi haec atque diſtingui ſic putat, *Non ergo faſtidioſo aditu virtus, excitata ingenia ac vivida ad ſe penetrare patitur*; ut *excitata* pertineat ad *ingenia.* Quae Lipſii conjectura & Colero placet. Quidni vero vocibus tranſpoſitis porro ſic legatur *excitata ac vivida ingenia?* Sane codices Brand. habent *excitata vivida ingenia:* & ſimiliter vetus typis expreſſus Martini Herbip. niſi quod pro *vivida* perperam habet *invida.* VORST. MSS. fere habent *invida* vel *invidia ingenia*, Leid. tert. *vivida* l' *invida.* Ultr. prim. *invida* a m. 2. al. *vivida.* Sed omnes, quantum video poſtponunt *ingenia*. Tollius adſcri-

expoſita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris, aeſtimat: inque captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, ut quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas.

adſcripſerat. *Excitata vivida*, alterutrum à gloſſa. Cop. etiam *exercitata*. Deinde unus & alter *aeſtimabit*. Unus *aeſtimavit*, & iidem *relinquet*, & *reliquit*. Cop. *ſuſtinueras*.

CAPUT IV.

DE HUMILI LOCO NATIS QUI CLARI EVASERUNT.

APUD ROMANOS.

1. *Tullus Hoſtilius rex.*
2. *L. Tarquinius Priſcus rex.*
3. *Ser. Tullius rex.*
4. *C. Terentius Varro.*
5. *M. Perperna.*
6. *M. Porcius Cato.*

APUD EXTEROS.

1. *Socrates Athenienſis.*
2. *Euripides & Demoſthenes.*

[1] Quo ſaepe evenit, ut & humili loco nati ad ſummam dignitatem conſurgant, & [2] generoſiſſimarum imaginum foetus [3] in aliquod revoluti dedecus acceptam à majoribus lucem in tenebras convertant. [4] Quae quidem pla-

1. *Quo evenit ut humili loco nati*] In Wincheliano, *Quo ſaepe evenit*. Atque huc transferendus quarti capitis titulus: nam more ſuo praefatiuncula quadam tranſgrediens in aliud argumentum, hic exorditur. PIGH. *Quo ſaepe evenit*. Vocem *ſaepe* reſtituit Pighius ex cod. Wincheliano. Habetque eam vetus quoque editio Martini Herbip. Ceterum initium hic capitis IV. conſtitutum eſt à Pighio; cum in Aldina aliiſque editionibus, itemque in codd. Brand. ad caput proximum ſuperius hac rejecta ſint. VORST. Ut ſupra jam monuimus de aliis tranſitionibus, quas Pighius retulerat tamquam praefatiunculas argumenti ſequentis, eas praecedentibus potius connecti in MSS. idem etiam hic in omnibus deprehendimus; ideo tamen in textu quidquam mutare conſultum non duximus, ut omnis in citandis Auctoris locis vitetur confuſio. *Saepe* in decem noſtris deeſt.

2. *Generoſiſſimarum imaginum foetus*] Pro generoſiſſimorum hominum filii. Homines nobiles & generoſi imaginibus utebantur, in quibus praeclara ſua ſuorumque facta pingenda curabant. VORST.

3. *In aliquod devoluti dedecus acceptam à majoribus lucem in tenebras convertunt*] MS. *Revoluti*. Non male. Sicuti enim majores illorum in illam dignitatem aſcenderant ex infimo loco, ſic illi ex ea dignitate *revolvebantur* ad dedecus. Ter. in Hecyra. *In eandem te vitam revolutum video*. Liv. L. XL. C. 4. *Ad multo ante praecogitatum revolutum facinus*. Infra VII. 2. 4. *Ne acri aemulo liberata in eundem furorem revolveretur.* Sic VI. 9. Ext. 7. *decurſu* pro *recurſu*. VII. 5. 3. *detulit* pro *retulit*. PERIZON. *Revoluti* habent etiam omnes fere noſtri MSS. Unus Rem. & Leid. prim. *revolutum*, quod praefert Ed. Mog. Bit. prim. *devotis*. ſed Edd. omnes ante Pighium *revoluti* exhibent, quod reſtitui. Liv. L. IV. 12. *Revolutus ad diſpenſationem inopiae*. Sen. Thyeſt. v. 419.

—— nunc contra in metus
Revolvor.

4. *Quae quidem planiora ſuis exemplis reddantur, ac prius de iis ordiar*] In Suſiano aliiſque, *Quae quidem planiora ſuis exemplis reddentur, ut primum*

planiora ſuis exemplis reddentur. [5] Ac prius de his ordiar, quorum in meliorem ſtatum acta mutatio [6] ſplendidam relatu praebet materiam.

[7] Incunabula Tulli Hoſtilii agreſte tugurium cepit: ejuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata: validior aetas [8] imperium Romanum rexit, & duplicavit: [9] ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata in altiſſimo majeſtatis faſtigio fulſit. 1. Ann. urb. 82. circiter.

[10] Verum Tullus etſi magnus & admirabilis incrementi, domeſticum tamen exemplum eſt. Tarquinium autem Priſcum ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem noſtram advexit: [11] alienum, quod ortum Corintho: 2. Ann. urb. 138. Livius I. Dionyſ. III. Florus I.

primum de iis ordiar, &c. PIGH. Multi è noſtris ſervant *redduntur.*

5. *Ac prius de his ordiar*] Ita veteres typis expreſſi, & MSS. item Brand. Pighius ex uno codice Suſiano maluit, *Ut primum de iis ordiar.* Verum cauſalis vocula *ut* huc minus quadrat: & copulativa multo convenientior eſt. VORST. MSS. noſtri habent *ac prius*, vel *at prius*; ſed hoc tres tantum. Leid. tert. *at primum*, ſec. *ac primum. Ut* vero, quod Pighius dedit, nuſquam comparet.

6. *Splendidam relatu praebet materiam*] An *relatui.* Liv. L. XXII. *Dum conſul placandis Romae Diis, trahendoque delectui dat operam.* PERIZON. Barb. prim. *Naturam*, ſec. *Naturam vel materiam.* Unus Rem. *memoriam. Relatu* omnes.

7. *Incunabula Tullii Hoſtilii agreſte tug. cepit*] A Valerio diſcrepare videntur Livius I, 22. & Dionyſ. Halic. III. Scribit Livius, nepotem fuiſſe Hoſtilii, cujus in infima arce clara pugna adverſus Sabinos fuiſſet, avitamque gloriam ipſius animum ſtimulaſſe. Eoque amplius ſcribit Dionyſius. VORST. Plerique MSS. habent *Tullii* vel *Tulii.* In margine Editionis quam ipſe curavit Pighius notavit. Liv. L. I. Dion. 3. à Valerio diſſentiunt. Sed cum noſtro facere Aelian. L. XIV. 36. obſervarat Perizonius.

8. *Imp. Rom. duplicavit*] Quia ex Romanis & Albanis unum populum fecit. Livius l. I. *Populum omnem Albanum Romam traducere in animo eſt: civitatem dare plebi, primores in patres legere: unam urbem, unam remp. facere.* VORST.

9. *Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in excellentiſſimo majeſtatis faſtigio fulſit*] Manuſcripti libri omnes, *in altiſſimo*, produnt. Recte, ne ſubito vox eadem repetatur. PIGH. *In altiſſimo majeſtatis faſtigio.* Ita legendum; non, ut Aldus edidit *in excellentiſſimo:* ne eadem vox in eadem periodo bis ponatur. Uterque codex Elect. habet *in altiſſima.* Non nego tamen *excellere* & pro altum eſſe uſurpari. VORST. Confirmatur hoc omnibus noſtris & Ed. Mog.

10. *Verum Tullus etſi magnus & admirabilis incrementi*] Sic Ed. Mog. & MSS. praeter Barb. utrumque, quae cum Edd. reliquis habent *etſi magni & admirabilis incrementi.* Ultraj. prim. *magnus admirabilis incrementi.* Venetae Ed. *Si Tullius magnus.*

11. *Alienum, quod exactum; alieniorem, quod ortum Corintho; faſtidiendum, quod mercatore genitum; erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre*] De Tarquinio Priſco Rege loquitur, verum prodigioſe ineptis annotationibus intermixtis eſt depravatus hic locus, qui idcirco variatur etiam in manuſcriptis, è quibus Suſii & Pulmanni exemplaria uno ore rejiciunt haec verba, *quod exactum alieniorem.* Nec immerito, videntur enim alieniſſima, ac veluti per ſomnium interjecta. Item Campenſe non agnoſcit haec, *Demarato natum patre.* Ex omnibus autem recte comparatis unam hanc veram, ni fallor, lectionem elicimus: *Alienum quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore Demarato genitum: erubeſcendum, quod etiam exule.* Mox quae ſequuntur, non minus conſpurcata ſunt. PIGH. *Alienum, quod ortum Corintho.* Haec, & proxime ſequentia concinnavit ita Pighius ex uno atque altero cod. MSS. Aldus ediderat ſic, *Alienum, quod exactum: alieniorem, quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore genitum: erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre.* Nec multo aliter ceteri antiquiores typis expreſſi. Sed nec codices Brand. MSS. diſcrepant; niſi quod pro *mercatore genitum* unus habet *in arta re genitum.* VORST. Ut antiqui typis expreſſi ſic fere omnes

tho: faſtidiendum, [12] quod mercatore Demarato genitum: erubeſcendum, quod etiam exule. [13] Ceterum tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit. [14] Dilatavit enim imperii fines, cultum deorum novis ſacerdotiis auxit, numerum ſenatus amplificavit, equeſtrem

omnes noſtri MSS. Laudabilis omnino mihi videtur Cl. Perizonii conjectura. *Alienum, quod Etruſcum; alieniorem quod ortum Corintho.* Alienum, quia non Romani generis, ſed Etruſci; erat enim natus Tarquiniis, ex matre *Etruſca*, quam ibi duxerat pater ejus Demaratus; *alieniorem*, quia ne Italicae quidem, ſed Graecae erat originis. Hoc enim credo Cl. Virum ſpectaſſe, cum margini libri ſui adſcriberet. *An Etruſcum?*

12. *Quod mercatore Demarato genitum*] MS. ejiciendum oſtendit τὸ *Demarato*, quod ſane ſuperfluum eſt. PERIZON. MSS. fere poſt *mercatore* delent *Demarato*, ſed complures retinent poſt *exule*. Idem de ſuo teſtatur Joh. Waſſe Ind. Sall. v. *induſtria*.

13. *Ceterum tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrium pro invidioſo, glorioſum pro inviſo reddidit*] Quae ſic in Campenſi, *Ceterum tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum, pro inviſo glorioſum reddidit.* Quo in codice ſupra, *inviſo*, interpretationis gratia annotatum *invidioſo*. In Atrebatenſi autem legitur ita; *Induſtrioſum pro indiviſo glorioſum reddidit.* In Pulmanniano: *Ceterum tam proſpero conditionis ſuae eventu induſtrioſum, pro invidioſo glorioſum reddidit.* Sic in Wincheliano, ſed aliquanto plenius, atque etiam rectius: *Ceterum tam proſpero conditionis ſuae eventu, induſtrioſum pro ignominioſo, pro inviſo glorioſum reddidit.* Quam lectionem ambabus manibus acceptandam puto, licet dubitem, *induſtrioſus* an apud claſſicos nunc auctores reperiatur; atqui *Induſtrioſiſſime*, M. Cato Originum ſecundo dixit, quod adverbium ab *induſtrioſus*, deducitur. Citat Catonem Soſipater. *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem, & argute loqui.* Unde colligo nomen hoc ipſum quoque apud veteres in uſu fuiſſe, quamvis apud nunc extantes vix reperiatur. Nec adeo quidem rejicienda videtur libri Cauchiani lectio, quae ſic habet; *Ceterum tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit.* PIGH. *Tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit.* Ita reſcribendum omnino ex codice Cauchiano; qui teſte Pighio ita habet. Et ſenſus eſt, Tarquinium proſperum illum conditionis ſuae eventum, quod fortuna ipſum in urbem Romam advexit, induſtria ſua pro *invidioſo glorioſum* reddidiſſe. Ipſe Pighius tamen ex cod. Wincheliano malit, *Tam proſpero conditionis ſuae eventu induſtrioſum pro ignominioſo, pro inviſo glorioſum reddidit.* Ante eum Aldus ediderat ſic, *Tam proſperum condit. ſuae eventum induſtrium pro invidioſo, glorioſum pro inviſo reddidit.* Ubi primo hoc ineptum, quod *invidioſo* & *inviſo* ut diverſae ſignificationis vocabula poſita ſunt. Quae cauſſa eſſe videtur, quod in alio codice ſcriptum pro altero eſt *ignominioſo*. Deinde quod *induſtrioſum* monſtroſius videretur, Aldi codex pro eo habet *induſtrium.* Verum nec *induſtrium*, nec *induſtrioſum* locum hic habet. Quis quem enim *induſtrium* reddidiſſet? An fortuna Tarquinium? Praeceſſit quidem aliquid de fortuna: verum non ea; ſed ſua quemque indoles, ac deinde aliorum cohortationes, *induſtrium* reddunt. Voces *induſtria ſua* quod in *induſtrioſum* mutatae ſunt à librariis, id ceteram omnem mutationem ſecum traxit; ut ſcriberetur *proſpero eventu*, & ut adjiceretur *pro inviſo.* Verae lectioni proxima eſt quae in codd. Brandeb. & antiquo typis expreſſo Mart. Herbip. apparet, & ſic habet, *Tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum pro invidioſo glorioſum reddidit*; aut *pro inviſo glorioſum.* Tantum pro *induſtria ſua* perperam, ut in aliis, ita & hic eſt *induſtrioſum.* Baſileënſium unus, ut Cl. Wetſtenius mihi ſignificavit, *induſtrioſum pro judicioſo reddidit*; alter *induſtrioſum pro invidioſo*; omiſſo *glorioſum*: atque ita confirmant, non hic eſſe geminationem vocabulorum ab ipſo auctore factam. VORST. Joh. Waſſe in Indice Sall. voce *induſtria*, dicit MS. habere. *Ipſum conditionis ſuae eventum induſtrioſum, pro ignominioſo glorioſum reddidit.* Idque non male factum judicat. Rem. unus. *Tam in proſperum conditionis ſuae eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit.* Harl. *Tam proſperum conditionis ſuae eventum pro inviſo glorioſum reddidit.* Leid. prim. *tam proſperae conditionis ſuae eventum induſtrioſum. pro invidioſo reddidit.* ſec. & tert. *tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum pro inviſo glorioſum reddidit.*

ſtrem ordinem uberiorem reliquit. Quaeque laudum ejus conſummatio eſt, praeclaris virtutibus effecit, [15] ne haec civitas poenitentiam ageret, [16] quod regem à finitimis potius mutuata eſſet, quam de ſuis legiſſet.

[17] In Servio autem Tullio fortuna praecipue vires ſuas oſtendit, [18] vernam huic 3. Ann. urb. 175. Livius I. Dionyſ. IV.

didit. ſept. & Barb. ſec. *Tam proſperum nonditionis ſuae eventum induſtrioſum pro invidioſo glorioſum reddidit.* Perizon. *Tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum pro invidioſo reddidit.* Ultraj. prim. *Tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum pro invidioſo, glorioſum reddidit.* ſec. *Tam in proſpero conditionis ſuae eventum induſtrioſum glorioſum inviſo pro reddidit.* Copeſ. *Tam proſperum conditionis ſuae eventum induſtrioſum pro inviſo, & pro invidioſo glorioſum reddidit.* Ed. Mog. *Ceterum tam in proſperis conditionis ſuae eventum induſtrioſum, pro inviſo glorioſum reddidit.* Duac. & duo Rem. *Tam in proſperum conditionis ſuae eventum.* Cl. Perizon. aſſentiebatur Vorſtio, vel legendum conjiciebat. *eventum induſtrioſum, & pro invidioſo glorioſum reddidit.* Ut *induſtrioſum* dixerit, eadem forma, qua infra L. VI. I. 8. *Stuproſus.* L. IX. 12. 8. *ridiculoſus.* Vide Gron. ad Liv. L. XLV. 36. Liv. L. III. Cap. ult. *controverſioſus.* auctor ad Her. L. IV. 25. *injurioſus.* Ego quid in tanta MStorum varietate pro vero amplectar ambigo. Dicat fortaſſe quis ſe non intelligere *proſperum illum conditionis ſuae eventum.* An enim *proſper* ille dici poteſt, qui eſt *faſtidiendus*, & *erubeſcendus.* Nam ad praecedentia reſpici, id quidem dubium eſſe non poteſt. Hoc enim vult conditionem ipſi forte oblatam, & fortuito eventu datam ab ipſo in melius eſſe mutatam. Quamobrem, quum in nonnullis eſt *in proſperis*, vel *in proſpero*, vel *in proſperum*, & ſatis crebro adjectivum *inproſperus* apud Columellam & Tacitum occurrat, forſan legendum ſit, *Ceterum tam inproſperum conditionis ſuae eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit.* Ita tamen ut non repugnem, ſi quis *pro inviſo* malit, vel, *pro ignominioſo.* Sed non opus credo hac mutatione: & *proſperum* defendi poteſt, ut *proſperum eventum conditionis Tarquinii* dixerit, quod eum talis conditionis virum fortuna in urbem Romam advexerit, ad imperium occupandum, quae res cum eſſet in tali viro invidioſa, ille eam ſua induſtria reddidit glorioſam.

14. *Dilatavit enim fines Rom. pop.*] Lege ex Campenſi, *imperii fines.* In aliis codicibus tantum legitur, *Dilatavit enim fines, cultum deorum &c.* PIGH. *Dilatavit enim imperii fines.* Ita Pighius ex cod. Camp. cum Aldus & Chalcoc. ediidiſſent *Pop. Romani fines.* Nec male vetus editio Martini Herbip. *Romani imperii fines.* Codices Brandeb. *Dilatavit enim fines.* Quod idem & de aliis codd. teſtatur Pighius. VORST. Cum Campenſi conſentiunt aliquot e meis, ſed pari numero fere delent & *τὸ imperii*, & *τὸ Pop. Rom.* quod habet Barb. primus. Periz. *Dilatavit Romani populi fines.* Deinde unus & alter cum vulgatis, *Quodque laudum ejus conſummatio eſt.*

15. *Ne haec civitas poenitentiam ageret*] *Poenitentiam agere*, non eccleſiaſticorum tantum & poſterioris aevi ſcriptorum phraſis eſt, ſed & noſtri auctoris, Petronii & aliorum. VORST.

16. *Quod regem de finitimis potius mutuata eſſet, quam de ſuis elegiſſet*] Haec elegantius in Pulmanniano, Colonienſi, & Suſiano; *Quod regem à finitimis potius mutuaſſet, quam de ſuis legiſſet. Mutuare* namque etiam mutuo accipere ſignificat. Sic Caecilius: *Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſſa mea.* PIGH. *Quod regem à finitimis potius mutuata eſſet.* Pighius, & ſecuti hunc Colerus & Thyſius, *mutuaſſet.* Et laudat Pighius codd. MSS. qui ita habeant. Sed quidni retineamus *mutuata eſſet*, quod antiquiores typis expreſſi & MSS. Brandeb. habent? Laudat Pighius verba veteris Poëtae; ut *mutuare* quoque pro mutuo accipere, dici probet. Verum aevo Ciceronis non temere quemquam ſic locutum reperias. VORST. *Mutuata eſſet*, omnes mei habent MSS.

17. *In Servio autem Tullio*] Variant etiam hic MSS. quinque *in Tullio vero Servio*, ut edebatur antea. Sex, *In Tullio vero fortuna.* Cop. *In Tullio Servo vero.* An omiſit auctor *Servio*, ut ſuppreſſum hoc cognomen deinde argutius ad id alludendo indicaret, dum dicit *titulum ejus ſervili cognomine & regia appellatione perplexum*? Non puto. id vult in titulo ſtatuae inſcripto fuiſſe cognomen *Servii*, & appellationem *Regis.*

18. *Vernam huic urbi natum, regem dando*] Verba trajecta recolligo & repono, *Vernam natum, huic urbi regem dando,* Viliores videlicet nati ſervi, quam facti. Plautus ad correctio-

huic urbi natum regem dando. Cui quidem diutiſſime imperium obtinere, quater [19] luſtrum condere, ter triumphare contigit. [20] Ad ſummam autem, unde proceſſerit, aut quo pervenerit, ſtatuae ipſius titulus abunde teſtatur, [21] ſervili cognomine, & regia appellatione perplexus.

4. Ann. urb. 537. Livius XXII. & alii. Miro quoque gradu Varro ad conſulatum ex macellaria patris taberna conſcendit. [22] Et quidem fortuna parum duxit [23] ſordidiſſimae mercis capturis alito XII. faſces largiri, niſi etiam L. Aemilium Paullum dediſſet collegam. Atque ita ſe in ejus ſinum infudit, ut cum [24] apud Cannas culpa ſua vires populi Rom. exhauſiſſet, Paullum, qui proelium committere noluerat, occidere pateretur; illum in urbem incolumem reduceret. Quinetiam ſenatum gratias ei

ctionem noſtram appoſite, de Mercurio & Soſia:

Satius eſt me queri illo modo ſervitutem, hodie
Qui fuerim liber: hic qui verna natus eſt, queritur.

LIPS. *Vernam huic urbi.* Recte idem Lipſius tranſpoſuit: *Vernam natum, huic &c.* COLER. *Vernam huic urbi natum regem dando.* Lipſius trajectionem hic factam putat, & legendum potius ſic eſſe, *Vernam natum huic urbi regem dando.* Verum hujuſmodi trajectiones in hoc auctore frequentes ſunt, & ab ipſo illo profectae videntur. *Vernae nati* viliores ſunt quam facti. De Servio Tullio vide & ſupra I, 6, I. ubi dicitur *ſerva natus.* Sic & Anci filii apud Livium I, 40. *ſervum ſerva natum* eum vocant. VORST. Tranſpoſitionem Lipſii probabat etiam Guyetus; ſed repugnant MSS. & opinor, voluiſſe Valerium indicare, illum non ſolum urbi Romae datum eſſe regem à fortuna, ſed etiam ipſum natum fuiſſe urbi vernam, quaſi in eo plus aliquid ſit, quam ſi fuiſſet verna urbis alienae. Barthius legit *innatum.*

19. *Luſtrum conditum*] *Luſtrum condere* eſt luſtrationem & cenſuram finire. Livius I, 44. *Inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit: idque conditum luſtrum appellatum, quia is cenſendo finis factus eſt. Millia LXXX. eo luſtro civium cenſa dicuntur.* Sic & *ſecla condere, ſoles condere, diem condere* dicunt pro *finire.* Vide Buchnerum ad Fabrum v. *condere.* VORST.

20. *Ad ſummam aut unde proceſſerit*] Aliquot MSS. cum vulgatis habent *ad ſummam autem unde proceſſerit.* probo. Ultraj. prim. *ad ſummum.*

21. *Servili cognomine & regia appellatione perplexus*] Demonſtrat hoc idem in antiquiſſimis Capitolinis marmoribus triumphorum ejus titulus: SER. TULLIUS. REX. Quo titulo & ſtatuam inſcriptam fuiſſe autumo. Cum igitur nil praeter praenomen, *Servius*, Tullio adjungatur, id ipſum recte cognomen dixit, eo quod nomini jungitur. Nam ſi tertium aliud accederet, *Servius* praenomen diceretur, ad differentiam alterius tertii, quod tunc cognomen. Atqui tria nomina nobiliorum cum fuerint, Auſonio teſte; Servius rex ob ignobilitatem duo dumtaxat habuit, atque ex his alterum ſervilis conditionis indicem. PIGH. *Titulus ſervili cognomine & regia appellatione perplexus. Perplexus* alias nomen adjectivum eſt ex participio factum, & ſignificat intricatum; hic vero participium ipſum eſt. Verbum *perplectere* tamen in uſu non eſt. Senſus autem eſt, titulum Servii Tullii initio ipſum nomen *Servii*, quod ſervilem ejus conditionem declaret; in fine vero nomen *Regis* habuiſſe, hoc modo, SER. TULLIUS. REX. Ceterum nomen *Servii* recte & *cognomen* vocari cenſet Pighius. Si enim tertium accederet, *Servius* praenomen dicendum fuiſſe, ad differentiam illius tertii: quod tunc cognomen dicendum fuiſſet. At Rutgerſius pro *cognomine* legendum putat *nomine*, vocabulo ſimplici; & intelligendum tamen id eſſe de praenomine. *nominis* enim vocabulum generale, interdum & praenomen aut cognomen denotare. Vide Var. Lect. VI, 16. VORST. Rutgerſio nullus MStorum favet. Et *Servius* cognomen dicitur à Valerio, quia cognomina maxime dicebantur, quae originem trahebant ab alicujus hominis fortuna, habitu, ingenio, & ſimilibus cauſſis, ut abunde docuit Perizon. Anim. Hiſt. C. 2. Ita ergo *Servius* dictus quia matre

ei agentem, quod redire voluiſſet, ante portas eduxit, extuditque [25] ut graviſſimae cladis auctori etiam [26] dictatura deferretur.

Non parvus conſulatus rubor [27] M. Perperna, utpote qui [28] conſul ante quam civis; ſed in bello gerendo utilior aliquanto reipub. Varrone imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit, Craſſianaeque ſtragis punitor extitit. [29] Cum interim, cujus vita triumphavit, [30] mors Papia lege damnata eſt. Namque patrem illius, nihil ad ſe pertinentia civis Romani jura complexum, [31] Sabelli judicio petitum, redire in priſtinas ſedes coëgerunt. Ita M. Perpernae [32] nomen adumbratum, falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus eſt.

5. Ann. urb. 623. Velle-jus II. Juſtin. XXXVI. Strab. XIV.

M. vero

matre *ſerva natus*. Nonnulli MSS. *perplexis*. Utitur autem hoc verbo, quo impedita & obſcura ſignificatur ſaepe oratio, quae habeat aliquid inſtar aenigmatis, quale eſt illud, quod eodem titulo regia dignitas & ſervilis conditio in uno homine ſignificatur.

22. *Et quidem*] Plerique MSS. *equidem*.

23. *Sordidiſſimae mercis capturis inquinari ſolito*] In nullo veterum codicum, *inquinari*, reperitur. At pro *ſolito* in Atrebatenſi, *ſalito*. Verum correctius in Cauchiano legitur, *alito*. Melius, inquit Diomedes, dicitur *alitus*, quam *altus*, vitandae ambiguitatis gratia. Paulo poſt, pro, *vires populi Romani*, quidam libri, *vires reipublicae*, legunt. Rurſus mox ſequens copulativa, *quoque*, omnino ſuperflua eſt, & manuſcriptis exulat. PIGH. *Capturis alito*. Modius ſubſtituit: *Solito*. nimis argute. In libro Danielis cujus ego fidem magnifacio, legitur: *Sallito*. rectiſſime, ſi quid judico. Sic *Sallita cadavera* apud Salluſtium. Orthographiam docet Diomedes. COLER. *Sordidiſſimae mercis capturis alito*. Scripſit ita Pighius ex cod. Cauchiano. Et habet quoque ita unus codex Brand. Et proxime ad hanc lectionem accedit codex Atrebat. qui, ut Pighius teſtatur, habet *ſalito*; & liber P. Danielis, qui, ut Colerus teſtatur, habet *ſallito*: quod ipſum in cod. quoque Andino obſervavit Gronovius. At Aldus ediderat *Sordid. merc. capturis inquinari ſolito*. Nec aliter Chalcocond. Negat autem Pighius in ullo veterum codicum legi vocem *inquinari*. Et ſane in codd. quoque Brand. non comparet. Nam in uno eorum, ut dixi, eſt *alito*: in altero *ſolito*, voce *inquinari* omiſſa; quomodo vetus quoque typis expreſſus Mart. Herbip. habet. Feliciſſima hic videtur conjectura Gronovii, qui legendum cenſet *ſordidiſſimae mercis capturis allito*. Quam veriſimilem reddit verbis Ciceronis Act. I. in Verr. *Nulla nota, nullus color, nullae ſordes videbantur his ſententiis allini poſſe*. Et ex II. Philipp. *Eum nondum tanto parricidio oblitum*. VORST. Videndus Gronov. L. IV. Obſ. 19. Periz. adſcripſerat L. V. 4. 7. *Matrem natae uberibus alitam*. Harl. & unus Rem. etiam *Sallitam* exhibent. Ultraj. prim. *alitam*; reliqui fere, *ſolitam*; *inquinari ſolito*, unus Leid. prim.

24. *Apud Cannas culpa ſua vires pop. Rom. exhauſiſſet*] Livius XXII, 4. *Ex tanta clade, cujus ipſe magna cauſſa fuiſſet*. Vide & noſtrum infra IV, 5, 2. ubi dicit, *Cannenſis pugnae temerario ingreſſu eum remp. confregiſſe*. VORST. Unus Rem. *vires publicas*. Quatuor alii M. *Fulvius*. Harl. *qui praelium committi noluiſſet*. Ultraj. ſec. *occidi pateretur*. Duo Rem. *occideretur*. Nonnulli *extulit*. Duo Leid. cum ſec. Ultr. *excuditque*.

25. *Ut graviſſimae cladis auctori dictatura differretur*] Veteres libri habent, *dictatura etiam deferretur*. Recte. PIGH. *Etiam* deeſt in octo noſtris.

26. *Dictatura deferretur*] Quam tamen ſuſcipere non ſuſtinuit. Vide infra IV, 5, 2. VORST.

27. *M. Perpenna*] M. Perpenna, qui Ariſtonicum vicit in Aſia, Cos. fuit anno U. C. 624. meminit ejus Flor. Lib. LIX. in Livii Epitome. Is, ut Juſtinus tradit Lib. XXXVI. ſub finem, mortuus eſt ſtatim poſt devictum Ariſtonicum, cui ſucceſſit proximo anno M. Aquilius. Hic pluſquam ſexaginta annis praeceſſit eum Perpennam, Virum Praetorium, quem Pompejus occidit: ut Valerius noſter commemorat Lib. VI. Cap. 2. ubi de Aelio Mantia. Sed eum puto hujus, de quo nunc agit author filium fuiſſe. Commentatores hos duos commiſcent in unum, non habita ulla temporum diſcretione:

ſed

6. M. vero [33] Porcii Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen ſuum Tuſculi ignobile, Romae nobiliſſimum reddidit. [34] Ornata ſunt enim ab eo literarum Latinarum monimenta, adjuta [35] diſciplina militaris, aucta majeſtas ſenatus, prorogata familia, in qua maximum decus poſterior eſt ortus Cato.

Ann. urb. 549. circiter. Plutarch. Cic. Catone.

E x t e r n a.

1. Sed ut Romanis externa jungamus, Socrates non ſolum hominum conſenſu,

ſed hoc illis conſuetum. Poſt Conſulis Perpennae mortem pater Roma ejectus fuit: at nepotes, quod Romae nati, manſiſſe ibidem puto. Nam unde eſſet ille, qui Sertorio adhaeſit? in Flori Epit. quae in Livium eſt Lib. xcii. contra Sertorium una cum Metello depugnat. Sed in 96. cum conjuratis in Sertorium numeratur. Quae quam ſint conſona lectori judicanda relinquo. GLAREAN. *M. Perperna.* Plerique MSS. *M. Perpenna*, vel *Marco Perpennae. Marci Perpennae*, vel omiſſo praenomine *Perpennae.* Vide Cl. Burmannum ad Vell. L. ii. 4.

28. *Conſul ante quam civis*] Cic. pro Sulla Cap. 7. negat ullum peregrinum conſulem fuiſſe. PERIZON.

29. *Interim cujus* (M. Perpernae) *vita triumphavit*] Notat Pighius de triumpho Perpernae nihil ſcribere alios; ſed in provincia eum mortuum eſſe. At Sigonius 1. Emend. 10. ad ad triumphum, quem ex Sicilia, bello ſervili profligato, Perperna tulit, Valerium reſpexiſſe exiſtimat. VORST.

30. *Mors Papia lege damnata eſt*] *Papia* lex de peregrinis urbe pellendis, cujus Cicero meminit officiorum tertio, primum lata fuit anno urbis 688. ut auctor eſt Dion libro xxxvii. additque eadem exceptos fuiſſe peregrinos Italiam incolentes. Quomodo igitur Perpernae pater lege Papia damnari potuit, qui ſaeculo fere hanc praeceſſerat? Et quomodo à Sabellis, qui montes inter Sabinos ac Marſos incolebant, quibuſque cum aliis ſociis civitas data fuit bello Marſico confecto, viginti amplius annis ante legem Papiam latam? Vel igitur aliam fuiſſe Papiam legem dicamus neceſſe eſt, multo ante Marſicum bellum promulgatam, cujus alii auctores non meminerunt; vel, quod potius autumo, nomen hoc in Valerio corruptum eſſe à librariis, qui lubenter obſcura nomina in celebriora ſolent mutare. Fuere quidem & aliae prius leges de peregrinis pellendis latae, ut ex Ciceronis eodem loco conſtat. Penni legem de peregrinis nominat Feſtus, latam, ut autumat Carolus Langius noſter, vir ingenio ſingulari atque eruditione ſumma praeditus, à M. Junio Penno tribuno plebis anno U. C. 627. quo quaeſtor C. Gracchus fuit, atque ſpes civitatis accipiendae ſociis ab ipſo injiciebatur. ut idcirco contra Juniam legem Gracchus tum dixiſſe videatur, quemadmodum Feſtus indicat, atque etiam Tullius in Bruto. Qua Junia lege potius, quam Papia, quae tum non erat, Perpernae patrem mortuo filio conſulari quadriennio antea, à Sabellis repetitum fuiſſe veriſimile eſt. Attamen exemplaria Valerii omnia Papiam legem vocant. Lector ſequatur quod ſibi viſum erit. PIGH. *Mors* (Perpernae) *Papia lege damnata eſt.* Ἀνιστορησία hic, aut lapſus memoriae tribuendus ipſi auctori videri poſſit: quod lex Papia de peregrinis urbe pellendis anno urbis 688. demum lata fuit, ut ex lib. xxxvii. Dionis conſtat; eademque ad peregrinos Italiam incolentes non pertinuit: Perpernae pater autem integro fere ſaeculo eam legem anteceſſit, exque ipſis Italiae populis oriundus fuit. Conjicit igitur Pighius nomen legis corruptum, proque *Papia* legendum eſſe *Junia*; quod ex Feſto conſtet M. Junium Pennum de peregrinis urbe pellendis legem tuliſſe anno U. C. 627. qua de re videſis ipſius Notas Pighii. At Sigonius duas leges Papias fuiſſe docet, quarum una omnino ante Perpernae mortem lata fuerit. Verba ejus lib. 1. Emend. c. 10. ſic habent: *Dico igitur Papias leges has duas eſſe, neque eandem Ciceronem* (iii. de Off.) *& Valerium intellexiſſe, neque utriuſque vim eandem fuiſſe. unam enim fuiſſe de civitate, alteram de urbe: vel unam de civibus, alteram de peregrinis. Lex ante fuerat Claudia anno ab U. C.* 576. *auctore Livio lata, quae ſocios in ſuam quemque civitatem redigebat. Poſt hanc ſecuta eſt Papia: quae quo anno lata ſit, parum liquet. Hac autem damna-*

ſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus judicatus, [36] Phanarete ma- Plato
tre obſtetrice, & Sophroniſco patre [37] marmorario genitus, ad clariſſimum Theaet. & Euthyd.
lumen gloriae exceſſit. neque immerito. Nam cum eruditiſſimorum virorum Diog. Laërt.
ingenia in diſputatione caeca vagarentur, menſuraſque Solis & Lunae, & ce- Plat. Phaed. Cic. Tuſc.
terorum ſiderum loquacibus magis, quam certis argumentis explicare cona- V.
rentur, [38] totius etiam mundi ambitum complecti auderent, primus [39] ab his indo-

damnatus cum ſit M. Perpernae pater, qui conſul fuit anno 623. *non multis ante annis videtur lata. De hoc ita Valerius &c. At vero anno ab U. C.* 688. *biennio antequam Cicero conſul eſſet, altera Papia lata eſt à C. Papio, tribuno pl. nequis peregrinus in urbe eſſet*, &c. De duplici lege Papia leviter & Pighius conjecerat, ut ex Notis ejus apparet. VORST. *Papia* delet Ultraj. prim.

31. *Sabelli judicio petitum*] *Sabelli* populus Italiae, qui montes inter Sabinos & Marſos incoluerunt, quibuſque inter alios civitas data, bello Marſico confecto. Ii patrem Perpernae judicio petiverunt; quod cum civis Romanus non eſſet, jura tamen civis Romani uſurpaſſet. VORST. Bit. prim. *omiſſo Sabellionis judicio.* Ultr. ſec. *Sabelii.* Leid. prim. *Sabelli jure.* De *Sabellis* vide Torrent. ad Horat. Epod. XVII. 38.

32. *Nomen adumbratum*] Quod imaginem perfectam non habuit: quia honor, qui ei contigit, ipſi non competebat. VORST. Notandus hic inſignis eſt error Oliverii, qui Perpernam Praetorium, quem in Hiſpania poſt interfectum inſidiis ejus Sertorium, cujus partibus favebat, Pompejus vicit, & interemit, cum hoc noſtro, qui illum longo tempore anteceſſit, in notis ſuis confundit. Ut & cum *in ſedes ſuas* exponit *in Graeciam*, quod utrumque ſecutus etiam eſt Aſcenſius.

33. *Porcii Catonis*] Addit Mſc. unus: *Porcii Catonis, Porciae nominationis principis.* Quod non inſuper habendum duxi. COLER. *Porcii Catonis.* Notat Colerus, unum cod. habere ſic, *Porcii Catonis, Porciae nominationis principis.* Quod poſtremum unius quoque cod. Brand. margini adjectum video. VORST. Leid. ſec. *M. vero Catonis Portiae nationis principis.*

34. *Ornata ab eo literarum Lat. monimenta*] Scripſit Cato libros de Originibus: in quibus originem urbium Italicarum, & res geſtas pop. Rom. expoſuit. VORST.

35. *Diſciplina militaris*] Spectant haec ad libros Catonis *De re militari*, quos ſaepius Feſtus citat. COLER. *Adjuta diſciplina militaris.* Scripſit & libros de re militari; quos ſubinde citat Feſtus. Sed & ipſe bello bene rem geſſit, Hiſpaniamque ſubegit. VORST.

36. *Phanarete matre obſtetrice, & Sophroniſco patre*] MSS. quidam *Phanatethe*, *Phanaretoe*, *Phanaretre*; item *Sophronico*, *Sophoniſco*, *Sophoniſto*. Graecis mater ejus dicitur Φαιναρέτη. Unde Aſcenſ. cum Rob. Steph. edidit *Phaenarete.*

37. *Marmorario*] Laërtio eſt ἦν λιθουργοῦ. Gloſſarium: *Marmorarius* Μαρμαρωποιὸς, Ἀγαλματογλύφος. Alibi: Μαρμάριος *Marmarius.* COLER. *Patre marmorario. Marmorarius*, qui marmora ſecat, vel polit. Gloſſarium Graece μαρμαρωποιὸν & ἀγαλματογλύφον appellat. Laërtius Socratem ἦν λιθουργοῦ vocat. VORST. Hinc apud Lucian. in Somnio p. 9. Ed. Salm. ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεὶς dicitur.

38. *Totius mundi ambitum complecti*] Quidam codices, inque his uterque Brand. *Totius m. habitum.* Sane & ſupra III, 3. ext. 4. *habitum maris* dixit. VORST. *Habitum* quoque Leid. ſec. & ſept. cum Ultr. primo. ſed *ambitum* hic malim propter verbum *complecti.*

39. *Ab his indoctis erroribus abductum animum*] Legendum videri *ab his doctis erroribus*, monui ſecundo Electorum. LIPS. *Indoctis.* Ignarus etiam correctionis Lipſianae, malui: *Doctis. Doctos errores* eleganter vocat vana quaedam ſcientiarum Mathematicarum. Ambitum autem illum diſciplinae Mathematicae non minus proprie quam facete *errores* indigitat. Diogenes Cynicus Mathematicos πλανήτας per jocum appellitaſſe legitur apud Stobaeum. COLER. *Ab his indoctis erroribus abductum.* Ita codices tam MSS. inque his uterque Brandeb. quam typis expreſſi habent. Lipſius tamen malit *Ab his doctis erroribus.* Quod adeo & Colero placet, ut in textum id receperit. Ita ſcientias Mathematicas facete *doctos errores* vocet, quod nihil conferant ad vitam honeſte agendam: quomodo Diogenes Cynicus Mathematicos per jocum πλανήτας appellavit.

 VORST.

indoctis erroribus [40] abductum animum, intima conditionis humanae, ac in ſeceſſu pectoris repoſitos affectus ſcrutari coëgit: ſi virtus per ſe ipſam aeſtimetur, vitae magiſter optimus.

2. Gell. xv, 20. Plutarch. Demoſth. Suid. de Eurip. Quam [41] matrem Euripides, aut quem patrem Demoſthenes habuerit, ipſorum quoque ſaeculo ignotum fuit. alterius autem matrem olera: [42] alterius patrem cultellos venditaſſe, omnium pene doctorum literae loquuntur. Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius?

VORST. *Indoctis* tuentur omnes ſcripti & olim Editi.

40. *Abductum animum ſuum in intima conditionis humanae, & in ſeceſſum pectoris repoſitos affectus ſcrutari coëgit*] Rectius ac planius in Campenſi aliiſque, *Abductum animum intima conditionis humanae ac in ſeceſſu pectoris &c.* PIGH. *Intima conditionis humanae ac in ſeceſſu pectoris repoſitos affectus ſcrutari.* Ita Pighius ex cod. Campenſi optime. Habent & codices Brand. *in ſeceſſu*; non, ut editio Aldina, *in ſeceſſum.* VORST. MS. Cop. *in ſeceſſum pectoris ſepoſitos.* Leid. ſept. *reconditos.*

41. *Matrem Euripidis*] Quam tamen Philochorus ſcripſit fuiſſe τ̃ ἐυγενῶν. & Barneſ. exiſtimat hanc fabulam ab Ariſtophane Comico ortam, qui matrem Euripidis per maledicentiam veteri Comoediae propriam λαχανοπωλητρίαν vocaverit. Nomen mulieri fuit *Clito*, pater ejus *Mneſarchus.*

42. *Alterius patrem cultellos venditaſſe*] Ita tamen ut bono honeſtoque genere eſſet, ſed habebat pater ejus officinam magnam, inque ea multos ſervos, qui μαχαίρας, quod tam gladios, quam cultros poſſis interpretari, cudebant. Ut ex Theopompo in vita ejus refert Plutarchus. Ex quibus liquet male in quibuſdam MSS. legi *alterius patrem olera*, *alterius matrem cultellos venditaſſe*, aut *vendicaſſe.* Quod vero Juven. dicit Sat. x. v. 130.

Quem pater ardentis maſſae fuligine lippus
A carbone & forcipibus gladioſque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora miſit.

Id caute accipiendum eſt. Nam pupillus à patre relictus eſt ſeptennis. Ut ad Juvenalem bene monuit Grangaeus.

CAPUT V.

[1] QUI A PRAECLARIS PARENTIBUS DEGENERARUNT.

1. *Cn. Scipio, Africani majoris filius.*
2. *Q. Fabius, Allobrogici F.*
3. *P. Clodii & Fulviae F.*
4. *M. Hortenſius Corbio.*

Sequitur [2] duplicis promiſſi pars [3] adopertis illuſtrium virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem ſunt [4] referenda, quae ab earum ſplendore degeneraverunt, teterrimis ignaviae ac nequitiae ſordibus imbuta nobilia portenta.

Quid

1. *Qui à praeclaris parentibus degenerarunt*] Inſcriptionem hujus capitis MSS. ita exhibent: *Qui à parentibus claris degenerarunt.*

2. *Duplicis promiſſi pars*] Duplex promiſſum iſtud initio capitis ſuperioris apparet. VORST.

3. *Adopertis illuſtrium virorum imaginibus*] Supra: *Ut generoſiſſimarum imaginum foetus acceptam*

Quid enim monſtro ſimilius, quam ſuperioris Africani filius Scipio? Qui 1. Ann. urb.
in tanta domeſtica gloria ortus, à parvulo admodum regis Antiochi praeſidio 563. Livius XXXVII.
capi ſuſtinuit; cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quam [5] inter duo App. Syriac.
fulgentiſſima cognomina patris & patrui, [6] altero oppreſſa Africa jam parto, Ann. urb.
altero jam majore ex parte recuperata Aſia, ſurgere incipiente, manus vincien- 552. Livius XXX. P lyb.
das hoſti tradere, ejuſque beneficio precarium ſpiritum obtinere: de quo mox Exc. Leg. 23.
L. Scipio ſpecioſiſſimum [7] deorum hominumque oculis ſubjecturus erat Ann. urb.
triumphum. 578. Livius XLI.

Idem praeturae petitor [8] candidam togam adeo [9] turpitudinis maculis obſo-
lefactam in campum detulit, ut [10] niſi gratia Cicerei, qui patris ejus ſcriba Infra IV. 5. 3.
fuerat, adjutus eſſet, honorem à populo impetraturus non videretur. Quan-
quam quid interfuit utrum repulſam, an ſic adeptam praeturam domum refer-
ret?

ceptam à majoribus lucem in tenebras convertant. *Adoperire* pro *operire*; ut *adaperire*. Tibullus: *Tenebris mors adoperta caput.* Dicunt & *cooperire*. VORST.

4. *Referenda, quae*] MSS. octo cum editis. *referendi, qui.*

5. *Inter duo fulgentiſſima cognomina*] Quod pater *Africanus*, patruus *Aſiaticus* dictus fuit. VORST.

6. *Altero oppreſſa jam Africa*] Harl. Bit. Barb. prim. *Altero majori oppreſſa Africa jam parte, altero majore ex recuperata Aſia.* Ultraj. prim. *Altero majori oppreſſa Africae jam parte, altero majori ex parte recuperata Aſia*, in priori membro *τὸ majori* addit etiam Copeſ. deinde Bit. prim. *pretioſiſſimum.*

7. *Deorum hominumque oculis*] Curru vectus in Capitolium, cum de Antiocho triumpharet. VORST.

8. *Candidam togam in campum detulit*] Campum Martium puta, ubi comitia habebantur. VORST.

9. *Turpitudinis maculis obſolefactam*] Alludit ad proximum ſuperius; quod Cn. Scipio ſuſtinuerat captivus duci. VORST. Imo potius ad totam vitae illius rationem. *Nam nihil ex majeſtate paterna praeter ſpeciem nominis & vigorem eloquentiae retinebat*, ut tradit Vell. L. I. 10. & Cic. de Sen. C. 11. *Quam fuit imbecillus P. Africani filius is qui te adoptavit? quam tenui aut nulla potius valetudine? Quod ni ita fuiſſet, alterum ille exſtitiſſet lumen civitatis. Ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior acceſſerat,* Quare vereor ne hic nimius in exaggerando ſit noſter. Putat tamen in Annal. A. DLXXIX. Pighius ipſum fuiſſe motum ſenatu a cenſoribus, etiam cum praetor eſſet, & de ipſo agere Liv. L. XLI. 27. Quamvis ibi *Lucius* vocetur, qui a noſtro L. IV. 5. 3. dicitur *Cnaeus*. Quod mihi tamen admodum incertum videtur; cum id vix praetermiſſurus fuerit noſter, quippe quod multo plus faciat, ad ignominiam ipſius, quam quod admodum adoleſcens circumventus & captus fuit ab Antiochi Regis praeſidio. Equidem arbitror immerito hunc P. Africani filium hac infamia obrui, cum in eo nihil magnopere culpandum fuerit, praeter corporis nimiam imbecillitatem. Quod vidit etiam Pighius, qui ideo huc magis inclinat, ut ſtatuat fuiſſe hunc *Lucium*, non majorem, ſed alterum Africani filium. Filium autem Africani, qui imbecilla valetudine fuit, appellatum fuiſſe *Publium*, recte cenſet ex eo, quod Aemilianus, quem adoptaverat, etiam hoc praenomine uſus ſit; cum moris eſſet, ut filii adoptati praenomen, nomen, & cognomen etiam patris adoptivi aſſumerent, ut abunde docuerunt viri docti in aliis, & clariſſime apparet ex Aemiliani Africani fratre Q. Fabio Maximo Aemiliano. Qui *Quintus* praenomine in gente Fabia admodum uſitato appellatus eſt, quum inter Aemilios Paullos, neminem reperiam hoc dictum praenomine.

10. *Niſi gratia Cicerei*] *Cicerejus* competitor fuit Cn. Scipionis: qui cum videret, Scipioni ſe praeferri, abjecta candida competitori ceſſit, ejuſque ſuffragatorem egit. Vide infra IV, 5, 3. VORST.

ret? quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt [11] ne aut ſellam ponere, aut jus dicere auderet. Inſuperque e manu ejus annulum, in quo caput Africani ſculptum erat, detraxerunt. Dî boni quas tenebras ex quo fulmine naſci paſſi eſtis!

2. Ann. urb. 662. Age [12] Q. Fabii Max. Allobrogici, & civis, & imperatoris clariſſimi, filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit? cujus ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari poſſunt, quod [13] ei Q. Pompejus praetor urbanus paternis bonis interdixit: neque in tanta civitate, [14] qui illud decretum reprehenderet, inventus eſt. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quae Fabiae gentis ſplendori ſervire debebat, [15] flagitiis disjici. Quem ergo nimia patris indulgentia heredem reliquerat, publica ſeveritas exheredavit.

[16] Poſſe-

11. *Ne aut ſellam ponere*] Juris dicendi cauſſa. Sic infra III, 7, 1. *Sella poſita jus eis dixit*. Ceterum & a cenſoribus notatum, ſenatuque motum ſcribit Livius. VORST. *Ponebant* videlicet *Sellam* in ipſo tribunali. Cic L. II. in Ver. 38. *Palam de ſella ac tribunali pronunciat. Sella*, intellige, *curuli*.

12. *Q. Fabii Max. Allobrogici*] Conſul fuit Romae anno 633. ab U. C. de cujus filio hic loquitur. Ipſe ſane ejus pater eodem modo fuiſſe dicitur L. VI. Cap. 9. Sed tandem reſipuiſſe. De filio reſipueritne nihil hic proditur. Allobrogici pater fuit Q. Fabius Max. Aemilianus, L. Paulli Aemilii proles, poſterioris Africani frater. Recte igitur Flor. Lib. LXI. dicit Allobrogicum L. Paulli nepotem ex filio fuiſſe. GLAREAN. *Q. Fabii Maximi Allobrogici. Allobrogicus* dicitur, ut diſtinguatur a Q. Fabio Maximo Rulliano, & à Q. Fabio Max. Verrucoſſo & Cunctatore. Epitome l. LXI. Livii: *Q. Fabius Max. conſul, Pauli nepos, adverſus Allobroges & Bituitum Arvernorum regem feliciter pugnavit*. VORST. Fuit nempe Allobrogicus hic Q. Fabii Aemiliani filius. Hic igitur, qui tamen perditam luxuria vitam egit, ille eſt, quem reſpicit Cic. L. I. Tuſc. Quaeſt. C. 33. *Quaererem ex eo, cujus ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos, facie vel patris, vita omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facile deterrimus*. Hunc enim locum innuere puto Perizonium, cum in margine jubet videre Ciceronem, qui eum Africani fratris nepotem vocat. MSS. quinque *Allobrogi*. Duo *Allobrogis*.

13. *Ei paternis bonis interdixit*] Formulam qua prodigo bonis interdicebatur, habet Paulus lib. III. Sent. Tit. 4. *Quando tua bona paterna avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico*. VORST. Vide Giſan. Ind. Lucret. in *Gerundiis*. PERIZON. Bit. prim. & Leid. tert. *ingreſſum interdixit*. Ultraj. ſec. *interdixerit ingreſſum*.

14. *Qui illud decretum reprehenderet*] Unus Rem. *Qui illud decretum reſcinderet*. Adſcripſit Gudius. Optime! Favet Leid. prim. Sed magis eſt, & univerſorum approbationem clarius ſignificat, quod *nemo reprehendit*, quam quod nemo *praetoris decretum reſcindere* tentarit.

15. *Flagitiis disjici*] In Atrebatenſi, Pulmanniano ac Suſiano, *diſſici*, habetur. In Campenſi, Colonienſi, & Wincheliano, *diſici*, Compoſitum verbum ab *icere*. Quam lectionem animadvertit etiam Giſanius noſter, cujus correctiones in Lucretium poëtam nuper prodierunt. Et ante hoc verbum reſtituit Jo. Pierius Valerianus, legendumque eſſe docuit, *Diſice compoſitam pacem*. Aeneid. VII. PIGH. *Flagitiis disjici*. Pighius notat in codd. MSS. eſſe *diſici* vel *diſſici*. Quod ſane & ipſe in codd. MSS. obſervo. Ex eo tamen colligendum non eſt quod Gevartio II; 4. Elect. viſum, quod veteres *diſſicere* dixerint pro *diſſecare*. nam *diſicere* dixerunt pro *disjicere*, quomodo & *adicere*, *abicere*, *reicere* pro *adjicere*, *abjicere*, *rejicere*; ac porro deinde *S* geminato *diſſicere*. Gronovius lib. IV. Obſ. c. 20. hac de re ita: *Habent libri veteres ubique fere diſſicias pro disjicias, & diſſicere pro disjicere*. VORST. Ita ſcribunt quoque noſtri fore paſſim, & ſaepe monitum eſt de aliis

[16] Poſſedit favorem plebis Clodius Pulcher: [17] adhaerenſque Fulvianae ſtolae pugio militare decus muliebri imperio ſubjectum habuit. Quorum filius Pulcher, praeterquam quod enervem & frigidam juventam egit, perdito etiam amore vulgatiſſimae meretricis infamis fuit, mortiſque erubeſcendo genere conſumptus eſt. Abdomine enim avide devorato, foedae ac ſordidae intemperantiae ſpiritum reddidit.

3. Ann. urb. 695.

Ann. urb. 712.

[18] Jam Q. quidem Hortenſii, [19] qui in maximo & ingenuorum civium & ampliſſimorum proventu, ſummum auctoritatis atque eloquentiae gradum obtinuit, nepos [20] Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abjectiorem & obſcoeniorem vitam exegit: ad ultimumque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quam avi pro ſalute civium in foro excubuerat.

4. Tacit. II. Suet. Tib.

aliis quoque MSS. à Viris eruditis. Leid. ſext. *diſſipari*. a gloſſa videlicet.

16. *Poſſedit favorem plebis Clodius*] Fuit patricius. Verum ut tribunus pl. fieri, Ciceronemque ulciſci poſſet, adoptandum ſe plebejo dedit, eaque ratione favorem plebis aucupatus fuit. VORST.

17. *Adhaerens Fulvianae ſtolae pugio*] *Fulvia* uxor primo Clodii, ejus qui Ciceronem in exilium ire coëgit; poſt exſtincto eo M. Antonii: qui & ipſe Ciceroni valde infeſtus fuit, eumque obtruncandum curavit. Ceterum dum M. Antonius & Octavius Caeſar contra Brutum Caſſiumque bellum gerebant, Fulvia magna auctoritate in urbe fuit, ut neque ſenatus, neque populus praeter ejus ſententiam quicquam ſtatueret. Cumque Octavius Romam rediiſſet, neque cum Fulvia ſatis ei conveniret, bellum ei contra hanc gerendum fuit, ut ex lib. XLVIII. Dionis apparet. VORST. Ita loquitur, quia Clodius uxori Fulviae obnoxius, quae illa muliebri ac impotenti animo agitaverat, vi exſequebatur: & quod cum ipſe Vir eſſet militaris, (ut noſter, neſcio unde, ſtatuit, nam de gloria ejus militari altum apud alios ſilentium eſt) uxori parere in animum induceret. Fulviae ingenium ſatis apparet ex Floro L. IV. 5. *Semper alias peſſimum Antonii ingenium Fulvia gladio cincta virilis militiae agitabat.* Quem locum adſcripſerat Perizonius. Ceterum MSS. quinque *ſcolae.* Unus Leid. prim. *puſio.*

18. *Jam Q. quidem Hortenſii*] Uterque Ultraj. cum tribus Rem. *Nam.* Quatuor alii delent *quidem.*

19. *Qui in maximo & ingenuorum civium, & ampliſſimorum proventu*] Emendo, *& ingeniorum, & civium ampliſſimorum*: ipſa ex re. LIPS. *In maximo.* Lipſius ingenioſe: *& ingeniorum & civium ampliſſimorum.* & quis dubitet an etiam vere. COLER. *In maximo & ingenuorum civium & ampliſſimorum proventu.* Lipſius legendum putat, *In maximo & ingeniorum & civium ampliſſimorum proventu.* VORST. Probant etiam Lipſii conjecturam Guyetus & Perizonius. *Ingeniorum* exſtat in Copeſ. & duobus Remenſibus. Perizon. *in maximo ingenuorum virorum ampliſſimorum.* An *ingenioſorum civium?*

20. *Hortenſius Corbio*] Male Lipſius eundem putat cum *Hortalo* apud Tac. Ann. L. II. 37. Quem ſequitur Rupertus Hiſt. Univ. p. 280. Ubi Tiberium defendit contra Tacitum, & jure Hortalo negatum ſcribit à Tiberio, ſiquidem idem ſit cum hoc Corbione. PERIZON.

CAPUT VI.

DE ILLUSTRIBUS QUI IN VESTE AUT CETERO CULTU LICENTIUS SIBI INDULSERUNT.

1. *P. Scipio major.*
2. *L. Scipio Aſiaticus.*
3. *L. Cornelius Sylla.*
4. *C. Duilius.*
5. *C. Papirius Maſo.*
6. *C. Marius.*
7. *M. Cato Uticenſis.*

Animadverto in quam periculoſum iter proceſſerim. [2] Itaque me ipſe revocabo; ne, ſi reliqua ejuſdem generis naufragia conſectari perſeveravero, [3] aliqua inutili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformeſque umbras in imo gurgite turpitudinis ſuae jacere patiar. Satius eſt enim narrare, qui illuſtres viri [4] in cultu, ceteroque vitae ritu, aliqua ex parte novando, ſibi indulſerint.

1. Ann. urb. 548. Livius XXIX. 19. P. Scipio, cum in Sicilia [5] augendo, trajiciendoque in Africam exercitu opportunum quaerendo gradum, Carthaginis ruinam animo volveret, inter conſilia ac molitiones [6] tantae rei operam gymnaſio dedit, [7] pallioque & crepi-

1. *De illuſtribus*] Multi MSS. titulum ita conſtituunt. *Qui ex Illuſtribus viris in veſte aut in cetero cultu licentius ſibi quam mos patrius permittebat, indulſerunt.*

2. *Itaque me ipſe revocabo*] Aliquot MSS. *me ipſum.*

3. *Aliqua inutili relatione implicer*] *Inutile* pro noxio, damnoſo. Sic ſupra III, 3, ext. 2. *inhoneſtus atque inutilis affectus.* Cicero in libris de Inv ut honeſtati turpitudinem, ſic utilitati inutilitatem, id eſt, damnum & perniciem opponit. VORST. Per *inutilem* illam *relationem* intelligit, credo, eam, qua narranda ſibi eſſent Juliae gentis dehoneſtamenta.

4. *In cultu, ceteroque ritu*] Auctiores voce antiqui, *ceteroque vitae ritu.* LIPS. *Ceteroque ritu.* Addit lib. Danielis, *ceteroque vitae ritu.* COLER. *Ceteroque vitae ritu.* Miror Pighium, & hunc ſecutos Colerum atque Thyſium vocem *vitae* neglexiſſe; cum non tantum veteres typis expreſſi, ſed & codices MSS. eam habeant. VORST. *In cultu ceteroque ritu.* Reponit Lipſ. & Vorſt. *Ceteroque vitae ritu* ex ſuis Codd. Sed nihilo pejus Copeſ. MS. *Ceteroque in ritu* PERIZON. Quatuordecim noſtri *vitae* retinent.

5. *Augendo exercitum trajiciendoque in Africam*] Lege ut in manuſcriptis omnibus, *Augendo trajiciendoque in Africam exercitu.* PIGH. *Augendo traiciendoque in Africam exercitu.* Ita ex codd. MSS. Pighius; cum Aldus edidiſſet *augendo exercitum trajiciendoque in Africam.* Nec diſcrepant codd. Brand. niſi quod alio ordine voces in his conſiſtunt. Ceterum *exercitu* vim hic habet caſus tertii, eſtque pro *exercitui:* quae iſtius caſus forma nec eſt inſolens. Intelligitur ex vocabulo quod ſequitur, *opportunum.* VORST. *Exercitum* tamen retinent Cop. Leid. tert. quint. Toll. ſed Leid. ſept. *exercitui.* Harl. *quaerens.* Quod non videtur ſpernendum.

6. *Hujus tantae rei*] Sic edidit Pighius inferciens contra omnes MSS. & Editos τὸ *hujus.* Quod expuli, etſi ſciam ſatis eleganter dici, ſi MStorum auctoritate nitatur.

7. *Pallioque*] Tertullianus de Pallio: *Soror quidem civitas ſuopte arbitrio mutare properavit, ut*

crepidis uſus eſt. [8] Nec hac re ſegniores Punicis exercitibus manus intulit; ſed neſcio an ideo alacriores: quia vegeta & ſtrenua ingenia [9] quo plus receſſus ſumunt, [10] hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim etiam favorem eum ſociorum uberiorem ſe adepturum exiſtimaſſe, ſi victum eorum & ſolennes exercitationes comprobaſſet. [11] Ad quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigaſſet humeros, & cetera membra militari agitatione firmitatem ſuam probare coëgiſſet: [12] conſiſtebatque in his labor ejus, in illis remiſſio laboris.

L. vero Scipionis ſtatuam [13] chlamydatam, & crepidatam in Capitolio cernimus. Quo habitu videlicet, quia aliquando uſus erat, effigiem ſuam formatam poni voluit. 2. Cic. pro Rabir. C. 10.

L. quoque Sylla, cum imperator eſſet, [14] chlamydato ſibi & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit. 3. Ann. urb. 674. Cic. p. Rabir. C. 10.

C. autem [15] Duilius, qui primus navalem triumphum ex Poenis retulit, [16] quo- 4. Ann. urb. 493. Cic. Catone. Livius XVII. Florus II. Ammian. L. XXVI.

ut adpulſum Scipionem jam ante de habitu ſalutaret. COLER. *Operam gymnaſio dedit, pallioque & crepidis uſus eſt.* Videntur haec ad exercitationes literarias pertinere. Sane pallio Graeci philoſophi uſi. VORST. Klokkius emendat, *Inque pallio & crepidis niſus eſt.* Sed nec opus, & abnuunt omnes MSS.

8. *Nec hac re ſegniores*] Harl. *Nec tamen hac re ſegniores.* & ſic Mog.

9. *Quo plus receſſus ſumunt*] Duo Rem. Harl. Leid. ſec. & ſext. *receſſui.*

10. *Hoc vehementiores impetus edunt*] Klokkius legebat, *Hoc vehementiores impetus dant.*

11. *Ad quas tum veniebat*] MSS. decem & Ed. Mog. *Ad quas tamen veniebat*, quod non improbaverim. Deinde Leid. prim. *Niſi cum multum.* Quaſi fuiſſet, *ad quas tamen non veniebat, niſi cum multum.*

12. *Conſiſtebatque in illis labor ejus, in iis remiſſio laboris*] In manuſcriptis, *Conſiſtebatque in his labor ejus, in illis remiſſio laboris.* Recte. PIGH. *Conſiſtebatque in his labor ejus, in illis remiſſio laboris.* Ita Pighius ex codd. MSS. reſcribendum putavit; cum Aldus edidiſſet, *Conſiſtebatque in illis labor ejus, in iis remiſſio laboris.* Neque ego lectionem eam repudio; ſed moneo tamen, alteram aeque probam eſſe; dummodo conſtet Auctorem ita & ſcripſiſſe. Notum enim eſt pronomine *ille* non ſemper remotius, ſed ſubinde propinquius demonſtrari. Vide ſupra II, 7, 12. & 15. III, 2, 1. VORST. Turbant MSS. alii *in illis labor ejus, in his remiſſio*: alii *in iis*, & *illis*, alii *in illis*, & *iis*, nonnulli, ut dedit Pighius, exhibent.

13. *Chlamydatam*] Omnes MSS. *Clamidatam* ſcribunt.

14. *Chlamydato ſibi & crepidato*] Leid. prim. ſept. & Ultr. ſec. *Clamidato habitu & crepidato.* Leid. tert. & ſext. cum Cop. *clamidato & crepidato habitu.* Ed. Mog. *Clamidato ſibi habitu & crepidato.*

15. *Duilius*] Liber Danielis *Duellius.* Utrumque dici opinor. Illud minus pervulgatum *Bilium* etiam fuiſſe dictum, qui alias *Duilius.* Sic *Duis*, *Duinus*, *Duicenſus*, *Duidens*, pro *Bis*, *Binus*, *Bicenſus*, *Bidens* efferebant. Feſtus: *Duis duas habet ſignificationes. nam & pro bis ponebatur, & pro dederis.* Gloſſarium vetus: *Duicenſus*: Διταβ. Διάτεργι ἀπογεγραμμένος. ubi legerim (ignoſcat Scaliger) Διὰ β. Nam & *Dubicenſus* dicebant, interjecto b. Feſtus: *Dubenus dicebatur apud antiquos qui nunc dominus.* Et hic magis audio quam auſculto Scaligerum. Corrigit is: *Dubienus.* minus inquam vere. Nam legendum indubie apud Feſtum: *Dubinus dicebatur apud antiquos, qui nunc geminus.* vel certe, *qui nunc binus.* Subſcribit idem minime vulgaris gloſſator: *Dubinus* Διστός. Corrugabunt ad haec frontem nonnulli ſat ſcio. Sed corrugent etiam ad illa Ciceronis libro de Oratore: *Quid vero licentius*, inquit, *quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam ut duellum bellum, & duis bis: Sic Duilium eum, qui Poenos claſſe devicit, Bilium nominaverunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilii.* Haec doctiorum deliciae, at

[16] quotieſcunque epulaturus erat, [17] ad funalem cereum praeeunte tibicine, & fidicine, à coena domum reverti ſolitus eſt, inſignem bellicae rei ſucceſſum nocturna celebratione teſtando.

5. Ann. urb. 522. Plin. xv. 29. Nam [18] Papirius quidem Maſſo, cum bene geſta Rep. triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea exemplum praebuit: proque laurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet, [19] myrtea ſemper uſus eſt.

6. Ann. urb. 652. Plinius xxxiii. 11. Jam C. Marii pene inſolens factum. nam poſt Jugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum cantharo ſemper potavit: quod Liber pater, [20] Indicum ex Aſia deducens triumphum, hoc uſus poculi genere ferebatur; ut inter ipſum hauſtum vini, victoriae ejus ſuas victorias compararet.

M. au-

at magiſtellorum pus & vomitus me longius abſtraxerunt. Nunc ad propoſitum. COLER. *Duellius* eſt in MSS. noſtris undecim. Periz. *Duelius.* Vide Schottum ad Aurel. Vict. C. 38.

16. *Quotieſcumque epulaturus erat*] Non faciebat hoc *epulaturus.* Nec enim tunc uti poterat funali, multo adhuc die; ſed *reverſus a coena,* ut teſtantur omnes. Lege igitur *quotieſcumque epulatus fuerat*, vel, *erat.* Sil. Ital. vi. 667. *Cui nocturnus honos funalia clara ſacerque Poſt epulas tibicen adeſt.* PERIZON.

17. *Funalem cereum*] Petrus Faber ſuſpicans hanc eſſe gloſſam legit, *Funale:* quemadmodum & Cicero vocat, & auctor de viris illuſtribus de eodem Duilio loquens. COLER. *Ad funalem cereum.* P. Faber ſuſpicatur *cereum* eſſe gloſſema, legendumque *funale*, quomodo alii loquuntur. Sed dicunt tamen pro eodem & *cereus.* Martialis l. xiv. *Hic tibi nocturnos praeſtabit cereus ignes.* Ubi ad *cereus* ſubaudiendum omnino aliquid; & fortaſſe ipſum illud quod Valerius diſerte adjecit, *funalis* puta. VORST. Conjecturam ſuam Faber non probabat etiam Joh. Fr. Gronovio Lib. ii. Obſ. 24. Trebellius Pollio in Gallieno Majore. *Cum cereis facibus & lampadibus praecedentibus.* Sen. Ep. 122. *Qui ad cereos & faces vivunt.* De Brev. vitae C. 20. *At mehercule iſtorum funera, tamquam minimum vixerint, ad faces & cereos ducenda ſunt.* PERIZON.

18. *Papyrius Maſſo*] Oliverius & eum ſecutus Badius hunc cum Samnitibus bellum geſſiſſe ajunt. At Plin. L. xv. Cap. penult. De hoc Papyrio ita habet: *L. Piſo tradit Papyrium Maſſonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. Avus maternus Africani ſequentis hic fuit.* Haec Plin. puto ego fuiſſe hunc conſulem Anno ab U. C. 523. Quando primum Romae fuit divortium. GLAREAN. *Papirius quidem Maſſo.* Ante Pighium edebatur. *Nam Papirius quidem Maſſo.* Quod in decem invenio MSS. nec video cur ejici debuerit. Ultraj. ſec. *jam*, ut iſta crebro confunduntur. Leid. ſec. & ſept. *Marcus Papirius.* vitioſe; nam appellatus fuit *Cajus*, & triumphum duxit de Corſis. ut ex marmore Capitolino, & Plinio docuit Pighius in Annal. A. U. DXXII. ubi etiam pluribus agit de triumpho in monte Albano. MSti complures *impetraviſſet.*

19. *Myrtea uſus eſt*] Libri ſcripti habent, *Myrtea ſemper uſus eſt.* PIGH. *Semper* abeſt ab Harl. Bit. prim. Leid. quint. ſext. ſept. & utroque Ultraj. & Ed. Mog. Porro Feſtus, ut obſervarat Perizonius, tradit *ipſum myrtea corona uſum eſſe*, quod Sardos in Campis myrteis ſuperaſſet. In voce *Myrtea.*

20. *Inclytum ex Aſia ducens triumphum*] *Indicum*, in manuſcriptis legimus, pro *Inclytum.* de Indis triumphaſſe Bacchum fabulis poëtarum eſt notiſſimum. *Indicum ex Aſia ducens triumphum.* PIGH. *Indicum* veteres typis expreſſi, & MSS. item Brand. habent. Et fatetur Pighius ſe quoque idem in MSS. obſervaſſe. Quin & Bacchum de Indis triumphaſſe fabulis Poëtarum notiſſimum eſſe ipſe monet. Sed pro *Indicum* ſubſtituit tamen ille *inclytum.* VORST. *Indicum* in duodecim & ego invenio MSS. pro quo nonnulli habent *Indicium.* Sed praeterea in

M. autem Cato Praetor, M. Scauri, ceterorumque reorum judicia, [21] nulla indutus tunica, ſed tantummodo praetexta amictus egit. 71 Ann. urb. 699. Plutarchus. Paed. in Scauriaanam.

in omnibus exſtat *deducens triumphum*, ut per triumphum hic intelligi poſſit exercitus triumphans, & toto tempore Bacchus canthario uſus dicatur, dum cum exercitu triumphante ex India redit. Sic enim paſſim *deducere exercitum* Imperatores cum exercitu e provincia redeuntes dicuntur. Vide J. Fr. Gronovium L. I. Obſ. 12.

21. *Nulla indutus tunica*] De Catone quoque majore refert ipſum jus dicentem exertum habuiſſe humerum Tertul. de Pallio C. 3. *Atque adeo ipſe, qui Graecos pellendos urbe cenſebat (literas eorum, vocemque ſenex jam eruditus) idem Cato Juridicinae ſuae in tempore humerum exertus, haud minus palliato habitu Graecis favit.*

CAPUT VII.

DE FIDUCIA SUI.

QUAE IN ROMANIS.

1. *P. Scipione majore.*
2. *P. Scipione Aemiliano.*
3. *P. Naſica Serapione Cos.*
4. *M. Livio Salinatore Cos.*
5. *P. Furio Philo Cos.*
6. *L. Licinio Craſſo procos.*
7. *M. Catone majore reo.*
8. *M. Aemilio Scauro reo.*
9. *M. Antonio oratore.*
10. *Senatu Romano.*
11. *L. Accio poëta.*

QUAE IN EXTERNIS.

1. *Euripide poëta.*
2. *Antigenida tibicine.*
3. *Zeuxe pictore.*
4. *Phidia ſculptore.*
5. *Epaminonda Thebano.*
6. *Annibale Poeno.*
7. *Cotye Thracum rege.*
8. *Androclida, Leonida & Agide Spartanis.*

Sed haec, atque his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in conſuetudine novanda licentiae ſumentis indicia ſunt. Illis autem, quae deinceps ſubnectam, [1] quantam ſui fiduciam habere ſoleat, cognoſcetur.

P. & Cn. Scipionibus in Hiſpania cum majore parte exercitus ab acie Punica oppreſſis, omnibuſque provinciae ejus nationibus Carthaginienſium amicitiam ſecutis, nullo ducum noſtrorum illuc ad corrigendam rem proficiſci audente, Ann. urb. 542. Livius xxv. App. Iberic. Polyb.

1. *Quantum ſui fiduciam habere ſoleat*] *Quantum* repoſuit Pighius pro *quantam*; nec quare id fecerit, exprimit. Non tamen dubito, quin in codd. MSS. ita repererit. Sane in utroque cod. Brand. legitur *quantum*. At antiquiores typis expreſſi habent, *quantam ſui fiduciam*. Ceterum *quantum* eſſet pro *in quantum*; quomodo & *tantum* dicunt pro *in tantum*. VORST. *Quantum ſui fiduciam habere ſoleat*. Sex MSS. *quantam ſui*. Harl. *quanta ſui fiducia haberi ſoleat*. Ultraj. prim. *fiducia*. ſec. & Cop. *fiduciam virtus* Ed. Mog. *quam ſui fiduciam virtus habere ſoleat*. *Quantum ſui* videtur ortum à Gryphiis, vetuſtiores enim Editiones exhibent *quantam*, quod reſtitui. *Virtus* quod in quibuſdam MSS. additur, gloſſa fuerit.

dente, P. Scipio quartum & vigeſimum annum agens iturum ſe pollicitus eſt. [2] Qua quidem fiducia populo Romano ſalutis ac victoriae ſpem dedit. Eademque in ipſa Hiſpania uſus eſt. Nam cum [3] oppidum Badiam circumſederet, tribunal ſuum adeuntes, [4] in aedem, quae intra moenia hoſtium erat, [5] vadimonia in poſterum diem facere juſſit: continuoque urbe potitus, & tempore & loco, quo praedixerat, ſella poſita, jus eis dixit. Nihil hac fiducia generoſius, nihil praedictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius. Nec minus animoſus, [6] minuſve proſperus illius in Africam tranſitus, in quam ex Sicilia exercitum ſenatu vetante traduxit; quia, niſi plus in ea re ſuo, quam patrum conſcriptorum conſilio crediđiſſet, ſecundi Punici belli finis inventus non eſſet. Cui facto par illa fiducia, quod poſtquam Africam attigit, [7] ſpeculatores Annibalis in caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſiliis ac viribus Poenorum percunctatus eſt, ſed circa omnes manipulos [8] diligentiſſime ducendos curavit. Interrogatoſque an ſatis ea conſideraſſent, quae ſpeculari juſſi erant, prandio dato ipſis, jumentiſque eorum, incolumes dimiſit. Quo tam pleno fiduciae ſpiritu prius ani-

I. Ann. urb. 541. Livius XXVI. Appian. Gell. VII. I. Polyb. X. Ann. urb. 544. Plut. Apoph. Zonar. obſcure. Ann. urb. 549. Livius XXIX. Appian. Africana. Ann. urb. 551. Livius XXX. Polyaen. VIII. Zonaras.

2. *Qua quidem fiducia populo Romano ſalutis ac victoriae ſpem dedit*] Sic lege omnino cum MSto. ut intelligas Scipionem, de quo proxime praeceſſit *pollicitus eſt*; & ſequitur, *eâdemque fiducia in Hiſpania uſus eſt.* Infra VI. I. I. *Cauſſamque tam animoſo interitu imperium conſulare pro regio permutandi populo Romano praebuit.* & ſic L. VII. 2. 6. *Par illa ſapientia Senatus, qua* &c. PERIZON. Ita cum in pleriſque ſcriptum codicibus reperirem, & vetuſtiſſimae hoc etiam praeferrent editiones, *qua* in textum recepi.

3. *Oppidum Badiam*] Barb. prim. *Bruſiam.* Leid. ſec. *Badia* ſept. *Baudiam.* Sed puncto deletur *u.* tert. *Licidiam.* quint. & ſext. cum Bit. prim. *Hadiam.* Quaenam vero urbs illa *Badia* fuerit fateor me ignorare. Gellius nomen reticet. An ſcripſit *urbem validam*: ut mox in Ex. 2. *urbem praevalidam*? An *Baeticam*? nam & in ea provincia rem egregie geſſit. ut ex Livio L. XXVIII. apparet. Qui tamen, cum nullius obſidionis ibi ab eo, ſed quidem à fratre ipſius Lucio factae, mentionem faciat, non niſi dubitanter hanc conjecturam propono. An intelligit urbem *Baeculam*, ut eam poſt brevem obſidionem in poteſtatem redegerit poſt profligatum ad eam Aſdrubalem Giſgonis filium? Liv. L. XXVII. 20. Verum Xylandrum video ex eo, quod Plutarch. in Apopth. hanc vocat *πόλιν βαθεῖαν*, ex ea facere *urbem Batheiam*, quam noſter *Badiam* dixerit. ad p. 196. Ed. Franc.

4. *In aedem*] Gellius dicit *in arcem*, & *perendie ſiſterent ſe.* PERIZON. *Aedes* illa, quae Veneris erat, fuit in arce, ut cognoſcitur ex Plutarch. in Apophtheg. p. 196.

5. *Vadimonia in poſterum*] MSS. undecim *vadimonium.* Ceteri cum Ed. Mog. *vadimonia*, & ita loquitur, ac ſi plures juſſiſſet in poſterum diem illo loco ſe ſiſtere. Et ita etiam Plutarchus in genere, *ἀνισάμενος τῶν διαδικαζόντων.*

6. *Minuſve proſper*] Veteres libri omnes, *proſperus*, legunt. Quemadmodum Cicero de Rep. VI. *Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris.* PIGH. *Proſperus illius in Africam tranſitus. Proſperus* reſcripſit Pighius, cum ante typis expreſſi omnes haberent *proſper.* Aitque ille, libros veteres omnes ita habere. De uno Brand. & ipſe teſtari illud poſſum. Repetitur *proſperus* & apud alios. Cicero VI. de rep. *Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor qui dicitur Jovis.* Silius Ital. l. X. *Occidit immoriens magnis non proſperus auſis.* VORST. *Proſper* tamen tuentur Barb. & Ultraj. utrique, reliqui vero *proſperus.* Deinde novem *transduxit.* quomodo veteres ſonantius dicebant, ut liquet ex Donato ad Prol. Phorm. v. 2. Notante Perizonio.

7. *Spe-*

animos hoſtium, quam arma contudit. Verum ut ad domeſtica eximiae ejus fiduciae acta veniamus, cum à L. Scipione ex Antiochenſi pecunia H-S. quadragies ratio in curia repoſceretur, [9] prolatum ab eo librum, quo acceptae & expenſae ſummae continebantur, [10] & refelli inimicorum accuſatio poterat, diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari, quae ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit: *Non reddo, patres conſcripti,* [11] *aerario veſtro H-S. quadragies rationem, alieni imperii miniſter, quod meo ductu, meiſque auſpiciis bis millies H-S. uberius feci.* [12] *Neque enim huc, puto, malignitatis ventum, ut de mea innocentia quaerendum ſit. Nam cum Africam totam poteſtati veſtrae ſubjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, praeter cognomen, retuli. Non igitur me Punicae, non fratrem meum Aſiaticae gazae avarum reddiderunt: ſed uterque noſtrum* [13] *magis invidia, quam pecunia locupletior eſt.* Tam conſtantem defenſionem Scipionis univerſus Senatus comprobavit.

Ann. urb. 566. Livius XXXVIII. A. Victor. Gel. IV, 18.

Sicut & illud factum, quod, cum ad neceſſarium Reip. uſum pecuniam ex aerario promi opus eſſet, [14] idque Quaeſtores, quia lex obſtare videretur, ape-

Livius XXXVIII.

7. *Speculatores*] Κατασκόπους. Gloſſarium: Speculator ἐπόπτης, κατάσκοπος, Δήμιος. Poſterior aetas barbare ſcultatores appellavit, ut docet Cujacius libro VI. Obſervat. cap. 32. Ceterum Polyaenus quoque hoc exemplum commemorat libro VIII. adjiciens κατασκόπους illos Καρχηδονίων τρεῖς συλληφθέντας. COLER.

8. *Diligentiſſime deducendos curavit*] MSS. omnes cum Ed. Mog. *Ducendos curavit.* Vide ſupra L. I. 7. 5.

9. *Prolato ab eo libro*] V. c. *prolatum ab eo librum.* Melius. PIGH. *Prolatum ab eo librum.* Ita Pighius è codd. MSS. Aldus, *prolato ab eo libro.* Sic & alii. Sed alterum illud rectius eſt: ut ſit aliquid ad quod id, quod ſequitur *diſcerpſit*, referri poſſit. Aut, ſi *prolato libro* retinere velis, alius accuſativus quaerendus, legendumque *eum diſcerpſit.* VORST. *Prolato ab eo libro* eſt in omnibus noſtris MSS. Sed in duodecim inſuper ſcribitur, *diſceſſit* pro *diſcerpſit.* & ſic Ed. Mog. Quaſi voluiſſet auctor illum curia exceſſiſſe, quum illum librum à fratre prolatum cerneret. Sed diſcidit librum & concerpſit, ut diſerte Gellius tradit. Quid igitur? an pronomen *eum* hic ſubintelligi poterit? Ut apud Liv. L. XL. 20. *Minus deinde indies patris animo fidebat, quum obſideri aures à fratre cerneret.* Vide & J. Fr. Gron. ad L. XL. 27. Sic eodem Lib. *Ad pugnam rege coacto, acie vici.* Curt. L. IV. 6. *Igitur ab ea parte, quam oppidani conſpicere non poſſent, opus orſus, ut à ſenſu ejus averteret, turres muris admoveri jubet.* Malim tamen credere τὸ *prolato libro* ortum eſſe ab iis, qui *diſcerpſit* mutarunt in *diſceſſit.*

10. *Et refelli*] MSS. novem. *Et quo refelli.*

11. *Aerario veſtro H-S. quadragies rationem*] MS. *Sextertii*, & dein *bis millies ſextertio.* Sed paulo ante male *ſextertium quadragies ratio* pro *ſextertii.* Ceterum male quod & per x ſcribit. PERIZON. Similiter & mei fere omnes *ſeſtertii*, & *ſeſtertio*, vel corrupte per x. *ſextertio* item ſupra *ſextertium.* Recte vero Leid. ſept. Ultraj. & Barb. ſec. *ſeſtertii.*

12. *Neque enim adhuc puto eo malignitatis ventum*] Non male in Wincheliano, *Neque enim huc puto malignitatis ventum.* Sic etiam legitur in Gemblacenſi & Colonienſi. PIGH. Plerique MSS. cum Ed. Mog. *Neque enim huc puto, eo malignitatis ventum eſt.* Harl. *Neque enim adhuc puto eo malignitatis.* In Leid. ſec. ſuper *huc* adſcriptum eſt, *ad.* Potuit fieri ut *huc* vel *eo* è gloſſa ſit ortum. ſed cur prius non potius corruptum eſt ex *adhuc*? Quod cur minus huc quadrare cenſeatur non video.

13. *Magis invidia quam pecunia locupletior*] Comparativo additum *magis* per pleonaſmum: id quod itidem apud alios obſervatur. Virgilius Culice: *Qui magis optato queat eſſe beatior aevo.* Similia habent & Graeci. Vide Gatakeri lib. de ſtylo N. T. p. 221. VORST. Juſt.

 L. XII.

aperire non auderent, privatus claves popoſcit, patefactoque aerario, legem utilitati cedere coëgit. [15] Quam quidem ei fiduciam [16] conſcientia illa dedit, qua meminerat omnes leges a ſeſe eſſe ſervatas. Non fatigabor ejuſdem facta identidem referendo, [17] quoniam ne ille quidem in conſimili genere virtutis edendo fatigatus eſt. Diem illi ad populum M. Naevius tribunus pleb. aut, ut quidam memorant, duo Petilii dixerant: [18] quo ingenti frequentia in forum deductus, [19] Roſtra conſcendit, capitique ſuo corona triumphali impoſita, *Hâc ego*, inquit, *Quirites*, *die*, *Carthaginem* [20] *magna ſperantem*, [21] *leges veſtras acci-*

Ann. urb. 566. Livius xxxviii. Gell. iv, 18. App. Syr. 80.

L. xii. 11. *Nec à debitoribus magis, quam à creditoribus gratius accepta.* Vide Bernec. ad Juſt. L. iii. 2. 7. & Cl. Duker. ad Flor. L. iv. 2. 47.

14. *Idque Quaeſtores*] Plutarch. tradit, Senatum decreviſſe ut ei daretur ex aerario pecunia, ſed Quaeſtores eo die id aperire non auſos fuiſſe, vide Apophth. ejus p. 196.

15. *Quandoquidem fiduciam*] In manuſcriptis, *Quam quidem ei fiduciam.* PIGH. Neſcio in quo ſcripto aut edito exſtet *quandoquidem.* Sed in multis Edd. deſideratur *ei*, quod recte e MSS. addidit.

16. *Conſcientia illa dedit, quia meminerat*] Lege *qua meminerat.* ſimiliter Sulp. Sev. p. 295. Vide ſupra ad init. hujus Exempli. PERIZON. Ultraj. ſec. *quae.* placet *qua.* Ut plane exſtat in MS. Perizoniano. Sic L. iv. 1. 5. *Quid hac moderatione valentius & efficacius, qua etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur ſuperavit.* legitur in quibuſdam Codicibus.

17. *Quoniam ne ille quidem in conſimili genere virtutis edendo fatigatus eſt*] Parum ſapiebat phraſis, *Edere genus virtutis.* Adjuvit, & duxit ad veram lectionem ſcriptura priſca, *genere virtutis ſudando.* Ex quo ego: *ſe dando*, veraciter corrigam. LIPS. *Quoniam ne ille quidem in conſimili genere virtutis edendo fatigatus eſt.* Malo è codd. Brand. legere *ne ille quidem*, quam ut Pighius & alii ediderunt, *nec ille quidem.* Pro *edendo* in uno cod. Brand. eſt *ſudando.* Quod cum & Lipſius in quodam cod. reperiſſet, neque phraſis *edere genus virtutis* ſatis proba ei videretur, conjecit legendum eſſe *ſe dando.* Sed ita non poſſet legi *in conſimili genere*; ſed legendum eſſet *conſimili generi.* Mihi illud *ſudando* ſatis concinnum videtur. Sed nolim tamen lectionem vulgatam prorſus repudiare. VORST. Parum intereſt utrum *ne ille quidem*, an *nec ille* legas, quae ſubinde confunduntur in MSS. *ſudando* etiam eſt in Ultraj. primo. Quod video non diſplicuiſſe Vorſtio, ita tamen ut neget tum legi poſſe *in conſimili genere virtutis*, ſed legendum *conſimili genere.* Quare? an non *ſudare in conſimili genere*, i. e. ſtrenuum ſe praebere in conſimili genere, recte quis dixerit? Sed tamen mihi minus placet hic verbum *ſudare*; quod de illis fere uſurpatur, qui anxii & trepidi exitum laboris, quem ſuſceperunt vix inveniunt, ut bene notavit Cl. Burmannus ad Petron. C. 3. Scio *ſudare aliquam rem* pro multo labore & ſudore eam conficere à poëtis dici. Sed abſit, ut hoc auſim auctori noſtro obtrudere, aut huc conveniens judicare. Neque invenio, cur damnari in noſtro debeat, *edere conſimile genus virtutis* pro edere exempla virtutis ejuſdem generis; edere ſimiles virtutes. Quomodo dicunt *edere operas* quod illuſtrat J. Fr. Gronov. ad Liv. L. iii. 63. & ſic noſter *edere impetum.* L. iii. 6. 1. Cap. 8. init. *Vel nondum editum, ſi interpelletur.* Liv. L. xxix. 8. *In corpora ipſorum, in liberos, in conjuges infandae contumeliae editae.* Noſter L. v. 2. init. Ext. *Actus honeſtos edere.* Sic *edere pugnam, certamen, exempla*, aliaque ſimilia ſaepe occurrunt apud Curtium & alios.

18. *Qui ingenti frequentia*] In manuſcriptis, *quo.* Rectius, ut referatur ad diem; Deinde, *Hac ego, inquit, Quirites*, veteres libri, *ego*, non habent, & ocioſa vox eſt. PIGH. *Quo ingenti frequentia in forum deductus.* Aldus pro *quo* habet *qui.* Verum Pighius monuit in MSS. eſſe *quo*: ut id referatur ad vocem quae praecedit *dies.* Uterque etiam cod. Brand. ſic habet. VORST. *Quo* tuentur MSS. noſtri & Ed. prima. Sed Ven. jam habent *qui.* Deinde *Hoc ego, inquit, Quirites die*, cum eadem Ed. prim. undecim habent MSS. & quamvis Livius omittat τὸ *ego*, noſter tamen potuit addere ad emphaſim. Quemadmodum ab ipſo additur Livio paulo poſt. *Ego hinc extemplo in Capitolium &c. ibo.*

19. *Roſtra*

accipere juſſi. proinde aequum eſt vos mecum [22] *ire in Capitolium ſupplicatum.* Specioſiſſimam ejus deinde vocem aeque clarus eventus ſecutus eſt. ſiquidem & ſenatum totum, & univerſum equeſtrem ordinem, & cunctam plebem Jovis Optimi Maximi pulvinaria petens, comitem habuit. Reſtabat ut tribunus apud populum ſine populo ageret, deſertuſque in foro cum magno calumniae ſuae ludibrio, ſolus moraretur. Cujus devitandi [23] ruboris cauſſa, in Capitolium proceſſit, [24] deque accuſatore Scipionis venerator eſt factus.

[25] Aviti ſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Aemilianus, cum urbem praevalidam obſideret, ſuadentibus quibuſdam ut circa moenia ejus [26] ferreos murices ſpar- 2. Ann. urb. 62.

19. *Roſtra conſcendit*] Klokkius *eſcendit*.

20. *Magna ſperantem*] Recte Modius emendavit: *Magna ſpirantem.* Emendo & ego Ciceronem libro I. Tuſc. *Nondum guſtaverat inquiunt vitae ſuavitatem, hic autem jam ſpirabat magna.* Hactenus editur: *ſperabat.* COLER. *Magna ſperantem.* Modius legendum cenſet *magna ſpirantem:* quae lectio & Colero placet. Et obſervo eam in uno quoque cod. Brandeb. Pari modo in lib. I. Quaeſt. Tuſc. Ciceronis pro *ſperabat magna* Colerus legendum cenſet *ſpirabat magna.* VORST. Etiam Klokkius emendabat *ſpirantem. ſpirare* & *ſperare* ita crebro confunduntur, ut incerti ſaepe haereant Viri eruditi, utrum eligant, aut certe alii aliud malint. Vide Nic. Heinſ. ad Ovid. Met. Lib. V. 348. J. Fr. Gron. ad Sen. in Thyeſte v. 502. Broukh. ad Prop. L. II. 12. 53. Curt. L. VI. 9. 11. *Meis praepotens viribus majora quam capit ſpirat.* Ubi bene monet Freinshemius avidae ſpei magis hoc congruere, quam vulgatum *ſperat.* Addo etiam ſuperbiae eſſe convenientius; quare & hic *ſpirantem* probem, quod eſt in Ultraj. primo, & Toll.

21. *Leges veſtras accipere*] Sic in quibuſdam eſt MSS. in aliis *noſtras*, quod etiam Edd. praeferunt praeter Moguntinam.

22. *Ire in Capitolium ſupplicatum*] *Supplicare* pro gratias agere Diis: ut *ſupplicatio*, itemque *ſupplicium*, pro gratiarum actione. VORST.

23. *Ruboris cauſſa*] Apage illud *cauſſa*; quod nec Modii liber, nec Danielis habet. COLER. *Cujus devitandi ruboris cauſſa. Cauſſa* abeſt à MS. Bambergenſi, idque Graeca figura eleganter abeſſe judicat Mod. Ep. 128. Sed ceteri omnes retinent MSS. Sic *cauſſa* delet etiam J. Fr. Gron. in his Livii, L. XXXI. 12. *Ac piacularia, ſi videretur, ſicut ante Pontifices cenſuiſſent, fieri cauſſa expiandae violationis ejus templi.* Ac frequens illud loquendi genus eſſe Tacito, ac Salluſtio, occurrere etiam apud Terentium, prolatis ſat multis locis docuere Rivius & Manutius ad Sall. Cat. 6. *Quod initio libertatis atque augendae Reip. fuerat.* Plaut. in Rud. V. 3. 18.

Jusjurandum rei ſervandae, non perdendae conditum eſt,

Ubi notavit etiam Taubmannus. Sed & hic & alibi eam vocem in Valerio retinent MSS. Vide ſupra L. I. 1. 2.

24. *Deque accuſatore Scipionis venerator eſt factus*] MSS. *Factus eſt*, & pro *Scipionis* Ultraj. ſec. habet *Naevius*. An, *deque accuſatore Scipionis Naevius venerator factus eſt?* Sed non auſim quidquam affirmare, quia in ſuperioribus dubitavit utrum *Naevius*, an *Petillii* ipſi diem dixerint.

25. *Aviti ſpiritus ſucceſſor Scipio Aemilianus*] Scipio Africanus filium adoptavit Aemilii Paulli: qui inde Scipio Aemilianus dictus. *Avitus ſpiritus* ſpiritus Scipionis Africani, utpote avi Scipionis Aemiliani. Nam qui adoptabant eorum, quos adoptabant avi; quique adoptabantur eorum, à quibus adoptabantur nepotes dicebantur. Livius XLIV, 44. *P. Scipio is erat, Africanus & ipſe poſtea deleta Carthagine appellatus, naturalis conſulis Paulli, adoptione Africani nepos.* VORST. Abſurdam hanc Vorſtii opinionem ſatis demonſtravit Perizon. Anim. Hiſt. C. 2. p. 50. *Nepos* enim *Africani* dicitur, quia à filio ejus eſt adoptatus.

26. *Ferreos murices ſpargeret*] Curtius IV, 13, 36. *Murices ferreos in terram defodiſſe Darium.* Sunt autem *murices ferrei* machinulae, quae in quamcunque partem cadant, acumina protendunt; dicti ita quod murices, genus conchyliorum, forma referant; ut qui & ipſi varia acumina habent. Vide Plinium IX, 33. Graeci τριβόλους vocant,

ſpargeret, omniaque vada [27] tabulis plumbatis conſterneret, habentibus clavorum acumina, ne ſubita eruptione hoſtes in praeſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit, *non eſſe ejuſdem*, & [28] *capere aliquos velle*, & *timere.*

[29] In quamcunque memorabilium partem exemplorum convertor, [30] velim nolim, in cognomine Scipionum haeream neceſſe eſt. [31] Quî enim licet hoc loci [32] Naſicam praeterire [33] fidentis animi, dictique clariſſimum auctorem? [34] Annonae caritate increbeſcente, [35] C. Curiatius tribunus pleb. productos in concionem Coſs. compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis, [36] in curiam referrent. Cujus inſtituti minime utilis interpellandi gratia Naſica contrariam actionem ordiri coepit. Obſtrepente deinde plebe, *Tacete, quaeſo, Quirites*, inquit, *plus enim ego, quam vos,*

Ann. urb. 615.

vocant, itidem à forma quam habent. VORST. Factum hoc fuiſſe in obſidione Carthaginis, & ſuaſorem fuiſſe Polybium, ex Plutarcho obſervavit Lipſ. L. v. Poliorc. 3.

27. *Tabulis habentibus clavorum cacumina*] Debebant ſimiles eſſe muricibus ferreis, ne propter acumen per eos incedere hoſtes poſſent: atqui clavorum cacumina non ſunt acuta. Lege igitur omnino cum MS. *acumina.* Idem fecit Albanus dux in Moſa contra principem Arauſionenſem, de qua re Hoofdius noſter p. 182. PERIZON. *Acumina*, ut admodum veriſimiliter ex Copeſ. emendat Vir Cl. habet etiam Leid. tert. pro *ſpargeret* Harl. *ſterneret.* Ultraj. prim. *ſubita irruptione.*

28. *Capere & timere*] Lubens huc aptem illud Petronianum: *Ibat juventus capta dum Trojam capit.* Et Seneca ad eandem faciem: *Marius ducebat exercitum, Marium ambitio.* COLER.

29. *In quamcumque memorabilium exemplorum partem convertar*] Lege omnino cum MSto *convertor.* & ſic L. III. 8. 1. *Perſequor*, non *perſequar.* PERIZON. *Convertar*, habet uterque Ultraj. cum Ed. Mog. Ceterae cum MSS. *Convertor.*

30. *Velim nolim, in cognomine Scipionum haeream neceſſe eſt*] MSS. omnes *velim nolimve.* Ut edebatur ante Pighium, ſed Cop. *velimve nolim.* Ultraj. prim. praeterea, *velim nolimve ut in cognomine.* Utrumque tamen videtur interpolatum. nam *velim nolim*, ex ſolemni formula dicitur; & *neceſſe eſt* ſexcenties cum ſubjunctivo ſine conjunctione *ut* poſitum invenias.

31. *Qui enim licet*] Sic Leid. quint. Periz. Ultraj. ſec. & Ed. Mog. ceteri *cui enim licet*, cum vulgatis. Sed prius magis arridet. Loquitur enim de ſe ipſo, & *qui* hic ſignificat *quomodo*, *qua ratione.*

32. *Naſicam*] Cum quatuor *Scipiones Naſicae* fuerint Romani Coſs. de quonam Valerius loqueretur incertum eſſet, niſi ex Flor. Lib. LV. legeremus Curiatii tribuni plebis nomen, qui tertio Scipioni Naſicae nomen per irriſionem dediſſet. Fuit autem *Serapio* Cos. Anno 616. GLAREAN.

33. *Fidentis animi dictique clariſſimum auctorem*] Malim *Clariſſimi*, revera enim dictum erat clariſſimum. PERIZON. Sed & dictum erat plenum fiduciae & auctor Clariſſimus, qui etiam claritate ſua converterat Valerium, ne tam cito à cognomine Scipionum diſcederet. *clariſſimum* certe retinent MSS.

34. *Annonae caritate increbeſcente*] Non rumorem modo & famam, ſed & varia alia *increbeſcere* dicunt. Cicero *ventum increbeſcere* dicit, ſi is fiat vehementior. Virgilius XII. Aen. *Et ſaevus campis magis ac magis horror Crebeſcit.* Scribendum autem puto *crebeſcere* & *increbeſcere*; non *crebreſcere* & *increbreſcere*, ob eas cauſſas, quas Manutius in Orthographia ſua allegat. VORST. Plerique MSS. hic habent *in rebreſcente.* Ultraj. ſec. tamen & Copeſ. cum Periz. *increbeſcente.* Vide quos de Orthographia hujus vocis agentes citavit Cl. Drakenborchius ad Silium L. x. 1.

35. *C. Curatius*] Sic uterque Ultraj. & ita ſcribit in Annal. A. U. DCXV. etiam Pighius. Apud Ciceronem tamen L. III. de Legibus *Curiatius* dicitur, & Scipionem tunc Conſulem cum collega D. Bruto in vincula conjeciſſe narratur.

36. *In curiam referrent*] An *in Suriam*? De qua

vos, quid reipub. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis ſilentio, [37] majorem ejus auctoritatis, quam ſuorum alimentorum reſpectum egerunt.

Livii quoque Salinatoris [38] aeternae memoriae tradendus animus: qui cum Aſdubralem, exercitumque Poenorum in Umbria deleſſet, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie ſine ducibus & ſignis ſparſos ac palantes parva manu opprimi poſſe, [39] reſpondit, *in hoc iis parci oportere, ne hoſtibus tantae cladis domeſtici nuntii deeſſent.* 4. Ann. urb. 546. Livius XXVII. 49.

Bellica haec [40] praeſentia animi: togata illa, ſed non minus laudabilis, quam [41] P. Furius Philus conſul in ſenatu exhibuit. Q. enim Metellum, Q. que Pompejum, conſulares viros, vehementes inimicos ſuos, [42] cupidam ſibi profectionem in provinciam Hiſpaniam, quam ſortitus erat, identidem exprobrantes, 5. Ann. urb. 617. Liv. XLI. 21.

qua vide Graevium ad Suet. in Caeſ. C. 22. Nam *referre* ſaepe ponitur abſolute pro *referre ad Senatum.* Liv. L. XXXXVII. 47. *Sed ut novae coloniae duae in agrum, qui Bojorum fuiſſet, deducerentur, & retulit, & patres auctore eo cenſuerunt.* L. XXXVIII. 42. *Itaque conſulibus novis, quo die de provinciis & de republica retulerunt, Senatus utrique Ligures provinciam decrevit.* & C. 47. *Sed referre etiam, ſi opus eſſet, viderentur parati eſſe.* L. XL. 42. *Eo referente Senatus conſultum factum eſt.* Et ſane Antiocho inter pacis leges imperatum eſt, *ut tritici quingenta quadraginta millia modium penderet*, apud Liv. L. XXXVIII. 38. Quale quid Philippo non fuerat imperatum: PERIZON.

37. *Majorem auctoritatem ejus*] V. libri correctius haec; *Majorem ejus auctoritatis.* PIGH. *Auctoritatem* tantum in uno invenio Remenſi. Ed. Med. etiam *auctoritatis.* & ita Mediol. Oliverii.

38. *Aeternae memoriae auctoritate tradendus animus*] Vox *auctoritate*, in manuſcriptis omittitur, & ſalva ſententia abeſſe poteſt. PIGH. Abeſt quoque vox *auctoritate* à meis MSS. & editionibus vetuſtiſſimis, primus adjecit Aldus.

39. *Reſpondit parci iis oportere*] Sic edidit Pighius nihil de mutatione à ſe facta monens, quum ante ipſum ederetur: *reſpondit, in hoc iis parci oportere.* Quod undecim MSS. auctoritate video firmari. Leid. quint. *Hoc iis parci. In hoc*, intellige *eum in finem.* Ut ſaepius noſter. L. V. 4. 3. *Qui exiſtimans in hoc eum veniſſe.* L. VII. 3. 1. *Quam oraculorum certiſſimi auctores in hoc à Diis immortalibus editam reſponderunt.* quae loca notata invenio inter Excerpta Duacenſia in quibus etiam *in hoc* legitur. Vide & Cl. Duker. ad Flor. L. IV. 7. 13. & Burm. ad Val. Flac. I. 17. 56.

40. *Praeſentia animi*] Etiam hic nonnulli Codices *praeſtantia.* Sed vide ſupra L. II. 6. 11.

41. *P. Furius Philus*] Hic Cos. fuit Anno 618. & in Ciceronis Rep. collocutor. Unde intelligere poſſumus Valerium hic loqui de Metello Macedonico & Q. Pompejo nepote, qui in haec tempora incidunt. Cum tot Metelli & alius Q. Pompejus Sullae collega fuerint. Sed Romanis hiſtoricis conſuetum eſt ita hiſtoriam ſcribere. GLAREAN.

42. *Cupitam ſibi in provinciam Hiſpaniam profectionem*] Omnes MSS. cum vetuſtiſſimis editionibus *cupidam* exhibent. Ut *ſibi* regatur ab *exprobrantes.* & ſane ipſa *profectio cupida* videtur dici, quia ipſe ſe proficiſcendi cupidiſſimum oſtendit, dum feſtinat, & omni modo urget, ut ſibi proficiſcendi fiat copia in provinciam, quam erat ſortitus. Ut *cupida profectio* ſit *cupiditas proficiſcendi.* Sic L. II. 6. Ext. 8. *Cupido hauſtu mortiferam traxit potionem.*

43. *Fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam, qua duobus, &c.*] *O fiduciam*, In Campenſi recte legitur, ut ſit exclamatio cum admiratione. Cujus item lectionis extant indicia in Atrebatenſi, Gemblacenſi, Colonienſi & Wincheliano, in quibus libris vox, *exhibens*, omittitur, quae profecto ex dictatis alicujus aſſuta eſt. PIGH. *O fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam; qua duobus acerrimis odiis latera ſua cingere eſt auſus.* Ita Pighius è cod. Camp. legendum docuit. Aldus ita, *Fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temera-*

riam

tes, legatos ſecum illuc ire coëgit. [43] Fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam! [44] quae duobus acerrimis odiis latera ſua cingere auſa eſt, uſumque miniſterii vix tutum in amicis, è ſinu inimicorum petere ſuſtinuit.

6. [45] Cujus factum ſi cui placet, neceſſe eſt L. etiam Craſſi, qui apud majores eloquentia clariſſimus fuit, propoſitum non diſpliceat. [46] nam cum ex Ann. urb. 659. Cic. Verr. v. conſulatu [47] provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, [48] cujus patrem damnaverat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, non ſolum eum inde non ſummovit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſſignavit, nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognovit. Itaque acer & vehemens Carbo nihil aliud Galli-

riam exhibens, quae duobus acerr. odiis latera ſua cingere auſa eſt; atque ita *exhibens* amplius habet, & *quae auſa eſt* pro *qua auſus eſt*. *Exhibens* docet Pighius à pluribus codd. abeſſe. Quod idem de utroque etiam Brand. teſtari poſſumus. Ceterum ut ſit exclamatio, non opus adeo exclamandi voculam O adjectam eſſe, ſed dici poteſt, ut in codd. Brand. eſt, *Fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam!* Porro *quae auſa eſt* codices Brand. typis expreſſis plane convenienter habent. VORST. Male particulam *O* inſeruiſſe Pighium vere cenſuit J. Fr. Gron. L. III. Obſ. 12. Nam abeſt ab omnibus MSS. licet *exhibens* inveniatur tantum in tribus. Vide L. III. 8. 8. L. IV. 2. in fine. *Factum, propter eximiam humanitatem, ne ſub Caelio quidem auctore improbandum.* L. V. 3. 2. *Indignam ſummam.* L. V. 6. 3. *Dignam pietatem, quae &c. ſeptem regibus praeferatur.* L. V. 9. in fine.

44. *Qua duobus acerrimis odiis*] MSS. quatuordecim, *quae duobus acerrimis odiis*, & ii fere omnes *auſa eſt*. Quod non rejecerim. *Fiduciam* dicit pro *homine fidente*, ut *odia* pro *infeſtis*, ut ſolet ita argutari, & ad finem uſque in eadem figura perſeverat. *Fiducia ergo auſa eſt cingere latera ſua odiis, &c.* pro, *homo tam fortis fiduciae & pene etiam temerariae auſus eſt.* Sic *uxoriam pietatem* dicit *conſcendere rogum*. L. II. 6. 14. Et L. II. 7. 6. *Blandimenta infantiae ſinu oſculiſque fovere.* i. e. *Infantem blandientem.* & ibid. Ex. 7. *Imperioſiſſimi faſces, &c. quorum nutu Latium ac totius Italiae vires regebantur, contuſi atque fracti Dictatoriae ſe animadverſioni ſubſtraverunt.* L. III. 7. 2. Ext. Videtur placuiſſe etiam Perizonio, qui adſcripſerat in margine Petron. Cap. 89.

—— huc decenni proelio
Irata virtus abditur.

45. *Hujus factum ſi cui placet*] MSS. cum Editis, *Cujus factum ſi cui placet.* Quod non debuerat mutaſſe Pighius.

46. *Nam cum ex conſule*] In Atrebatenſi, *ex conſulatu*, Melius, nam illa phraſis Gothica pene eſt. PIGH. *Ex conſulatu.* Glareanus edidit: *Ex conſule.* id eſt poſtquam conſul fuiſſet. Duo Manuſcripti *Exconſul.* Sic *exheres*, *exjudex* dicebatur. neſcio tamen quomodo mihi *Exconſul* iſte à Valerii ſeculo videtur abhorrere. Huc facit Iſidorus lib. IX. *Exconſules dicti quod jam à conſulatu exierint, ſive diſceſſerint pacto vicis ſuae anno.* COLER. *Cum ex conſulatu provinciam Gall. obtineret. Ex conſulatu* ſcripſit Pighius è cod. Atrebat. cum Aldus edidiſſet *ex conſule*; quod phraſis haec Gothica pene & ab antiquiore uſu abhorrens ipſi videretur. Codicum Brandeb. unus *ex conſulatu*, alter *ex conſule.* Typis expreſſus Martini Herbip. *exconſul*: quomodo duos quoque MSS. habere teſtatur Colerus. Sed id eidem à ſaeculo Valerii abhorrere videtur. Quod idem fortaſſe & de τῷ *ex conſule* ſentiendum. *Ex conſulatu* frequens eſt apud auctores. Suetonius Vitell. c. 2. *Ex conſulatu Syriae praepoſitus.* Vellejus Pat. II, 33. *Qui ante ſeptem annos ex conſulatu ſortitus eſt Aſiam. Ex* idem hic eſt quod *poſt.* Vide & Buchnerum ad Fabrum; itemque Ind. in Nepotem. VORST. *Ex conſulatu* habet etiam Ultraj. primus. Ceteri *exconſul*, vel *exconſule.* Barb. prim. *cum conſul. Ex conſulatu* placet Ger. Voſſio ad Vell. L. II. 33. & ſtatuit hoc idem eſſe, ac ſi auctor dixiſſet, *cum conſul.* J. autem Fr. Gronovius, qui etiam legit *ex conſulatu*, interpretatur *poſt conſulatum*, ut ſemper ſolet accipi iſta locutio. L. IV. Obſ. 20. *Conſul* interpretatus fuerit Voſſius, quia ſciebat revera *Craſſum conſulem* provinciam Galliam obtinuiſſe, & Pighius ad Annum U. C. 658. citat locum Valerii, quaſi ſcri-

Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quam ut animadverteret [49] ſontem patrem ſuum ab integerrimo viro in exilium miſſum.

Cato vero ſuperior ſaepenumero ab inimicis [50] ad cauſſae dictionem vocatus, 7.
nec ullo unquam crimine convictus, ad ultimum tantum fiduciae in ſua innocentia repoſuit, ut ab his in quaeſtionem publicam deductus, Ti. Gracchum, à quo in adminiſtratione reip. [51] ad multum odium diſſidebat, judicem depoſceret. [52] Qua quidem animi praeſtantia pertinaciam eorum inſectandi ſe inhibuit.

Ann. urb. 575. circiter.

Eadem [53] M. Scauri fortuna: aeque ſenectus longa ac robuſta: idem ani- 8.
mus.

ſcripſiſſet, *cum in conſulatu.* Certe non liquet aliunde ipſum proconſulem Galliam provinciam obtinuiſſe. Quare cogitavi, an rectius legeretur. *Nam cum is conſul provinciam Galliam obtineret.*

47. *Provinciam Galliam*] Barb. prim. Leid. tert. Cop. *Gallicam.* Leid. prim. *Galliae.*

48. *Cujus patrem damnaverat*] *Damnare* etiam actor dicitur, ſi non modo reum aliquem agat, ſed & peragat. Vide & III. 8. ext. 4. & IV, 2, 6. & VIII. 1. 15. VORST. Erraſſe videtur Valerius Maximus cum Carbonem, à L. Craſſo damnatum, & in exilium miſſum ſcribit, quum ille cantharidas ſumpſerit, & voluntaria morte ſe à ſeveritate judicum vindicarit, ut conſtat ex Cicerone. Vide Animad. Hiſt. Cap. 3. PERIZON. Quemadmodum apud Cic. L. 1. de Orat. 10. editur male *Cn. Carbo* pro *C.* ita & hîc Leid. prim. *Cn.* exhibet, cum Ed. Mog. & ceteris omnibus.

49. *Sontem patrem*] Tres Rem. cum Harl. *ſonte.* Bit. prim. *fore.* Leid. quint. *fortem.* Leid. ſept. & Cop. cum ſec. Ultraj. Periz. Tol. & Ed. Mog. *recte.* Leid. tert. *forte*, l' *ſontem.* Ultraj. prim. *ſontem.* Omnino *ſontem* oppoſuit *integerrimo.* niſi ſcripſerit, *Recte ſontem patrem ab integerrimo viro in exilium miſſum.* ut alterum ſit omiſſum ab iis, quibus alterum gloſſa alterius videbatur, nec intelligebant *recte* conjungendum eſſe cum *τῷ miſſum.*

50. *Ad cauſſae dictionem vocatus*] Cop. *De cauſſae dictione.* Ultraj. ſec. *vocatus eſt.* Leid. prim. *nec in ullo unquam crimine convictus.* Et ſaepius *convincere* conſtruitur addita praepoſitione, *in,* ut prolatis exemplis oſtendit J. Waſſe ad Sal. B. Cat. 14.

51. *Ad multum odium*] Ita ſane & codices Brandeb. Pighius tamen in margine notat, quoſdam codd. habere *ad ultimum odium.* Diceretur autem *multum odium*, ut *multum vinum*, pro multum vini. Vide Lexicon Scribon. Rhodii in *multum.* VORST. Notabat Phraſin Guyetus: habent tamen ita & noſtri, niſi quod Leid. ſec. *ob multum odium.*

52. *Qua quidem animi praeſtantia*] Et hic legendum fortaſſe *animi praeſentia*; quomodo ſupra III, 7, 5. & tot aliis locis. VORST.

53. *M. Scauri*] In Conſulum catalogo duos omnino Scauros reperio: alterum anno 639. quinque annis ante bellum Jugurthinum: alterum anno 646. qui & Hortenſius cognominatus. Unius Scauri, Syllae privigni frequens mentio eſt apud Plinium in Naturali Hiſtoria, maxime vero libro XXXVI. Cap. 15. ubi patrem ejus ait principem Senatus fuiſſe. Unde adducor de Illuſtribus Viris ab altero Plinio, ſi libellus non mentitur authorem, deſcriptum eſſe patrem, de quo toties Valerius ſcribit: ac de quo Salluſtius in bello Jugurthino bis commemorat non ſatis magnifice, quippe quem avariſſimum pecuniae fuiſſe dicat: ut non omnino vana fuerit Varii Sucronenſis accuſatio: at audacia Scauri magis quam conſcientiae fiducia apud ſtolidum populum diſcuſſa, & ſub Jugurtha ditatus forte à Mithridate cavit. Vetera igitur juventus ignorare potuit. Certe Scaurus repetundarum reus deſcribitur à Valerio L. VIII. Cap. 2. De Infamibus. Sed adeo incerta apud hunc Authorem, de patre an filio loquatur, ſunt omnia, ut ego à juſta reprehenſione authorem excuſare nequeam. Sed ne lector credat temere me hoc dicere, loca de Scauris apud hunc authorem adducam, ut judicium ſit penes lectorem. In hoc adeo Lib. Cap. 1. de Fortitudine de patre loqui videtur. Libro autem quarto de Paupertate Cap. 4. de filio ſonant verba. Rurſus Lib. V. Cap. 8. de Parentum ſeveritate, de patre. An autem primi Scauri

hoc

Ann. urb. 662. Paed. in Scaurianam. A. Victor. Quintil. v. 12.

mus. Qui cum pro Roſtris accuſaretur, quod à rege Mithridate ob rempublicam prodendam pecuniam accepiſſet, cauſſam ſuam ita egit: [54] *Eſt enim iniquum*, *Quirites*, [55] *cum inter alios vixerim*, *apud alios me rationem vitae reddere. Sed tamen audebo vos*, *quorum major pars honoribus & actis meis intereſſe non potuit*, *interrogare:* [56] *Varius Sucronenſis Aemilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Romani prodidiſſe ait:* [57] *Aemilius Scaurus* [58] *huic ſe affinem eſſe culpae negat. Utri creditis?* Cujus dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementiſſima actione pertinaci clamore depulit.

Ann. urb. 659. Infra xii. 2.

9. Contra [59] M. Antonius ille diſertus; non enim reſpuendo, ſed amplectendo cauſſae dictionem, quam innocens eſſet, teſtatus eſt. Quaeſtor proficiſcens in Aſiam, Brunduſium jam pervenerat: [60] ubi literis certior factus inceſti

hoc vero dubium. Lib. viii. Cap. 1. de Infamibus, jam dixi: cum contra in eodem libro Cap. 5. de Teſtibus, perſecutus Scaurus reum repetundarum dicatur, qui ipſe ejuſdem criminis reus fuerit. Nonne oportuit vel uno Valerium verbo indicaſſe, de quonam Scauro ibi loqueretur? Sed ſatis eſt Romanum ſcriptorem eſſe. Ne muſſites Graecule. Id etiam mirum, quod Salluſtius de Hortenſii Scauri & collegae ejus Ser. Sulpicii Galbae conſulatu, ne verbum quidem fecit ad finem ejus belli: cum tamen Marium deinde conſulem factum deſcribat. Sed haec eſt Romanorum ſedulitas in deſcribenda hiſtoria ſcilicet. GLAREAN. *M. Scauri.* Ultraj. prim. *M. Aemilii Scauri.*

54. *Eſt quidem iniquum*] Cop. *Eſt enim iniquum.* Pro *enimverò.* vide Gron. ad Liv. L. xxxiv. 32. Ter. Phor. iii. 3. 22. *Verum enim metuo malum.* Noſter L. iv. Ext. 1. *Maluit enim impunitum dimittere.* ubi tamen dubito an ſcribendum ſit *Eum.* PERIZON. *Quidem* eſt à tacito Pighio, quum uno conſenſu tam ſcripti quam editi exhibeant *enim.* Quod unice verum eſt. Liv. L. xxii. 25. *Tum M. Metilius tribunus plebis, id enim ferendum eſſe negat.* Ut bene ibi emendavit ex optimis membranis J. Fr. Gronovius. Caeſar L. v. B. G. 7. *Ille enim revocatus reſiſtere, ac ſe manu defendere.*

55. *Cum inter alios vixerim, apud alios*] Vixerat apud Orientales: cauſſam dicebat apud Romanos. VORST. *Cum inter alios vixerim, apud alios &c.* Peſſime haec exponit Vorſtius, quum dicit, *Eum in oriente vixiſſe, Romae rationem reddere.* Quin reſpicit auctor potius ad hominis ſenectutem; & dicere vult eum vixiſſe inter alios, qui jam defuncti ſunt; ideoque mox ait, *majorem populi partem honoribus ſuis & actis non interfuiſſe.* PERIZON.

56. *Varius Sucronenſis*] Placet admodum ſcriptura veterum editionum & ipſius Dan. *Varius Severus Sucronenſis.* Quia ad Quirites illa locutus de homine obſcuriore. COLER. *Varius Sucronenſis.* Notat Colerus, in cod. P. Dan. eſſe *Varius Severus Sucronenſis. Severus* & in codd. Brand. apparet; itemque in vetere typis expreſſo Mart. Herbip. Pro *Sucronenſis* iidem codices habent *Veronenſis.* Videtur autem is eſſe qui infra viii, 6, 4. propter obſcurum jus civitatis *Hybridae* cognominatus dicitur. VORST. Sex Leid. Bit. & Barb. prim. Ultraj. uterque, Toll. Copeſ. Periz. Ed. Mog. & ceterae, *Varius Severus Veronenſis.* Sed in ſept. Leid. manu alia *Seronenſis.* Harl. *Varius Severus Mucronenſis.* Notat tamen hic Theophil. alios Codices habere *Sucronenſis.* Aſconius etiam Pedianus Hiſpanum fuiſſe ſcribit. Vide notas ad Quintil. L. v. Inſt. 12. & Schottum ad Aurel. Vict. C. 72. Sed nota inſuper, alios ſcriptores referre: Scaurum accuſatum fuiſſe, *Quod ſocios ad arma concitaſſet*, non autem, *quod pecuniam à Mithridate accepiſſet.* Quod tanto magis advertendum eſt. Quia Varius legem, qua Scaurus cum aliis accuſatus eſt, tulit A. U. dclxii. & bellum cum Mithridate coeptum eſt demum A. dclxviii. Sed meminerat, credo, ſe legiſſe Scaurum aliquando regiae pecuniae magnitudine à vero honeſtoque fuiſſe abſtractum, verum illa non Mithridatis, ſed Jugurthae fuerat. Vide Sall. Bel. Jug. C. 29. Videtur tamen cum noſtro facere Quintilianus, itidem dicens, *Aemilium Scaurum Remp. Pop. Romani prodidiſſe.* Ubi admodum notabile eſt verba

illa

ſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium praetorem, cujus tribunal propter nimiam ſeveritatem [61] *ſcopulus reorum* dicebatur, cum id vitare [62] beneficio legis Memmiae liceret, quae eorum, qui reip. cauſſa abeſſent, recipi nomina vetabat: in Urbem tamen recurrit. Quo tam pleno fiduciae bonae conſilio, [63] cum abſolutionem celerem, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

[64] Sunt & illa ſpecioſae fiduciae publica exempla. [65] Nam cum eo bello, 10. Ann. urb.
quod adverſus Pyrrhum gerebatur, Carthaginienſes C ac XXX navium claſſem 472. Juſtin. XVIII.
in praeſidium Romanis Oſtiam ultro miſiſſent, ſenatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent, *populum Rom. bella ſuſcipere ſolere, quae ſuo milite gerere poſſet. proinde claſſem Carthaginem reducerent.* Idem poſt aliquot annos Ann. urb.
Cannenſi clade exhauſtis Romani imperii viribus, ſupplementum exercitus in 542. Livius XXVI. Zonar.
Hiſpa-

illa à tribus MSS. abeſſe, ut cenſeri poſſit è margine irrepſiſſe in contextum, & ſatisfieri propoſito Quintiliani, etiamſi ſimpliciter legatur. *Varius Sucronenſis ait, Aemilius Scaurus negat.* Sed non poſſe abeſſe liquebit, ſi attendas ad ſequentia de Iphicrate, *Quo accuſante ſimilis criminis reus erat:* nempe *proditae Reip.* ut dixerat de Scauro. Sed poteſt utrumque eſſe verum, ut nempe Scaurus poſtulatus ſit lege Varia, de iis, qui ſocios ad arma concitaſſent, & in ea accuſatione crimini ipſi datum ſit, quod pecuniam ob Remp. prodendam à Rege accepiſſet, quod ſi de Jugurtha intelligamus, patebit cur dixerit, *ſe inter alios vixiſſe, inter alios cauſſam dicere.* Nempe quia tempus illud jam diu praeterierat.

57. *Aemilius Scaurus*] Harl. *M. Aemilius Scaurus.*

58. *Huic ſe eſſe affinem culpae negat*] Leid. prim. delet *eſſe*. De locutione ipſa *affinis culpae*, vide Cl. Burmannum ad Phaed. L. I. 10. Deinde Leid. prim. *vehementiſſima.* Sed recte reliqui ſervant *dementiſſima. demens* enim valde dicit quod *Varius Sucronenſis* accuſabat *Aemilium Scaurum.*

59. *M. Antonius ille diſertus*] Qui *orator* dictus; quemque Cicero in lib. de Oratore loquentem inducit. Vide de eo & infra VI, 8, I. ubi conſtantia ſervi adjutum eum eſſe legitur. VORST.

60. *Ubi literis certior factus*] Poſtremam vocem *factus* delent octo MSS. & Ed. Mog. Periz. *certitior*. Ultraj. prim. *certioratus.* L. VII. 3. I. *De qua re antiſtes templi certior factus.*

61. *Scopulus reorum*] Ad quem rei quaſi alliſi naufragium facerent. Sic Cicero Orat. in Piſonem, Piſonem & Gabinium *ſcopulos reip.* & Florus IV, 9, I. Antonium *ſcopulum ſecuritatis publicae* vocat. Vide & Ind. Freinsh. in Flor. VORST. De *L. Caſſio.* Videndus Rupert. ad Pompon. de Orig. jur. p. 451. & P. Baelius in Diction. Critico. PERIZON.

62. *Beneficio legis Memmiae*] Leid. prim. *Neviae.* ſec. *Meviae.* quint. *Memime.* ſext. *Numiae.* Periz. *Meneniae.* Ultraj. ſec. *Nemini.* Theophilus etiam notat. *Quaedam exemplaria legunt Naeviae.* Pighius quo magis liqueat legem hanc eſſe *Memmiam*, producit haec verba Ciceronis ex oratione in Vatinium. *Cur igitur*, inquit, *cum legationis perfugio, quod lex Memmia tibi dabat, uti nolueris, poſtea ne cauſſam diceres tribunos plebis appellaſti.* Quae verba unde hauſerit Vir Doctiſſimus, non invenio, longe enim aliter legitur apud Cic. in Vatin. C. 14. *Qui conſentaneum fuerit, cum legationis perfugio uti noluiſſes, appellatione improbiſſima te ad auxilium nefarium confugiſſe.* Et in eodem Capite bis, *appellariſne Tribunos plebis, ne cauſſam diceres.* Nuſquam vero, neque illic, neque alibi in tota illa oratione mentio fit *legis Memmiae.* Aliunde igitur probandum eſt illam legem fuiſſe *Memmiam.* Nam in ea varietate ſcripturae apud Valerium, quis certum quid ſtatuerit?

63. *Cum abſolutionem*] Longe plures *tum abſolutionem.*

64. *Sunt & illa ſpecioſae fiduciae publica exempla*] An *ſpecioſa publicae fiduciae exempla?* PERIZON.

65. *Nam eo bello*] MSS. conſentiunt cum vulgatis, in quibus ſic legitur, *Nam cum eo bello quod adverſus Pyrrhum gerebatur &c. ultro miſiſſent.* Quod Pighius ſua auctoritate nullius MSti

Hiſpaniam mittere auſus, fecit, [66] ne hoſtilium locus caſtrorum, tum maxime Capenam portam armis Annibale pulſante, minoris veniret, quam ſi Poeni illum non obtinerent. [67] Ita ſe gerere in adverſis rebus quid aliud eſt, quam ſaevientem fortunam, in adjutorium ſui, pudore victam convertere?

11. Magno ſpatio diviſus eſt à ſenatu ad poëtam Accium tranſitus. Ceterum ut ab eo decentius ad externa tranſeamus, producatur in medium. [68] Is Julio Caeſari ampliſſimo & florentiſſimo viro in collegium poëtarum venienti nunquam aſſurrexit: non majeſtatis ejus immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret. Quapropter inſolentiae crimine caruit: quia ibi voluminum, [69] non imaginum certamina exercebantur.

EXTERNA.

1. [70] Ne Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt, [71] cum poſtulante populo,

facta mentione ita mutavit, ut *cum* è principio Periodi in finem transferret, & locaret, ante *miſiſſet*. Etiam nonnulli MSS. *centum & viginti navium*.

66. *Ne hoſtilium locus caſtrorum minoris veniret*] Livius XXVI, 11. *Parva* (res, quae Annibali ſpem minuit) *quod per eos dies eum forte agrum, in quo ipſe caſtra haberet, veniſſe, nihil ob id diminuto pretio, cognitum ex quodam captivo eſt, &c.* VORST.

67. *Ita ſe gerere in adverſis rebus*] MS. omittit *rebus*, & profecto non deſideratur. PERIZON. Si abſit, nec ego deſiderem, nunc cum ceteri ſervent, nihil mutandum eſt.

68. *Is Julio Caeſari ampliſſimo & florentiſſimo viro*] Haec verba de dictatore Caeſare commentatores intelligunt, ſed perperam; cum Accius poëta centum prope annis C. Julium praeceſſerit. Ergo hic legendum *Sex. Julio Caeſari ampliſſimo & florentiſſimo viro*: pronomine non omiſſo *Sexto*. Fuit autem *Sex. Julius Caeſar* conſul anno ab U. C. 597. ſeptem annis ante tertium Punicum bellum, ut ait Plin. L. XXXIII. Cap. 3. cum C. Caeſar dictator anno ab U. C. 695. Ecce diſtantiam duodecentum. GLAREAN. *Julio Caeſari*. Glareanus legit: *Sex. Julio Caeſari*. Qui enim Dictator ille potuit eſſe? Pighius *C. Caeſarem Strabonem* accipit. COLER. *Is Julio Caeſari*. Pighius cenſet, C. Caeſarem Strabonem intelligi, qui bello Mariano periit. Nam Julii Caeſaris dictatoris aequalem Accium poëtam non fuiſſe. Sed fortaſſe alius hic eſt Accius, quam cujus fragmenta extant; ipſiuſque Caeſaris dictatoris aequalis. VORST. An ergo ſolet ita Caeſarem dictatorem cum deſcribit, defungi hoc titulo ut eum *ampliſſimum & florentiſſimum Virum* dicat, & non potius divinitatem ejus & numen conſideret, atque extollat? Et quam abſurdum eſt, ut de Caeſare Dictatore intelligatur, fingere in animo ſuo, fuiſſe fortaſſe alium quemdam Accium illi aequalem? Quum quivis ſentiat Auctorem de celeberrimo illo Accio loqui, non de obſcuriore quodam poëta. Poteſt etiam intelligi *L. Julius Caeſar*, qui A. U. DLXIII. Conſul fuit cum P. Rutilio Lupo. Itaque praeter rationem fluctuatur P. Baelius, de *Caeſare dictatore* intelligendumne hoc ſit, an de *C. Caeſare*, qui bello Mariano periit, ut cenſuit Pighius. Nam quamvis ad annum uſque U. C. DCLXVII. vixerit Accius, Caeſar, qui ſexto & quinquagenſimo aetatis anno periit, tum fuit puer duodecim annorum.

69. *Non imaginum certamina*] Non ſpectabatur ibi, quas quis imagines haberet, ſed quae volumina, quos libros, edidiſſet. VORST.

70. *Ne Euripides quidem*] Ita reſcribo ex codd. Brand. & ex typis expreſſo Martini Herbip. Aldus & hunc ſecuti Pighius & alii, *Nec Eurip. quidem*. VORST. Variant noſtri.

71. *Cum poſtulante populo*] Quidam *Poſtulante eum populo*. Copeſ. *Ex tragoedia quadam ſententiam tolleret.*

72. *Ut*

pulo, ut ex tragoedia quandam ſententiam tolleret, progreſſus in ſcenam dixit, [72] *ſe ut eum doceret, non ut ab eo diſceret, fabulas componere ſolere.* Laudanda profecto fiducia eſt, [73] quae aeſtimationem ſui certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum [74] à contemptu & inſolentia diſtare ſatis eſt.

Itaque etiam [75] quod Alceſtidi tragico poëtae reſpondit, probabile. apud quem cum quereretur, quod eo triduo [76] non ultra tres verſus maximo impenſo labore deducere potuiſſet, [77] atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur: *Sed hoc*, inquit, *intereſt, quod tui* [78] *in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient.* Alterius enim ſecundi curſus ſcripta intra primas memoriae metas corruerunt: alterius cunctante ſtylo elucubratum opus per omne aevi tempus plenis gloriae velis feretur.

Adjiciam [79] ſcenae ejuſdem exemplum. [80] Antigenidas tibicen diſcipulo ſuo 2. Cic. Brut. Gell. xv. 16. Symmach. 105.

72. *Ut eum doceret*] Reſpicit ad id, quod Poëtae Dramatici dicebantur apud Graecos *διδάσκειν τὰ δράματα*, quod imitati etiam ſunt Latini. vide Torrentium ad Sueton. in Claudio C. 11. *Comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit.*

73. *Quae aeſtimationem ſui*] Quidam codd. inque his unus Brand. *exiſtimationem ſui.* VORST. Et prim. Ultraj. cum Copeſiano.

74. *A contemptu*] Prudenter dictum. Similiter Cicero ad Q. Fratrem in ſimili cauſſa: *Ceſſator eſſe noli: & illud Γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum etiam ut bona noſtra norimus.* COLER.

75. *Quod Alceſtidi tragico poëtae reſpondit*] Brodaeus Miſcell. IX, 23. legendum putat *Alexidi comico poëtae.* VORST. Addunt Ultraj. ſec. & Leid. tert. *Euripides.*

76. *Non ultra tres verſus maximo impenſo labore deducere*] *Deducere poëma, carmen*, & ab aliis dictum. Horatius, *Tenui deducta poëmata filo.* Et alius, *Carmina proveniunt animo deducta ſereno.* Item: *Primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.* Dicunt & *carmen ducere.* Vide Erythraeum in Ind. Virg. ad illud Virgilii *Deductum dicere carmen.* Apparet autem *ducere* & *deducere carmen* nihil eſſe aliud quam *ſcribere carmen.* Unde noſter, cum dixiſſet *deducere verſus*, mox ſubjicit, *ſe centum perfacile ſcripſiſſe.* VORST. Leid. tert. *producere.* Horat. L. II. Sat. 14.

—— ſimileſque meorum
Mille die verſus deduci poſſe, Trebati.

77. *Atque is ſe centum*] Copeſ. Barb. prim. *Atque ipſe centum.* Ut ſolet iſtud *ſe* ſaepe ſubintelligi.

78. *In triduum tantummodo*] *Tantum* in Leid. ſept. adſcriptum eſt alia manu; quemadmodum paulo poſt *aevi*, quod deeſt etiam in Bit. primo. & omiſit Rob. Stephanus.

79. *Scenae ejuſdem*] Klokkius legebat. *Schemae ejuſdem*; & addebat reſtituendum iſtud exemplum ſaepe auctoribus. ut apud Sen. Ep. 99. *Remota omni lugentium ſchema.* Sed errat in utroque. *Ejuſdem ſcenae* dicit Valerius, quia tibicen ille artem ſuam exhibebat populo in ſcena Athenienſi. Quamvis enim Thebanus fuit, Athenas tamen arceſſitus fuit à Pericle. ut patet ex Gellio L. XV. 16. & *Scena* apud Senec. ſignificat oſtentationem, ſeu geſtus & habitum lugentium, quos ſumere ſolent, ut conſpiciatur ipſorum luctus. Hinc in eâdem Epiſtola. *Clarius, quum audiuntur, gemunt, taciti quietique, dum ſecretum eſt; cum aliquos viderint, in fletus novos excitantur.* & ibidem, *ſine ſpectatore ceſſat dolor.* Ut *Scena* eodem fere reſpectu ibi ſumatur, quo apud Horat. L. II. Sat. I. 71.

Quin ubi ſe à vulgo & ſcena in ſecreta remorant
Virtus Scipiadae & mitis Sapientia Laeli.

Nam male videtur hoc exponere Torrentius *à conſpectu populi, qui vel frequentiſſimus in ſcena & ſpectaculis comparet.* Quoniam *ſcenam* potius dicit, quia in conſpectu hominum illi perſonae ſuae gravitatem exhibere debebant, & nihil agere, niſi majeſtati, virtuti & ſapientiae ſuae

ſuo magni profectus, [81] ſed parum feliciter populo ſe approbanti, cunctis audientibus, dixit: *Mihi cane, & Muſis.* Quia videlicet perfecta ars fortunae lenocinio defecta, fiducia juſta non exuitur: [82] quamque ſcit ſe laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam judicio refert.

Plin. xxxv. 3. 10. [83] Zeuxis autem, cum Helenam pinxiſſet, [84] quid de eo opere homines ſenſuri eſſent, expectandum non putavit; ſed protinus [85] hos verſus adjecit:

Iliad. γ.

Οὐ νέμεσις τρῶας τε καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτοισι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Adeo-

ſuae conveniens, quum in ſecreto etiam nugari, ludere, & conchas legere, & ad omnem animi remiſſionem deſcendere diſcinctis liceret.

80. *Antigenidas*] Suidae eſt Θηβαῖος μουσικὸς αὐλῳδὸς Φιλοξένου. Meminit ejuſdem dicti Cicero II. de Claris Orat. Plin. & Agellius. Idem nomen *Antigenidae* reddendum Apulejo in Floridis. apud quem hactenus ſcribitur, *Antigenes.* Locus jam in memoriam non eſt. COLER. *Antigenidas tibicen.* Cicero in Bruto: *Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigenti ad populum, Mihi cane & Muſis: ego huic Bruto dicenti, ut ſolet, apud multitudinem, Mihi cane & populo, mi Brute, dixerim.* Fuit autem Antigenidas natione Thebanus, ut ex Suida notum. VORST.

81. *Sed parum feliciter populo ſe approbanti*] Leid. prim. *à populo approbato.* Sed *tibicen approbat ſe populo*, optime dicitur. Vide Cl. Burmannum ad Phaedr. L. IV. 24. ubi Simonides dicitur *opus adprobaſſe.* Flor. L. I. 18. 16. *Omnem in partem Romana virtus tum ſe adprobavit.*

82. *Quamque ſcit ſe laudem meritam, eam etſi ab aliis impetrat*] In manuſcriptis hoc rectius; *Quamque ſcit ſe laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat.* PIGH. *Quamque ſcit ſe laudem mereri, eam etſi.* Leid. prim. quint. & ſext. & unus Rem. cum vulgatis editionibus. *Quamque ſcit ſe laudem meritam, etſi eam.* Leid. tert. *Quamquam ſe laudem mereri l' meritam, etſi eam laudem.* Harl. & Bit. prim. *mereri tametſi eam,* Barb. ſec. Leid. ſept. *Quaſque ſe ſcit laudes mereri, eas ſi.* Ultraj. ſec. *quam quique ſe ſcit laudem mereri, eam ſi.* & ſic Ed. Mog. Periz. vero. *Quamque ſi ſcit laudes mereri, eas ſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam judicio refert.* *Non* ante *impetrat* omiſit Rob. Stephanus, & Seb. Gryphius. Hoc male. De cetero parum intereſt, *mereri* an *meritam* legas. Non inconcinne ita ſcripſerit. *Quamque ſcit ſe laudem meritam, eam ſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam judicio refert. Eam ſi* habet etiam Copeſ. quod Perizon. notandum monuerat.

83. *Zeuxis autem*] De hoc Cicero, Plinius, Plautus Paenulo. de ejus morte Feſtus, in voce Pictor. Feciſſe Helenam iſtam Agrigentinis Plinius ſcribit. Cicero, Crotoniatis. COLER. *Zeuxis cum Helenam pinxiſſet.* De hac & aliis ejus picturis agit Plinius XXXV, 10. Mortuus eſt riſu, cum pictam à ſe anum effuſe rideret. Vide Feſtum in *Pictor.* VORST.

84. *Quid de eo opere homines ſenſuri eſſent*] MSS. tres cum Edd. Ven. Oliverii, Aſcenſii, Aldi, Colinaei ita exhibent. Ceteri cum Ed. Mog. Gryphio, Stephano, Pighio, Colero, *cenſuri eſſent.* Nihilo profecto deterius. Non exſpectabat, ut de eo opere alii ſententiam ferrent.

85. *Hos verſus Graecos adjecit*] *Graecos*, ex annotationibus irrepſit, quare ejiciendum eſt è contextu, in manuſcriptis enim non habetur. PIGH. *Hos verſus.* Aldus, *Hos verſus Graecos.* Sed Pighius monet, *Graecos* non eſſe in MSS. & ex annotationibus irrepſiſſe in textum. Latine autem verſus iſtos ſic vertas: *Non eſt indigne ferendum, Trojanos forteſque Achivos talem propter mulierem longo tempore dolores pati. Valde immortalibus Deabus vultu ſimilis eſt.* In Graecis perperam vulgo editum reperitur ἀθανάτηοι. VORST. In MSS. noſtris Graeca aut deſunt, aut ita ſcripta, ut ductum literarum nemo queat adſequi. Deſunt quoque hi verſus in Ed. principe, ſed exſtant in Edd. Ven. &

Adeone dextrae ſuae multum pictor arrogavit, [86] ut ea tantum forma comprehenſum crederet, quantum aut [87] Leda coeleſti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprimere potuit?

[88] Phidias quoque Homeri verſibus egregio dicto alluſit. Simulacro enim [89] Jovis Olympii perfecto, quo nullum praeſtantius, aut admirabilius [90] humanae fabricatae ſunt manus, interrogatus ab amico, *quonam mentem ſuam dirigens, vultum Jovis propemodum ex ipſo coelo petitum eboris lineamentis eſſet amplexus,* [91] illis ſe verſibus [92] quaſi magiſtro uſum reſpondit:

Η καὶ κυανέησιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Αμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. Iliad. α.

Non

& Aſcenſ. & illis hi verſus Latini ſunt ſubjecti.

Haud turpe eſt Troas, ſulgenteſque aere Pelaſgos
Conjuge pro tali diuturnos ferre dolores,
Aeternis facies nimis eſt aequanda Deabus.

Porro *Graecos* etiam non eſt in pleriſque meorum. Sed Barb. ſec. Leid. ſext. ſept. Periz. habent, *ſe ad hos verſus adjecit.* & ſic Leid. ſec. niſi quod addit *Graecos.* Sed male. Intelligi enim debet de verſibus ipſi tabulae adſcriptis. Quomodo etiam Athletae ſuo, in quo valde ſibi placebat, adjecit verſum celebrem ex eo. *Inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum.* Ut refert Plin. L. xxxv. C. 9. Quod vero Vorſtius ait in Graecis perperam vulgo edi ἀθανάτῃσι, inde factum credo, quod ἀθανάτοισι in ſuo libro reperiret, & ſciret hujuſmodi derivata & compoſita communis generis haberi; quod tamen ita perpetuum non eſt, ut de omnibus adfirmari poſſit, praeſertim apud Poëtas. Sane ἀθανάτῃσι ſcribitur etiam in Ed. Baſ. 1551. ab Hervagio curata: & ſaepius ἀθανάτη occurrit apud Homerum. Sic Il. Σ. v. 86.

—— μετ' ἀθανάτῃς ἁλίῃσι.
Ναίειν.

& Il. B. 'Αιγίδ' ἀθανάτην. & Il. P. τ' ἀθάνατη τέκε μήτηρ. & ſic alibi.

86. *Ea forma tantum comprehenſum*] Ita malim legere ex codice MS. Brand. quam ut alii ediderunt *ea tantum forma compr.* VORST. Neſcio quid ſibi Vorſtius velit praeferendo *ut ea forma tantum.* MS. Copeſianus ſane ita habet ut editur, & exponit *forma pictura.* Quid ſi legas *tantum formae*, id eſt, tantam formae pulcritudinem? Sic ſupra *tantum amplitudinis.* Flor. I. 17. 3. *Ne tantum periculi ingredi auderet.* Liv. XL. 19. *Tantum hominum demortuum eſſe.* XLI. 4. *Longe plurimum hoſtium occidit.* Ter. in Phorm. III. I. 17. *quantum metus eſt mihi, nunc venire huc ſalvum patruum.* Sic habet ibi codex Bembinus. *Hoc copiarum in Hiſpanias portatum eſt.* Liv. XLII. 18. *Ad tantum faſtigii.* XLIII. I. & ſupra L. II. 9. I. PERIZON. MSS. & Edd. *Ea tantum forma.* Sed Aldus dedit ut conjecit Cl. Perizonius, *ea tantum formae.* Quod adeo probo, ut de recipiendo in contextum dubitaverim. Sed omiſi propoſitum, quoniam decretum erat conjecturis nihil tribuere.

87. *Leda coeleſti partu*] Leda Helenae mater, Tyndari regis conjux: cum qua Jupiter ſpecie cygni rem habuiſſe creditus fuit. VORST.

88. *Phidias*] Φειδίας inſignis ille ſtatuarius, cujus Jupiter Olympius apud Auctores valde celebratus. Plinius XXXVI, 5. *Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, quae Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat.* Idem ibidem & de aliis ejus operibus agit. VORST.

89. *Jovis Olympii*] Nota ejuſdem Minerva & Nemeſis ex Plinio. Sed & Jovem commemorat Tzetzes: χάριτες, inquit, ποιῶν τῷ ἐρωμένῳ ἀνθρώπῳ κἂν οὐκ εὔχαρ περὶ τὴν πλαστουργίαν, ἀγαλματώσας Φειδιακῇ τῇ τέχνῃ τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι ἄγαλμα Νεμέσεως, Διός τε, &c. De ejus Jove Olympio legere eſt apud Quintilianum lib. XII. cap. 10. Plinium XXXIV. cap. 8. Tertullianum

5. Plut. Polit. Non patiuntur me [93] tenerioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces. Siquidem Epaminondas, cum ei cives irati ſternendarum in oppido viarum contumeliae cauſſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium [94] apud eos ſordidiſſimum) ſine ulla cunctatione id recepit, *daturumque ſe operam ut brevi ſpecioſiſſimum fieret*, aſſeveravit. Mirifica deinde procuratione, abjectiſſimum negotium pro ampliſſimo ornamento [95] expetendum Thebis reddidit.

6. Ann. urb. 568. circiter. Cic. Div. II. Plut. de exil. Annibal vero cum apud regem Pruſiam exularet, [96] auctorque ei committendi proelii eſſet, atque is [97] non idem ſibi extis portendi diceret: *An tu*, inquit, *vitulinae carunculae, quam imperatori veteri, mavis credere?* Si verba numeres,

libro de Reſurrectione Carnis. COLER. Vide etiam Pauſan. in Eliacis C. 11. & Senec. Controv. 34.

90. *Humanae fabricatae ſunt manus*] Codex Brand. *fabricavere*. Alter *fabrice*; quod itidem eſt pro *fabricavere*. Sane *fabricari* & paſſive uſurpatur. Cujus igitur activum oportet eſſe *fabricare*. Virgilius Aen. *Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros*. Pighius notavit, codices eſſe, qui *fabrefecere* habeant. VORST. Ultraj. prim. *Fabricavere*. & ita Leid. ſext. ſed prim. cum Ultraj. ſec. *humanae fabricae manus fecit*; quo tendit & Leid. tert. exhibens. *Humanae fabricae, fabricatae manus ſt, l' fecit*. etiam Ed. Mog. *humanae fabricae manus fecit*. Excerpta Duac. habebant haec. Membranaceus *fabrefecit mãã, & margo Pighii*. Sed chartaceus. *Humanae fabricae manus fecit. Vulcano fabrica*. Lactant. L. I. 18. L. XXVI. §. 8. *ff. de Mandatis*. Sen. Ep. 45. *Non eſt neceſſe fabro de fabrica quaerere*.

91. *Illis verſibus*] Latine ſic vertas: *Et nigris ſupercilis annuit Saturnius. Immortales vero comae commotae ſunt regis capite ab immortali. Magnum autem concuſſit Olympum*. VORST. Hos verſus denuo ſic exhibent Edd. Ven. & Aſcenſ.

Atque ſuperciliis Saturnius annuit atris,
Ambroſiae fluxere comae de vertice regis
Aeterni. Aſt nutu magnum concuſſit Olympum.

Quos notis ſuis immiſcuit Oliverius. Graeca in MSS. noſtris eodem modo affecta erant, ac paulo ante ad exemplum Zeuxis retuli, ſed in Cod. Barb. primo manu recenti erant adſcripti, ſed priores per Zeuxim adjectae etiam illic deerant,

92. *Illis ſe verſibus quaſi magiſtro uſum*] In Suſiano *quaſi magiſtris*. Non male. PIGH. *Quaſi magiſtris*. MS. *Magiſtro*. ut ante Pighium lectum fuit, quod ſane praefero. Nec enim multis utimur magiſtris. Nec in ſimilitudine plus unius habetur ratio, & hi verſus illi fuerant pro magiſtro. PERIZON. Omnes fere MSS. & Edd. omnes retinent *magiſtro*, quod merito defendit Cl. Perizonius, illis enim verſibus quaſi à magiſtro quodam fuit admonitus.

93. *Tenuioribus exemplis*] Veteres libri uno conſenſu, *tenerioribus*, legunt. PIGH. *Non patiuntur me tenuioribus exemplis inſiſtere fortiſſimi duces*. Veteres, *tenerioribus exemplis*, magis rectius. quaeſitus enim ſermoni decor ex antithetis *Teneriorum* & *Fortiſſimorum*. LIPS. *Tenuioribus*. Recte legitur in libro Dan. & editionibus quibuſdam, *tenerioribus*. *Teneri* Poëtae dicuntur amatorii, reſpectu Heroicorum, qualis Catullus, Propertius, Callimachus, Anacreon & alii tales fuere. Auſonius:

Si forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

COLER. *Tenerioribus exemplis*. Ita magno conſenſu veteres codd. habere notarunt Pighius, Lipſius & Colerus. Mirum igitur quid ſit, quod pro *tenuioribus*, quod habet Aldus, non ita reſcripſerunt. Codd. MSS. Brand. itidem *tenerioribus* habent. Ceterum *teneriores*, ut pictores, ſtatuarii, oppoſiti ſunt *fortiſſimis* ducibus. VORST. Bit. prim. *lenioribus*; ceteri *tenerioribus* uno conſenſu habent noſtri, & Ed. Mog. Ven. Mediol. Sed Aſcenſius *tenuioribus*. Vide infra L. VI. 9. 2. Deinde tres MSS. *Equidem Epaminondas*. Bit. prim. *ut in brevi*. Idem delet *Thebis*,.

94. *Apud eos ſordidiſſimum*] Quod proprium huic Reipublicae fuit. Romae munus id erat Cenſorum vel Aedilium. Apud Indos τῶν Ἀγχόντων, ut ſcribit Strabo lib. XV. Dicebantur apud Theba-

meres, [98] breviter & abſciſe: ſi ſenſum aeſtimes, copioſe & valenter. [99] Hiſpanias enim direptas populo Rom. & [100] Galliarum ac Liguriae vires in ſuam redactas poteſtatem, & novo tranſitu Alpium juga patefacta, & Traſimenum lacum dira inuſtum memoria, & Cannas Punicae victoriae clariſſimum monimentum, & Capuam poſſeſſam, & Italiam laceratam [1] ante pedes hominis effudit; uniuſque hoſtiae jecinori longo experimento teſtatam gloriam ſuam poſtponi aequo animo non tulit. Et ſane quod ad exploranda bellica ſacrificia, aeſtimandoſque militares ductus attinebat, [2] omnes foculos, omnes aras Bithyniae, Marte ipſo judice, pectus Annibalis praegravaſſet.

Capax

Thebanos τιλίαρχοι. eorum munus fuiſſe περὶ τὰς στενωποὺς ἐκβολῆς κοπρείων ϗ ῥευμάτων ἀποτροπῆς ſcribit Plutarchus in Praecep. Polit. Apud nonnullos Graeciae populos dicti ſunt ἀστυνόμοι. COLER. *Apud eos ſordidiſſimum.* Copeſ. *ad eos.* Liv. XL. 24. *Accuſavit eum ad patrem.* C. 42. *certatum ad populum.* C. 45. *In Senatu & ad populum.* Ovid. L. II. Triſt. 472.

Haec eſt ad noſtros non leve crimen avos.

PERIZON. Caeſ. L. V. B. G. 53. *Totam hiemem ipſe ad exercitum manere decrevit.* Liv. L. I. 4. *Nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes.* Plaut. Captiv. Prol. 44. *Ut in ſervitute hic ad ſuum maneat patrem.* Vide & J. Fr. Gronov. ad Liv. L. VII. 7. Liv. L. XXXIII. 46. *Quantam eo facto gratiam ad plebem inierat.* L. III. 31. *Invidiae tamen res ad exercitum fuit.* MSS. tamen noſtri *apud eos* praeferunt.

95. *Expetendum Thebis reddidit*] Ipſa urbs ſemper uſa fuerat eo negotio, & curam hanc mandaverat civibus, ſed abjectiſſimis. Tum neque ipſa cura & negotium poterat ornamentum eſſe Thebis, ſed iis, qui illud gerebant & adminiſtrabant. Quid multa? lego *Thebanis.* Abjectam enim hanc curam ſpecioſiſſimam fecit & civibus ſuis expetendam. PERIZON. Quid? ſi capiamus *Thebis* pro *in urbe Thebarum?*

96. *Auctorque ei committendi proelii eſſet*] MS. *Auctorque proelii committendi*, omiſſo τῷ *ei.* Recte. Nam mox ſequitur *is.* PERIZON.

97. *Non idem ſibi extis portendi*] Barb. prim. Leid. ſec. ſext. Periz. *Non idem ſibi ſed extis.* Leid. prim. *Et idem non ſibi hic.* Unus Rem. *Et idem non ſibi hoc.*

98. *Breviter & abſciſſe*] *Abſciſe* veteres libri habent. PIGH. *Abſciſe* fere ſemper & hic & in ſequentibus pro ἀποτόμως, i. e. ſevere, dure. tanquam ab abſcido, quod à caedo. GUYET.

99. *Hiſpanias direptas, populi Romani & Galliarum ac Liguriae vires*] In Campenſi haec ita: *Hiſpanias ereptas populo Romano, Galliarum; &c.* Quae magis probanda lectio videtur. PIGH. *Hiſpanias ereptas populo R.* Ita Pighius ex cod. Camp. Alii codices tam MSS. quam typis expreſſi *direptas.* Et ſane *diripere* dicunt & pro eripere. Quod vel ex eo intelligitur, quod ſupra III. 3. ext. 2. *Phalari feritatem diripi* dicit pro *eripi.* VORST. Omnes noſtri habent *direptas*, vel *dereptas.* Vide ſupra ad L. II. 9. 8.

100. *Galliarum ac Liguriae*] Sic dedit Pighius. Sed duodecim mei MSS. habent *& Galliarum*, quam particulam cum ceteris membris hujus Periodi praefigat, hic non fuerat abjicienda.

1. *Ante pedes hominis*] Pruſiae puta. Habent hoc Latini, ut, cum nomen alicujus jam expreſſerunt, ac deinde de eodem agere pergunt, voce *hominis* utantur: qua de re & ſupra ad III. 1. 3. monuimus. VORST.

2. *Omnes foculos pectus Annibalis praegravaſſet*] *Foculi* erant, in quibus ignem alebant ſacerdotes. Supra I. 1. 8. *Cum carbaſum quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet.* *Praegravare* dicit pro *ſuperare.* Infra III. 8. ext. 5. *Quem Syracuſanus Dion diverſitate exempli praegravat.* Quod ergo dicit, *pectus Annibalis omnes foculos & aras praegravaſſet*, ſenſum eſſe Badius putat, quod Annibal melius judicare de extis potuerit, quam ſacrificuli. ut adeo extiſpicium non elevet, ſed Annibalis praedicet experientiam. VORST. Imo *foculi* ſunt etiam, in quibus ipſa fiunt ſacrificia. Liv. L. II. 12. *Dextramque accenſo ad ſacrificium foculo injecit.* Flor. L. I. 10. *Ardentibus focis injecit manum.*

3. *Cotys*] Poſſit aliquis ſuſpicari legendum eſſe: *Cothus*, ex aliquot locis Strabonis; qui & libro VII. ſcribit peregrinum hoc & barbarum eſſe nomen. COLER. *Regis Cotys.* Colerus

ſuſpi-

7. Athen. II. Capax generoſi ſpiritus illud quoque dictum regis [3] Cotys. ut enim ab Athenienſibus civitatem ſibi datam cognovit. *Et ego*, inquit, *illis meae gentis jus dabo.* Aequavit Athenis Thraciam, [4] ne, viciſſitudine talis beneficii imparem ſe judicando, humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.

8. Plutarch. in Apoph. Laconic. Nobiliter etiam uterque Spartanus, & qui increpitus a quodam, quod in aciem claudus deſcenderet, [5] *pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe* reſpondit; Et qui referente quodam, ſagittis Perſarum [6] ſolem obſcurari ſolere, *Bene narras*, inquit, [7] *in umbra enim melius proeliabimur.* [8] Ejuſdem vir urbis atque animi, hoſpiti ſuo patriae muros excelſos latoſque oſtendenti, dixit: *Si mulieribus iſtos comparaſtis, recte: ſi viris, turpiter.*

ſuſpicatur legendum eſſe *Cothus*; quia Strabo ſcribat peregrinum hoc & barbarum nomen eſſe. Verum peregrinis quoque certas terminationes aſſignare ſolent, eademque flectere. Ego putem legendum eſſe *Cotyis.* Sane Tacitus II. Annal. Cotyn quendam Thraciae regem nominat, flectitque *Cotyis*, *Cotye.* Caeſar quoque III. B. C. Cotum Thraciae regem nominat, flectitque *Cotus*, *Coti.* VORST. MSS. *Cotri*, *Codri*, *Cocii*, *Cotii*, *Coeri.* Guyetus conjecit legendum *Cotyos.* Sed amat noſter ſaepe terminationes Latinas. Nepos de Iphicrate C. 3. *Mneſthea filium reliquit ex Threſſa Coti filia*; ubi alii etiam *Cotyis* legunt; cum quibus ſe pugnare nolle ait Lambinus, ita tamen ut etiam *Coti* non improbet. & ſic Thracum vel Beſſorum Rex *Cottus* nomine memoratur quoque à Cicerone. Sed apud Liv. L. XLII. 29. dicitur *Cotys*, & ſic etiam alibi apud eumdem.

4. *Ne viciſſitudine talis beneficii imparem ſe judicando*] *Viciſſitudo beneficii* eſt ipſa beneficii compenſatio, ipſa remuneratio. Cicero de Amic. *Nihil eſt remuneratione benevolentiae, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius.* Sed quid illud *viciſſitudine beneficii imparem ſe judicare*? Nihil aliud quam putare, non poſſe ſe beneficium remunerari; vel, quod idem eſt, beneficii viciſſitudinem praeſtare. Eſt autem ad τὸ *imparem* nomen caſus tertii ſubaudiendum; & quidem *Athenienſibus.* VORST. An *viciſſitudini*? PERIZON.

5. *Pugnare non fugere &c.*] Copeſ. *Pugnare ſibi, & non fugere propoſitum eſſe reſpondit.*

6. *Solem obſcurari ſolere*] Harl. omittit *ſolere.* Supra L. II. Ext. 3. dixit *Xerxem coelo tenebras minitantem.*

7. *In umbra melius proeliabimur*] Unus cod. Brandeb. *proeliabitur*; ut deponens poſitum ſit imperſonaliter. Quae res nec ſine exemplo eſt. Ad eum modum Livius XXIV, 21. ſcribit, *tumultuatum eſt*; *vociferatum eſt.* VORST. MS. Copeſ. omittit τὸ *melius.* Recte mea ſententia, & convenit Laconicae brevitati. PERIZON. Deeſt etiam in ſex noſtris, tamen facile patior adeſſe. *Proeliabitur* praefert etiam primus Ultraj. Plerique codices etiam verba hoc ordine collocant. *Ejuſdem urbis vir atque animi.*

8. *Ejuſdem vir*] Ageſilaus is eſt, ſi credimus Plutarcho. COLER.

CA-

CAPUT VIII.

DE CONSTANTIA.

1. *Q. Fulvii Flacci procos.*
2. *Q. Fabii Max. Verrucoſſi.*
3. *C. Calpurnii Piſonis Cos.*
4. *Q. Metelli Numidici.*
5. *Q. Scaevolae Auguris.*
6. *Semproniae Gracchorum ſororis.*
7. *Pontii centurionis.*
8. *C. Mevii centurionis.*

EXTERNORUM.

1. *Blaſſii Salapini.*
2. *Phocionis Athenienſis.*
3. *Socratis Athenienſis.*
4. *Ephialtis Athenienſis.*
5. *Dionis Syracuſani.*
6. *Alexandri Magni.*

[1] Apertum & animoſum bonae fiduciae pectus emenſo [2] quaſi debitum ſupereſt opus, conſtantiae repraeſentatio. Natura enim ſic comparatum eſt,

1. *Aptum & animoſum bonae fiduciae pectus*] Suſianus codex rectiſſime, *apertum & animoſum.* PIGH. *Apertum & animoſum bonae fiduciae pectus. Apertum* ſuppoſuit Pighius ex uno cod. Suſiano; cum antiquiores typis expreſſi haberent *aptum & animoſum.* Antiquioribus iſtis conſonat uterque codd. Brand. VORST.

2. *Quaſi debitum opus ſupereſt, conſtantiae repraeſentare naturam. Natura enim ſic comparatum eſt*] Locus interjectis gloſſulis mire depravatus; Verae tamen lectionis retinent veſtigia manuſcripti libri. Nam Colonienſis, Campenſis, & Winchelianus ſic habent; *Quaſi debitum opus ſupereſt conſtantiae repraeſentatione. Cura enim ſic comparatum eſt, &c.* Congruit item Atrebatenſis codex, niſi quod, *reprehenſione*, legat, pro *repraeſentatione.* Suſianus ac Pulmannianus, licet nonnihil interpolati, veram lectionem nobis produnt, rejectis iis quae perperam inſerta ſunt, hoc modo: *Quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiae. Natura enim comparatum eſt, &c.* Atque haec pulcherrime, mox enim rationem reddit, cur de fiducia ſui tranſeat ad conſtantiam. PIGH. *Quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiae. Natura enim comparatum eſt,* &c. Libri mei, & plerique è tuis Pighi, *conſtantiae repraeſentatione. Cura enim* &c. Verum ego cenſeo, *conſtantiae repraeſentatio. Natura enim.* LIPS. *Emenſo quaſi debitum opus ſupereſt, conſtantiae repraeſentatio. Emenſo* ſcil. mihi. Et ſenſus eſt, repraeſentationem ſeu expoſitionem conſtantiae, tanquam debitum opus, ſibi reſtare, poſtquam de fiducia ſui egerit. Ceterum male habitus fuit locus iſte ab editoribus; & peſſime quidem à Pighio, quod is vocem poſtremam prorſus expunxit. Aldus & Chalcocond. paulo rectius ſic, *Quaſi debitum opus ſupereſt, conſtantiae repraeſentare naturam.* Sed non eſt veroſimile, Valerium, cum mox ſcribere vellet *natura comparatum eſt*, praemiſiſſe *naturam.* Aliquot codices, ut Pighius & Lipſius teſtantur, habent, *Quaſi debitum opus ſupereſt conſtantiae repraeſentatione.* Nec aliter codd. Brand. Unde rectiſſime colligit Lipſius legendum eſſe caſu recto *repraeſentatio.* VORST. MS. *Aptum & animoſum bonae fiduciae pectus emenſo mihi, quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiae repraeſentare cura vel natura enim ſic comparatum eſt.* Certe ante Pighium legebatur; *aptum*, atque ita in ſuis quoque invenit Vorſtius. Sed neutrum huic loco convenit, ubi requiritur verbum confidentiam & magnanimitatem ſignificans. Lego igitur *altum & an. b. f. p. em. m. q. d. ſ. opus, conſtantiae repraeſentatio.* (quomodo jam legit Lipſ.) *natura enim ſic comparatum eſt.* Sic VIII. 14. Ext. 3. *Cujus mores ſtabiliendi altioris animi Philoſopho traduntur.* Sic IX. 13. Ext. 1. ſic infra IV. 1. 6. *Altiſſima moderatio.* id eſt, generoſa, magnanima. V. 1. Ext. 3. *Altitudo humanitatis*, id eſt, magnanimitas. V. 4. 1. *Maximi vir animi & altiſſimi conſilii.* V. 10. 3. *Ita dolorem altitudine conſilii coërcuit.* Sic VII. 2. Ext. 7. *Cum gravis tum etiam alta in Senatu ſententia.* VII. 2. 3. Tac. Ann. III. 44. & 3. Hiſt. *apertum* vero, ſi vel meliore vel pluribus Codd. confirmaretur, poſſet etiam probari, quia fidu-

eſt, ut, quiſquis ſe aliquid [3] ordine ac recte mente complexum confidit, vel jam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, ſi interpelletur, ſine ulla cunctatione ad effectum perducat.

I. Ann. urb. 542. Livius xxvi. [4] Sed dum exempla propoſitae rei perſequor, latius mihi circumſpicienti ante omnia ſe Fulvii Flacci conſtantia offert. [5] Capuam fallacibus Annibalis promiſſis Italiae regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam, armis occupaverat. [6] Tam deinde culpae hoſtium juſtus aeſtimator, quam ſpecioſus victor, [7] Campanum ſenatum impii decreti auctorem funditus delere conſtituit. Itaque

ciae hoc proprium eſt, nihil ſubdole, vel ex metu ſollicite tegere, ſed omnia ſua conſilia aperte cum contemptu obtrectantium enunciare. Quid ſi legas *conſtantiae repraeſentationem curare. natura enim?* &c. PERIZON. Ut Copeſ. ita quoque Ultraj. ſec. & Ed. Mog. alii Harl. *Conſtantiae reputatione, cura enim ſic comparatum eſt*. Bit. Ultr. prim. Barb. uterque Leid. prim. ſept. unus Rem. *Conſtantiae repraeſentatione cura enim ſic comparatum eſt*. Leid. tert. *cura l, natura*. Idem *apertum l' expertum*. Leid. ſec. *natura al' cura*. ſext. *repraeſentatione natura*. quint. *repraeſentare naturam, cum enim*. Barb. ſec. & unus Rem. *compertum eſt*. Bit. prim. *compactum eſt*. Toll. *conſtantiae repraeſentatione natura*. Perizon. prorſus ut emendabat Lipſius. *Conſtantiae repraeſentatio, natura enim ſic comparatum eſt*. Quod omnino & ego probaverim. Huc enim MSS. videntur aurigare, & ſenſus eſt commodiſſimus. *Apertum* quoque placet, quod ſolet ſcribi *aptum*, linea transverſa per *p*. ducta. Et ea vox bene huc convenit. Egit enim de illis, qui aperte & magno animo quantam ſui fiduciam in pectore haberent declararunt. Addidi autem *ſic*, quod in ſcriptis & Editis extabat, & imprudenter à Pighio erat omiſſum.

3. *Ordine ac recte mente complexum confidit*] Antea edebatur, *Ordine ac recta mente*. Quod eſt etiam in Copeſ. Leid. ſec. quint. ſext. Perizon. Ultr. utroque Toll. Rem. unus. *ordine ac ratione*. Leid. prim. *Ordine ac recte cura complexum*.

4. *Sed dum exemplar propoſitae rei perſequor*] In MSS. ſeptem invenio *exempla*. Harl. *exemplum*. in decem item *proſequor* ut erat ante Pigh. in omnibus editionibus. Saepius *proſequor* & *perſequor*, apud noſtrum & alios ſunt mutata: *proſequor* vero magis utitur, cum laudat vel enarrat rem, non cum inquirit & circumſpicit exempla. Hoc enim hic ſignificat, dum latius circumſpicio, & mente conquiro exempla propoſitae rei, ut ſupra C. 7. 3. *In quamcunque memorabilium exemplorum partem mente convertor*. Ut *exempla perſequor*, hic praeferam.

5. *Capuam Italiae regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam*] MS. *Regimen*, qua voce & ſupra uſus eſt aliquoties. PERIZON. *Regnum* noſtri ſervant, & eſt nomen invidioſius.

6. *Tandem culpae hoſtium tam juſtus aeſtimator*] In manuſcriptis melius, *Tam deinde culpae hoſtium juſtus aeſtimator*. Mox lege, *Campanum ſenatum*, ex v. c. Ita etiam Cicero & Livius frequenter *Capuanos Campanos* vocant, & ipſe Valerius *Capuam, Campanam urbem*, lib. VII. cap. 6. PIGH.

7. *Campanum ſenatum*] Ita codd. Brand. Aldus, *Capuanum ſenatum*. Et ſane ſenatus Capuanus fuit, de quo hic agitur. Sed idem tamen *Campanus* dictus videtur à noſtro, quomodo Cicero & Livius, uti Pighius monet, Capuanos *Campanos* vocant, & noſter infra VII, 6. Capuam *Campanam urbem*; quaſi & gens, & urbs, & ſenatus κατ' ἐξοχὴν ita vocetur. Sed & mox hoc ipſo cap. ait noſter, *Literas nequicquam Campanis ſalutares*. VORST. Utrique emendationi Pighianae favent noſtri MSS. Solus, quantum video, Perizon. habet *Capuanum*. Vide & L. VII. 6. 2.

8. *In duas cuſtodias Theanam Calenamque*] Nomina oppidorum ad quae miſſi ſunt Campani, *Theanum* & *Cales*. A nomine ſubſt. *Theanum* autem quomodo formari potuerit adjectivum *Theanam*, vix apparet. Quid ſi legas *Theanaeam*, aut *Theaninam*, aut *Theanienſem*? VORST. Primum apud ceteros Auctores ſcribitur *Teanum* ſine adſpiratione, ut & apud Graecos Τέανον, eratque urbs magnitudine à Capua ſecunda. Strabo L. v. p. 248. Deinde incolae ejus dicuntur à Polyb. L. III. C. 91. Τεανῖται, nam male in Ed. Amſt. Τυανῖται legitur. Sed in lapidibus apud Gruterum etiam *Theanenſes* eos dici

que catenis onuſtum [8] in duas cuſtodias Teanam, [9] Calenamque diviſit; conſilium executurus, cum ea peregiſſet, quorum adminiſtrandorum celerior eſſe neceſſitas videbatur. Rumore autem de mitiore ſenatus ſententia orto, ne debitam poenam ſcelerati effugerent, nocte [10] admiſſo equo [11] Theanum contendit; interfectiſque qui ibi aſſervabantur, [12] eveſtigio Cales transgreſſus, [13] perſeverantiae ſuae opus exſecutus eſt. Et jam deligatis ad palum hoſtibus literas a P. C. nequicquam Campanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim eas manu, [14] ſicut erant traditae, repoſuit; ac juſſo lictore lege agere, tum demum aperuit, poſtquam illis obtemperari non poterat. Qua conſtantia [15] victoriae

dici obſervarunt Eruditi. gentile autem hujus urbis nomen ideo minus frequens videtur fuiſſe, quoniam duo hujus nominis oppida erant in Italia, alterum *Sidicinum*, alterum *Appulum*. Unde & incolae agri *Teano* vicini, & ipſius etiam urbis fere *Sidicini* vocabantur. Hinc Liv. L. XXVI. 15. *Cum hoc equitatu Teanum profectus prima luce portam intravit. Concurſuque ad primum equitum ingreſſu facto, magiſtratum Sidicinum citari juſſit. Teanam cuſtodiam* vero noſter dixerit, ut Martial. *Arpinas chartas* Lib. XII. 19.

Hoc, quod ſecula poſterique poſſint
Arpinis quoque comparare chartis.

Et ſic ſaepe, Poëtae imprimis. Vide ſupra ad L. I. 7. I. Quin & Liv. L. I. 10. Quos ſaepe jam *Caeninenſes* appellaverat, vocat *nomen Caeninum*. In nullo autem invenio MS. quod Aldus dedit *Theani Calibuſque diviſit*.

9. *Calenamque diviſit*] Ultraj. ſec. *dimiſit*, Leid. ſec. *dimiſit* al' *diviſit*. Poſtea pro *rumore autem*, quod dedit Pighius, & in aliquot comparet MSS. alii cum vulgatis *rumore deinde*.

10. *Admiſſo equo*] *Admittere equum* eſt permiſſo freno ad curſum incitare. Ovidius: *Non opus admiſſo ſubdere calcar equo*. Propertius: *Admiſſo Decius proelia rupit equo.* Ovidius I. Metam. dicit etiam *admiſſo paſſu*, pro celeri & concitato. Dicunt & *permittere equum*. VORST. Liv. L. II. 19. *Equum infeſtus admiſit*. & ſic L. XXV. 19. *Equum admittere in hoſtem*. Ovid. I. Her. 36.

Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.

Vide etiam Daviſ. ad Caeſ. L. I. B. G. 22.

11. *Theanum contendit*] Pighius & hic edidit *Theanam*: quomodo ante eum & Aldus. Sed unus cod. Brand. habet *Theanum*: quod rectius videtur. Livius certe oppidum non *Theanam*, ſed *Theanum* vocat. VORST. *Teanum*, clare nonnulli ex noſtris Codd. item Ed. Mog. Mediol. & Aldi. 1534. Sed *Teanam* 1512. & 1514.

12. *Eveſtigio Calenam tranſgreſſus*] In Atrebatenſi, Colonienſi, Cauchiano & Campenſi, *Cales transgreſſus.* Recte. PIGH. *Cales*, aliquot etiam noſtri habent. Ed. Mog. *Calles*, ut eſt in Ultraj. ſec. Recte omnino *Cales* Pighius repoſuit.

13. *Perſeverantiae ſuae opus exſecutus eſt*] MS. *Perſeverantiae ſuae opus exſecuturus*, non male; modo τῷ *transgreſſus* adjungas *eſt*. PERIZON. In duodecim noſtris *eſt* omittitur. *Exſecuturus* habent Barb. prim. Ultraj. ſec. Tol. Periz. Ed. Mog. Lego, *E veſtigio Cales eſt transgreſſus perſeverantiae ſuae opus exſecuturus.* Vides *eſt* excidere facile potuiſſe propter ſimilitudinem ſequentis & praecedentium literarum.

14. *Sicut erant traditae, repoſuit*] Melius, *retinuit*, ut Suſiano, Pulmanniano & aliis habetur. PIGH. *In ſiniſtra eas manu retinuit.* Ita Pighius ex quibuſdam codd. Antiquiores typis expreſſi & MSS. Brand. habent *repoſuit*. Quod quidem alteri ego praetulerim. VORST. In quindecim Codd. invenio *Repoſuit*. Leid. ſept. *repoſuit al' retinuit.* Itaque cum omnes ita etiam habeant Editiones, illud reſtituendum duxi. Liv. L. XXVI. 15. de hac ipſa re. *Acceptas literas cum in gremio repoſuiſſet.*

15. *Victoriae gloriam antecellit*] Pighius in margine notavit alias habere *anteceſſit*, quod reperio in Harl. & duobus Remenſibus. Deinde Leid. quint. ſept. Barb. prim. Periz. *Reperias*. Quatuor *legem agere*. Sed male. Solemni enim formula lictor *lege agere* dicitur, cum poenam de ſontibus ſumit. Liv. L. XXVI. 15. *Praeconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet.*

16. *Annibali numeravit*] Lege omnino *Numera-*

riae quoque gloriam antecellit: quia, ſi eum intra ſeipſum partita laude aeſtimes, majorem punita Capua, quam capta reperies.

2. Ann. urb. 536. Livius XXII. Plutarch. Atque iſta quidem ſeveritatis: illa vero pietatis conſtantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriae praeſtitit. Pecuniam pro captivis [16] Annibali numeraverat: fraudatus ea publice, tacuit. [17] Dictatori ei magiſtrum equitum Minucium jure imperii ſenatus aequaverat: ſilentium egit. Ann. urb. 537. Livius. Plutarchus. Compluribus praeterea injuriis laceſſitus, [18] in eodem animi habitu permanſit, nec unquam ſibi reipublicae permiſit iraſci. tam perſeverans [19] in amore civium fuit: quid in bello gerendo; nonne par ejus conſtantia? Imperium Romanum Cannenſi proelio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque fruſtrari & eludere Poenorum impetus, quam manum cum his tota acie conſerere melius ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus, [20] ſaepe

meraverat, cum MS. Sequitur enim eodem modo, *aequaverat.* non *aequavit.* vel potius *numerarat.* PERIZON. *Numeraverat*, eſt in decem MSS. & Ed. Mog.

17. *Dictatori ei Magiſtrum equitum Minucium jure imperii Senatus aequaverat*] Hoc de Senatu plane & perſpicue falſum. Non ſciverunt, non approbarunt id temerarium & novum patres: plebis unius & Tribunorum haec ſanctio, hic error. Itaque Livius diſerte Plebiſcitum appellat. Nec aliter Plutarch. Quin iſte ipſe Valerius lib. v. c. 2. *Dictatori ei*, inquit, *Magiſter equitum Minutius ſcito plebis aequatus.* Neſcivit Valerius? corruptores iſti librorum potius, à quibus infarcta vox *Senatus.* Ego cenſeo illum ſcripſiſſe, *jure imperii aequaverant.* Satis enim pronum intellectu, quos intelligat. LIPS. *Magiſtrum Equitum.* Jam pridem doctiſſimus Lipſius, alte inflictum vulnus hujus loci ſanavit: *Magiſtrum Equitum Minutium jure imperii aequaverant* lectitans. Addo tantum egregium illud monumentum de rebus à Fab. Maximo geſtis. Q. FABIVS. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. SACROR. II. AED. CVR. Q. II. TR. MILITVM. II. PONT. AVGVR. PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBEGIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET. QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRIBVS. VICTORIIS. FEROCEM. SVBSEQVENDO. COERCVIT. MAGISTRO. EQ. MINVTIO. QVOIVS. POPVLVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS. IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITV. PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMINE. AB. EXERCITV. MINVTIANO. PATER. APPELLATVS. EST. COS. QVINTVM. TARENTVM. CAEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS. ET. REI. MILITARIS. PERITISSIMVS. HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATV. DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST. Haec ex lapide antiquo, qui dicitur apud nobilem quendam Florentinum repertus. Similis Arimini exſtare legitur apud eos, qui talia collegere. In Ariminenſi legitur: PATER. PATRIAE. APPELLATVS. quod ego ab exercitu Minutiano non factum & contra veritatem Hiſtoricam ſcriptum puto. Patrem quidem, more militari, appellatum fuiſſe, liquidae fidei eſt. Silius lib. VII. de exercitu Minutiano:

Ibat ovans Fabiumque decus Fabiumque ſalutem
Certatim & magna memorabat voce parentem.

COLER. *Dictatori ei magiſtrum eq. jure imperii ſenatus aequaverat.* Negat Lipſius, Valerium ita ſcripſiſſe. neque enim latere ipſum potuiſſe, non ſenatuſconſulto, ſed plebiſcito id ita factum eſſe. Putat ergo legendum, *jure imperii aequaverant*; ut vox *ſenatus* omittatur. Sane Livius lib. XXII. diſerte *plebiſcitum* appellat. Et ipſe noſter infra v, 2, 4. *Dictatori ei*, inquit, *Magiſter equitum Minucius ſcito plebis aequatus.* Ibidem & *imprudentis vulgi errorem* vocat. Sed poſſit tamen & μνημονικὸν ἁμάρτημα Auctoris hic ſtatui. Certe à talibus non immunem eum fuiſſe ſupra non ſemel apparuit. VORST. Contra Lipſium ſtant omnes MSS. *Dictatori ei magiſtrum*

[20] ſaepe etiam ſpe bene gerendae rei oblata, nunquam à conſilii ſalubritate, ne parvi quidem certaminis diſcrimine, receſſit. Quodque eſt difficillimum, ubique ira ac ſpe ſuperior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimicando, maxime civitati noſtrae [21] ſuccurriſſe viſus eſt. Alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi poſſet.

3. C. etiam Piſonem [22] mirifice & conſtanter turbulento reipublicae ſtatu egiſſe conſulem narratione inſequenti patebit. [23] M. Palicani ſeditioſiſſimi hominis peſtiferis blanditiis praereptus populi favor conſularibus comitiis ſummum dedecus admittere conabatur, ampliſſimum ei imperium deferre cupiens, cujus teterrimis actis exquiſitum potius ſupplicium, quam ullus honos debebatur. Nec deerat conſternatae multitudini furialis fax tribunicia, quae temeritatem ejus Ann. urb. 686.

ſtrum equitum aequaverat. MS. *Dictatori etiam mag.* quod praefero. Eſt enim hoc alterum injuriae genus, quod fecerant Fabio. ſequitur deinde *praeterea.* PERIZON. Sic quoque Barb. prim. Decem *&*; ſed hi habent etiam *Magiſtro*; & quatuor ex illis *inimicum* pro *Minucium.* Ed. Mog. *Dictatori & Magiſtro equitum Minucium.* Periz. *Dictatori magiſtrum equitum.*

18. *In eodem animi habitu permanſit*] Novem MS. praeferunt ſimplex *manſit.* totidem *Rempublicam.* An ſcripſit *in Rempublicam*?

19. *In amore*] Lib. Dan. *In amorem.* Probe & Latine. COLER. Ita etiam duo aut tres è noſtris. Sed nihil neceſſe eſt. Lege vero & diſtingue hoc modo. *Tam perſeverans in amore civium, quid? in bello gerendo nonne par ejus conſtantia?* Deleto *fuit.* quod à duodecim abeſt MSS. & Ed. Mog. more ſuo non Fabium perſeverantem fuiſſe dicit in amore civium, ſed conſtantiam ejus.

20. *Saepe etiam ſpe bene gerendae rei oblata*] In Atrebatenſi, Campenſi, & Suſiano legitur, *Saepe etiam ſpecie.* eleganti locutione; eſt enim πρόφασις, hoc eſt, ſimulatio, atque apparentia quaedam, ſpecies abſque re. Cicero de amicitia; *Quae eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed re ipſa à ſe multis locis repudianda.* Auctor de Viris illuſtribus cap. 64. *Naſica ut invidiae ſubtraheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt.* PIGH. *Saepe etiam ſpecie bene gerendae rei oblata.* Malo, *ſpe bene gerendae rei.* atque ita priſcus liber. LIPS. *Spe bene gerendae rei oblata.* Ita veteres typis expreſſi. Nec aliter unus cod. Brand. Pighius tamen maluit *ſpecie bene ger. r. obl.* Lipſius mavult alterum. Et nos itidem. VORST. *Spe* retinent quindecim noſtri, & retinendum omnino eſſe demonſtrat ipſe auctor, dum paulo poſt ipſum *ira ac ſpe* ſuperiorem dicit, reſpiciens ad id, quod modo *ipſum irritatum comminationibus* Annibalis, modo *ſpem ipſi oblatam* dixerat. Quod innuere voluiſſe videtur Perizonius, qui vocabula *irritatus ira*, & *ſpe ſpe*, lineolis junxerat. Deinde Leid. ſept. *Ira ac ſpe ſemper ſuperior.*

21. *Succurriſſe viſus eſt*] In Pulmanniano, Atrebatenſi, aliiſque, *ſuccurrit.* Melius. PIGH. *Civitati noſtrae ſuccurriſſe viſus eſt.* Ita rurſus veteres typis expreſſi, & uterque MS. Brand. At Pighius pro *ſuccurriſſe viſus eſt* ex quibuſdam codd. reſcribendum putavit *ſuccurrit*: quod quidem nobis non probatur. Non intellexerunt hi, qui mutationem fecerunt, proprietatem ſermonis Latini; ad quam pertinet, ut *videri* redundet interdum, aut pro *eſſe* ponatur. Cicero I. Off. *Nunquam omnino periculi fuga committendum eſt, ut imbelles timidique videamur*, id eſt, ſimus. Juſtinus XXIX. 2. *Quod Italiae finitimus videbatur*, pro *quod Italiae finitimus erat.* VORST. MSS. *Viſus eſt* habent ad unum omnes. Quam frequens hoc Ciceroni fuerit notum vel ex eo, quod in ipſo reprehendi à multis ſolitum *tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum eſſe videatur.* Vide auctorem Dial. de Oratoribus C. 23. Quin in ipſis etiam ita loquuntur Senatusconſultis. Caeſ. L. I. de Bel. Civ. C. V. *Uti ante diem certam Caeſar exercitum dimittat, ſi non faciat, eum adverſus Remp. facturum videri.* Noſter L. IV. I. 8. *Indignum & alienum à majeſtate populi Romani videri.*

22. *Mirifice & conſtanter turbulento Reip. ſtatu*

ejus & ruentem comitaretur, [24] & languentem actionibus ſuis inflammaret. In hoc miſerando pariter & erubeſcendo ſtatu civitatis, [25] tantum non manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus, cum hinc atque illinc eum ambiſſent, & *an Palicanum ſuffragiis populi conſulem creatum renuntiaturus eſſet*, interrogaretur: primo reſpondit, *Non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe rempublicam, ut huc indignitatis veniretur.* Deinde cum perſeveranter inſtarent, ac dicerent, *Age, ſi ventum fuerit: Non renuntiabo*, inquit. [26] Quo quidem tam abſciſo reſponſo conſulatum Palicano, prius quam illum adipiſceretur, eripuit. Multa & terribilia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuae flecti non vult rigorem.

4. Ann. urb. 653. Livius LXIX. App. Civil. Cic. pro Balb. Metellus autem Numidicus, propter conſimile perſeverantiae genus, excepit quoque indignam majeſtate ac moribus ſuis procellam. Cum enim animadverteret, [27] quo tenderent Saturnini tribuni plebis funeſti conatus, quantoque malo Reipublicae, [28] niſi his occurreretur, erupturi eſſent, in exilium, quam in legem ejus, ire maluit. Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſententia ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum obtinebat, carere ſuſtinuit.

5. Ceterum ut neminem ei praetulerim, ita Q. Scaevolam Augurem merito compa-

egiſſe conſulem patebit] Forte *Mirifice conſtantem.* Sic IV. 1. 4. *Qualem Conſulem egit.* Sic IV. 2. 2. & VII. 2. 5. *Viliſſimum regem egit.* Liv. Ep. XCI. *tum lenem Senatorem egit.* Liv. XLV. 25. *Se medium egit.* Epit. XLVI. ſed & IV. 7. 3. *Nec hactenus amicum egiſſe contentus.* Val. Max. IV. 1. 2. *Tam conſtanter moderatus fuit.* V. 2. Ext. 2. *Magnifice gratus apparuit.* Liv. XLII. C. 15. *Pantaleon conſtanter impavidus manſit ad protegendum regem.* Vide & I. 5. Cap. ult. *Varie perplexa.* Sic V. 4. 5. *Auctoritas patria aeque potens fuit.* VI. 4. 4. *Aeque admirabile.* VII. 2. 2. *Aeque prudenter.* PERIZON. Pighius in margine notavit in aliis eſſe *conſulatum*, quod equidem in novem invenio MSS. & ferri poſſet. ut *Agere regnum.* Flor. I. 6. Ubi vide Cl. Dukerum. *Agere Tribuniciam poteſtatem.* Liv. L. IV. 56. *Agere curam alicujus rei.* Liv. L. II. 48. & Curt. L. X. 5. 2. Ovid. L. VI. Faſt. v. 647.

Sic agitur cenſura & ſic exempla parantur.

Sed tamen magis probaverim *conſulem.* Non enim adeo totum conſulatum mirifice conſtantem egit, quam tunc in eo caſu conſulem.

23. *M. Palicani*] De hoc Salluſtius in Hiſt. *M. Atilius Palicanus humili loco, Picens loquax magis quam facundus.* Meminit ejuſdem aliquoties Cicero. COLER. Male hunc *Atilium Palicanum* ex Salluſtio profert Colerus; eſt enim hic *Lollius Palicanus.* PERIZON. Refert quoque hunc Cicero *Inter eos, quos cognovit minime dignos elegantis conventus auribus, aptiſſimos vero turbulentis concionibus* in Bruto C. 62.

24. *Languentem actionibus ſuis inflammaret*] MS. Cop. *inflaret.* Liv. L. XXXV. 42. *Quibus mendaciis &c. regis ſpem inflabat.*

25. *Tantummodo manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus*] In Campenſi aliiſque, *Tantum non.* Optime. ponitur enim pro, ferme vel quaſi: & Valerio familiare eſt adverbium, Graecis μονονουχί. PIGH. Ita ſane & noſtri MSS. Vide L. I. 8. 10.

26. *Quo quidem tam abſciſſo reſponſo*] In manuſcriptis omnibus *abſciſo*, ſicut ante. PIGH. *Quo quidem tam abſciſo reſponſo.* Ita eſſe in MSS. omnibus; non, ut Aldus edidit, *abſciſſo* teſtatur Pighius. Et ſane codices quoque Brand. ſic habent; niſi quod unus eorum contra analogiam habet *abciſe.* Sequente C enim non *ab*, ſed *abs* in compoſitione dicunt. Supra alicubi,

comparaverim. [29] Diſpulſis, proſtratiſque inimicorum partibus, Sylla occupata urbe ſenatum armatus coëgerat, ac ſumma cupiditate ferebatur, ut C. Marius quam celerrime hoſtis judicaretur. Cujus voluntati [30] nullo obviam ire audente, ſolus Scaevola interrogatus de hac re ſententiam dicere noluit. Quinetiam [31] truculentius ſibi minitanti Syllae, *Licet*, inquit, *mihi agmina militum, quibus Curiam circumſediſti, oſtentes; licet mortem identidem miniteris: nunquam tamen efficies, ut propter exiguum ſenilemque ſanguinem meum, Marium, à quo Urbs & Italia conſervata eſt, hoſtem judicem.* Ann. urb. 665.

[32] Quid feminae cum concione? ſi patrius mos ſervetur, nihil. Sed ubi domeſtica quies ſeditionum agitata fluctibus eſt, [33] priſcae conſuetudinis auctoritas convellitur: pluſque valet quod violentia cogit, quam quod ſuadet & praecipit verecundia. Itaque te, Sempronia, Ti. & C. Gracchorum ſoror, uxor Scipionis Aemiliani, non ut abſurde graviſſimis virorum operibus inſerens, maligna relatione comprehendam; ſed quia à tribuno plebis producta ad populum, in maxima confuſione nihil à tuorum amplitudine degeneraſti, honorata memoria proſequar. Coacta es eo loci conſiſtere, ubi principum civitatis perturbari frons ſolebat. Inſtabat tibi torvo vultu minas profundens ampliſſima poteſtas: [34] clamor imperitae multitudinis obſtrepebat: totum forum acerri- 6. Ann. urb. 652. App. Civil. I. Intra IX, 6.

bi, itidem de ſermone, *Breviter & abſciſe.* VORST.

27. *Quo tenderent Saturnini tribuni plebis funeſti conatus*] MS. Copeſ. delet *tenderet*. An pendet, *quo* ab *erupturi eſſent*? Ter. in Phor. IV. 3. 20. *quo evadet hodie.* Item II. 2. 11. *Ne iſthaec fortitudo in nervum erumpat.* PERIZON.

28. *Niſi his occurretur*] Sic recte Pighius, ex ſuis credo MSS. cum ante eum ederetur, *ſi non*, ſed alterum praeferunt MSS. mei & Ed. Mog. ac Mediol. in fine Harl. *qui ne ſententia ſua pelleretur.*

29. *Depulſis proſtratiſque inimicorum partibus, Sulla*] Vetus, *diſpulſis*, id eſt, disjectis diſſipatiſque, quod probo. Sed & voculam, *Inimicorum*, libens hic expunxerim, immiſſam ab iis qui Partium nomen quid valeret parum capiebant. LIPS. *Depulſis.* Lego cum lib. Dan. *Diſpulſis*, id eſt, disjectis, diſturbatis. Et ita Lipſius. COLER. *Diſpulſis proſtratiſque inimicorum partibus.* Ita cum Lipſio & Colero legendum arbitror pro eo quod Aldus & Pighius edidere *depulſis*. Habent ſane ita & codices Brandeb. vetuſque typis expr. Martini Herbip. Eſt autem *diſpulſis* idem quod *disjectis*, *diſſipatis.* VORST. *Diſpulſis* habent MSS. duodecim, & Ed. Mog. Et ſic etiam pro *depulſa nebula*, *diſpulſa*, meliores Codices habere apud Liv. L. XXVI. 17. monuit J. Fr. Gronovius. *Inimicorum* vero quod Lipſius etiam expunctum volebat retinent omnes.

30. *Nullis obviam ire audentibus*] Veteres libri, *Nullo obviam ire audente.* PIGH. Ita etiam MSS. noſtri cum Ed. Mog. & Mediol.

31. *Truculentius ſibi minitanti Syllae*] Andr. Schottus in cod. ſuo reperit *trucul. ſibi inſtanti Syllae.* VORST. Barb. prim. *Inſtanti al' minante.* & ſic prorſus Leid. ſext. *minitanti* potius gloſſa videtur quam *inſtanti*, quam contra. Exemplo ſequenti. *Inſtat tibi torvo vultu minas profundens ampliſſima poteſtas.*

32. *Quid faeminae*] Mulierem, more Romanorum peculiari, comitiis foroque carere ſolitam, ſatis eſt notum. Nec adeo arrogari poterat, ut docet Agellius lib. V. c. 19. COLER.

33. *Priſcae conſuetudinis*] Imo ipſae leges. Ideoque eleganter Valerius alibi ſcripſit: *Legem utilitati cedere.* Ea cauſſa Scipio obſtaculo legis impediri ſe non eſt paſſus, cum privatus patefecit aerarium. Ea cauſſa contra legem

acerrimo ſtudio nitebatur, ut [35] Equitio, cui Semproniae gentis falſum jus quaerebatur, tanquam filio Tiberii fratris tui, [36] oſculum dares. tu tamen illum, [37] neſcio quibus tenebris protractum portentum, execrabili audacia ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem, repuliſti.

7. Non indignabuntur Urbis noſtrae lumina, ſi inter eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus ſpectandam ſe obtulerit. Nam ut humilitas amplitudinem venerari debet, [38] ita nobilitate fovenda magis, quam ſpernenda bonae indolis novitas eſt. [39] An abigi debet T. Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Caeſaris partibus excubans, Scipionis praeſidio interceptus, cum uno modo ſalus ab eo daretur, ſi ſe futurum Cn. Pompeji, generi ipſius, militem affirmaſſet, ita reſpondere non dubitavit: *Tibi quidem, Scipio, gratias ago: ſed mihi uti iſta conditione vitae non eſt opus. Sine ullis imaginibus nobilem animum!*

Ann. urb. 707. Hirt. B. Afric.

[40] Idem

Porciam Catilinarii in carcere necati ſunt. COLER. Multi MSS. *convelletur.*

34. *Cum clamor imperitae multitudinis obſtreperet*] Malim, ut in manuſcriptis, *Clamore imperitae multitudinis obſtrepens totum forum, &c.* vel ut in Gemblacenſi, *Clamor imperitae multitudinis obſtrepebat.* PIGH. *Clamor imperitae multitud. obſtrepebat.* Ita legendum puto ex uno cod. Brandeburg. Nec aliter in cod. Gemblacenſi ſcriptum repererat Pighius. Sed ille tamen alios ſecutus codd. maluit, *Clamore imperitae mult. obſtrepens totum forum.* Aldus ediderat, *Cum imperitae multitudinis obſtreperet:* quomodo & in altero cod. Brand. ſcriptum reperio. VORST. Novem *cum clamore imperitae multitudinis obſtreperet. Clamore obſtrepens* Leid. quint. & ſex. *Clamor obſtrepabat* Ultr. prim. *Clamor obſtrepens* ſec. Probo ſcripturam Cod. Gemblacenſis. Klokkius legebat *minas protentans,* & teſtabatur in MS. Baſil. exſtare *Altiſſima poteſtas.*

35. *Equitio*] Hujus Equitii rurſus eſt mentio Lib. IX. Cap. 7. De violentia & ſeditione. Ubi *L. Equitius* dicitur. Quod nomen ſi recte hic legitur, certe tum in L. Floro Lib. III. Ubi de Apulejana ſeditione diſſerit; tum in Plinio de Viris Illuſtribus erratum eſt in nomine. In Floro enim *C. Gracchum* legitur pro *L. Equitium.* In Plinio vero de Metello Numidico *Quintium* pro *Equitium.* GLAREAN. *Equitio.* Hujus mentio facta & ſupra III, 2, 10. itemque infra IX. 15. 1. Ut hic *portentum*, ita infra *monſtrum* eum vocat. VORST.

36. *Oſculum dares*] Atque ita pro fratris Tiberii filio eum agnoſceres. VORST.

37. *Neſcio quibus tenebris*] Infra IX, 15, 1. Firmo Piceno veniſſe eum ſcribit. VORST. *Neſcio quibus tenebris protractum portentum.* Quatuor *ut portentum.* Forte conjunctio addita eſt, quia praeceſſerat *illum.* Sed uſitata ſatis in talibus eſt Syntheſis. Terent. in Eun. IV. 4. 29. *Monſtrum hominis non dicturus.* vel *ut portentum,* explicabis cum Perizonio *repuliſti ut portentum.* Hic autem videtur eſſe ille *Palicanus*, qui perfeciſſe dicitur ut à Pompejo & Craſſo Conſulibus Tribunicia poteſtas populo reſtitueretur, ab Aſconio ad Cic. Div. in Verrem Cap. 3.

38. *Ita nobilitate fovenda magis*] Pighius & Colerus exhibuerant *Nobilitati.* Ed. Mog. Ven. Aldus, Gryph. Colin. Steph. *Nobilitate*, quod in pleriſque eſt MSS. Sed Oliv. Aſcenſ. Glarean. *à Nobilitate.* & hoc tuetur MS. Harlem. *a* adſcriptum eſt alia manu in Leid. ſept. Quamquam valde frequens non ſit, tamen participia in *dus* aliquando cum ablativo & praepoſitione *a*, vel *ab*, conſtrui docuerunt eruditi. Vide Perizon. ad Sanctii Minervam L. I. C. 15. Cic. Or. II. de Leg. Agr. C. 35. *Non eos in Deorum immortalium numero venerandos à nobis & colendos putatis.* Infra L. VI. 6. 3,

39. *An abigi debet Pontius*] In aliis editionibus *Titius*, non *Pontius* legitur. Ego vero legerim: *Titus Pontius.* Is ipſe eſt de quo Cicero de ſenectute: *Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis. num idcirco ille eſt praeſtantior vobis?* COLER. *An abigi debet T. Pontius.* Ita legendum cenſet Colerus; cum in codd.

tum

40 Idem conſtantiae propoſitum ſecutus C. Mevius centurio divi Auguſti, 8.
cum Antoniano bello ſaepenumero excellentes pugnas edidiſſet, improviſis hoſtium inſidiis circumventus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatuſque quidnam de eo ſtatui deberet, *Jugulari me*, inquit, *jube: quia nec ſalutis beneficio, neque mortis ſupplicio adduci poſſum*, 41 *ut aut Caeſaris miles eſſe deſinam, aut tuus eſſe incipiam.* Ceterum quo conſtantius vitam contempſit, eo facilius impetravit. Antonius enim 42 virtuti ejus incolumitatem tribuit.

Ann. urb. 723.

Externa.

43 Complura hujuſce notae Romana exempla ſuperant; 44 ſed ſatietas modo vitanda eſt. 45 Itaque ſtylum meum ad externa jam delabi permittam. Quorum

tum typis expreſſis, tum MSS. ſit partim ſolum *Pontius*, partim ſolum *Titius*: & hunc eſſe eum de quo Cicero in lib. de Seneſt. *Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis. num idcirco ille eſt praeſtantior vobis.* Porro pro *abigi* in uno cod. Brand. eſt *abici*; idque, ut ſolet, pro *abjici*. VORST. Etiam in noſtris MS. partim *Ticius* partim *Poncius* eſt, in ſexto Leid. *Totius*. Barb. prim. *Coſtius*. Credo verum vidiſſe Colerum. T. excidit propter ultimam in *debet*. Aliquot etiam è noſtris habent *abici*.

40. *Sine ullis imaginibus nobilem animum & idem conſtantiae propoſitum ſecutus C. Maevius*] Placet magis lectio antiqua cum voce inſerta, *nobilem animum oſtendit*, . *idem conſtantiae*, &c. LIPS. *Sine ullis imaginibus nobilem animum & idem conſtantiae propoſitum ſecutus.* Lipſius magis ſibi placere ait lectionem antiquam cum voce inſerta, *Nobilem animum oſtendit. Idem conſtantiae prop.* At mihi magis placet ſic legi, ut eſt in codd. Brandeburgenſibus, id eſt, ut nec *oſtendit*, nec vocula copul. & appareat; utque à voce *idem* novum exemplum incipiat. Sane in utroque cod. Brand. *idem* majuſcula litera initiali ſcriptum, & rubrica notatum eſt. Ita quae proxime praecedunt *ſine ullis imaginibus nobilem animum*, ad proxime antecedens exemplum T. Pontii pertinebunt, cumque exclamatione legenda erunt. Neque novum eſt exclamationem fieri ſine vocula exclamandi O. Vide ſupra III, 8, 3. VORST. Quod de Brandeb. teſtatur Vorſtius, idem ego teſtor de omnibus noſtris. Niſi quod Leid. prim. habet *Nobilis animus*, & tert. *Nobilis eſt animus.* Ita tamen ut praecedenti etiam exemplo illa connectant, & deleant &. Etiam Ed. Mog. *ſine ullis imaginibus nobilem animum* priori exemplo ſubjungit. Quare ſequi hunc tantum conſenſum non dubitavi, praeſertim quum noſter morem ſic ſequatur ſuum, ut ſupra vidimus.

41. *Ut aut Caeſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam*] In Suſiano & aliis, *Ut Caeſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam.* PIGH. *Ut Caeſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam.* Concinnius concepta in priſco viri fortis verba: *ut aut Caeſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam.* LIPS. *Ut Caeſaris miles.* Concinnius ex lib. vet. Lipſius: *Ut aut Caeſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam.* COLER. *Ut Caeſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam.* Ita Pighius è quibuſdam codd. Alii & inter hos Brandeburgenſes habent, *Ut aut Caeſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam.* Quae quidem lectio Lipſio atque Colero magis placet. VORST. Sic igitur reſtitui, quum in omnibus & ſcriptis & editis illud *aut* reperirem geminatum, ſed prius *eſſe* in nonnullis abeſt. Pro *tribuit*, etiam in paucis noſtrum eſt *praeſtitit*, Copeſ. *donavit*.

42. *Virtuti ejus incolumitatem tribuit*] Notat Pighius in margine, diverſam lectionem eſſe *incolumitatem praeſtitit*. VORST.

43. *Complura hujus notae*] Sic Pighius. MSti & editi *hujuſce*. Quod quamquam leve, tam mutari clam non debuerat.

44. *Sed ſatietas modo vitanda eſt*] Leid. tert. Ultraj. ſec. Chart. Duac. *Sed ſatietas modo in ſermonibus potiſſime vitanda eſt.*

45. *Itaque ſtylum meum*] Unus cod. Brandeb. *Stylo meo ad externa delabi permittam.* VORST.

 Et

Ann. urb. 543. Livius XXVI. rum principatum teneat [46] Blaſſius, cujus conſtantia nihil pertinacius. [47] Salapiam enim patriam ſuam praeſidio Punico occupatam, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo ſtudio ſecum in adminiſtratione reipublicae diſſidentem, [48] & alioquin animo toto Annibalis amicitiae vacantem, ſine quo propoſitum conſilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum majore cupiditate, quam ſpe certiore, tentare auſus eſt. Qui protinus ſermonem ejus, adjectis [49] quae & ipſum commendatiorem, & inimicum inviſiorem factura videbantur, Annibali retulit. A quo adeſſe juſſi ſunt, ut alter crimen probaret, [50] alter defenderet. [51] Ceterum pro tribunali cum res gereretur, & quaeſtioni illi omnium oculi eſſent intenti, [52] dum aliud forte citerioris curae negotium tractatur, Blaſſius vultu diſſimulante, & voce ſummiſſa, monere Daſium

Et ſic Copeſ. L. v. 10. 3. *In alienis luctibus orationi meae vagari permittam.* PERIZON. Idem invenio in Harl. & quatuor aliis. Sed quum in exemplo adducto videamus *vagari permittam*, ita videtur hic non improbanda eorum Codicum ſcriptura, qui exhibent *dilabi.* Ultraj. prim. Leid. quint. & ſext. Sunt qui pro *permittam* habent *patiar.* Sed vide ad Lib. v. 10. 3. Ubi notavi longe potiorem MSS. partem habere *Orationem meam.*

46. *Blaſſius*] Sic nonnulli, ſed plures *Blaſius*, mox pro *Daſium* Ult. & Bit. primi *claſſium.* quomodo & in quibuſdam Livii legitur. Vide J. Fr. Gron. L. iv. Obſ. C. 11.

47. *Salapiam*] MSS. *Selapiam*, *Seulapiam*, *Salutariam*, *Salapram*, *Salapiam.* quod habet Copeſ. Ultr. prim. Periz. Leid. prim. quint. & ſext.

48. *Et animo toto Annibalis amicitiae vacantem*] Etiam hic ſuum debui reddere auctori à Pighio ſubductum; nam ſcripti & editi habent, *Et alioquin animo toto Annibalis amicitiae vacantem.* Prorſus egregie & ſenſu optimo. Significat enim ita Daſium rem ad Annibalem traxiſſe, non ſolum quia in adminiſtratione Reip. acerrimo ſtudio à Blaſio diſſidebat, ſed etiam quod praeter hoc ex animo favebat Annibali.

49. *Quae ſe commendatiorem*] Unus Rem. *Qui ſe.* Copeſ. & Leid. quint. *quae ipſum.* Duodecim alii, *quae & ipſum*, quomodo eſt in omnibus ante Pighium editionibus. Quare & hoc reſtitui.

50. *Alter defenderet*] *Defendere crimen* dicitur qui propulſat & à ſe amolitur. VORST.

51. *Ceterum cum pro tribunali res gereretur*] Bit. prim. *ageretur*, verbo ad rem judiciariam valde accommodato, ſed diſſentiunt ceteri.

52. *Dum aliud forte certioris curae*] Legendum, *citioris curae*, ex v. c. conſenſu. PIGH. *Dum aliud citerioris curae negotium tractatur.* Ita unus codex Brandeb. & veteres typis expreſſi Chalcocondylae & Martini Herbip. Sed & Gronovius in tribus codd. ita ſcriptum reperit, ut in lib. iv. Obſ. cap. 11. ipſe teſtatur. Aldus ediderat *certioris curae.* Pro quo Pighius maluit *citioris curae.* Sed *citerioris curae* verum eſt: & idem quod *prioris*, *propioris curae.* Sic infra vi, 3, 11. *Citeriorem delicto praebuit ultionem.* Et viii, 15, 1. *Superiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt.* Rurſus ix, 12. *Uno gradu citerior.* Ipſe quoque Cicero ii, 12. ad famil. *Citeriora nondum audiebamus.* VORST. *Certioris* habet Barb. prim. Leid. ſec. Reliqui *Citerioris.* Probabat etiam Guyetus. Deinde Bit. prim. *Vultu diſſimulato.* Barb. prim. *proclamabat.* Harl. *pervenerat* pro *penetraverat.*

53. *Enimvero hunc ille proclamat*] Imitatus videtur Livium; cujus eadem de re agentis verba lib. xxvi. ſunt: *Enimvero ille velut in manifeſta re exclamat, ſub oculis Annibalis ſecum de proditione agi.* VORST.

54. *Quod quia incredibile exiſtimabatur*] In manuſcriptis, *Quod quia & incredibile videbatur.* Et ſtatim poſtea, *Et dictabatur ab inimico*, pro, *jactabatur.* PIGH. *Quod quia & incredibile exiſtimabatur.* Ita veteres typis expreſſi, & Brand. MSS. Nec erat quod Pighius ſcriberet *incred. videbatur.* VORST. In uno aut altero eſt *videbatur*, ſed ceteri tuentur *exiſtimabatur.*

55. *Et jactabatur ab inimico*] Ita rurſus veteres typis expreſſi, & Brand. MSS. Pighius ex aliis

ſium coepit, *ut Romanorum potius quam Carthaginienſium partes foveret.* [53] Enimvero tunc ille proclamat, *ſe in conſpectu ducis adverſus eum ſolicitari.* [54] Quod quia & incredibile exiſtimabatur, & ad unius tantum aures penetraverat, [55] & jactabatur ab inimico, veritas fide caruit. Sed non ita multo poſt Blaſſii mira conſtantia Daſium ad ſe traxit, Marcelloque Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea cuſtodiae cauſſa erant, tradidit.

Phocion vero, cum Athenienſes rem [56] aliter atque ipſe ſuaſerat, proſpere adminiſtraſſent, [57] adeo perſeverans ſententiae ſuae propugnator extitit, ut in concione laetari quidem ſe ſucceſſu eorum, ſed conſilium tamen ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non enim damnavit, quod recte viderat; [58] quia quod alius male conſuluerat, bene ceſſerat: [59] felicius illud exiſtimans, hoc ſapientius. [60] Blandum animum ſane temeritati caſus facit, [61] ubi pravo conſilio

z. Plut. in vita.

aliis ſuppoſuerat *Et dictabatur ab inimicis.* Mihi alterum magis placet. VORST. MS. *jactabatur.* Liv. L. XLI. 10. *Quum fugam è caſtris A. Manlii adverſis auribus militum jactaſſet.* Cic. pro Caelio C. 3. *Maledictio ſi petulantius jactatur, convicium ſit.* C. 15. *Accuſatores quidem libidines* &c. *jactant.* PERIZON. *Dictabatur* habet Leid. quint. Ceteri *jactabatur.* Omnino recte.

56. *Aliter atque ipſe*] Nonnulli *quam ipſe.* Cop. *quod ratione viderat.* Pauci *in contentione.* Ed. Mog. *in omni contentione.*

57. *Adeo perſeverans conſtantiae ſuae propugnator extitit*] Multo melius in Campenſi atque aliis, *ſententiae ſuae.* PIGH. Sic quoque Ed. Mog. & MSS. noſtri.

58. *Quia quod alius male conſuluerat, bene geſſerat; felicius illud exiſtimans, hoc ſapientius. Plerunque enim temeritatem caſus juvat*] Omnia admodum variantur in exemplaribus noſtris. è quibus hic praefero Campenſe: cum ſic habeat; *Quia quod aliis male conſuluerat, bene ceſſerat, felicius hoc exiſtimans, illud etiam ſapientius. Blandum animum ſane temeritati caſus facit.* Huic lectioni magna quoque ex parte aſtipulantur Colonienſis, Winchelianus & Atrebatenſis, in quibus haec; *Etiam ſane blandum animum temeritati caſus jacit.* Atqui videtur quis caecutiens haec verba, *blandum animum*, obſcura forſan lectu, mutaſſe in, *plerumque enim*, deinde reliqua his accommodaſſe. PIGH. *Quia quod alius male conſuluerat, bene ceſſerat. Ceſſerat* reſtituit Pighius è cod. Camp. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Alii perperam *bene geſſerat*, vel *bene geſſerant.* VORST. Unus Rem. *Quia alius bene geſſerat, quod alius male conſuluerat.* Duodecim *quia quod alius male conſuluerat, bene geſſerant.* unus, *geſſerunt.* unus *geſſerat.* Cur *bene geſſerant*, ferri non potuit? cum praecedat, *cum Athenienſes rem proſpere adminiſtraſſent.*

59. *Felicius hoc exiſtimans, illud etiam ſapientius*] Ita rurſus Pighius è cod. Camp. Sed nec Aldus male, *Felicius illud exiſtimans, hoc ſapientius.* Etenim *illud* non ſemper ad remotius, ſed ſubinde ad propinquius referendum. Vide ſup. II, 7, 12 & 15. III, 2, 1. Sane codices quoque Brand. habent, *Felicius illud exiſtimans, hoc etiam ſapientius.* VORST. Ita & noſtri, niſi quod plerique omittunt *etiam*, pro quo Ultraj. prim. habet *enim.* Infra quidem L. IV. 1. 9. *Quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio.* Sed aliud hoc eſt, nam Claudii non victoria tantum, ut Livii, ſed praeter eam laudabatur quoque moderatio. Quod hic ita exponi non poteſt. Quare male haec vocula à Pighio in textum eſt inſerta, quum referenda fuerit ad ſequentia, ut modo videbimus.

60. *Blandum animum ſane temeritati caſus facit*] Ita legendum docuit Pighius è cod. Camp. Et confirmant eam lectionem codd. Brand. niſi quod *ſane* poſitum habent initio. Aldus ediderat, *Plerumque enim temeritatem caſus juvat.* VORST. Novem noſtri confirmant quidem vulgatam lectionem *plerumque enim temeritatem caſus juvat.* Sed Cop. Ultraj. prim. unus Rem. & tres Leid. *Etiam ſane blandum animum temeritati caſus facit.* Caſus facit ut animum blandum

ſilio propitius aſpirat: [62] quoque vehementius noceat, inſperatius prodeſt. [63] Placidi & miſericordes, & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis: quos optime profecto conſenſus omnium [64] *bonitatis* cognomine decorandos cenſuit. Itaque conſtantia, quae natura rigidior videbatur, lenis e manſueto pectore fluxit.

Nepos in vita.

3. [65] Socratis autem virilitatis robore palliatus animus, [66] aliquanto praefractius perſeverantiae exemplum edidit. Univerſa civitas Athenienſium iniquiſſimo ac truculentiſſimo [67] errore inſtincta, [68] de capite decem praetorum, qui apud Arginuſas Lacedaemoniam claſſem deleverant, triſtem ſententiam tulerat. Forte

Plat. apol. Socr.

Xenoph. IV.

dum temeritati homines praebeant, id eſt eos laudent, iis blandiantur, quorum coepta temeraria felix ſequitur eventus: Quod non fecit Phocion, quo magis admiranda ſit ejus conſtantia. Aldina lectio manifeſte eſt à gloſſa. Acceperunt enim ita ut expoſitum video ab Oliverio. *Blandum animum, i. e. Caſus plerumque temeritatem corrigit. Ut res malo conſilio aggreſſas caſus plerumque ſecundet.*

61. *Ubi pravo conſilio propius aſpirat*] In Campenſi, Pulmanniano aliiſque *propicius*. Recte meo judicio. Et rurſus in Campenſi, *Inſperatius prodeſt*, non *deſperatius*, ut vulgo. PIGH. *Propicius* eſt in Leid. tert. & Periz. Unus Rem. *promptius*. Ultr. ſec. *proprius*. Reliqui *propius*, & ſic Ed. Mog. Porro MSS. noſtri vel *ſperatius* habent, vel *deſperatius*, & *inſperatius*. tres etiam, *deſperataque prodeſt*.

62. *Et quo vehementius noceat*] Pro *& quo* in codd. Brandeb. eſt *quoque*. Ita ſane & Nepos XVI, 4, 3. Pari modo *itaque* pro *& ita*; *& utique* pro *& uti* dicunt. Vide Ind. in Nep. in *Quoque*. VORST. Sic fere in omnibus etiam noſtris.

63. *Placidi & miſericordes*] Vulgo *Placidi ſane & miſericordes*, quod in quibuſdam etiam ſcriptis, & Ed. Mog. invenio.

64. *Bonitatis cognomine decorandos*] Nepos XVIII, 1, 2. *Ex quo cognomine Bonus eſt appellatus*, Phocion puta. VORST. Vide Aelian. L. III. 47. L. IV. 16. L. XII. 43. & Anim. Hiſt. p. 66. PERIZON. Leid. tert. *Quos optime profecto conſenſus omnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit, optime profecto.* Sed aliquot alii, priore loco delent *optime profecto*, & poſteriori tanquam per exclamationem adjungunt. Etiam in quibuſdam eſt *videretur*.

65. *Socratis autem virilitatis robore palliatus animus*] Codex Schotti pro *palliatus* habet *vallatus*, ut idem Obſ. hum. III, 30. teſtatur. Idque forſan magis placuiſſet Rutgerſio: qui VI, 17. Var. lect. inter alia Valerii & illud culpat, quod dixerit *virilitatis robore palliatus animus*. VORST. *Robore vallatus*. Supra L. II. 2. *Silentiique ſalubritate munitum & vallatum undique.* L. V. 4. 2. ext. *Virili robore armavit*. L. IX. 11. de Tiberio. *Arae, pulvinaria, templa praeſenti numine vallata ſunt.* GUDIUS. *Palliatus* miro conſenſu noſtri tuentur. Perizonius adſcripſit. ſic dicitur *Socraticae patientiae loricam induere.* Recte *loricam induere*, i. e. armari. Mihi ſane iſtud *palliatus* non placet, *vallatus* multo magis. Quod & ego praetulerim.

66. *Aliquanto praeſtantius perſeverantiae exemplum*] In manuſcriptis, *Aliquanto praefractius.* Et paulo poſt, *errore inſtincta*, non *inſtructa*, ut in vulgatis. PIGH. *Aliquanto praefractius.* Ita Pighius è quibuſdam MSS. reſcripſit, cum Aldus edidiſſet *praeſtantius perſeverantiae exemplum.* Codicum Brandeb. unus *proſtractius*; atque ita illud ad *praefractius* propius accedit, alter *perfectius*: quod & in typis expreſſo Chalcocond. apparet. VORST. Leid. tert. *praefractius* l. *praeſtantius*. quint. *praefractius*. ſext. *praefatius*. ſept. *praefractius al praeſtructius, al praefractius*. Ultraj. prim. *perfectius*. Ceteri *praeſtantius*. Recte *praefractius*. ut Lib. IX. 7. 3. *Diſciplinam militarem praefractius, & rigidius adſtringere conatum.* L. VI. 5. Ext. 4. *Sed aliquanto Charondae Thurii praefractior & abſciſior juſtitia.*

67. *Errore inſtincta*] Aldus & Chalcocond. ediderant *Errore inſtructa*. At Pighius ex MSS. reſcripſit *inſtincta*. & recte ſane habet ita & uterque codex Brand. Praetereaque vetus typis expreſſus Mart. Herbip. Ne vero mirere auctorem ita ſcripſiſſe, nota quod infra IX. 2. Ext. 8. ſimiliter ſcripſerit, *conſimili genere erroris inſtincta*. Vide & ſupra notas ad I. 5. Ext. 1. VORST.

Bit.

Forte tunc ejus poteſtatis Socrates, cujus arbitrio [69] plebiſcita ordinarentur, indignum judicans tot & tam bene meritos ex indigna cauſſa [70] impetu invidiae abripi, temeritati multitudinis conſtantiam ſuam objecit, [71] maximoque concionis fragore & incitatiſſimis minis compulſus non eſt, ut ſe publicae dementiae auctorem adſcriberet. Quae [72] oppoſitu ejus legitima graſſari via prohibita, injuſto praetorum cruore manus ſuas contaminare perſeveravit. Nec timuit Socrates, ne conſternatae patriae, undecimus furor mors ipſius exiſteret.

Supra I. I. ext. 8. & inf. IX. 8. ext. 2.

[73] Proximum, etſi non ejuſdem ſplendoris eſt, tamen adeo certum conſtantiae

Bit. prim. & Leid. tert. *inſtructa*, ceteri *inſtincta*. & ſic Ed. Mediolanenſis.

68. *De capite decem praetorum*] Supra I. I. Ext. 8. *Decem duces* vocat, *qui Arginuſae eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero damnationem pepererunt.* Vide autem & infra IX. 8. Ext. 2. *Arginuſa* parva inſula maris Aegei. Sed Strabo L. III. tres *Arginuſas* facit modico intervallo diſtantes. Cui ergo conſentaneum eſt illud, quod noſter numero plurali *apud Arginuſas*. Cauſſa autem, quod decem praetores illos Athenienſes damnarunt, haec fuit, quod poſt victoriam à Lacedaemoniis reportatam, propter exortam tempeſtatem, quae claſſem Athenienſium disjecerat, militum caeſorum corpora non ſepeliverant. VORST. Non autem proprie decem ſunt damnati, ſed octo vel novem; ſed ſic amant rotundum numerum retinere, quia tot claſſi fuerant praefecti. Vide Perizon. ad Aelian. L. III. 17. Ut autem apud Ciceronem L. I. de Off. 24. *Arginuſſis* ſcribitur per geminum *ſſ*, ita hic etiam idem geminatur in multis MStis. Poſtea autem nonnulli *Lacedaemonicam*, vel *Lacedaemoniorum*, ſed tamen longe major pars *Lacedaemoniam*.

69. *Plebiſcita*] In libro Daniel. paſſim: *Plebei ſcita*. COLER.

70. *Impetu invidiae abripi*] Vulgo edebatur *arripi*; quod etiam in aliquot reperio MSS. & ſic iſta duo quoque confuſa vidimus L. II. 7. 6. Sed *abripi* tamen hic habent optimus quiſque. Dein unus atque item alter *incitatiſſimis animis*.

71. *Maximoque concionis*] Laërtius ſcribit fuiſſe Socratem ἰσχυρογνώμονα καὶ δημοκρατικόν. COLER.

72. *Oppoſitu ejus legitima graſſari via prohibita*] Fuit enim Socrates Demarchus, cujus injuſſu plebiſcitum jure fieri non poterat. VORST. An Demarchus fuerit neſcio. Tacent enim hoc ſcriptores, apud quos hujus rei occurrit mentio, quos citavit Menag. ad Diog. Laërt. L. II. ſect. 24. Praeterea vellem Vorſtius docuiſſet, cujus auctoritate ſcribat, plebiſcitum injuſſu Demarchi fieri non potuiſſe. Quum Demarchus habuerit quidem jus τοῦ δήμου, cui ipſe praeerat, in ſuffragium mittendi, ſed non, ut ſtatim non legitimum fuerit plebiſcitum, ſi illi non ſubſcriberet, unus δήμαρχος: cura plebiſcita ordinandi pertinebat ad Prytanas.

73. *Proximum & ſi non ejuſdem ſplendoris eſt, tamen conſtantiae certum haberi poteſt experimentum, efficacis operae forenſis, fidei non latentis*] Mire & hanc periodum variant exemplaria, ex his Suſianis liber plane diverſus eſt, & vix quicquam prodit ſani. In Wincheliano ſic legimus; *Adeoque certum conſtantiae experimentum, tamen efficacis operae forenſis, &c.* In Atrebatenſi item male: *Adeoque certum conſtantiae haberi poteſt experimentum, efficacis operae, &c.* In Campenſi deinde ſic, *Adeoque certum conſtantiae haberi poteſt experimentum cum efficacis operae, tum fidei non latentis.* Ex his itaque meliorem hanc lectionem elicimus adjungendo vulgatis particulas à librariis omiſſas; *Tamen adeo certum conſtantiae haberi poteſt experimentum: cum efficacis operae forenſis, tum fidei non latentis.* PIGH. *Tamen adeo certum.* Periodum hanc concinnavit ita Pighius è diverſis codd. & ita quidem ut voculas *adeo*, *cum*, *tum*, quas Aldus & alii omiſerant, adjecerit. In codicum Brand. uno eſt *adeo quoque*; & pro *quoque* ut diverſa lectio in margine poſitum *tamen*. In altero eſt *adeoque*, ut in his quos Pighius vidit. VORST. Lego *aeque tamen certum*. Praeſertim cum in multis Codicibus ſit, *adeoque*. PERIZON. Particulae *cum tum*, quas adjunxit Pighius non comparent in MSS. noſtris. Sunt aliquot qui habent,

tiae haberi poteſt experimentum, cum efficacis operae forenſis, tum fidei non latentis. Athenis [74] Ephialtes accuſare publice juſſus, & inter ceteros [75] Demoſtrati nomen deferre coactus eſt, cujus filius erat Demochares, excellentis formae puer, animo ejus flagrantiſſimo inhaerens amore. Itaque communis officii ſorte truculentus accuſator, privati affectus conditione [76] miſerabilis reus, puerum ad ſe exorandum, quo parcius patris criminibus inſiſteret, venientem, neque repellere, neque ſupplicem genibus ſuis advolutum intueri ſuſtinuit: ſed operto capite flens & gemens, preces expromere paſſus eſt. Nihiloque minus ſincera fide accuſatum Demoſtratum damnavit; [77] victoriam, neſcio laude, an tormento majore partam: quoniam, prius quam ſontem opprimeret, [78] ſeipſum vicit Ephialtes.

[79] Quem

bent, *adeoque certum* &c. Deleto *tamen*, quod praefigunt τῷ *efficacis*, hoc modo. *Proximum, etſi non ejuſdem ſplendoris eſt, adeoque certum conſtantiae haberi poteſt experimentum, tamen efficacis operae forenſis, fidei non latentis.* Nempe non eſt *ejuſdem ſplendoris*, quia in re magis obſcura factum eſt. *non adeo certum*, quia Socrati cum toto populo res fuit, & mortis quoque metu à propoſito abduci non potuit; cum huic Ephialtae res fuerit cum puero, quem amabat, quemque inſuper ſupplicem genibus ſuis advolutum intueri non ſuſtinuit, ſed flens & gemens precantem audivit, capite obvoluto. *tamen poteſt haberi experimentum efficacis operae forenſis*, dum reum damnavit, ex qua re *minime latet*, quam ſincera *fide* illum accuſaverit, atque adeo conſtantem fuiſſe illius animum contra vim atque ardorem amoris. Si quis malit legere, *ac fidei non latentis*, non repugnaverim. Imo, cum *tamen* loco ſuo migrarit, crediderim auctorem ſcripſiſſe. *Proximum etſi non ejuſdem ſplendoris, adeoque certum conſtantiae haberi poteſt experimentum, eſt tamen efficacis* &c. Ut duo illa pariter loco mota corruptioni originem praebuerint. Vet. quaedam Edd. & nonnulli MSS. habent *Ephilates*, ſed rectum *Ephialtes*. an vero ille fuerit, qui in multis rebus Periclis adjutor exſtitit, ut ex Plutarcho in Vita Periclis licet intelligere; an vero alius, qui Demoſthenis tempore floruit, & ad Perſas tranſiit, atque egregiam operam in propugnatione Halicarnaſſi contra Alexandrum praeſtitit, de quo Diod. Sic. L. xvii. p. 575. certum ſtatuere non poſſum. Priorem fuiſſe exiſtimat Cl. Perizon. ad Aelian. L. ii. 43. & eo quoque magis mea inclinat ſententia. Quod vero Vorſtius hic narrat nobis, *Athenis* ſorte tractos fuiſſe, qui in mores hominum inquirerent, eoſque, quos non probarent, accuſarent, in eo clarius vellem docuiſſet. Primum ex quibus traherentur ſorte? An non quivis ex tam generali ſermone intelligeret *ex populo, vel ſenatu* ſaltem. Sed quae haec foret ratio? Quum ita iſta ſors ſaepe caderet in eum, qui ad hanc rem minime eſſet idoneus. Decepit fortaſſe ipſum illud, quod citat *ſorte communis officii.* Quod nihil aliud ſignificat, niſi ratione officii publice forte ipſi injuncti. Conſtat vero Athenis populum nominatim aliquando viros, etiam principes, & Demagogos ſuos juſſiſſe, ut hunc vel illum accuſarent. Sic aperte Plut. in Pericle p. 157. Ἦν μὲν γὰρ εἷς τῶν κατηγόρων ὁ Περικλῆς ὑπὸ τοῦ δήμου προβεβλημένος. Et ſic Demoſthenes in Evergum p. 1058. Ἀγανακτήσασα δὲ ἡ βουλὴ &c. ἐκέλευσεν εἰσαγγέλλειν με, καὶ τοὺς πρυτάνεις προγράφειν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπὶ δύο ἡμέρας. Et ſic idem locis pluribus. Scio tamen Henr. Valeſium ad Harpocrat. v. συνήγοροι ſtatuere τοὺς κατηγόρους ſortito electos fuiſſe, eamque in rem citare tria ex Dinarchi contra Demoſthenem oratione loca. Sed potius contrarium inde video liquere. Ille enim p. 96. Ed. H. Steph. ita loquitur καὶ κατήγοροι (ἐγένοντο) χειροτονήσαντος τοῦ δήμου. p. 97. κατηγόρους εἵλεθε. p. 104. in fine οὐ χάριν προθυμοτέραν τῆς τοῦ δήμου χειροτονίας ἐποιησάμην, poſtquam dixerat ſe accuſationis partes omnino impleviſſe. Ut ſic liqueat ipſum ſuffragiis populi accuſatorem Demoſthenis electum fuiſſe. Nuſquam vero κλήρου in conſtituendis κατηγόροις in tota illa oratione fit mentio. Ut hoc igitur aliunde probari debeat. Et ſane ſic συνηγόρους δέκα κληρωτοὺς γενομένους ex Ariſtotele obſer-

[79] Quem Syracuſanus Dion diverſitate exempli praegravat: qui, quibuſdam 5.
monentibus ut adverſus Heraclidem & [80] Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam inſidias ei nectentes, cautior eſſet, reſpondit, *ſe vita malle excedere, quam metu violentae mortis [81] amicos inimicoſque juxta ponere.*

Plutarch. in vita.

Quod ſequitur, & rei ipſius admiratione, & claritate auctoris illuſtre. Alexander Macedonum rex inclyta jam pugna, excellentiſſimis [82] opibus Darii contuſis, aeſtu & itineris fervore in Cilicia percalefactus, Cydno, qui aquae liquore conſpicuus Tarſum interfluit, corpus ſuum immerſit. [83] Subito deinde ex nimio hauſtu rigoris obſtupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cum exanimatione totius exercitus, in oppidum caſtris propinquum defertur. Jacebat aeger Tarſi, inque valetudine ejus adverſa, inſtantis victoriae ſpes 6.

Plutarch. Curtius III. Arrian. II. Juſt. XI. Sen. de ira II. 23. Uſſerii Ann. p. 162.

obſervat Scholiaſt. Ariſtoph. ad Veſpaſ. v. 689. & ducebantur, credo, illi forte ἐκ τῶν ῥητόρων.

74. *Ephialtes accuſare publice juſſus*] *Publice*, eſt nomine populi, ut alibi. Sorte autem trahebantur illi, qui in mores hominum inquirerent, quoſque non probarent, accuſarent. Quo & pertinet quod ſequitur *communis officii ſorte.* VORST.

75. *Demoſtrati nomen*] MSS. novem *Demonſtrati.* & ſic Ed. Mog. & Ven. Periz. *Demonſtrati viri.* Poſtea aliquot MSS. *nihilominuſque.*

76. *Miſerabilis reus*] Ipſe Ephialtes, qui accuſare debebat, accuſari & reus eſſe videbatur. VORST.

77. *Victoriam neſcio laude, an tormento majore partam*] In Suſiano, Wincheliano, & Pulmanniano; *tormento majore conſecutus.* Recte. Et poſtea in fine exempli: *ſeipſum vicit Ephialtes.* Nomen *Ephialtes* omittitur, quod è gloſſis aſſutum. PIGH. *Victoriam neſcio laude, an tormento majore conſecutus. Conſecutus* reſcripſit Pighius è quibuſd. codd. Aldus ediderat *Victoriam n. l. a. t. m. partam:* quomodo ceteri quoque antiquiores typis expreſſi; itemque Brand. MSS. habent. Poſſitque adeo illud haberi pro exclamatione: qua quidem noſter ſubindè utitur. Ut ſupra III, 7, 5. *Fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam.* Ad quem locum Notas vide; quibus docetur, codd. MSS. voculam exclamandi non habere. VORST. Tres Rem. *Victoria neſcio an tormento majorem laudem conſecutus.* Leid. prim. *Victoriam, an tormento majore laudem conſecutus.* Reliqui *victoriam, neſcio, laude, an tormento majore partam.* Periz. *majorem partam conſecutus.* placet exclamatio. *Conſecutus* à gloſſa eſſe videtur.

78. *Seipſum vicit*] Addit lib. Dan. *Ephialtes.* neceſſario. COLER. *Seipſum vicit.* Aldus, *Seipſum vicit Ephialtes.* Atque ita ceteri quoque codices, qui proxima ſuperiora ut exclamationem formata habent. Et ſane, ſi exclamatio praecedat, ipſum nomen *Ephialtis* omnino repeti oportet. VORST. Recte monet Vorſtius hic repetendum nomen *Ephialtis*, ſi praeceſſerit exclamatio. Et comparet ſane in tredecim noſtris.

79. *Quem Syracuſanus Dion diverſitate exempli praegravat*] Bene omnino liber vetus, *ſeveritate exempli.* Nam prius exemplum amatorium eſt & tenerum: hoc ſerium, ſeverum. LIPS. *Diverſitate exempli.* Placet Lipſio vetus ſcriptura: *Severitate exempli.* Et ita res ipſa poſtulare videtur. COLER. *Diverſitate exempli praegravat.* Lipſius ex vetere libro ſcribendum putat *ſeveritate exempli*: quia proximum praecedens exemplum amatorium & tenerum, hoc vero ſerium & ſeverum ſit. *Praegravare* eſt pro *ſuperare*, ut in cap. ſuperiore. VORST. Lipſii libro veteri adverſantur omnes noſtri, verbum tamen *praegravat*, quod cum *ſeveritate* optime convenit, cum *diverſitate* non item, facit, ut Lipſio aſſentiar, praeſertim cum corruptionis cauſſam detexiſſe mihi videar. Nempe in octo MSS. deeſt *Dion*, & Ultraj. prim. habet *diu*, ut ex hoc nomine & *ſeveritate* contracte ſcripto, tandem natum ſit *diverſitate.*

80. *Calippum*] Sic Plutarchus, ſed Nepos in Dione *Callicratem* vocat.

81. *Amicos inimicoſque juxta ponere*] Uterque Ultraj. Periz. Leid. tres. *Amicos inimicis juxta ponere.* Copeſ. Leid. prim. *Amicos inimicos juxta ponere.* Prius habent etiam Ed. Mog. & Ven. quod poteſt defendi illo Livii L. XXIV. 19. *Fabius*

ſpes fluctuabat. Itaque convocati medici, attentiſſimo conſilio ſalutis remedia circumſpiciebant. [84] Qui cum ad unam potionem ſententiam direxiſſent, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipſius amicus & comes) porrexiſſet, a Parmenione miſſae literae ſuperveniunt, admonentes, ut rex inſidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti a Dario, caveret. Quas cum legiſſet, ſine ulla cunctatione medicamentum hauſit, ac tunc legendas Philippo tradidit. Pro quo tam conſtanti erga amicum judicio digniſſimam a diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis ejus praeſidium falſo interpellari indicio noluerunt.

bius omittendam rem parvam juxta magnis difficilem cenſebat. Ut *juxta* ſit adverbium. de quo vide Perizonium ad Sanctii Minerv. L. I. 16. I. Poſterius videri poteſt eo modo dictum, quo & in *velis nolis*, aliiſque ſimilibus omittunt conjunctionem copulativam.

82. *Opibus Darii contuſis*] *Opes* pro copiis, exercitu. Quae ſignificatio vocis paſſim & apud alios obſervatur. Vide modo Ind. in Nep. VORST. Nonnulli habent *comuſſis.* Quod haud ſpreverim; *concuſſae* enim potius tunc erant Darii opes quam *contuſae* praelio ad *Granicum.* cur de ſolo exercitu intelligamus. cauſſa nulla eſt.

83. *Subito deinde ex nimio hauſtu, rigore obſtupefactis nervis*] Legendum ex v. c. *Ex nimio hauſtu rigoris.* Non enim bibit aquam Alexander, ſed immerſus rigorem hauſit corpore. PIGH. *Ex nimio hauſtu rigoris.* Ita legendum docuit Pighius è codd. MSS. Habentque ita & codices Brandeb. Aldus perperam, *Ex nimio hauſtu, rigore obſtup.* VORST. *Rigoris* tuentur noſtri; ſed deinde quidam pro *torpore, corpore*, Ultraj. prim. *Corporis.* verum nihil mutandum. *Obſtupefactis* dicit ut Curt. L. VIII. 4. 12. *Hic calor ſtupentia membra commovit.* Val. Flac. L. V. 603.

Atque ubi Rhipaea ſtupuerunt flumina bruma. Noſter L. V. I. Ext. I. *Macedonem nimio frigore obſtupefactum.*

84. *Qui cum ad unam potionem ſententias direxiſſent*] Vetus, *Quorum cum ad unam.* Lege igitur & ſequentia, *ſententiae direxiſſent.* Non tritum hodie, ſed priſcae elegantiae dicendi genus. Et ſane frequens illis, verba haec agentia, ad neutrorum quaſi ordinem ſignationemque transferre. LIPS. *Qui cum ad unam.* Placet eidem doctiſſimo Belgarum, ut ex ductu libri veteris legamus: *Quorum cum ad unam potionem ſententiae direxiſſent.* Direxiſſent paſſive: ſed uſitate. COLER. Undecim MSS. *quorum cum.* An ſcribendum eſt *direxiſſet?* Ut intelligatur Philippus, qui potionis illius ſuaſor & temperator fuit. An potius *ſententiae ſe direxiſſent?* Ut L. V. 23. *& ſe in Pomponii domum prima luce direxit.* Prius defendi poteſt illo L. IV. 3. I. ubi Indibilis, *Celtiberorum animos Romanis applicando*, meritis Scipionis debitam gratiam retuliſſe dicitur. Liv. L. VIII. 21. *In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinavit animos.*

FINIS LIBRI TERTII.

VALE-

VALERII MAXIMI FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

DE MODERATIONE.

Quae in Romanis.

1. *P. Valerio Poplicola Cos.*
2. *M. Furio Camillo exule.*
3. *C. Marcio Rutilio cenſ. 2.*
4. *L. Quinctio Cincinnato Cos.*
5. *Q. Fabio Max. Rulliano.*
6. *P. Africano majore.*
7. *M. Claudio Marcello Cos. 4.*
8. *Ti. Sempronio Gracchо trib. pl.*
9. *C. Claudio Nerone Cos.*
10. *P. Scipione Aemiliano cenſ.*
11. *Q. Mucio Scaevola.*
12. *Q. Metello Macedonico.*
13. *Q. Metello Numidico exule.*
14. *M. Catone Uticenſi.*
15. *M. Calpurnio Bibulo procos.*

Quae in Externis.

1. *Archyta Tarentino.*
2. *Platone Athenienſi.*
3. *Dione Syracuſano.*
4. *Thraſybulo Athenienſi.*
5. *Staſippo Tegeate.*
6. *Pittaco Mitylenaeo.*
7. *Septem Sapientibus.*
8. *Theopompo Spartanorum rege.*
9. *Antiocho rege Syriae.*

[1] TRanſgrediar ad ſaluberrimam partem animi, moderationem, quae mentes noſtras [2] impotentiae, & temeritatis incurſu tranſverſas ferri non patitur. Quo evenit, ut reprehenſionis morſu ſit vacua, [3] & laudis quaeſtu opulentiſſima. Itaque effectus ſuos in claris viris recognoſcat.

Atque

1. *Tranſgrediar ad ſaluberrimam*] Leid. prim. *Tranſgrediar nunc ad.*

2. *Impotenti temeritatis incurſu*] Sic dedit Pighius, cum omnes ante ipſum Editiones exhiberent *Impotentiae & temeritatis incurſu.* Quod in plurimis invenio Codicibus. Nonnulli omittunt copulam *&*, Quidam *impotentia temeritatis.* Profecto omnia exempla, quae in hoc capite recenſentur, ſi conſideres, magis invenies documenta eorum, qui ſuperbiâ & irâ fuerunt ſuperiores, quam qui nil temere & inconſulto impetu fecerint. Quicquid ſit, mutari clam non debuerat. Fortaſſe ſcripſit *impotentiae incurſu*, ut *temeritatis* gloſſema fuerit: ſed praeſtat

1. Atque ut ab incunabulis ſummi honoris incipiam, [4] P. Valerius, [5] qui populi majeſtatem venerando, *Poplicolae* nomen aſſecutus eſt, cum, exactis regibus, imperii eorum vim univerſam, omniaque inſignia ſub titulo conſulatus in ſe translata cerneret, invidioſum magiſtratus faſtigium [6] moderatione ad tolerabilem habitum deduxit; [7] faſces ſecuribus vacuefaciendo, & in concione populo ſummittendo. [8] Numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, ultro Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, [9] quia major natu erat, [10] priores faſces transferri juſſit. Legem etiam comitiis centuriatis tulit, *nequis magiſtratus civem Romanum* [11] *adverſus provocationem verberare, aut necare vellet.* Ita, quo civitatis conditio liberior eſſet, imperium ſuum paulatim deſtruxit. Quid, quod aedes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitae, inſtar arcis habere videbantur? nonne quantum domo inferior, tantum gloria ſuperior evaſit.

Ann. urb. 244. Livius II. Plutarch. Dionyſ. V. Symm. X. Ep. 17.

Vix

praeſtat *impotentiae & temeritatis* retinere. Solus Copeſ. videtur habere *impotenti temeritatis.*

3. *Et laudis quaeſtu opulentiſſima*] Multi MSS. cum Editis *Et laudis quaeſtu ſit opulentiſſima.*

4. *P. Valerius*] Haec omnia ex ſecundo libro Livii ab U. C. Sed in hoc diffidens ab ipſo Livio, quod faſcium numerum imminutum dicat; quod neque Livius, neque Dionyſius ſcriptis prodidere. Secures in urbe demptas omnes norunt. Conſulibus faſcium numerum imminutum nemo ſcripſit, quod equidem ſciam. GLAREAN.

5. *Qui populi majeſtatem venerando Publicolae cognomen aſſecutus eſt*] Manuſcripti omnes, *Publicolae nomen*, legunt. Equidem animadverto, Valerium alioſque veteres fere quodcunque proprium, ſeorſim poſitum, ſimpliciter nomen appellare; ſi alterum jungatur eidem conveniens, quod gentis vel familiae non eſt, cognomen; ſi tertium, quod ex his gentilitio praeponitur, praenomen dicere. Ceterum *Publicola* ſcribitur in vulgatis, ac manuſcriptis ubique. antiquiſſima tamen marmora docent, *Poblicola* ſcribendum eſſe, quibus aſtipulatur ipſe Valerius, affirmans Valerium populi majeſtatem colendo hoc nomen aſſecutum eſſe. Sed vide annales noſtros. PIGH. *Poplicolae.* Nihil mutandum. Quin in veteri Gloſſario integre ſcribitur: *Populicula* Δήμου σεβόμενος, pro, populicola. Prudentius eundem *Plebicolam* vocat. COLER. *Qui populi majeſtatem venerando Poplicolae nomen. Poplicola* ſcribi vult Colerus: exque vetere Gloſſario ipſum quoque integrum *Populicola* producit. Sed ſcribitur tamen ut plurimum *Publicola*; & in antiquis marmoribus *Poblicola*. Ut à *populus* formarunt *publicum* pro *populicum*: ita pro *populicola* dicere potuerunt *Publicola* vel *Poblicola*. Aldus ediderat *Publicolae cognomen.* Sed monet Pighius, libros MSS. omnes habere *Publicolae nomen*; dicitque, animadvertiſſe ſe, Valerium alioſque veteres fere quodcunque proprium, ſeorſum poſitum, ſimpliciter nomen appellare; ſi alterum jungatur eidem conveniens quod gentis & familiae non ſit, cognomen; ſi tertium, quod ex his gentilicio praeponitur, praenomen eos dicere. Et ſane in codd. quoque Brand. eſt *Publicolae nomen.* VORST. *Publicolae* habent fere omnes noſtri. Vide omnino Cl. Dukerum ad Flor. L. I. 9. 4. Solus Ultraj. ſec *cognomen.* Ceteri *nomen* exhibent, & ſic Ed. Mog.

6. *Moderatione*] Ita rem de qua nunc agit non ſemel appellat. Nec opus eſt addi *animi*; ut in inſcriptione capitis factum ab Aldo & aliis. Codices Brand. inſcriptionem ipſi textui convenienter formatam modo ſic habent, *De moderatione.* Sed dicitur tamen etiam *moderatio animi*: loquiturque ita Cicero in lib. de Senect. itemque noſter infra IV, 3, 4. Quin & *temperamentum animi* invenias infra IV, I, II. VORST. Multi MSS. addunt *ſua* cum omnibus vetuſtis editionibus. Deinde quidam *& concione.* etiam *diminuit*, & *populum.*

7. *Faſces ſecuribus vacuefaciendo*] Secures à faſcibus ſeparando. Faſces erant bacilli teretes in modum faſcis colligati. Plinius XVI, 18. betulam arborem terribilem ait magiſtratuum virgis. Verbo *vacuefacere* & ſupra uſus eſt. VORST.

8. *Nu-*

Vix juvat abire a Poplicola: ſed venire ad Furium Camillum libet. Cujus 2.
tam moderatus ex magna ignominia ad ſummum imperium tranſitus fuit, ut cum praeſidium ejus cives capta a Gallis urbe Ardeae exulantis petiiſſent, non prius Vejos ad accipiendum exercitum iret, [12] quam de dictatura ſua omnia ſolenni jure acta comperiſſet. Magnificus Camilli Vejentanus triumphus: egregia Gallica victoria: ſed iſta cunctatio longe admirabilior. [13] Multo enim multoque ſeipſum quam hoſtem ſuperare operoſius eſt, [14] nec adverſa praepropera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

Ann. urb. 363. Livius v. Plutarch.

Par Furio moderatione [15] Marcius Rutilius Cenſorinus. Iterum enim 3.
Cenſor creatus, ad concionem populum vocatum quam potuit graviſſima oratione corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum judicaſſent. Uterque recte, &

Ann. urb. 488. Plut. Coriol.

Ann. urb. 319. Livius IV. & IX.

8. *Numerum eorum minuit*] Conſulibus creatis, cum initio faſces XXIV. praeferrentur, ſingulis puta XII. invidioſa ea res viſa fuit; tanquam non ſublatum regnum, ſed duplicatum eſſet. Quam ob cauſſam Valerius inſtituit, ut faſces tantum duodecim conſpicerentur, & alternis apud alterum conſulem illi eſſent; primoque menſe prior conſul eos haberet, ſecundo alter; atque ita porro: ut ex lib. v. Dionyſii Halic. & l. v. Dionis Caſſ. ſcire licet. VORST.

9. *Quia major natu*] Hinc mos ille in multos annos derivatus, ut major natu conſul faſces haberet. Quod tamen ita intelligo, majorem aetate conſulem, tantum priori menſe hanc praerogativam habuiſſe. nam menſe ſequenti ſummae poteſtatis ille faſces in collegam transferebat, atque ita ſingulis menſibus alternabant & quaſi reciprocabant haec inſignia. Sueton. de Caeſare: *Antiquum retulit morem, ut quo menſe faſces non haberet, accenſus ante illum iret.* Ubi hoc amplius antiqui moris de accenſo praemiſſo advertas. Verum poſtea lege Julia non natu major, ſed multitudine liberorum ſuperior conſul priores faſces merebatur, de qua re Agellius lib. II. cap. 15. COLER.

10. *Priores faſces transferri juſſit*] Perizon. Leid. ſext. Ultraj. uterque cum Ed. Mog. *priorem*, ut referatur ad antecedens *quem*, haud male. Sic Gell. L. II. 15. *Priori, ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit.* Deinde Ultraj. ſec. *quid dicam quod.* Rem. unus & Leid. quint. *quanto domo ſuperior.*

11. *Adverſus provocationem*] Si civis Rom. provocaſſet ad populum, & populus eum dimitti vellet. VORST. Imo ſi provocaſſet tantum ad populum, etſi nondum exploratum eſſet populi judicium.

12. *Quam de dictatura ſua omnia ſolenni jure acta comperiſſet*] Notat Pighius, diverſam lectionem eſſe *ſolenni more.* De re Livius l. v. ita: *Non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam, quod nec injuſſu populi mutari finibus poſſet, nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere.* VORST. *More* habet Leid. prim. Periz. unus Rem. Med. prim. in Leid. ſext. videtur eſſe *ritu.*

13. *Multo enim multoque*] Elegans locutio & haud ſcio, an cuiquam obſervata adhuc. Ego & Vellejo Paterculo reſtituere non dubito lib. II. *In his multo multoque ita certatum eſt.* Vulgo peſſime *multo mutuoque.* COLER. *Multo multoque operoſius eſt.* Ea ratione voces geminant & alii. Cicero II. de fin. *Alteri plurimum ſe, & longe longeque plurimum tribuere honeſtati.* VORST. Unus Rem. delet *multoque.* Poſt *operoſius eſt* addit illud Leid. ſept.

14. *Nec adverſa praepropera feſtinatione fugientem*] Sic emendavit Pighius, cui favent longe maxima pars noſtrorum MSS. & Ed. Mog. vulgo edebatur *propera.*

15. *M. Rutilius Cenſorinus*] Et hujus nomen oppido obſcurum eſt. Quidam intelligunt de eo, qui conſul fuit, anno ab U. C. 445. ac Cenſorinum nominatum. Fortaſſis autem loquitur, de C. Martio Rutilio, qui Cos. fuit 398. ac proximo deinde anno magna patrum indi-

& Cenſorinus, & populus. alter enim ut moderate honores crederent, praecepit: alter ſe moderato credidit.

4. Ann. urb. 293. Livius III. Age, L. Quintius Cincinnatus [16] qualem conſulem geſſit? cum honorem ejus Patres conſcripti continuare vellent, non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam quod populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, [17] quorum neutrum jure fieri poterat: utrumque diſcuſſit, ſenatus ſimul ſtudium inhibendo, & tribunos verecundiae ſuae exemplum ſequi cogendo. [18] Ita unus cauſſa fuit, ut ampliſſimus ordo, populuſque tutus eſſet ab injuſti facti reprehenſione.

5. Ann. urb. 461. [19] Fabius vero Maximus cum a ſe quinquies, & [20] a patre, avo, proavo, majoribuſque ſuis ſaepenumero conſulatum geſtum animadverteret, comitiis, [21] qui-

indignatione primus è plebe Dictator. Porro ſexcennio poſt anno 404. primus è plebe Cenſor, magna plebejorum contentione. Uterque tamen C. Martius Rutilius vocatur apud Livium. Quidam eundem eſſe putant, ſed longaevum haec tandem egiſſe. Lector judicet. In proximo ſequente exemplo diſſidet hic auctor à Livio, quod dicit Cincinnatum coëgiſſe verecundiae ſuae exemplo tribunos, ne reficerentur contra jus, quos Livius refectos ait, anno ab U. C. 294. Oliverius inepte recitat hiſtoriam tertio poſt anno geſtam, Dictatore Cincinnato, cum haec eo Conſule ſint geſta triennio ante. GLAREAN. *Marcius Rutilius Cenſorinus.* Vulgo ante Pighium edebatur *M. Rutilius Cenſorinus*, quomodo etiam eſt in MSS. & perperam quoque ita citari ab Ez. Spanhemio Diſſ. de uſu & praeſtantia numiſmatum p. 742. & à Machiavello p. 420. Rutilium in margine notarat Perizonius. Fuit enim gentis Marciae, cui poſtea *Cenſorini* cognomen adhaeſit, ut oſtendit Pighius ad annum U. C. 488. Liv. L. x. 47. *Luſtrum eo anno conditum eſt à P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilio cenſoribus. Ad concionem populum vocatum.* Barb. prim. *advocatum.* Paulo ante Leid. ſext. *moderamine.* tum Leid. ſec. *Quantum potuit graviſſima.* Idem delet *ſibi* poſt *bis.* Leid. prim. & ſec. *ut moderatione honores crederent praecepit, alter ſe moderationi credidit.* *Moderatione* etiam Toll.

16. *Qualem conſulem egit?*] Gronovius è codd. Andinis legi vult *Qualem conſulem geſſit?* Vide lib. IV. c. 14. Obſ. Et ſane loquitur ita & alibi. Ut VII, 7, 7. *Praetorem urbanum ſeveriorem egit, quam Oreſtes geſſerat.* VORST. *Egit* eſt in Copeſ. reliqui omnes cum omnibus Edd. habent *geſſit*; quomodo paſſim optimos auctores loqui notavit Salmaſ. ad Flor. I. I. 3. Poſtea Leid. tert. *creare nitebatur.* ſec. *conebatur*, tert. *conaretur.* *Nitebatur* vehementius populi ſtudium declarat.

17. *Quorum neutrum*] Leid. ſext. & Periz. *quorum, quia neutrum*, quod non ſpernendum. Sed tum delenda eſt diſtinctio major poſt *poterat.* & ponenda poſt *conabatur.*

18. *Ita unus in cauſſa fuit*] A Pighio hoc eſt profectum: plerique MSS. habent *atque unus.* Et ſic Edd. ſed malim *ita* per Epiphonema vide L. I. 7. 8. Ext. MSS. Sedecim cum Edd. delent praepoſitionem, *in.* Recte. Aliud enim eſt *in cauſſa haec ſunt.* apud Cic. L. I. F. Ep. I. Quod bene explicantem ibi vide Manutium. Dictum enim ut in exemplo quod ille paulo ante citat ex orat. pro Caecina, *Multa, quae in re ſunt, praetermittam.* poteſt tamen & alterum probari. Plin. L. VI. Ep. I. *Quidquid in cauſſa, eripe me huic tormento.* L. VII. Ep. 5. *Incredibile eſt, quanto deſiderio tui tenear. In cauſſa amor primum: deinde &c.*

19. *Fabius vero Maximus*] Oliverius conſtanter haec de Fabio Verrucoſo, qui ſecundo bello Punico vixit, intelligit. At Livius Lib. IV. de eodem bello, nihil dicit hujuſmodi de patre Fabio in creatione filii ſui, cum tamen ipſe Cos. comitiis praeeſſet. Unde non eſt dubium apud me Valerium hic loqui de Rutiliano, qui quinquies Conſul fuit, cum ejus filius Conſul creatur, anno 461. ad finem primae Decados, ubi tamen nihil hujus rei meminit Livius: ſed poteſt hoc Livius dixiſſe aut initio ſecundae Decados, aut in ſecundo filii conſulatu, qui fuit anno 477. quo tempore pater adhuc vivere pote-

[21] quibus filius ejus ſummo conſenſu conſul creabatur, quam potuit conſtanter cum populo egit, *ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiae genti* [22] *darent:* non [23] quod filii virtutibus diffideret, (erat enim [24] illuſtris) ſed ne maximum imperium in una familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, aut efficacius; [25] quae etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperavit?

Non defuit majoribus grata mens [26] ad praemia [27] ſuperiori Africano exſolvenda: ſiquidem maxima ejus merita paribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt illi ſtatuas in comitio, in Roſtris, in curia, in ipſa denique Jovis Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam [28] Capitolinis pulvinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitae annos conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. [29] Quorum nihil ſibi, neque

6. Ann. urb. 552. Livius XXXVIII. 56. Infra VIII. 15.

poterat. Lector ipſe ſecum cogitet, & videbit me non temere motum. GLAREAN. *Fabius vero Maximus.* Fuit is Fab. Maximus Rullianus, qui filium habuit Fab. Maximum Gurgitem. Vide Epit. lib. XI. Livii. VORST.

20. *A patre, avo, proavo*] Nonnulli Codd. *& proavo.* Leid. tert. delet *proavo.* Quanta moderatione uſus ſit Fabius Maximus Rullianus in recuſando diu conſulatu, quem ipſi non petenti, populus deferebat, narrat Liv. L. 10. 13.

21. *Quibus filius ejus*] Sic correxit Pighius cum antea ederetur *ſuus*, ſed contra MSS. & Ed. Mog. illi enim ſatis conſtanter *ejus* ſervant.

22. *Daret*] Lego ex lib. Dan. *Darent.* COLER. Notat Colerus, in cod. P. Dan. eſſe *darent.* Quod idem & in utroque cod. Brand. obſervo. VORST. Et ego in decem noſtris. Vide L. II. 6. 2. L. II. 10. 1. & 8.

23. *Quod filii virtutibus diffideret*] Bit. prim. *Quod de virtutibus filii.*

24. *Illuſtris*] In lib. Dan. expreſſe ſcriptum: *Illuſter.* quod equidem Juris Latii non fecerim. COLER. Idem Colerus monet in cod. P. Dan. ſcriptum eſſe *illuſter.* Quod de uno quoque cod. Brand. teſtari licet. Sed & alter, qui compendium ſcriptionis habet, non aliud prae ſe ferre videtur. VORST. *Illuſter* etiam Leid. quint. Periz. & Ultraj. primus.

25. *Quae etiam patrios affectus*] Leid. tert. *qua.* Vide ſupra L. III. 7. 1. hic tamen minus neceſſe judico quidquam mutare.

26. *Ad praemia*] Praeter alios honores Scipioni à pop. Romano habitos, ille etiam ſingularis acceſſit, de quo Plinius lib. XXI. cap. 3. *Florum quidem pop. Romanus honorem Scipioni tantum habuit.* COLER. Inter praemia illa fuit & florum honos. De quo Plinius XXI, 3. *Florum quidem populus Rom. honorem Scipioni tantum habuit.* VORST. Error eſt inſignis Coleri &, qui eum deſcripſit, Vorſtii: non enim Plinius de *Scipione Africano* agit, ſed de *Serapione*, de quo noſter L. IX. 14. 3. & fuiſſe illum *Scipionem Naſicam* abunde conſtat

27. *Superiori Africano*] Livius Lib. VIII. quartae Decados hoc obiter innuit. Ceterum, quod nunc frequenter in Latinorum authorum Codicibus legitur, nec eſt quiſquam, qui dubitet id bene legi, *Jovis Opt. Max.* in vetuſtis codicibus legitur, *Jovis Opt. Maximique*, cum conjunctione *que.* Latina enim lingua ad unum ſubſtantivum duo adjectiva abſque conjunctione copulativa apponi non permittit, atteſtante id etiam Servio. Si evicit Romana conſuetudo, & id bene legitur, certe hoc unum exemplum fuerit, nec aliud huic ſimile. Paulo poſt de Hannibale & Senatu Carthaginienſi, Badius de Senatu Romano intelligit, cum Hannibalem ejus dignitati conſuluiſſe dicat perperam Badius, ut puto. GLAREAN. Duo adjectiva uni ſubſtantivo bene jungi docuit Sanctius in Miner. L. II. 8.

28. *Capitolinis pulvinaribus applicare*] Explicat Oliverius. *Lectiſterniis, id eſt volebant eum divinis honoribus afficere.* Quod vix crediderim. Liv. L. XXXVIII. 56. ait *prohibuiſſe ne decerneretur, ut imago ſua triumphali habitu è templo Jovis Opt. Max. exiret.* Quoties ſcil. è cella Jovis depromi debebat, ut in pompa funebri gentis ſuae praeferretur. Quod multum etiam abeſt ab honore divino. Vide noſtrum L. VIII. 15. 1.

29. *Quorum ſibi nullum*] *Honorem* intellige ex

Tt ea

neque plebiſcito dari, neque ſenatuſconſulto decerni patiendo, pene tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, [30] quantum geſſerat [31] in emerendis.

Ann. urb. 558. Livius XXXIII.

Eodem robore mentis cauſſam Annibalis in ſenatu protexit, cum eum [32] cives ſui miſſis legatis [33] tanquam ſeditiones apud eos moventem accuſarent. Adjecit quoque, *non oportere Patres conſcriptos* [34] *ſe reip. Carthaginienſium interponere:* altiſſimaque moderatione alterius ſaluti conſuluit, alterius dignitati; victoria tenus, utriuſque hoſtem egiſſe contentus.

Ann. urb. 543. Livius XXVI. Plutarch.

7. At M. Marcellus, qui primus & Annibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe docuit, cum in conſulatu ejus Siculi de eo queſtum in urbem veniſſent, nec ſenatum ulla de re habuit, quia collega Valerius [35] Laevinus forte aberat, [illegible] ob id Siculi in querendo timidiores eſſent: [36] & ut is rediit, ultro de his admittendis retulit, [37] querenteſque de ſe patienter ſuſtinuit. Juſſos etiam a Laevino diſcedere, remanere, [38] ut ſuae defenſioni intereſſent, coëgit. Ac deinde

eo quod ſequitur *honoribus.* Sed complures MSS. habent *quorum nihil ſibi.* & ſic Ed. Mog. reliquae *quorum ſibi nil.* Cur *nihil* mutatum fuerit, cauſſa nulla erat.

30. *Quantum ſe geſſerat in emerendis*] MS. *Egerat*, rectiſſime. ne idem verbum bis uſurpetur. Similiter variat. VII. 7. 7. *Metellus praetorem Urbanum ſeveriorem egit, quam Oreſtes geſſerat.* PERIZON. *Egerat* etiam noſtri quatuordecim & Ed. Mog. *geſſerat* eſt in Periz. & Leid. ſept. *al' geſſerat.* Ultraj. prim. omittit. Vide infra L. IV. 5. 3. L. VI. 3. 6.

31. *In emerendis*] Sic Pighius. antea legebatur *merendis*, quod eſt in MSS. octo.

32. *Cives ſui miſſis legatis*] Ne crede miſſos eſſe publice legatos à Carthaginienſibus ad Annibalem accuſandum. Sed hic ab adverſae factionis hominibus inſimulabatur, literas & legatos miſiſſe ad Antiochum, ut ſic Romani in illum ſtimularentur. Liv. L. XXXIII. 45. Vide itaque an placeat lectio primi Ultraj. & unius Rem. *Cives ſummiſſis legatis.* id eſt *clam miſſis.* Liv. L. VI. 6. *Latinorumque populos juventutem ſubmiſiſſe ad id bellum.* Cic. L. I. in Ver. 41. *Iſte, tametſi ſingulari eſt audacia, tamen ad pupillae matrem ſubmittebat.*

33. *Tanquam ſeditiones apud eos moventem accuſarent*] MSS. quinque cum Ed. Mog. *molientem.*

34. *Se reip. Carthaginienſium interponere*] Livius l. XXXIII. *Diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Rom. dignitate eſſe ducebat ſubſcribere odiis accuſationibuſque Annibalis &c.* VORST. Duo *ſe in Rep. Carthaginienſium interponere.* Copeſ. delet *ſe.* Idem, *Altiſſima moderatione.* Quaſi eſſet epiphonematis initium.

35. *Laevinus forte aberat*] Duo Rem. Leid. ſept. *forte*, tres Rem. Leid. quint. delent *ob id.* Aliquot *Laevinius*, & ſic deinde *Laevinio.* Periz. *Lucio Levinio.*

36. *At ut is rediit*] Sic dedit nobis Pighius; cum rectius ante ipſum legeretur *&.* Quod ſenties, ſi adtendas ad praecedens *nec Senatum ulla de re habuit.* Quod nimis ſolute ponitur, ſi ſequatur *at*, & periodus illa finiatur puncto. Ne dubites, *&* inveni in longe potiore parte MSS. atque hoc malebat Perizon. qui *nec* exponendum eſſe per *& non* aſcripſit. Sunt qui cum Ed. Mog. omiſſa particula habent, *ut rediit.* Si tamen *at* retinere quis praefracte velit, *nec* exponendum erit per *ne quidem*, ut ſaepe alibi ponitur. Vide Cl. Duker. ad Flor. L. II. 2. 27.

37. *Querenteſque de ſe patienter ſuſtinuit*] Ultraj. ſec. *ſapienter* ſept. Leid. *de ſeque patienter.* Bit. prim. *quam patienter.* Quod ferri poteſt, ut ſit *valde*, *admodum patienter.* Suet. in Galba 3. *Quam brevi corpore atque etiam Gibber.* Ubi vide Illuſtr. Graevium. Malim tamen nihil mutare, ſolet enim noſter illa, *quam ſapienter*, *quam prudenter*, & ſimilia, potiſſimum adhibere in admiratione, quam hic reſpuere videtur verborum connexio.

38. *Ut ſuae defenſioni intereſſent, coëgit*] MS. *&*

ſcinde [39] utraque parte perorata, etiam excedentes curia, ſubſecutus eſt: quo liberius ſenatus ſententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, ſupplices & orantes *ut ab eo in clientelam reciperentur*, clementer excepit. Super haec Siciliam ſortitus, eam provinciam collegae ceſſit. [40] Toties laudatio Marcelli variari poteſt, [41] quoties novus ipſe gradibus moderationis adverſus ſocios uſus eſt.

Quam Ti. etiam [42] Gracchus admirabilem ſe exhibuit! Tribunus enim plebis, cum ex profeſſo inimicitias [43] cum Africano & Aſiatico, Scipionibus gereret, & Aſiaticus [44] judicatae pecuniae ſatisdare non poſſet, [45] atque ideo a conſule in vincula publica duci juſſus eſſet, [46] appellaſſetque collegium tribunorum, nullo volente intercedere, ſeceſſit a collegis, decretumque compoſuit. Nec quiſquam dubitavit, [47] quin eo ſcribendo irati hoſtis adverſus Aſia-

8. Ann. urb. 566. Livius XXXVIII. Gell. VII. 19. Quint. Decl. 9. Noſter V. 3. 2.

& ſuae. Forte, *Et ſuae defenſioni intereſſe coëgit.* PERIZON.

39. *Utraque parte perorata*] Gudius ad Phaed. L. I. 2. *τὸ perorata*, active accipit, licet paſſivam habeat terminationem, ut ſit, *cum utraque pars peroraſſet.* Opinor tantumdem valere, ac ſi dixiſſet, *cauſſa utriuſque partis perorata.* Porro in ſeptem MSS. & Ed. Mog. deeſt *etiam.* Periz. cum Ultr. prim. *& excedentes.* Toll. *inſecutus eſt.* Ultr. ſec. Leid. ſext. omittunt *quoque.* Unus Rem. *improbatiſque.* Unus Bit. omittit *eorum.* Ultr. prim. *in clientela*; item *ſuper hoc*; & *ſortitus eſt.*

40. *Totiès laudatio Marcelli variari poteſt*] MSS. octò cum vetuſtiſſimis Edd. *Variari non poteſt.* Quomodo cum legeretur in Bambergenſi, probavit hoc Modius Ep. 128. Profecto plus dicit, ſi addita ſit particula negativa, quam ſi abſit. Poteſt tamen & altera lectio commode exponi. Toties ſcil. Marcellum, novum & proprium laudis genus meritum eſſe, quoties novo uſus eſt moderationis gradu.

41. *Quoties novis ipſe gradibus moderationis adverſus ſocios uſus eſt*] In duobus deeſt *novis.* Ultr. ſec. *Jovis*, quod eſt in Ed. Mog. ſex *moderatione*, ut eſt in Ven. ceteriſque Editionibus.

42. *Gracchus admirabilem*] Pulchrum atque liberale atque magnanimum hoc factum vocat Agellius. COLER.

43. *Cum Africano & Aſiatico*] Hanc hiſtoriam, de tam eximiis duobus fratribus Scipionibus, ita impudenter variatam apud Romanos ſcriptores, admodum miror. Dixi de ea re in noſtris annotationibus in Livium ſatis luculenter, ni fallor; ideoque nunc hic ſuperſedendum cenſeo, praeſertim cum Livius ipſe omnium opiniones referat. GLAREAN. *Inimicitias cum Africano.* De horum reconciliatione, quam Liv. L. XXXVIII. 57. dicit eodem die factam, agit L. IV. 2. 3. De re ipſa, quam hic narrat auctor, confer Cic. de Prov. Conſ. C. 8.

44. *Judicatae pecuniae ſatisdare*] *Judicata pecunia* eſt ea, quae reo cuipiam eſt pendenda. Livius XXXVIII. 60. *Ni referatur pecunia in publicum, quae judicata ſit.* Vocatur & *lis aeſtimata.* Unde dicunt *litem aeſtimatam ſolvere.* V. Ind. in Nep. v. *aeſtimare.* VORST.

45. *Atque ideo à conſule in vincula publica duci juſſus eſſet*] Non à conſule, ſed à praetore Terentio dicit Livius. Quare praetorem hic Valerius conſulem appellare videtur. PIGH. Monet Pighius non à conſule, ſed à praetore Terentio id factum prodidiſſe Livium. VORST. *A conſule.* MSS. ſeptem cum Ed. Mog. *à conſulibus.* Nonnulli *à Cos.* Liv. L. XXIII. 14. *Qui capitalem fraudem auſi, quique pecunia judicati in vinculis eſſent.*

46. *Appellaſſetque collegium tribunorum*] *Appellare* eſt & idem, quod alicujus opem implorare. Cicero pro Planc. *Appellavi populum, tribubus ſubmiſi me.* Livius l. II. *Volero appellat tribunos.* Dicunt & *appellare ad tribunos à praetore.* Cicero pro Quint. *Cujus procurator à praetore ad tribunos appellare auſus.* VORST. Copeſ. *Appellaſſetque ad collegium.* Et mox *ſeceſſit a collegio.*

47. *Quin eo ſcribendo*] Leid. quint. & Periz. *Quin in eo ſcribendo.* Quod praefero. Conjecerat etiam ita Perizon. Sed addiderat non eſſe neceſſe

Aſiaticum verbis uſurus eſſet. At is primum juravit *ſe cum Scipionibus in gratiam non rediiſſe:* [48] Deinde tale decretum recitavit; *Cum L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ante currum actos hoſtium duces in carcerem conjecerit, indignum &* [49] *alienum a majeſtate populi Rom. videri* [50] *eodem ipſum duci.* [51] *Itaque id non ſe fieri paſſurum.* Libenter tunc opinionem ſuam populus Rom. a Graccho deceptam cognovit, moderationemque ejus debita laude proſecutus eſt.

C. quoque Claudius Nero inter cetera praecipuae moderationis exempla numeran-

neceſſe. Deinde pro *irati* notarat Pighius in marg. al' *iracundis*, quod invenio in quibuſdam noſtris, ut & *notis* pro *hoſtis*. Leid. ſept. *al' iracundis, al' ira commotis.*

48. *Deinde tale decretum*] Non ſunt haec ipſa verba decreti. Vide Gell. L. VII. 19. Qui ſimiliter loquitur, ſed tamen alia recitat verba, licet eodem ſenſu. PERIZON.

49. *Alienum à majeſtate*] Aliquot delent praepoſitionem *a*. Copeſ. *Majeſtati.* Multi *majeſtate R. P.*

50. *Eundem ipſum duci*] In Wincheliano, *eodem ipſum duci.* Recte. PIGH. Ita ex cod. quodam legi vult Pighius. Sed veteres typis expreſſi habent *eundem ipſum duci.* Nec aliter uterque cod. Brand. Senſus autem eſt, quia L. Scipio duces hoſtium in carcerem conjecerit, indignum videri, eundem illum in carcerem duci. Illud *in carcerem*, inquam, ἀπὸ κοινοῦ eſt repetendum: atque ita voce *eodem* nihil opus. VORST. MSS. novem habent cum omnibus Edd. *Eumdem ipſum duci.* Unus Rem. cum Copeſ. *eum ipſum.* Bit. prim. *eum ipſum. Eodem* vero clare in Leid. Quinto exſtat. *Eum ipſum* placebat Perizonio; qui addebat *duci* aliquando abſolute poni pro *duci in carcerem*, & ſic ἄγεσθαι dici apud Graecos Aelian. L. I. 30.

51. *Itaque id non ſe paſſurum fieri*] MSS. undecim delent pronomen *ſe*. Duo omittunt *fieri*. Unus Rem. *id fieri non poſſe paſſurum.* Nonnulli diſtinguunt poſt *libenter*. Quomodo etiam Ed. Mog. male. Negavit enim ſe omnino paſſurum, & eum in carcerem duci vetuit. Sed populus cum voluptate cognovit, eum amici erga Scipionem officio functum eſſe, quem crediderant futurum fuiſſe ipſi inimiciſſimum. Saepe autem praepoſitio *ſe* ante infinitivum omittitur. Caeſ. L. IV. B. G. 7. *Si ſuam gratiam Romani velint, poſſe iis utiles eſſe amicos.* Liv. L. I. 37. *Quamquam male res geſta erat, nec geſturos melius ſperare poterant.* Sic *illum* omittitur Ex. ſeq. *Proinde, ſiquis eum accuſare vellet, uſurum teſtimonio ſuo.* & ſaepe alibi. Noſter Ex. 7. Ext. *Hoc fortunam jactus emiſſe dicente.* Sic plerique MSS. vulgo additur *ſe*.

52. *Attamen eum*] Plerique MSS. ſimpliciter habent *tamen.*

53. *Quia res in provincia Salinatoris geſta*] Livius l. XXVIII. addit & aliam cauſſam. *Quoniam*, inquit, *in provincia M. Livii res geſta eſſet, & eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet, exercitus Livianus deductus Romam veniſſet, Neronis de provincia deduci non potuiſſet.* Ceterum provincia illa Salinatoris fuit Gallia. VORST. Nonnulli MSS. *geſta erat.*

54. *Sine curru ergo triumphavit*] Livius d. l. *Conſociatus triumphus, cum utrique, tum magis ei, qui, quantum merito anteibat, tantum honore collegae ceſſerat, gloriam auxit,* &c. VORST. Quidam delent *ergo*. Copeſ. *ſine curru ergo Nero triumphavit.* Med. prim. & Leid. quint. Perizon. *Quo illius victoria.* Copeſ. *Laudatur, vero hujus etiam moderatio.*

55. *Ne Africanus quidem &c.*] Cop. *Ne Africanus poſterior nos de ſe tacere non patiatur.*

56. *Cenſor cum luſtrum conderet inque ſolito fieri ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis, &c.*] Damno verba, *ſolito fieri:* & jure. Sordent enim, imo & fallunt. An ſolet olim fieri id ſacrum, non Valerii aevo? Imo etiam tunc in uſu, quotiens conditum luſtrum: Vetus praeivit mihi ad notabilem emendationem, in quo lego, *ſolita viri.* Non ambiges tu optime Cenſor, quin * *Solitaurili*, ſcribendum ſit: quod ſacrificium proprium omnium luſtrationum: & inprimis Cenſoriae hujus; lapis Romae pulchre, in quo apparatus omnis iſtius ſacrificii, cum triplici hoſtia, ſue, ove, tauro, Cenſore faciente. Vide, ſi lubet, quae notavimus ad Hiſtorias Taciti. *Hoc à magno Cujacio notatum jam eſſe, per epiſtolam mihi index Th. Canterus.* LIPS. Lib. Dan. *Inque ſolitae viri ſacrificio.* Locus ſi quis alius in hoc ſcriptore [illegible] iniquiſſime à librariis tractatus. Ego quamprimum inſpexi MScr. codi-

…erandus eſt. Livii Salinatoris in Aſdrubale opprimendo gloriae particeps fuerat: [52] at tamen eum triumphantem equo ſequi, quam triumpho, quem ei ſenatus aeque decreverat, uti maluit; [53] quia res in provincia Salinatoris geſta fuerat. [54] Sine curru ergo triumphavit, eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio. Ann. urb. 546. Livius XXVIII.

10. [55] Ne Africanus quidem poſterior nos de ſe tacere patitur: qui [56] cenſor, cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis [57] ſolenne ei precationis carmen praeiret, quo dir immortales, [58] ut populi Romani Ann. urb. 611.

codicis ad marginem ſcripſi *Inque Solitaurili ſacrificio*, atque iſtiuſce emendationis teſtes laudare poſſum Cl. viros Jacobum Bongarſium & Dionyſium Gothofredum, amicos. Atque equidem non arbitratus, puerile aliquid me repcriſſe, ecce tibi paucis poſt diebus eundem Valerii locum à Cujacio principe emendatum inveni lib. XXIV. Obſervatio. cap. 7. Et ab ipſo etiam Lipſio in Notis ad Valerium. De hoc ſacrificio ſcripſerunt Alexander ab Alexandro & Lipſius ad Hiſt. Taciti, quorum ſcripta non compilo. Hoc tantum addo, non uno nomine fuiſſe appellatum. Feſtus, Varro, Livius, & Gloſſarium vetus Solitaurilia ſcribunt. Cato, Suovitaurilia appellat. Alii Sollitaurilia malunt. Servius ad IX. Aeneid. Suovetaurium appellat. cujus verba lubens ex egregia & novitia Daniëlis editione ſubſcribo: *Jovi de tauro non immolabatur, niſi cum triumphi nomine Suovetaurium faciebant.* Ritum ſacrificii ſive luſtrationis illius graphice admodum Lucanus deſcripſit:

Mox jubet & totam pavidis à civibus urbem
Ambiri & feſto purgantes moenia luſtro,
Longa per extremos pomaeria cingere fines.
Pontifices ſacros, quibus eſt permiſſa poteſtas,
Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino:
Veſtalemque chorum ducit vittata ſacerdos,
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam.

COLER. Antiquiores typis expreſſi *inque ſolito ſacrificio.* At Pighius addit *fieri*, ſcribitque *ſolito fieri:* cujus tamen in Notis rationem non reddit; nec, quibus in codd. ita legerit, indicat. Noto igitur, in uno cod. Brand. omnino ita eſſe; *ſolito fieri.* Quae tamen lectio non ſatis nobis placet; & vel *ſolito* ſolum, vel plane aliud legendum videtur. Suffecerit enim *ſolitum ſacrificium*; neque opus addi *fieri.* Infra IV, 3. ext. 3. *Solito ſibi, id eſt, modico apparatu.* In altero cod. Brand. eſt *inque ſolita viri.* Quam lectionem cum & in ſuo cod. obſervaſſet Lipſius, occaſionem inde cepit conjiciendi, quod legendum ſit *inque Solitaurili ſacrificio.* Quod quidem ante Lipſium & Cujacio viſum fuerat. Et Colerus audacter id recepit in textum. Ceterum non ſola illa ſcriptio induxit Lipſium, ut *Solitaurili* legendum cenſeret, ſed & quod ſciret ſacrificium ſolitaurilia dictum omnium luſtrationum proprium fuiſſe, ac praecipue luſtrationis cenſoriae, de qua noſter hoc loco agit. Nos tantum illud adhuc vellicat, quod nondum & alibi lectum eſt *ſolitaurile ſacrificium. Suovetaurilia* & *Solitaurilia* paſſim repetitur. Feſtus: *Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris; quod omnes ſolidi integrique ſint corporis.* Mox tamen & aliam originem tradit. *Quidam dixerunt*, inquit, *omnium trium vocabula confuſa ſuis, ovis, tauri adeffeciſſe id quod uno modo appellarentur univerſae.* Ceterum *Solitaurilia* detortum videtur ex eo, quod rectius dixere *Suovetaurilia*; quodque frequentius in Auctoribus obſervatur. Livius I, 44. *Ibi exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit.* Alia Auctorum loca notata vide à Lipſio in Notis ad IV. Hiſt. Taciti. VORST. *Solito fieri* eſt in uno Rem. & primo Bit. & Ultraj. *Viri* adſcriptum eſt in Leid. ſept. & quinto, ſed in hoc notatur punctis ut delendum: reliqui habent *inque ſolito ſacrificio.*

57. *Solemni ejus precationis carmine praeiret*] In manuſcriptis, *Solemne ei precationis carmen praeiret.* Multo melius. Sic Livius *praeeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus.* Cicero pro Milone, *Ut vobis voce praeirent.* PIGH. *Solenne ei precationis carmen praeiret.* Gronovius l. IV. Obſ. c. 16. teſtatur in cod. Andino pro *praeiret* eſſe *interpretaretur:* hujuſque verbi alteſum ei explicatio videtur. Affert quoque ibidem Auctorum loca non diſſimilia. VORST. Leid. prim. & ſec. *precationis imprecaretur*, ſept. *imprecaretur, al' prohiberet, al' iniret*, Leid. tert. *impetraretur l' ſolenne ei precationis carmine praeiret.*

Periz.

mani res meliores amplioreſque facerent, rogabantur: *Satis*, inquit, *bonae &c magnae ſunt. itaque precor ut eas perpetuo incolumes ſervent.* Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendare juſſit. Qua votorum verecundia deinceps cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano imperio petendum fuiſſe, cum intra ſeptimum lapidem triumphi quaerebantur: majorem autem totius terrarum orbis partem poſſidenti, [59] ut avidum eſſet quicquam ultra appetere, ita abunde felix, ſi nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. Neque alia ejus in cenſura moderatio pro tribunali apparuit. Centurias recognoſcens equitum, poſtquam [60] C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiſſe animadvertit, dixit *ſe ſcire illum* [61] *verbis conceptis pejeraſſe. proinde ſiquis eum accuſare vellet, uſurum teſtimonio ſuo.* Sed nullo ad id negotium accedente, [62] *Traduc equum*, inquit, *Sacerdos, ac* [63] *lucrifac*

Cic. pro Cluent. Plut. Apoph.

Periz. *predictionis carmen praeiniret.* Ceteri, *ſolemne ei precationis carmen praeiret.* & ſic Ed. Mog. ex ſolemni formula. Decius apud Liv. L. VIII. 9. *Agedum Pontifex Publicus populi Romani praei verba, quibus me pro legionibus devoveam.* & ſic L. X. 28. *M. Livium Pontificem praeire juſſit verba.*

58. *Ut Pop. Romani*] Puto & illa adjecta fuiſſe in carmine ſollemni: Uti Senatui Populoque Romano animum Dii augerent. uti hoſtibus oblivionem ac terrorem injicerent, & alia nonnulla quae ex Macrobio & Servio obſervare liceat. COLER. Vide & Suet. in Aug. C. 97. PERIZON.

59. *Ut avidum eſſet, quicquam ultra appetere, ita abunde &c.*] Lege cum MS. *eſſe.* & repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *ſenſit.* Sic Ex. 11. *eſſe* legit etiam Gronovius pro *eſſet.* PERIZON. *Eſſe* reperio etiam in decem noſtris, & Ed. Mog. ita etiam J. Fr. Gron. L. II. Obſ. 14.

60. *C. Licinium*] Nonnulli Codices *Gajum Lucinium.* Ultraj. prim. *perjuraſſe.* Multi *transduc.* ut ubique ferme in eo variant Codices, quemadmodum in *translatum*, & *tralatum.*

61. *Verbis conceptis pejeraſſe*] Jurisjurandi verba concipiebantur, & ſcribebantur. Silius l. X. *Dictataque jurant Sacramenta Deis.* Tacitus IV. hiſt. *Cum cetera jurisjurandi verba conciperent.* Hinc phraſis *conceptis verbis jurare, pejerare, dejerare.* Cujus varia alia exempla congeſſit Briſſonius in lib. VIII. de Form. VORST.

62. *Traduc equum*] Supra II, 2, 9. *transvehi* id dixit. Uterque cod. Brand. habet *transduc.* VORST.

63. *Lucrifac cenſoriam notam*] In lucro pone, quod à cenſore propter moderationem ejus non notatus atque ignominia affectus es. VORST.

64. *Ne ego in tua perſona & accuſatoris, & teſtis, & cenſoris, & judicis partes egiſſe videar*] In quatuor manuſcriptis ita; *Ne ego in tuam perſonam & accuſatoris & teſtis & judicis partes, &c. Et cenſoris*, ſuperfluum eſt, quod in vulgatis libris aſſutum ex gloſſemate aliquo videtur. PIGH. *Ne ego in tuam perſonam.* Ita Pighius è quatuor MSS. Habetque ita unus quoque cod. Brandeb. Alter *in tua perſona:* quomodo & Aldus ediderat. VORST. MS. *In tua perſona.* Atque ita ante Pighium editum fuit. Quod ille male videtur mutaſſe. Sic Ex. 14. *Nequid in perſona ſua novaretur.* Et ex. Ext. 2. *Quod in Xenocrate tamen moderatus fuit.* V. 1. 3. *in quo ſceleſta exerceas arma.* V. 1. Ext. 3. *ut officii reſpectum in iis deponeret.* VII. 2. 6. *Quam prudenter ſe Senatus in Rege Maſiniſſa geſſit.* Sic IX. 2. 1. *Quam crudeliter ſe in Mario praetore geſſit.* Liv. XLII. 9. *Qua ferocia animi uſus erat in Liguribus.* PERIZON. Undecim noſtri habent etiam *in tua perſona.* Periz. *In perſona tui.* Qui conſenſus tot locis à Perizonio firmatus fecit, ut eam lectionem revocaverim.

65. *Salutem periclitantis laeſurum*] *Periclitans* pro reo, atque eo, qui accuſatus eſt. Sic *periculum* pro accuſatione, judicio. Cicero pro leg. Manil. *Meus labor in privatorum periculis caſte integreque verſatus.* Et pro Arch. *Perſona quae minime in judiciis periculiſque tractata eſt.* VORST.

66. *Ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeveraſſent*] Priſcae editiones negationem inſerunt *ſi non & alii*, falſo: at tu muta, *ſi modo & alii:*

ju- cenſoriam notam; [64] *ne ego in tua perſona, & accuſatoris, & teſtis, & judicis partes egiſſe videar.*

Quod animi temperamentum etiam in Q. Scaevola, excellentiſſimo viro, adnotatum eſt. Teſtis namque in reum productus, cum id reſpondiſſet, quod ... ſalutem periclitantis magnopere laeſurum videbatur, diſcedens adjecit, [66] *ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeveraſſent: quoniam* [67] *unius teſtimonio aliquem credere* [68] *peſſimi eſſet exempli.* Et religioni igitur ſuae debitam fidem, & communi utilitati ſalubre conſilium reddidit. 11.

Sentio quos cives, quaeve facta eorum ac dicta [69] quam anguſto ambitu orationis amplectar. [70] Sed cum magna & multa breviter dicenda ſint de claritate excellentibus viris: [71] ſermo infinitis perſonis, rebuſque circumfuſus, utrumque praeſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio non laudanda ſibi. 12.

alii: & rem habes. LIPS. MSS. non mutant, niſi quod unus habet *id* pro *idem*, & alius, *ſi qui alii.*

67. *Unius teſtimonio aliquem credere, peſſimi eſſet exempli*] Eaedem cum altero è manuſcriptis meis, *aliquem cedere.* & verum cenſeo, aut certe, *caedere*, id eſt, perdere aliquem & adfligere. LIPS. L. xx. D. de Quaeſt. L. jurisjur. C. de teſtibus. Seneca lib. VII. Controverſ. *Uni, etiam de minori ſcelere non creditur.* Quae omnia faciunt ne credam iis, qui apud Valerium legere poſtulant *cedere* pro *credere.* Uno tamen teſte damnatus Scantinius, teſte Valerio lib. VI. cap. I. COLER. Unus cod. Brand. *Unius teſtimonio aliquem damnare.* Ita *teſtimonio* caſus eſſet ſexti, & *aliquem* cum verbo *damnare* conſtrueretur. Alter codex Brand. *aliquem cedere.* Quae lectio & Lipſio obſervata in cod. quodam eſt, eidemque placet prae altera; aut pro ea *caedere* legendum videtur. Probat & Gronovius *unius teſtimonio aliquem cedere:* & explicat verbo Taciti *dedi, per unius teſtimonium damnari.* Ita enim habere codicem Bibliothecae S. Victoris. Vide lib. ejus IV. de pec. vet. p. 708. VORST. Malim ego *cadere.* Quae vox in judiciis eſt frequentiſſima. PERIZON. *Cedere* unus Rem. Ultraj. prim. *dampnare.*

68. *Peſſimi eſſet exempli*] J. Fred. Gronovius ſcribere jubet ex MSS. *Peſſimi eſſe exempli*, & ſubaudiendum ex ſuperiore, *adjecit.* L. II. Obſ. 14. & L. IV. de Pec. Vet. p. 708. PERIZON.

69. *Quam anguſto*] Vetus *quam breviſſimo.* LIPS. Liber Dan. *incongruo*; annotarat aliquis pro interpretatione *anguſto.* COLER. *Quam anguſto ambitu.* Ita veteres typis expreſſi, & unus MS. Brand. Alter *quam breviſſimo ambitu:* quod & Lipſius in aliquo cod. obſervavit. Liber P. Dan. *quam incongruo ambitu*: quod Colerus & in textum recepit. VORST. *Quam breviſſimo* habet Ultraj. prim. *incongruo* pro varia lectione Leid. ſept. Deletum eſt in uno Rem. reliqui omnes *anguſto* tuentur; quod recte recepit Vorſtius.

70. *Sed cum magna mihi & multa breviter dicenda ſint, claritate excellentibus infinitis perſonis, rebuſque circumfuſus, utrumque praeſtare non poſſum*] In Wincheliano & aliis apertius haec & elegantius exprimuntur, *Sed cum & multa breviter dicenda ſint de claritate excellentibus viris, ſermo infinitis perſonis, rebuſque circumfuſus utrumque praeſtare non poteſt.* PIGH. Placet priſca lectio *cum magna ſtrictim, & multa breviter.* LIPS. Ed. Ven. *ſtrictim dicenda ſint.* Illud gloſſam ſapit, *ſtrictim* pro breviter Saluſtianum eſt. COLER. *Strictim* in uno Rem. & primo Ultraj. invenio. Aliquot *magna mihi & multa*, vel *atque multa*, unus Bit. *permulta.* Plures tamen *magna & multa.*

71. *Sermo infinitis perſonis rebuſque circumfuſus, utrumque praeſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio, &c.*] Abeſt antiquis pleriſque vox, *Sermo:* & ſequentia illa ſic concipiuntur, *utrumque praeſtare propoſiti nequeo quoque noſtri ratio.* Corrigo & dirigo: *utrumque praeſtare nequeo. Propoſiti quoque noſtri ratio. Sermonis* illa voce ejecta. LIPS. Vox *ſermo* deeſt in Ed. Ven. & rectiſſime, merito itaque etiam ejecta eſt à Lipſio. COLER. *Sermo infinitis perſonis rebuſque circumfuſus utrumque praeſtare non poteſt.* Ita ex cod. Wincheliano, aliiſque

ſibi omnia, ſed recordanda ſumpſit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus, & Numidicus, maxima patriae ornamenta ſtrictim ſe narrari patientur. Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat, [72] eorumque ab aemulatione virtutis profecta contentio, [73] ad graves teſtatasque inimicitias progreſſa fuerat. Sed [74] tamen cum interemptum Scipionem conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, moeſtoque vultu & voce confuſa, *Concurrite, concurrite*, inquit, *cives: moenia Urbis noſtrae everſa ſunt.* [75] *Scipioni enim Africano intra ſuos penates quieſcenti nefaria vis illata eſt.* O Rempub. pariter Africani morte miſeram, & Macedonici tam humana, tamque civili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & quantum amiſiſſet principem, & qualem haberet, recognovit. Idem filios ſuos monuit ut funebri ejus lecto humeros ſubjicerent, atque huic exequiarum, illum honorem vocis adjecit, [76] *Non fore, ut poſtea id officium ab illis viro majori praeſtari poſſet.* Ubi illa tot in curia jurgia? ubi tam multae pro Roſtris altercationes? [77] ubi maximorum ducum & civium tantorum togata proelia? Omnia nimirum iſta praecipua veneratione proſequenda delevit moderatio.

Ann. urb. 624.

Plin. VII. 44.

Numi-

que legendum cenſet Pighius. Aldina aliaeque veteres editiones ſic, *Cum magna mihi & multa breviter dicenda ſint, claritate excellentibus infinitis perſonis rebuſque circumfuſus utrumque praeſtare non poſſum.* Quam lectionem codices Brand. confirmant. VORST. *Excellentibus viris ſermo.* In ſolo eſt Leid. quinto. Reliqui fere cum Brandd. conſentiunt. Niſi quod longe plures pro *non poſſum*, habent *nequeo*, & quidam *propoſitique*, vel *propoſiti quoque*, hoc modo. *Utrumque praeſtare nequeo; propoſitique* (vel *quoque*) *noſtri ratio non laudanda &c. non poſſum itaque* omiſſum eſt in Ultraj. prim. *Itaque* in ſec.

72. *Eorumque ab aemulatione virtutis profecta contentio*] Periz. *Aemulatione virtutis profecta concitatio.* Deleta praepoſitione. *Concitatio* eſt etiam in tribus aliis.

73. *Ad graves teſtataſque inimicitias*] Nimis haec exaggeraſſe videtur noſter. Cicero enim in libb. de Off. ſcribit, inter Scipionem & Metellum diſſenſionem fuiſſe ſine acerbitate. VORST. *Teſtatae* quaſi literarum teſtimonio ſignatae, denunciatae. Vide Lipſ. Excurſ. ad Tac. L. II. Ann. 70. PERIZON.

74. *Sed cum interemptum Scipionem*] Quatuordecim MSS. cum omnibus Edd. *Sed tamen cum interemptum.* Quod cur ſpreviſſem? Deinde Leid. ſec. *In publicum ſe prorupit.* Unus Rem. *urbis veſtrae*, idem cum Leid. ſept. *vis allata eſt.* Unus Rem. delet interjectionem *O.* item *pariter.*

75. *Scipioni Africano intra ſuos penates quieſcenti*] Intelligendus Scipio Africanus minor ſive poſterior: qui & Scipio Aemilianus dictus. Epitome lib. LIX. Liv. *Cum fortis ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, Sempronia uxor*, &c. VORST.

76. *Non fore*] Aliter Plinius libro VII. cap. 44. *Si quidem liberis dixit: Hi filii, celebrate exequias: nunquam civis majoris funus videbitis.* COLER.

77. *Ubi maximorum ducum & civium tantorum togata proelia*] Vetus, *tantum non togata:* bene ad meum ſenſum. LIPS. *Civium tantorum.* Ineptiae & merae nugae prae lectione libri jam toties à me laudati, in quo ſcriptum inveni: *Maximorum Ducum & civium tantum non togata proelia.* Tantum adhuc ſalutis bonis auctoribus à libris veteribus debetur. COLER. *Maximorum ducum & civium tantum non togata proelia.* Aldus pro *tantum non* ediderat *tantorum* quod & retinuerat Pighius. At Colerus è cod. P. Dan. reſcripſit *tantum non*, formulam loquendi Valerio uſitatiſſimam: quod & ipſe valde probo. Habet ita unus quoque cod. Brandeb. Alter, *Maximorum ducum & civium tanta togata proelia.*

Numidicus autem Metellus populari factione patria pulſus in Aſiam ſeceſſit. 13. Ann. urb. 654. Livius LXIX. A. Victor LXII.
78 In qua cum ei forte ludos Trallibus ſpectanti literae redditae eſſent, quibus ſcriptum erat, maximo ſenatus & populi conſenſu reditum illi in Urbem datum, non e theatro prius abiit, quam ſpectaculum ederetur: non laetitiam ſuam proxime ſedentibus ulla ex parte patefecit; ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. Eundem conſtat pari vultu, & exulem fuiſſe, & reſtitutum. adeo moderationis beneficio, medius ſemper inter ſecundas & adverſas res animi firmitate verſatus eſt.

Tot familiis in uno genere laudis enumeratis, 79 Porcium nomen velut expers hujuſce gloriae ſilentione praetereundum? Negat fieri debere 80 poſterior Cato, non parvo ſummae moderationis fiſus indicio. 81 Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in urbem deportaverat. Cujus miniſterii gratia ſenatus 82 relationem interponi jubebat, ut praetoriis comitiis 83 extra ordinem ratio ejus haberetur. Sed ipſe id fieri paſſus non eſt, *iniquum eſſe*, affirmans, *quod nulli alii tribueretur, ſibi decerni.* Ac nequid in perſona ſua nova- 14. Ann. urb. 617. Plutarchus. Dion XXXIX.

proelia. Quae lectio & ipſa non mala eſt. VORST. Tredecim noſtri *maximorum civium & ducum tantorum togata proelia.* Unus Leid. *cogitata proelia.* Cop. delet *tantorum.* Ultraj. prim. *tanta.* *Tantorum* facile retineri poteſt; niſi jurgia illa in curia, & altercationes in foro *togata proelia* abſolute à noſtro dici, nimis audax videatur, quod, qui cognitum habet Valerii genium, non putabit.

78. *In qua, cum ei forte ludos Trallibus ſpectanti literae redditae eſſent*] Sic etiam in manuſcriptis, exceptis Colonienſi, Cauchiano exemplaribus, in quibus *Ludos theatrales ſpectanti*, habetur. Et ſane nomen loci illius diverſimode proditur. Livius enim Rhodi exulaſſe Numidicum ſcribit, Auctor de Viris illuſtribus, Smyrnae. PIGH. *Ludos Trallibus ſpectanti.* Notat Pighius in duobus codd. legiſſe ſe *ludos theatrales*; de loco autem ubi ludi illi facti, auctores diſſentire. Livium enim Rhodi, alium Smyrnae eum exulaſſe prodidiſſe. VORST. *Theatrales* habet Bit. prim. Leid. tert. ſed Periz. *Theatricales.*

79. *Porcium nomen velut expers hujuſce gloriae ſilentio praetereundum ſe negat, poſterior Cato non parvo, &c.*] Truncum locum eſſe ex veterum librorum conſenſu colligere eſt. Plura enim exemplaria ſic habent, *Silentio praetereundum ſe negat fieri debere.* Campenſe autem, *Silentio ne praetereundum, &c.* Equidem puto particulam *ſe* iſthic ocioſam eſſe, atque ejus loco ſubſtituendam interrogationis notulam, eaque ratione Valerium integritati ſuae reſtitui poſſe, ſi legamus; *Tot familiis in uno genere laudis enumeratis Porcium nomen velut expers hujuſce gloriae ſilentione praetereundum? negat fieri debere poſterior Cato, non parvo ſummae moderationis fiſus indicio.* PIGH. *Negat fieri debere.* Lib. Dan. *Negat ſe poſterior.* Vulgaris lectio manum ſpurcam redolet. *Negat*, inquit Valerius, *poſterior Cato ſe praetereundum eſſe.* COLER. *Silentione praetereundum? Negat fieri debere poſterior Cato.* Ita Pighius è cod. Campenſi. Ante quem Aldus & alii ediderant, *Silentio praetereundum ſe negat. Poſterior Cato.* Ut *ſe* ad id quod praecedit *Porcium nomen* pertineat. Verum trunca haec eſſe & voculam *ſe* extrudendam, intelligi vel ex eo licet, quod in plurimis codd. inque ipſis Brand. additur *fieri debere*, legiturque *Silentio praetereundum ſe negat fieri debere.* VORST. Omnes MSS. legunt ut Brand. *Silentio praetereundum ſe negat fieri debere poſterior Cato*, & ſic Mog. ſolus Copeſ. omittit *fieri debere*, unde Celeb. Perizonius conjiciebat, *ſilentio negat praetereundum poſterior Cato*, deleto *ſe*. Forte excidit repetitum continuo verbum *negat*, ut auctor ſcripſerit, *ſilentio praetereundum ſe negat. Negat fieri debere poſterior Cato. Praetereundum ſe negat*, ſcil. *Porcium nomen.*

80. *Poſterior Cato*] Catonis majoris nepos, qui

novaretur, [84] campeſtrem experiri temeritatem, quam curiae beneficio uti ſatius eſſe duxit.

15. Ad externa jam mihi exempla tranſire conanti, M. Bibulus, vir ampliſſimae dignitatis & ſummis honoribus functus, [85] manus injicit. Qui cum in provincia Syria moraretur, duos egregiae indolis filios ſuos [86] a Gabinianis militibus [87] Aegypti [88] occiſos eſſe cognovit. Quorum interfectores ad eum vinctos [89] regina Cleopatra miſit, ut graviſſimae cladis ultionem arbitrio ſuo exigeret. At ille oblato beneficio, quo nullum majus lugenti tribui potuerat, dolorem moderationi cedere coëgit; carnificeſque ſanguinis ſui intactos e veſtigio ad Cleopatram reduci juſſit: dicendo, *poteſtatem hujus vindictae non ſuam, ſed ſenatus eſſe debere.*

Ann. urb. 703. Caeſ. B. Civ. III. 4. Seneca ad Marciam.

Externa.

1. Tarentinus [90] Archytas [91] dum ſe Pythagorae praeceptis Metaponti [92] penitus

Cic. Tuſc. IV.

qui perlecto Platonis Phaedone, quo de immortalitate animae agitur, gladio incubuit Uticae, indeque *Uticenſis* dictus eſt. VORST.

81. *Cypriacam pecuniam*] Ptolemaeus, rex Cypri, magnam vim pecuniae coëgerat. Lata autem à P. Clodio lege de rege ejiciendo, ac Cypro inſula in provinciam redigenda, miſſus fuit Cato, qui regiam pecuniam Romam deportaret. Qui quidem Cato rem ita geſſit, ut nulli repetundarum in ſe accuſationi locum reliquerit, omnique crimine liber ſumma fide omnem pecuniam Romam deportarit, ut in lib. XXXIX. Dionis Caſſii fuſius legere eſt. Vide & infra IV. 3. 2. VORST.

82. *Relationem interponi jubebat*] Barb. prim. *Relationem interponi debere jubebat.* Unus Rem. *Iniquum affirmans*, alius Rem. delet *alii*. Tres, *id ſibi decerni.*

83. *Extra ordinem ratio ejus haberetur*] Per certos gradus ad honores perveniebatur. Qui ſi non obſervarentur, *extra ordinem* rationem alicujus haberi dicebant. VORST.

84. *Campeſtrem experiri*] Lege Plinii elegantem illam & oppido quam doctam praefationem ad Veſpaſianum. COLER. *Campeſtrem experiri temeritatem.* Maluit Cato in campum Martium deſcendere, atque ita fortunam experiri, quomodo alii ſolebant. In campo Martio enim habebantur comitia magiſtratuum creandorum cauſſa. VORST.

85. *Manus injicit*] Leid. ſec. *Injecit.*

86. *A Gabinianis militibus Aegypti occiſos cognovit*] In Campenſi; *à Gabinianis militibus occiſos eſſe cognovit.* vox *Aegypti*, ſane ſuperabundat. PIGH. *A Gabinianis militibus.* Fuerunt hi in Aegypto, & quidem Alexandriae. Dicti autem ſunt ita quod Gabinius, cum Ptolemaeum regem in regnum reduceret, eos apud regem in Aegypto reliquerat. Caeſar III. B. C. *In hoc erant numero complures Pompeji milites; quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam transduxerat, belloque confecto apud Ptolemaeum patrem pueri reliquerat.* VORST. Vide & Davieſ. ad Hirt. de Bel. Alexandrino C. 3. *Paucis annis ante Gabinium cum exercitu fuiſſe in Aegypto.*

87. *Aegypti occiſos eſſe*] Id eſt, in Aegypto. Nam & regionum nomina, ſive in loco, ſive ad locum motus ſignificetur, interdum ſine praepoſitione ponuntur. Et male fecit Pighius, quod, cum in uno cod. *Aegypti* non reperiſſet, ilico id expunxit. Omnes antiquiores typis expreſſi habent: & MSS. item Brand. VORST. Et ſeptemdecim noſtri habent *Aegypti*. Sic infra L. V. 3. 3. ext. *Senectutem Cypri profugus exegit.* Terent. Adelph. II. 2. 22.

——— *Et item hinc alia, quae porto Cyprum.*

Vide & Sanctii Min. in Ell. v. *urbs*. Juſt. L. VI. 1. 7. *Qui tum Cypri exulabat.* ubi *Cypri* pro gloſſa habet Schefferus, haud opinor ex vero.

88. Oc-

ſitus immergit, magno labore, longoque tempore ſolidum opus doctrinae complexus; [93] poſtquam in patriam revertitur, ac rura ſua reviſere coepit, animadvertit [94] negligentia villici corrupta & perdita: intuenſque male meritum: [95] *Sumpſiſſem*, inquit, *a te ſupplicium*, *niſi tibi iratus eſſem.* [96] Maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram gravius juſto punire.

Nimis liberalis Archytae moderatio: Platonis temperatior. nam cum adverſus delictum ſervi vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictae diſpicere non poſſet, Speuſippo amico caſtigationis arbitrium mandavit; deforme ſibi futurum exiſtimans, ſi commiſiſſet, ut parem reprehenſionem culpa ſervi, & animadverſio Platonis mereretur. Quo minus miror, quod [97] in Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit. [98] Audierat eum de ſe multa impie locutum: ſine ulla cunctatione criminationem reſpuit. [99] Inſtabat

2. Plutarch. de lib. educ. Diog. Laërt.

88. *Occiſos eſſe cognovit*] *Eſſe* non invenitur in MSS. decem, & omnibus Edd. praeter Mog. Deinde omnes fere ſcripti cum Ed. Mog. *tribui poterat.*

89. *Regina Cleopatra*] Pater hujus fuit Ptolemaeus, is quem Gabinius in regnum reduxerat, quique praeter filium natu majorem hanc quoque filiam Cleopatram heredem teſtamento fecerat. Regno autem expulſa à fratre bellum cum eo geſſit tum cum Pompejus à Caeſare victus in Aegyptum profugit; tandemque à Caeſare eodem veniente in regnum reſtituta eſt, ut ex libro Hirtii de B. Alex. ſciri poteſt. VORST. Vide & Caeſ. L. III. de B. C. C. 103. de Bel. Alex. C. 33.

90. *Archytas*] Cic. in Tuſculanis. Illud ex ejuſdem Hortenſio citatur: *Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui cum ad villam veniſſet & omnia aliter offendiſſet ac juſſerat.* COLER.

91. *Dum ſe Pythagorae praeceptis Metaponti penitus immergit*] *Praecepta* pro doctrinis, ut ſaepe. *Metapontum* oppidum Italiae in ſinu Tarentino. VORST.

92. *Penitus immergit*] Leid. tert. *injungit.*

93. *Poſtquam in patriam revertitur*] Ultraj. prim. Leid. prim. quint. ſext. *revertit*, Periz. *reverſus eſt. Revertit* non improbem, propter ſequens *coepit*. Tum Ultraj. ſec. *domum*. Leid. ſept. *domum*, *al' in patriam*. Ed. Mog. *poſtquam in domum revertitur.* ubi vides *domum* manifeſte è gloſſa in locum *patriam* irrepſiſſe, ex praepoſitione nempe addita. Porro Leid. tert. *malum meritum.* Quaſi *malum* poſitum eſſet pro *poenam.* Sed praeplacet vulgatum.

94. *Negligentia villici corrupta*] Archytam, praeterquam quod ſcientiis Mathematicis aliiſque operam dedit, etiam agriculturae ſtudioſum fuiſſe, apparet ex eo quod Varro & Columella inter ſcriptores rei ruſticae & ipſum numerant. VORST.

95. *Sumpſiſſem à te ſupplicium*] Aliter dicunt *ſumere de aliquo ſupplicium*: quod quidem & frequentius eſt. Praepoſitiones *à* & *de* in quibuſdam phraſibus permutantur. Ita dicunt *emere ab aliquo* & *de aliquo*: *audire ab aliquo* & *de aliquo.* Vide lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 206. indicemque in Nep. v. *ſupplicium.* Ceterum pro *ſumpſiſſem* apud Valerium unus cod. Brand. habet *ſumerem*: quod quidem & magis placet. VORST. *Sumerem* etiam Ultraj. prim.

96. *Maluit enim impunitum dimittere*] An, *Maluit eum impunitum dimittere?* PERIZON.

97. *In Xenocrate moderatus eſt*] Pro *moderatus eſt ſibi*, *moderatus eſt animo ſuo.* Quod *moderari* ſic abſolute ponitur, id conſentaneum eſt ei quod *moderationem animi*, ut ſupra monuimus, & *moderationem* vocat; quodque is qui ſibi, ſuoque animo moderatur, *moderatus* dicitur. Cicero pro Font, *Moderatus & temperans in omnibus vitae partibus.* VORST.

98. *Audierat eum multa de ſe impie locutum*] Nonnulli MSS. *multa impia.* Ante edebatur *audierat enim eum.* Sed conjunctionem expulit Pigh. faventibus compluribus MSS. non omnibus tamen. *Eum* delet Copeſ.

99. *Inſtabat certo vultu index*] MS. *Torvo*, optime. Sed *certus vultus* habitus forte à Valerio pro ſigno conſtantiae in judicando, pro non

bat certo vultu index, cauſſam quaerens [100] cur ſibi fides non haberetur: adjecit, *non eſſe credibile, ut* [1] *quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur.* Poſtremo, cum ad jusjurandum [2] inimicitias ſerentis malignitas confugiſſet, [3] ne de perjurio ejus diſputaret, affirmavit *nunquam Xenocratem illa dicturum fuiſſe, niſi ea dici expedire ſibi judicaſſet.* [4] Non in corpore mortali, ſed in arce coeleſti, & quidem armatum animum ejus, vitae ſtationem putes peregiſſe, humanorum vitiorum incurſus [5] a ſe invicta pugna repellentem, [6] cunctoſque virtutis numeros altitudinis ſuae ſinu clauſos cuſtodientem.

3. Plut. in vita. Nequaquam Platoni literarum commendatione par [7] Syracuſanus Dion: ſed [8] quod ad praeſtandam moderationem attinet, [9] vehementioris experimenti. Patria pulſus a Dionyſio tyranno, [10] Megaram petierat. ubi cum Theodorum, principem ejus urbis, domi convenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti ſuo, *Patienter hoc ferendum eſt*, ait. *forſitan enim & nos, cum in gradu dignitatis noſtrae eſſemus, aliquid tale fecimus.* Qua tranquillitate conſilii, ipſe ſibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

Thraſy-

non confuſo qualis ſolet eſſe hominum mentientium & ſibi diffidentium; ſic contra *incertus vultus* eſt paventium apud Sall. Jug. 106. Mart. v. 61. *Sane certus & aſper homo eſt.* PERIZON. *Torvo* eſt in utroque Barb. Ultraj. ſec. Leid. tert. *certo l, torvo.* recte τὸ *certo* explicuit Cl. Perizonius; poſſis *torvo* tamen tueri, utpote iraſcentis, quod ſibi fides non haberetur.

100. *Cur ſibi fides non haberetur*] Unus Rem. & Med. ſec. *adhiberetur.*

1. *Quem tantopere amaret*] Nonnulli Codd. *tanto opere*, item, *poſtremo cum jam ad jusjurandum*: Quod vult etiam Leid. quint. habens *cumdam.* Cop. *cum ad ejus.*

2. *Inimici aſſerentis malignitas*] Libri manuſcripti habent, *Inimicitias ſerentis malignitas.* Non reprobanda lectio, quamvis delatores inimici vere poſſunt appellari. PIGH. *Inimicitias ſerentis malignitas.* Ita recte ex codd. MSS. reſcripſit Pighius; cum Aldus edidiſſet *inimici aſſerentis malignitas.* Habetque ita unus quoque cod. Brand. & vetus typis expreſſus Mart. Herbip. VORST. *Inimicitias ſerentis* habent uterque Ultraj. Copeſ. Leid. prim. quint. ſext. & Ed. Mog. Sed Med. prim. & Periz. *Inimicitias aſſerentis.* Reliqui *inimici aſſerentis.* Bene elegiſſe puto Pighium. Id enim agebat ille delator, ut Platonem Xenocrati infeſtum redderet. Praeterea non memini alibi auctorem noſtrum τῷ *aſſerere* uti pro *aſſeverare.* De quo uſu verbi *Aſſerere* vide Celeb. Graevium ad Juſt. L. xxxviii. 2. 5. Recte vero *ſerere inimicitias.* ut *ſerere bella ex bellis.* Liv. L. iii. 6. L. ii. 18.

3. *Ne de perjurio ejus diſputaret*] Recte ex MSS. ita Pighius. Editiones, praeter Mog. & Mediol. exhibebant *diſputaretur.* Unus Rem. delet *armatum.*

4. *Non in corpore mortali*] MS. *in corde.* Non male, quia illud quaſi arx humana haberi poteſt. PERIZON.

5. *A ſe invicta &c.*] Leid. ſec. *Incurſus invicta pugna repellente, cunctosque virtutis numeros altitudinis ſinu clauſos cuſtodientem.*

6. *Cunctos virtutis numeros*] *Numeri virtutis*, locutio à re palaeſtrica petita videtur. Seneca vii. de Benef. c. 1. *Magnus luctator eſt non qui omnes numeros nexuſque perdidicit, quorum uſus ſub adverſario rarus eſt; ſed qui in uno & altero ſe diligenter exercuit, & eorum occaſiones diligenter exſpectat.* Quintilianus L. xii. *Ut palaeſtrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco diſcentibus tradunt*, &c. Ut noſter dicit *cunctos virtutis numeros*, ita Plinius L. 1. ep. 11. *omnibus numeris pudoris.* Dicunt quoque *omnes numeros implere, omnibus numeris perfectus, omnibus numeris abſolutus.* VORST.

7. *Syracuſanus Dion*] Denuo hic abeſt *Dion* à multis MSS. ut ſupra L. iii. 8. Ext. 5.

8. *Quod ad praeſtandam moderationem attinet*] MSS. quindecim & Edd. vetuſtiſſimae *attinuit.*

9. Ve-

Thraſybulus etiam hoc loci apprehendendus eſt: qui populum Athenienſem XXX tyrannorum ſaevitia ſedes ſuas relinquere coactum, diſperſamque & vagam vitam miſerabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum, in patriam reduxit. Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. [11] Plebis enim ſcitum interpoſuit, nequa praeteritarum rerum mentio fieret. Haec oblivio, quam Athenienſes [12] ἀμνηςίαν vocant, [13] concuſſum & labentem civitatis ſtatum, in priſtinum habitum revocavit. 4. Corn. Nep. in vit. Juſt. v.

Non minoris admirationis illud: [14] Staſippus Tegeates, hortantibus amicis ut gravem in adminiſtratione reipublicae aemulum, ſed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret vel ſummoveret, negavit ſe facturum; ne quem in tutela patriae bonus civis locum obtineret, malus & improbus occuparet: [15] ſeque potius vehementi adverſario urgeri, quam patriam egregio advocato carere praeoptavit. 5.

Pittaci quoque moderatione pectus inſtructum, qui Alcaeum poëtam, & [16] amaritudine odii, & [17] viribus ingenii adverſus ſe pertinaciſſime uſum, [18] tyran- 6.

9. *Vehementioris experimenti*] Inter excerpta Gudiana notatur ita. *Ipſa phraſis Valeriana poſtulat exempli.* Sic L. III. 8. 5. Ext. *Quem Syracuſanus Dion exempli gravitate praegravat.* *Exempli* exſtat in uno Rem. Leid. tert. & ſept. *experimenti l' exempli.* Sed nulla opus eſt mutatione L. III. 8. Ext. 3. *Adeo certum conſtantiae haberi poteſt experimentum.*

10. *Megaram*] Retinent hoc MSS. ut ſupra L. III. 2. Ext. 4. *Leuctram*, ubi vide. Reliqui fere *Megara* in plurali dicunt. Conſule Nob. Heinſium ad Vell. L. II. 2. 5.

11. *Plebis ſcitum enim interpoſuit.*] Vetus & vera ſcriptio, *plebei enim ſcitum.* LIPS. Lib. Dan. elegantiſſime: *Plebei enim ſcitum.* COLER. *Plebis enim ſcitum interpoſuit.* Miror quid ſit quod Pighius maluit, *plebis ſcitum enim*; quodque Thyſius hunc ſecutus *plebiſcitum enim* ſcripſit. Antiquiores editiones habent *Plebis enim ſcitum*, aut *Plebi enim ſcitum.* Notat & Lipſius, veterem & veram ſcriptionem eſſe *plebei enim ſcitum.* Teſtaturque Colerus, codicem P. Danielis planiſſime ſic habere. Nec dubito codices quoque Brand. initio ſic habuiſſe. Legitur quidem in utroque *plebis enim ſcitum*: verum literam S diverſa manu ſcriptam apparet. VORST. Inter *plebis*, *plebi* & *plebei* MSS. noſtri fluctuant, ſed vix ullus eſt, qui *enim* in medio non interponat.

12. Ἀμνηςίαν] De hac multi. Eam laudabiliter repetivit, ſingulari decreto Aurelianus, teſte Vopiſco. COLER.

13. *Concuſſum & labentem civitatis ſtatum*] An *contuſum*? quae vox frequens Valerio. L. III. 8. Ext. ult. *Excellentiſſimis opibus Darii contuſis*, & ſic alibi. Sed L. IX. 8. init. *Quorum hominum mentes concuſſae.* PERIZON. Malo *concuſſum.*

14. *Staſippus Tegeates*] *Tegea* opidum Arcadiae, in quo Pan praecipuis honoribus cultus, qui inde *Tegeaeus* dictus. Virg. L. I. Georg.

Adſis o Tegeaee favens.

VORST. Leid. ſec. *Stragippus.* Med. ſec. *Egeates* Barb. ſec. *Regeates al' Tegeates.* Deinde Leid. quint. *Ne eum, quem.* quatuor *in tutelam patriae.* Quod eſt in ceteris Edd. exceptis Mog. & Mediol.

15. *Seque potius vehementer adverſario urgeri*] Colonienſis & Wincheliani collegii liber, *vehementi.* Rectius. PIGH. *Vehementi adverſario urgeri.* Ita Pigh. in duobus Codd. ſcriptum reperit, cum alii tam MS. quam typis expreſſi habeant, *vehementer adverſario urgeri.* VORST. *Vehementer* eſt in MSS. duodecim. Leid. quint. *vehementi.* ſept. *vehementer al' vehementi.* Opponuntur *vehemens adverſarius* & *egregius advocatus.*

16. *Amaritudine odii*] Alcaeus Pittacum Σα-

 ςράποδα

[18] tyrannidem a civibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo poſſet, admonuit.

7. Diog. Laërt. in vita. Hujus viri mentio ſubjicit ut de ſeptem ſapientium moderatione referam. [19] A piſcatoribus in Mileſia regione [20] verriculum trahentibus, quidam jactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea menſa Delphica, orta controverſia

ράποδα vocitabat. Suidas: Σαράπους, οὕτως ἐκάλει Ἀλκαῖος Πιττακὸν τὸν φιλόσοφον, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ σύρειν τὼ πόδε. Latini τὸν Σαράποδα *Plancum* reor vocant. Feſtus: *Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus planis ſunt.* Gloſſarium: *Plancus* πλατύπους. *Plancos* etiam *Plautos* fuiſſe dictos Feſtus adfirmat, *Ploti*, inquit, *appellantur, qui ſunt planis pedibus. unde & Poëta Accius, quia Umber Sarſinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus.* Ex quibus verbis feſtine olfacias verbum *Plotus* Umbriae proprium fuiſſe initio. Nam poſtea Romanos *Plautum* appellaſſe, quem alias *Plancum* dicimus ex Plinio diſcas libro XI. capite 45. illi ipſi tamen & ſua lingua *Plautum* vocitabant canem, latis & pendentibus auribus. Feſtus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae ſunt ac flaccidae & latius videntur patere.* Gloſſarium vetus: *Plautus* Βραχύωτος. Hinc *Plautus* Comicus *cum latranti nomine* dictus in prologo Caſinae, in quo loco exponendo magni viri lapſi ſunt. Ad Pittacum redeo; quem Laërtius ſcribit, illis etiam acerbiſſimis vocabulis verberatum eſſe ab Alcaeo, nominatumque Χειροπόδην, Γαύρηκα, Φύσκωνα, Γάστρωνα, Ζοφοδορπίδαν, Ἀγάσυρτον. de quibus verbis erudite diſſerit Caſaubonus. COLER.

17. *Viribus ingenii adverſus ſe uſum*] Diog. Laert. in vita Pittaci narrat, quot ignominioſis nominibus Pittacum appellaverit Alcaeus. Vocavit enim σαράποδα, χειροπόδην, γαύρηκα, φύσκωνα, γάστρωνα ζοφοδορπίδαν, ἀγάσυρτον. Quae vocabula Caſaubonus excuſſit in notis. VORST.

18. *Tyrannidem à civibus Mitylenae delatam*] *Mitylenae.* vox in nullo veteri libro reperitur. Atque haec ejuſque generis plurima ſe ex interlinearibus exemplarium gloſſulis operi inſinuarunt in contextum Valerianae orationis negligenter à librariis admiſſa. PIGH. *Tyrannidem à civibus delatam.* Laërt. τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μιτυληναῖοι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρησαν αὐτῷ. *Pittacum in ſummo honore habuere Mitylenaei, eique principatum tradiderunt,* Vocabulo *tyrannidis* more antiquorum utitur noſter, pro *principatu*, qui alicui ſponte defertur, juſtuſque eſt. Ita Nepos Miltiadem *Tyrannum*, ſed *juſtum* appellatum ſcribit. VORST.

19. *A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus*] Priſca editio, *reticulum trahentibus.* An & *retejaculum*? PIGH. *In Mileſia regione.* Diod. Sic. A piſcatoribus Meſſeniis aereum tripodem è mari extractum, cui inſcriptum erat τῷ σοφωτάτῳ, eumque Bianti datum, refert, in Exc. Peireſ. p. 237. Vide etiam Phil. Ruben. Elect. I. 34. PERIZON.

20. *Verriculum*] Liber Danielis. *Everriculum.* An utrumque dicitur? Horat. lib. II. Satyr. 3. —— *tu piſces hiberno ex aequore verris.* Sed *everriculum* Ciceronem dixiſſe teſtatur Nonius. Sed σχηματικῶς dixit de Verre Cicero, haud me hercule inficete: *Quod unquam, judices, hujuſmodi everriculum ulla in provincia fuit?* Nomen Verris aperte alludit. ut & illo loco: *Quo die Siciliam tetigit (videte ſatiſne paratus ex illo omine urbano ad everrendam provinciam venerit) ſtatim Meſſana litteras mittit.* Sic libro V. de Natura Deorum: *Inde judicium publicum rei privatae lege Laetoria. inde everriculum malitiarum prooemium, judicium de Dolo malo.* Judicium de Dolo malo *everriculum malitiarum* appellat, quomodo potuit venuſtius? Haud abſimili figura, idem Romuli nepotum diſertiſſimus dixit *Forum purgare*, quem tamen locum Manutius (*forum ſpurces* legens) mirifice conſpurcare conatur, Orat. pro Sextio. Plautus Truculento, incertum magiſne haec illuſtret an magis ab his illuſtretur, dum ita loquitur:

Qui bona ſua pro ſtercore habet, foras jubet ferri. metuit
Publicios. mundiſſimum ſit. puras ſibi vult eſſe aedis.
Domi quidquid habet, verritur ἔξω.

Eadem fabula:

Is cum anima ad eam habentiam omnem everrerit.

COLER. Unus Codex Brand. *everriculum*, id quod & in libro P. Danielis obſervavit Colerus. Dixit & Cicero *everriculum* uſuſque vocabulo

verſia eſt; illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, [21] hoc fortunam jactus ſe emiſſe dicente. [22] Qua conditione propter novitatem rei & magnitudinem pecuniae, ad univerſum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum conſuli, *cuinam adjudicari menſa deberet.* Deus reſpondit, *illi eſſe dandam, qui ſapientia ceteros praeſtaret*, [23] his verbis:

[24] Ὅς

bulo figurate eſt de Verre. *Quod unquam judices*, inquit, *hujuſmodi everriculum in ulla provincia fuit.* Ad Etymon vocabuli alludit & Hor. L. II. Sat. 3. dicit. *Tu Piſces hiberno ex aequore verris.* VORST. *Everriculum* Leid. ſec. quint. ſept. Med. ſec. Periz. *Everticulum.* Copeſ. Barb. prim. *al' reticulum.* Reliqui *verriculum*, cum Edd.

21. *Hoc fortunam ductus emiſſe dicente*] Manuſcripti libri tres, *Hoc ſe fortunam tractus emiſſe dicente.* Recte, ait enim *verriculum traxiſſe* piſcatores. PIGH. *Hoc fortunam tractus ſe emiſſe dicente.* Alii libri, *ductus*; non, *tractus*: duo è meis, *jactus*, quod aeque placet. LIPS. *Tractus.* Liber Danielis *Ductus. Ductum piſcium* dici, non ambigo. Plautus Truculento:

——— reti impedit
Piſces uſque adeo donicum eduxit foras.

Sic *arundine piſces ducere* memini me apud Ovidium legiſſe. Hic impegerat Pighius. COLER. *Hoc fortunam jactus ſe emiſſe.* Vocem *jactus* obſervavit & Lipſius in duobus Codd. & conſentaneum hoc eſt illi quod ſupra dixit *jactum emere.* Aldus & Chalcocond. ediderant *fortunae ductus.* Pro quo Pighius è tribus Codd. reſcripſit *fortunam tractus.* Latinum *jactus* optime convenit cum Graeco βόλος. quo eamdem rem exprimit Laërtius in Thalete. VORST. Idem placebat Guyeto. Vide & Dan. Heinſium Lect. Theocr. C. 3. *jactus* habet Ed. Mog. MSS. inter *tractus*, *ductus* & *jactus* varie fluctuant; ita ut non pauci haec duo *tractus* & *ductus*, vel *ductus* & *jactus*, Leid. tert. *tractus*, *l' ductus*, *l' jactus* habeant. ſept. *fortunae ductus emiſſe*, al' *fortunam tractus. Tractus* aeque poteſt habere locum, quam *jactus*, ut etiam reſpexerit ad praecedens *verriculum trahentibus.* Imo *jactus*, & *ductus* potius gloſſae videntur quam *tractus*, quod eo ſignificatu non ubique obvium eſt, quam contra. *Se* in pleriſque deeſt MSS. & Editis. Vide ſupra L. IV. 1. 8.

22. *Qua conditione propter novitatem rei ad univerſum populum delata*] Omnino ſcribendum *qua cognitione.* LIPS. *Qua conditione.* Lipſius legendum conjicit *qua cognitione.* VORST. *Qua conditione ad univerſum ejus civitatis populum delata.* Lipſi legit ſatis ingenioſe ut ſolet. *Qua cognitione.* ſupra I. 5. 8. infra VIII. 1. dam. 3. VIII. 1. amb. 2. Sed major debet eſſe auctoritas MS. qui non minus recte *contentione* legi jubet. Paulo ante enim dixerat ortam eſſe *controverſiam.* Sed forte *condictione.* Cicero tamen pro Caelio C. 6. *Quare iſta conditio judices reſpuatur, nec Catilinae familiaritatis crimen haereat.* Vide & omnino Juſt. XXXVI. 6. ibique notas Bernecceri & Schefferi. Auctor ad Herennium II. 13. *Ni peragunt ante meridiem, in Comitio aut in foro cauſſam conicito.* Ubi vide Gothofred. qui legit *conjicito. Et cauſſae conjectionem* interpretatur ex T. 1. D. de Reg. Juris. ubi item vide notas. Gell. XVII. 2. *Cauſſam conjecto* dixit. Forte *condicito* & in Reg. 1. *condictio.* Sed Jac. Gothofredus in not. ad XII. Tabb. tab. 1. legendum contendit. *cauſſam conſcito.* Apud Gellium & auctorem ad Heren. & intelligit de Praetore exponitque *cognoſcito.* Quoniam & Cyrilli gloſſae συγγινώσκω *conſcio. Conjicito* vero plane rejicit. Vide & Cuper. Obſ. II. 15. extr. PERIZON. Leid. tert. *conditione* l' *contentione. Contentione* Ultraj. ſec. Leid. ſext. Periz. *contradictione.* Unus Bit. & Barb. *contentione* fuit in Editis ante Pighium, & ſatis tolerari potuerat.

23. *His verbis Graecis*] Vox *Graecis*, gloſſema eſt, quae quidem in manuſcriptis non reperitur, ἔκγονε μιλήτου, &c. neque item oraculi verſus ille prior. Unde colligo Valerium ſolummodo poſteriorem, quo Apollinis reſponſum continetur, poſuiſſe, prioremque addidiſſe poſtea librarios ex Diogene Laërtio, qui ambos verſus recitat. PIGH.

24. Ὅς Σοφίῃ πάντων] Integrum reſponſum tale eſt:

Ἔκγονε Μιλήτου τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς;
Τίς Σοφίῃ πάντων πρῶτος; τούτῳ τρίποδ' αὐδῶ.

Sic enim hos verſus reſtituit τῇ ἑλληνικῇ φιλολογίᾳ πάντων πρῶτος Caſaubonus. Oraculum ſic verto:

De

[24] Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ.

[25] Tum Mileſii conſenſu Thaleti menſam dederunt. Ille [26] ceſſit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepſque per omnium ſeptem ſapientium orbem, ad ultimum, ad Solonem pervenit. Qui & titulum [27] ampliſſimae ſapientiae, & praemium ad ipſum Apollinem tranſtulit.

8. Plutarch. Lycurgo. [28] Atque ut Theopompo quoque, Spartanorum regi, moderationis teſtimonium reddamus, [29] cum primus inſtituiſſet ut Ephori Lacedaemone crearentur, ita futuri regiae poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romae conſulari imperio

De tripode ex tripode Phoebi, Mileſie, quaeris? Quem penes eſt ſummum ſapientia? Delphicam habeto.

COLER. Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ. Apud Laërtium in Thalete idem verſus ſic legitur:

Τίς σοφίῃ πάντων πρῶτος; τούτῳ τρίποδ' αὐδῶ.

Et exiſtimat Caſaubonus, illud ἂν δῶ, quod eſt apud noſtrum, perſpicue corruptum eſſe ex αὐδῶ. Ceterum Aldus non unum, ſed duos verſiculos Apollinis hic poſuerat; & priorem quidem hunc,

Ἔκγονε Μιλήτου τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς.

Qui verſus & apud Laërtium reperitur. Sed ait Pighius, verſum illum in libris MSS. Valerii non reperiri; & addidiſſe eum librarios è Diogene. VORST. Unus an duo verſiculi ab auctore additi fuerint, ignoro, vel enim Graeca illa omiſſa erant, in Codicibus, quos ego vidi; vel ita ſcripta, ut legi poſſet nihil. Sic tamen, ut, qui exſtabant literarum ductus, unum modo verſum efficere potuiſſent. *Graecis* in plerîſque deeſt Codicibus. Apud Schol. Ariſtoph. ad Plut. legitur τούτῳ τρίποδα δίς. Sed Tan. Faber legebat τριποδὴν δίς ut dixerit τριπὺς τριπόδης, ut Ὀιδίπους Ὀιδιπόδης. Bochartus vero τρίποδ' ἂν δός. Ut obſervavit Celeb. Menagius ad Diog. Laërt. p. 18. Guyetus legebat. τρίποδ' ἂν δῷς. ut δῷς ſit pro δοίης.

25. *Tum illi conſenſu Thaleti menſam*] In Campenſi & Cauchiano; *Tum Mileſii conſenſu Thaleti menſam.* PIGH. *Tum Mileſii.* Ita Pighius è duobus codd. MSS. Atque ita unus quoque Brand. Aldus ediderat *Tum illi.* VORST. Copeſ. Leid. ſext. *Tum illi communi conſenſu Thaleti.* quint. *tum illi uno conſenſu.* tert. *Tunc illi qui l' uno ſenſu Mileſii.* Unus Bit. quatuor Med. duo Barb. Leid. ſept. Ultraj. ſec. Ed. Mog. *Tum illi Mileſio Thaleti.* Periz. *tum illi dederunt menſam Thaleti.* Ultraj. prim. *Cum illi conſenſu Thaleti.* Leid. prim. *Tum illi Taleti.* Med. ſec. *Tum illi communi conſenſu Mileſio Thaleti.* Med. ſext. *tum illi Taleti.* In qua varietate lubricum eſt quidpiam definire. Putem tamen *Mileſii*, & *Mileſio* à gloſſa eſſe.

26. *Ceſſit eam Bianti*] Unus cod. Brand. *Ceſſit ea Bianti.* quam lectionem & Pighius notavit in margine. Dicitur utrumque *cedere alicui aliqua re*, & *ced. alicui aliq. rem.* VORST. Nob. Nic. Heinſius legit hic quoque *ceſſit ea*, ex ſcriptis melioribus, ad Vell. L. II. 84. 5. Sed Cl. Burmannus prudenter judicat, contra MSS. nihil mutandum eſſe, quoniam utrumque dicitur. Et ſic ſane hoc loco MSS. noſtri conſtanter exhibent *ceſſit eam.* Sic ſupra L. I. 5. 4.

27. *Ampliſſimae Sapientiae*] In multis MSS. eſt *ampliſſimae prudentiae*, quod eſt in Edd. exceptâ Mog.

28. *Atque ut Theopompo*] Vetus, *Atque in.* Lego, *Atquin Theopompo.* & ſtatim voce inſita, *qui cum primus.* ex eodem libro. LIPS. Recte Lipſius: *Atquin Theopompo.* COLER. *Atque ut Theopompo quoque.* Ita veteres typis expreſſi. Nec aliter codices Brand. MSS. Lipſius in quodam cod. reperit, *Atque in*; indeque colligit legendum eſſe *Atquin.* Quam vocem & Colerus probat, inque ipſum textum recepit. VORST. *Atque in* habet unus Ultraj. Ceteri *atque ut.* Sic *Ac ne ejuſdem laudis commemorationem externis invideamus* L. IV. 3. Ext. 1.

29. *Cum primus inſtituiſſet*] Notat Lipſius, in vetere cod. eſſe *qui cum primus.* Tantundem & de utroque Brandeb. teſtari licet. Sed & vetus typis expr. Mart. Herbip. ſic habet. Si igitur illud *qui* genuinum ſit, ſatis intelligitur, voculam *ut* quae praecedit, locum non habere;

perio tribuni pl. ſunt objecti; [30] atque illi uxor dixiſſet, *id egiſſe illum, ut filiis minorem poteſtatem relinqueret: Relinquam*, inquit; *ſed diuturniorem.* Optime quidem. ea enim demum tuta eſt potentia, quae [31] viribus ſuis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis conſtringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.

Antiochus autem a L. Scipione ultra Taurum montem imperii [32] finibus 9. Ann. urb.
ſummotus, cum Aſiam provinciam, vicinaſque ei gentes amiſiſſet, gratias 564. Cicero pro De-
agere pop. Rom. non diſſimulanter tulit, *quod nimis magna procuratione libera-* jot. 13.
tus, [33] *modicis regni terminis uteretur.* Et ſane nihil eſt tam praeclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari deſideret.

re; & legendum fortaſſe *atqui* pro *atque ut.* Ceterum quod noſter Theopompo tribuit, eum primum Ephoros inſtituiſſe, id alii tribuunt Lycurgo; & inter ceteros Herodotus lib. 1. VORST. *Qui* reperio in utroque Ultraj. Leid. quint. ſext. Barb. & Bit. primis. & Periz. & Ed. Mog.

30. *Atque illi uxor dixiſſet*] MSS. quindecim cum Ed. Mog. *Atque illi cum uxor dixiſſet.* Non male. Deinde Leid. ſept. *Quo longius licentia retraxit.* Sed *a* adſcripſit manus recentior. Deinde tres pro *admovit*, *admonuit.* Quae duo verba confundi vidimus ad L. 1. 1. 6.

31. *Viribus ſuis modum*] Gravis ſententia; quam mihi ad Thaletis dictum formaſſe Valerius videtur. Is enim de optima Republica ita pronuntiavit: *τὴν μήτε πλουσίους ἔχουσαν ἄγαν; μήτε πένητας πολίτας.* COLER.

32. *Finibus ſubmotus*] Malim *finibus ſubmotis.* Deinde MS. *gratiaſque.* Lego, *Gratias quoque agere.* PERIZON.

33. *Modicis regni terminis*] Barb. prim. & Leid. ſept. à manu prima. *Modici regni terminis uteretur.* Sed *modicis* eſt quoque apud Cic. pro Dejotaro C. 13. Cujus ipſis verbis utitur hic auctor noſter, ut notarat quoque Perizonius.

CAPUT II.

[1] DE RECONCILIATIONE.

1. *M. Aemilii Lepidi, & M. Fulvii Flacci cenſorum.*
2. *M. Livii Salinatoris, & C. Claudii Neronis conſulum.*
3. *P. Africani majoris, & Ti. Sempronii Gracchi.*
4. *M. Tullii Ciceronis & A. Gabinii.*
5. *P. Clodii Pulchri & L. Cornelii Lentuli.*
6. *L. Caninii Galli, & C. Antonii.*
7. *M. Coelii Rufi, & Q. Pompeji.*

Quae quoniam multis & claris auctoribus illuſtrata eſt, [2] tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum; & quidem eum laeto

1. *De Reconciliatione*] Multi MSS. cum vulgatis conſtituunt Inſcriptionem hujus capitis, *De iis qui ex inimicis juncti ſunt amicitia aut neceſſitudine.* Niſi quod nonnulli habent *ex inimicitiis*, atque etiam delent in initio *de iis.*

2. *Tranſgrediamur ad egregium humani animi affe-*

laeto ſtylo proſequamur. [3] Nam ſi placidum mare ex aſpero, coelumque ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſentitur; ſi bellum pace mutatum plurimum gaudii affert: offenſarum etiam acerbitas depoſita candida relatione celebranda eſt.

1. M. Aemilius Lepidus bis conſul, & Pontifex Max. [4] ſplendorique honorum par gravitate vitae, diutinas ac vehementes inimicitias [5] cum Fulvio Flacco ejuſdem amplitudinis viro geſſit. Quas, ut ſimul cenſores renuntiati ſunt, in campo depoſuit: exiſtimans non oportere eos [6] privatis odiis diſſidere, qui publice ſumma juncti eſſent poteſtate. Id judicium animi ejus & praeſens aetas comprobavit, & nobis veteres Annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.

Ann. urb. 574. Livius XL. Cic. de prov. Cos. C. 9. Gell. XII. 8.

2. [7] Sicuti Livii quoque Salinatoris finiendarum ſimultatum illuſtre conſilium ignotum poſteritati eſſe noluerunt. Is namque, [8] etſi Neronis odio ardens in exilium profectus fuerat, teſtimonio ejus praecipuo afflictus, tamen poſtquam eum inde revocatum cives collegam illi in conſulatu dederunt, & ingenii ſui, quod

Ann. urb. 546. Livius XXVII.

affectum, quem ab odio ad gratiam deflexum] Duae voces, *affectum quem*, à ſciolis ſunt infarcitae perperam, quae in manuſcriptis non habentur, plurimumque obſcuritatis exterminatae ſecum abducunt, ſententiamque Valerii noſtri non ſolum elegantem, ſed etiam ex nubila claram ac ſerenam linquunt, ſi legamus: *Tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum, & quidem eum laeto ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum mare ex aſpero, &c. ſi bellum pace mutatum &c.* PIGH. *Tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.* Ita Pighius è codd. MSS. legendum cenſet. Aldus & alii ediderant, *Tranſgred. ad egreg. humani animi affectum quem ab odio ad gratiam deflexum. Affectum* in utroque etiam cod. Brand. apparet, & praeterea in uno eorum *quem*; quanquam *affectum* in uno diverſa manu ſcriptum ſit. Quid ſi dicamus, excidiſſe aliquid, legendumque, *Tranſgr. ad egr. humani an. affectum, quem ab odio ad gratiam deflexum vocare poſſis?* VORST. Omnes Codd. interſerunt *affectum quem*, quod male ejecit Pighius, licet ſenſum integrum non habeant. MS. Copeſ. ita haec conſtituit. *Tranſgrediamur ad egregium hum. a. affectum, quem ab od. ad gr. def. equidem cum laeto ſt. p.* Sed neque ita ſatisfacit. Niſi cum Vorſtio exiſtimandum ſit aliquid excidiſſe. Vellem ut vellent Codd. *Affectum, quippe ab od. ad gr. deflexum. & quidem cum laeto ſtylo perſequamur.* PERIZON. Emendationi Pighianae clare favet Ultraj. prim. omittens *affectum quem*. Quod ceteri retinent. Sed pro *quem* nonnulli habent *cum*; & Periz. cum Leid. quinto voculam omittunt. Hoc modo, *Tranſgrediamur nunc ad egregium humani animi affectum, ab odio ad gratiam deflexum.* Ut poſterior pars ſit epexegeſis prioris, & ſubintelligas Vorſtii *vocare poſſis*. In quo nulla eſt obſcuritas. Porro faventibus multis MSS. edidit Pighius *& quidem eum laeto ſtilo proſequamur*. Pro *cum laeto*. Sed tamen plures ſcripti habent *equidem*. Pene oblitus eram monere in quibuſdam MSS. eſſe *effectum*, & *defluxum*.

3. *Nam ſi placidum mare &c.*] Sic correxit Pighius, cum ante legeretur, *Nam ſicut placidum mare ex aſpero &c. Sic bellum pace mutatum*, & correctionem ejus probat Leid. quint. dum quatuordecim alii favent vulgato, quod non improbo.

4. *Splendorique honorum*] Aliquot *ſplendoreque*, pauciores *honoris*.

5. *Cum Fulvio Flacco*] Fuit is *Nobilior*. Vide & Pighium in Faſtis A. U. C. 574. qui docet Valerium aſſentientem habere Gellium; ſed is ſequitur Valerium Maximum, quem Capite praecedente citat. PERIZON.

6. *Privatis odiis*] Salutare praeceptum, ut collegae, in quocumque munere, ſint unanimes & amici. Cicero in quadam ad Appium; *Quid illa tandem popularia? Reditus illuſtris in gratiam? in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt, ſine ſuſpicione perfidiae: ampliſſimi ſacerdotii collegium? in quo non modo amicitiam violari apud majores noſtros fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio* eſſet

quod erat acerrimum, & injuriae, quam graviſſimam acceperat, oblivisci ſibi imperavit: ne, ſi diſſidente animo [9] conſortionem imperii uſurpare voluiſſet, [10] pertinacem exhibendo inimicum, malum conſulem ageret. Quae quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio, [11] in aſpero ac difficili temporum articulo plurimum ſalutis urbi atque Italiae attulit: [12] quia pari virtutis impetu conniſi, terribiles Punicas vires contuderunt.

Clarum etiam in Africano ſuperiore ac Ti. Graccho depoſitarum inimicitia- 3.
rum exemplum. Siquidem ad cujus menſae ſacra odio diſſidentes venerant, Ann. urb. 566. Livius
ab ea & amicitia & affinitate juncti diſceſſerunt. Non contentus enim Scipio xxxviii. Gell. xii.
auctore ſenatu, [13] in Capitolio, Jovis epulo cum Graccho concordiam com- 8.
municaſſe, [14] filiam quoque ei Corneliam protinus ibi deſpondit.

Sed hujuſce generis [15] humanitas etiam in M. Cicerone praecipua apparuit. 4.
A. namque [16] Gabinium repetundarum reum ſummo ſtudio defendit, qui eum Ann. urb. 699. Cic. pro Rab.
in Dion xxxix.

eſſet inimicus. Quod Cicero de collegio ſacerdotum, hoc ego de omnium munerum conſortio dicendum arbitror. COLER. In MSS. ſeptemdecim & Ed. Mog. invenio *Non oportere eos privatis inimicitiis diſſidere.* An à ſciolis mutatum fuit, quia *inimicitias* paulo ante praeceſſit? Quinque aut ſex habent *creati ſunt* pro *renunciati.* Item tres *enunciati.* Sed hoc utrumque à gloſſa eſſe videtur.

7. *Sexti Livii*] Pudendum erratum *Sextum* pro *Marco.* Ex Livio autem ſatis conſtat in vii. tertiae Decados, ubi Cos. fuit cum Claudio Nerone, non fuiſſe eum, qui Tarentum amiſit. *Salinator* enim damnatus fuerat primo ſecundi belli Punici, octavo autem anno exilii reductus in Senatum, & triennio in Senatu, ſequente deinde anno, hoc eſt duodecimo ejus belli Cos. factus, ut tradit Livius. Ille alter, qui Tarentum amiſerat, *Macatus* dicebatur. Cicero, aut ejus codex (quod credere malim, de Senectute multos in errorem traxit) quod iiſdem jam dictis in Livium annotationibus editis Libro tertiae Decados quarto indicavimus. GLAREAN. *Sicuti Livii quoque Salinatoris.* In iiſdem ſeptemdecim & Ed. Mog. legitur *Sexti Livii*, vel *Sexti quoque Livii.* Manifeſto librariorum errore, ut Glareanus admonuit.

8. *Etſi Neronis odio ardens*] Fuit is Claudius Nero: quem ſupra iv, 1, 9. inter exempla moderationis recenſet, quod Livium Salinatorem triumphantem equo ſequi, quam ipſe triumphare maluiſſet. VORST.

9. *Conſortionem imperii*] Ita reſcripſit Pighius, cum Aldus edidiſſet *conſortium.* Et dicitur ſane tam *conſortio* quam *conſortium*, eſtque prius ab ipſo quoque Cicerone uſurpatum. Codd. Brand. unus *conſortionem*, alter *conſortium* habet. VORST. *Conſortionem* defendunt plures.

10. *Ne pertinacem ſe exhibendo inimicum*] MSS. duodecim & Edd. omnes delent pronomen *ſe.* & videtur rectius abeſſe.

11. *In aſpero ac difficili temporum articulo*] Harl. Bit. & Barb. prim. *temporis articulo.* Deinde nonnulli *urbi noſtrae*, ut edebatur ante Pighium etiam à Moguntinis.

12. *Quia pari virtutis impetu conniſi*] Rob. Steph. dederat *connexi*, pro *connixi* credo, quod habet Gryph. & alii cum multis MSS.

13. *In Capitolio Jovis Epulo*] Liv. L. xxxviii. *Senatum eo die forte coenantem in Capitolio conſurrexiſſe, & petiiſſe ut inter epulas Graccho filiam Africanus deſponderet.* VORST.

14. *Filiam ei Corneliam*] Haec eſt illa Cornelia Tib. & C. Gracchorum, qui eadem de cauſſa interfecti ſunt, mater. Et Gracchus, qui hic nominatur, eorumdem pater fuit. VORST. Barb. prim. *deſpopondit.* vulgo edebatur *ibidem.* Sed *ibi* eſt in MSS. & Ed. Mog.

15. *Humanitas etiam in M. Cicerone*] *Etiam* in aliquibus deeſt MSS.

16. *Gabinium repetundarum reum*] Gabinius ille conſul fuerat, cum Cicero in exilium iret. Qui niſi à partibus Clodii ſtetiſſet, Clodius id quod machinatus fuit, efficere non potuiſſet. Deinde & proconſul Syriae fuit. Geſſit autem ſe apud Syros ita, ut illi plurimum de eo que-

Ann. urb. 697. & 699. Cic. ad Q. frat. II. & famil. I. 9. Quinctil. VI. 5.

in conſulatu ſuo Urbe expulerat. Idemque [17] P. Vatinium dignitati ſuae ſemper infeſtum, duobus publicis judiciis tutatus eſt, ut ſine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. [18] Quia ſpecioſius aliquanto injuriae beneficiis vincuntur, quem mutui odii pertinacia penſantur.

Ann. urb. 692. Cic. ad Att. I. Senec. ep. XCVII. Ann. urb. 700.

5\. Ciceronis autem factum adeo viſum eſt probabile, ut imitari id ne inimiciſſimus quidem illi [19] P. Pulcher dubitaverit. Qui [20] inceſti crimine a tribus Lentulis accuſatus, unum ex his ambitus reum patrocinio ſuo protexit, [21] atque in animum induxit, & [22] judicem & praetorem, & [23] Veſtae aedem intuens, amicum Lentulo agere: [24] inter quae ille ſalutem ejus foedo crimine obruere cupiens, hoſtili voce peroraverat.

Cani-

rerentur, ut ex lib. XXXIX. Dionis Caſſii apparet. Ipſe quoque Cicero initio eum valde oppugnavit; ſed inductus deinde fuit à Pompejo, ut non tantum ab eo accuſando ſe abſtineret, verum & cauſſam ejus ageret: id quod & vitio ipſi verſum. VORST.

17\. *P. Vatinium dignitati ſuae ſemper infeſtum*] Quibus rebus adductus eum defenderit atque laudarit Cicero, ipſe quoque Lentulus ſe ſcire velle oſtenderat. Cui Cicero ea ſuper re in epiſtola quae libri I. epiſt. nona eſt, fuſius reſpondet. VORST.

18\. *Quia ſpecioſius*] Pulchrum eſt, etiam beneficio injuriam compenſare. Nos vero, qui Chriſtum Salvatorem noſtrum ſectamur illud eidem ſalutis noſtrae auctori acceptum ferimus: *ὅϛις σὲ ῥαπίζῃ ἐπὶ τὴν δεξίαν σου σιαγόνα, ϛρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.* Interpretatur eruditiſſimus Tertullianus: *Verberanti te in faciem etiam alteram genam obverte.* COLER. Pauculi habent, *beneficio vincuntur.*

19\. *P. Pulcher*] Eſt is Clodius: qui, ut Ciceroni in exilium eundum eſſet, effecit. Supra III, 5, 3. *Clodium Pulchrum*; ejuſque filium degenerum itidem *Pulchrum* vocat. VORST.

20\. *Inceſti crimine à tribus Lentulis accuſatus*] Cicero l. I. ep. 9. *Qui non pluris fecerat bonam Deam quam tres ſorores.* Stupraverat Clodius tres ſorores ſuas. Deinde cum Caeſar pontifex max. eſſet, inque aedibus ejus ſacra Bonae Deae fierent, ad quae viris accedere non licebat, amore Pompejae, uxoris Caeſaris, captus, aedes Caeſaris cum veſte muliebri nocturno tempore intrarat, indeque ejectus fuerat. Tribus Lentulis, à quibus accuſatus fuit, praenomina fuere Publio, Lucio & Cajo. VORST.

21\. *Atque in animum induxit, & judicem, & praetorem, & teſtem Veſtae aedem intuens amicum Lentulo agere. Intra quam ille ſalutem ejus*] Locus eſt corruptiſſimus, cujus quidem vera lectio remanet in veteribus libris, qui pari ſuffragio voce *teſtem* rejecta, haec ita produnt: *Atque in animum induxit, & judices, & praetorem, & Veſtae aedem intuens, amicum Lentulo agere; inter quae ille ſalutem ejus,* &c. In Pulmanniano & Suſiano habetur, *& judicem & praetorem & teſtem eaedem intuens.* ſed perperam. Quae quidem lectio videtur vulgatos item libros depravaſſe. PIGH.

22\. *Judicem & praetorem*] Malim *judices*, ut nonnulli Codd. Pighii habent. PERIZON.

23\. *Veſtae aedem intuens*] Ita Pighius è MSS. Habetque ita vetus quoque typis expreſſus Mart. Herbip. Aldus ediderat *teſtem Veſtae aedem.* In uno cod. Brand. eſt *teſtem aedem.* Atque ita *teſtem* ex *Veſtae* depravatum, cumque eo conjunctum in editione Aldi eſſe apparet. VORST. *Teſtem eadem* eſt in utroque Barb. & Leid. primo ac ſept.

24\. *Inter quae*] Sic recte Pighius & convenienter MSS. antea edebatur *intra quam.*

25\. *Coelii vero*] Eſt ille, ni fallor, cujus epiſtolae exſtant ad Ciceronem elegantiſſimae & doctiſſimae. Orator fuit in paucis. Plin. libro VII. capite 50. M. Caecilium Rufum vocat, culpa non ſua, ſed librariorum. ſaepius Caecilius pro Coelius & contra in bonis auctoribus male ſcriptum. in Servio etiam aliquoties Gellius pro Coelius legiſſe me ſcio. COLER. Videtur is eſſe cujus ad Ciceronem epiſtolae extant, quae librum octavum epiſtolarum Cic. ad famil. conſtituunt. Certe Q. Pompeji, qui hic tanquam aequalis ejus nominatur, in epiſtolarum illarum prima mentio fit. VORST.

Ne-

Caninius autem Gallus reum pariter atque accuſatorem admirabilem egit, & 6.
C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Co- Ann. urb. 694.
lonium, a quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo.

[25] Coelii vero Rufi ut vita inquinata, ita miſericordia, quam Q. Pompejo 7.
praeſtitit, probanda. cui a ſe publica quaeſtione proſtrato, cum [26] mater Cor- Ann. urb.
nelia fidei commiſſa praedia non redderet, atque iſte auxilium ſuum literis im- 702. Caelius ad
ploraſſet, pertinaciſſime [27] abſenti adfuit. [28] Recitavit & ejus epiſtolam ju- Cic. I. Dion XL.
dicio ultimae neceſſitatis indicem, qua impiam Corneliae avaritiam ſubvertit.
[29] factum propter eximiam humanitatem, ne ſub Coelio quidem auctore repudiandum.

Ne dubites faciet oratio Ciceronis pro M. Coelio, ex qua ſatis liquet, quam non continentis vitae fuerit, & Vell. L. II. 68. *M. Coelius vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in utroque perfectior, nec minus ingenioſe nequam, cum ne modico quidem ſervari poſſet*, &c.

26. *Mater Cornelia*] Fratrum Gracchorum, Tiberii & Caji, qui eadem de cauſſa, ſed diverſis locis, obtruncati ſunt, mater; *κατ' ἐξοχὴν mater* hic dicta. Infra IV, 4. diſerte *Cornelia Gracchorum mater* vocatur. VORST. Inſigniter hic errat Vorſtius, referens haec ad Corneliam matrem Gracchorum; quum multae aliae fuerint Corneliae. Neſcio ubi mens hominis fuerit, cum Coelium Rufum recte intelligat illum Ciceronis amicum. Eſt autem *Cornelia* Sullae filia, uxor Q. Pompeji Rufi & mater hujus Q. Pompeji, de quo vide Coelium L. VIII. Ep. ad Fam. I. PERIZON.

27. *Abſenti adfuit*] Apparet hic quae vis ſit verbi *adeſſe*. Nimirum abſenti quoque adeſſe poſſumus; ſi videlicet rationem ejus habeamus, atque opem ei feramus. Cicero XI. in Ant. *Semper enim abſenti aſſui Dejotaro.* VORST.

28. *Recitavit & ejus epiſtolam judicio*] Ita Pighius. Et confirmat hanc lectionem uterque codex Brand. Aldus ediderat *in judicio*. VORST. Praepoſitionem *in* non agnoſcunt quoque Codd. noſtri. Niſi Harlem. exhibens *in indicio*. & Cop. *in judicio*. Sed MSS. duodecim *Recitavit etiam ejus epiſtolam*. & ſic Ed. Mog. quae *in judicio* quoque praefert.

29. *Factum propter nimiam & eximiam humanitatem*] Duo verba, *nimiam &*, veteres codices non admittunt, & quidem otioſa ſunt. PIGH. Certe noſtri quoque ita ſcriptum praebent, vulgo edebatur, *factum propter nimiam & eximiam humanitatem*. Ubi vides iſtud *nimiam* nimis frigere, quam ut credi poſſit ab auctore profectum.

CAPUT III.

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.

1. *P. Scipio Africanus major procos.*
2. *M. Cato Uticenſis propr.*
3. *Nero Claudius Druſus & Antonia.*
4. *Cn. Marcius Coriolanus.*
5. *M. Curius Dentatus Cos.*
6. *C. Fabricius Luſcinus Cos.*
7. *Q. Aelius Tubero Catus Cos.*
8. *L. Aemilius Paullus procos.*
9. *Legati Rom. Q. Fabius Gurges, & N. Fabius Pictor, & Q. Ogulnius.*
10. *L. Calpurnius Piſo Frugi Cos.*
11. *M. Cato ſenior Cos.*
12. *M. Cato Uticenſis.*
13. *P. Scipio Aemilianus.*
14. *P. Romanus.*

EXTERNA SUNT.

1. *Pericles Athenienſis.*
2. *Sophocles Athenienſis.*
3. *Xenocrates Academicus.*
4. *Diogenes Cynicus.*

Magna cura, praecipuoque ſtudio referendum eſt, quantopere libidinis & avaritiae furori ſimiles impetus ab illuſtrium virorum pectoribus conſilio ac ratione ſummoti ſint. Quia demum ii penates, ea civitas, id regnum aeterno in gradu facile ſteterit, ubi minimum virium Veneris, pecuniaeque cupido ſibi vindicaverit. Nam quo iſtae generis humani certiſſimae peſtes penetraverint, [1] ibi injuria dominatur, infamia flagrat. [2] Quibus longius relictis contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.

1. Ann. urb. 543. Livius XXVI. Gell. VI. 8. Amm. XXIV.

Quartum & viceſimum annum agens Scipio, cum [3] in Hiſpania Carthagine oppreſſa, [4] majoris Carthaginis capiendae ſumpſiſſet auſpicia, multoſque obſides, quos in ea urbe Poeni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, eximiae inter eos formae virginem, aetatis adultae, & juvenis, & coelebs, & victor, poſtquam comperit illuſtri loco inter Celtiberos natam, nobiliſſi-

1. *Ibi injuria dominatur, infamia flagrat, igitur contrarios his tam diris*] Deſiderantur quaedam verba; nam plenius haec ita habentur in Campenſi, Colonienſi, & Cauchiano; *Ibi injuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.* Cujus lectionis extant item veſtigia in Atrebatenſi libro. PIGH. Digna ſententia, quae in priſtinam integritatem reſtituatur ex opt. libro Danielis. *Nam quos iſtae generis humani certiſſimae peſtes penetraverint, injuria dominatur.* COLER. In cod. Andr. Schotti excipiunt haec nonnulla quae in aliis codd. deſiderantur; videlicet *vis habitat, bella gignuntur.* Vide Schotti Obſ. hum. III, 32. VORST. Quae in Schotti Codice addita ſunt, ea in nullo noſtrorum comparent. Cum Lib. Dan. quem Colerus laudat, convenit Leid. quint. exhibens *quos iſtae generis*, ſed deinde habet *in iis injuria dominatur.* Quod etiam eſt in Bit. primo. Reliqui uno conſenſu delent, *ibi.*

2. *Quibus longius relictis*] Verba *quibus longius relictis* reſtituit Pighius è tribus codd. MSS. cum in Aldina editione pro iis eſſet ſola vox *igitur.* Et confirmat nonnihil lectionem eam unus codex Brandeb. Etſi enim non illae voces ſingulae, tamen vox *longius* in eo apparet, atque ita aliquid deeſſe arguit. In altero cod. Brand. pro eadem voce eſt vox *linguis:* quae & ipſa indicio eſt aliquid deeſſe. Quid vero illud ſit, id ſciri poteſt ex cod. Schotti. Hic enim teſtatur in eo legiſſe ſe ita, *Faventibus igitur linguis contrarios tam diris vit. mores commemoremus.* Vide praedictum libri ejus locum. VORST. Etiam hic liber Schotti eſt plane ſingularis. *Linguis* invenio quidem in uno Rem. Bit. & Med. ſed *faventibus* in nullo. Barb. prim. Med. ſec. Leid. quint. Copeſ. *Quibus relictis contrarios.* Med. ſext. *igitur relictis his tam diris vitiis contrarios.* Ultraj. prim. *at longius contrarios*, ſec. *at longius igitur contrarios.* Ceteri ſimpliciter *Igitur contrarios his.* & ſic Ed. Mog. cum ceteris.

3. *In Hiſpania Carthagine oppreſſa*] Fuit haec Carthago nova, quam Haſdrubal, dux Carthaginienſium, in Hiſpania Baetica condiderat. VORST.

4. *Majoris Carthag. capiendae ſumpſiſſet auſpicia*] Omnia auſpicato agebantur apud Romanos. Vide ſupra I, 4. Pro *ſumere auſpicia* ſupra dixit *capere auſpicia*, *petere auſp.* VORST.

5. *Indibili deſponſam*] Notavit Corradus, Luceji ei nomen fuiſſe; idque ex Frontino. Indibilis alius quidam regulus fuit, de quo Livius lib. XXVII. & XXVIII. agit. VORST. MSS. ſexdecim cum omnibus ſuperioribus Edd. habent *deſponſatam*, ut apud Suet. in Jul. I. *Sed admodum dives praetextato deſponſata fuerat.* & ſaepe alii. De nomine *Luceji*, vide Tennul. ad Front. L. II. 11.

6. *Ut hujus viri abſtinentiae*] *Abſtinentia* hic duplici notione uſurpata. Nam & in Scipione abſtinentiam fuiſſe dicit, quod alteri deſponſam non violavit; & in Catone, quod ex opibus, quas Cypro Romam deportavit, nihil in ſuos uſus convertit. Quare nec opus fuiſſet caput hoc inſcribi *de abſtinentia & continentia*; ſed ſuffeciſſet ſi inſcriberetur *de abſtinentia.* VORST.

7. *Maritima pars Aſiae, provincia Cypros*] Neſcio cur *Cypro* adjungatur *provincia*, quaſi

Acha-

biliſſimoque genti ejus [5] Indibili deſponſatam, arceſſitis parentibus, & ſponſo inviolatam tradidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellae allatum erat, ſummae dotis adjecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis ejus debitam gratiam retulit.

Verum [6] ut hujus viri abſtinentiae teſtis Hiſpania, ita M. Catonis Epiros, Achaja, Cyclades inſulae, [7] maritima pars Aſiae, provincia Cypros. Unde cum pecuniae deportandae miniſterium ſuſtineret, tam averſum animum ab omni Venere, quam a lucro habuit, in maxima utriuſque intemperantiae verſatus materia. Nam & [8] regiae divitiae poteſtate ipſius continebantur, & fertiliſſimae delitiarum [9] tot Graeciae urbes, neceſſaria totius navigationis diverticula erant. Atque id [10] Munatius Rufus, Cypriacae expeditionis fidus comes,

2. Ann. urb. 695. Plut. in vita.

Achaja vel *Aſia*, tum temporis ipſa nondum fuerit provincia. Lego, *Aſiae provinciae*, ut intellexiſſe ſe oſtendat, non omnem Aſiam, ſed eam, quae proprie erat provincia. Vide orationem Rhodiorum in Senatu Romano. Liv. XXXVII. PERIZON. Leid. prim. & ſec. *Aſie provincie Cypros.* Vide, an *Cypron provinciam* ideo dixerit, quia proprie ipſius erat provincia. Nam in hanc erat miſſus Cato, ut ex ea in provinciae formam hac ipſe re redigenda pecuniam regiam deportaret. Sane cur ſolius Aſiae provinciae partem maritimam, & non etiam reliquae Aſiae oram maritimam teſtem dicere voluerit ejus abſtinentiae, non ſatis excogito. Videatur Flor. L. III. 9. Vell. L. II. 38.

8. *Regiae divitiae poteſtate ipſius continebantur*] Divitias Ptolemaei, regis Cypri, intelligit; quas Florus V, 9. aerarium populi Rom. latius quam ullum triumphum impleviſſe ſcribit. Ceterum quod idem populus, ut idem Florus loquitur, P. Clodio duce ſocii vivique regis confiſcationem mandavit, id Cicero & alii ſummopere improbarunt. VORST.

9. *Totius Graeciae urbes*] Veteres libri, *Tot Graeciae*, At in Campenſi, *Tot egregiae urbes.* Quod non diſplicet, ſubjicit enim poteſtati Catonis non ſolum Graeciam; ſed & maritimam partem Aſiae civitatibus opulentiſſimis inclytam. PIGH. In libro Dan. reperi: *tota Graecia urbes.* Quam ſcripturam opponere auſim emendationi Pighianae. COLER. Pighius, cum in cod. Campenſi repeiſſet *tot egregiae urbes*, ita reſcribendum putavit. Alii tam MSS. quam typis expreſſi codd. habent, *Tot Graeciae urbes.* VORST. MS. *Tot Graeciae urbes.* Quod praefero. Erant enim & illae maritimae Aſiaticae urbes Graecae, vel Graeciae. & celebres erant Graeci ac Aſiatici deliciis ſuis, & habent ita plerique Codd. PERIZON. In MSS. tredecim invenio *tot Graeciae urbes.* In quatuor Med. *totius Graeciae urbes*, ut vulgo edebatur. In Leid. prim. *tota Graecia urbes.* Quod mihi quoque non diſplicet; quamvis parum referat, utrum ita legas, an *tot Graeciae urbes. Egregiae* quod dedit Pighius inveni in Ed. Mog. & uno MS. Leidenſi.

10. *Munatius Rufus*] Ita uterque cod. Brand. & veteres typis expreſſi. Pighius, neſcio qua de cauſſa, maluit *Minatius*; ſecutique eum ſunt alii. VORST. MSS. *Munacius*, *Mimacius*, *Minucius*, *Numacius*, *Mutius*, *Muriatius.* Nota Romae, & *Minacia*, & *Munatia* gens. Hic vero, cum alibi non memoretur, ex qua fuerit definire incertum eſt. Nota interim hic errorem magni J. G. Voſſii, qui de Hiſt. Lat. L. I. 5. Hunc *Munatium* aequalem facit Catoni majori, cum non huic mandata fuerit Cypriaca expeditio, ſed minori ſeu Uticenſi. In *non amplector*, Cod. Periz. delet negativam particulam. Male.

11. *Druſum etiam Germanicum eximiam Claudiae familiae gloriam, fratrem Tiberii patriaeque rarum ornamentum*] Gloſſema eſt, *fratrem Tiberii*, quod ex ſeptem manuſcriptis omnino excluditur. PIGH. *Druſum Germanicum.* Fuit is Claudii Neronis ex Livia, quae poſt Octavio nupſit, Auguſtaque facta eſt, filius, & Tiberii Caeſa-

comes, ſcriptis ſuis ſignificat. Cujus teſtimonium non amplector. proprio enim argumento laus iſta nititur: quoniam ex eodem naturae utero & continentia nata eſt, & Cato.

3. Ann. urb. 744. [11] Druſum etiam Germanicum, eximiam Claudiae familiae gloriam, patriaeque rarum ornamentum, & quod ſuper omnia eſt, [12] operum ſuorum, pro habitu aetatis, magnitudine [13] vitrico pariter ac fratri Auguſtis, duobus reipub. divinis oculis, mirifice reſpondentem, conſtitit uſum Veneris intra conjugis charitatem clauſum tenuiſſe. [14] Antonia quoque, femina laudibus [15] virilem familiae ſuae claritatem ſupergreſſa, amorem mariti egregia fide penſavit: quae poſt ejus exceſſum, [16] forma & aetate florens, cubiculum ſocrus pro conjugio habuit: in eodemque toro alterius adoleſcentiae vigor extinctus eſt, alterius viduitatis experientia conſenuit. Hoc cubiculum [17] talibus experimentis ſummam imponat.

[18] Dein-

Caeſaris frater. Dictus autem *Germanicus*, quod à vitrico Octavio Caeſare contra rebellantes Germanos miſſus opinione citius hos ſubegit. Ceterum ex victoria ea triumphaturus, prolapſo ſuper crus ejus equo, quo vehebatur, trigeſimo die poſt ex fractura cruris mortuus eſt. VORST. Delent etiam praeter Leid. prim. & Periz. omnes noſtri *fratrem Tiberii*. Harl. *Fratri Tiberio Auguſto*. & ita unus Rem. ſed omiſſo *Tiberio*. Deinde Leid. prim. ſec. Periz. prim. Ultraj. *patriaeque clarum ornamentum*.

12. *Operum ſuorum, pro habitu aetatis, magnitudine*] Haec diſtinctio eſt à Vorſtio facta, à Pighio hoc modo diſtinguebatur. *Operum ſuorum pro habitu, aetatis magnitudine*. Sed vitioſum hoc eſſe monemur etiam in Excerptis Gudianis. Tres MSS. *magnitudinem*. Cop. *Pro habitu aetatis & magnitudine*.

13. *Vitrico pariter ac fratri Auguſtis*] Plerique MS. *Auguſto* habent, Leid. tert. addit *Tiberio*.

14. *Antonia quoque*] Fuit ea M. Antonii triumviri, & Octaviae, Octavii Caeſaris ſororis, quam Antonius amore Cleopatrae captus repudiavit, filia. VORST.

15. *Virilem familiae ſuae claritatem*] Familiae paternae puta. Quippe pater M. Antonius fidem conjugalem violarat, & Octaviam, Antoniae matrem, ducta Cleopatra, dimiſerat. VORST.

16. *Forma & aetate florens*] Multi MSS. delent &. Med. prim. *forma aetateque*. Bit. prim. *forma aetatis*.

17. *Talibus experimentis ſummam imponat*] *Summa* pro fine. Quintilianus lib. v. *Habent omnia initium, incrementum, ſummam*. Hinc *ad ſummam* & *in ſumma* dicunt pro *denique*. Vide & Buchnerum ad Lexicon Fabri. VORST.

18. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus, &c.*] Praepono veterem lectionem, *Deinceps & iis vacemus*. LIPS. *Deinceps ex iis vocemus*. Longe diverſa lectio in lib. Dan. *Deinceps iis vacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit*. Prodit ſe Valerianum acumen, & neſcio ſane unde illae vulgares ineptiae irrepſerint. COLER. *Deinceps & his vacemus*. Ita ex codd. MSS. Brandeburg. & Baſil. reſcribo. Habentque ita & antiquiores typis expreſſi. Pighius maluit, *Deinceps ex iis vocemus*; quem Colerus atque Thyſius ſunt ſecuti. Nota phraſis, *vacare alicui rei*. VORST. Noſtri MSS. *vacemus* pari conſenſu. Firmant pauculi *ex iis*; plures *deinceps iis vacemus*, vel *his*; ut habet etiam Ed. Mog. Tacite denuo hoc mutaverat Pighius.

19. *Quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit*] Ita ſane codd. tam MSS. quam typis expreſſi. Suſpicor tamen legendum eſſe *ponendo pecuniam*; ut ſenſus ſit, animum illorum nunquam vacaſſe, id eſt, indulſiſſe atque operam dediſſe, pecuniae aliquo in momento ponendae. *Vacare ponendo pecuniam* idem quod *vacare pecuniae ponendae*. Gerundium caſus tertii non infrequens. Livius I, 44. *Is cenſendo finis factus eſt*; ut legendum docuit Gronovius. Ita dicunt *non eſſe ſolvendo*, ſubau-

[18] Deinceps & his vacemus, [19] quorum animus aliquo in momento ponendo pecuniam nunquam vacavit. [20] Cn. Marcius,* patriciae gentis adoleſcens, [21] Anci regis clara progenies, [22] cui Corioli Volſcorum oppidum captum cognomen adjecit, cum editis conſpicuae fortitudinis operibus [23] a Poſtumo Cominio conſule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri C jugeribus, & decem captivorum electione, & totidem [24] ornatis equis, centenario boum grege, argentoque, quantum ſuſtinere valuiſſet, donaretur: nihil ex his, praeter unius hoſpitis captivi ſalutem, equumque, quo in acie uteretur, accipere voluit. Qua tam circumſpecta animi moderatione, neſcias, utrum majore cum laude praemia [25] meruerit, an rejecerit. 4.

Ann. urb. 260. Dionyſ. VI. Plutarch.

[26] M. autem Curius exactiſſima norma Romanae frugalitatis, [27] idemque for-

ſubaudito *parem*. VORST. MSS. conſtantiſſime ad unum omnes ſervant *ponendo*. Perizon. adſcripſerat, vide Sanctii Minerv. p. 278. & notas iſtic. Et deinde, Vorſtius legit *ponendo*, quod accipio, niſi malis *nunquam non*.

20. *Cn. Marcius*] De Coriolano loquitur, ut notum eſt; in cujus viri hiſtoria nimis conciſus eſt Livius. Utpote qui de donis Conſulis, de Natalibus Martii, ne uno quidem meminit verbo. Dionyſ. Lib. VI. donorum meminit, genus obticet. GLAREAN. *Cn. Marcius.* Uterque Ultraj. C. & ſic Copeſ. Vide Cl. Dukerum ad Flor. L. I. 9. 11.

21. *Anci regis*] Hoc etiam de Marciis dixerat Caeſar in laudatione Juliae amitae ſuae, in haec verba: *Amitae meae Juliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii reges.* Ovid. lib. VI. Faſtorum.
Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco.
COLER.

22. *Cn. Martius, cui Corioli Volſcorum opidum captum cognomen adjecit*] Vetus, *captivum cognomen. &, adjecerunt.* Lego igitur, *Corioli, Volſcorum opidum, capti, ſuum cognomen adjecerunt.* LIPS. Notat Lipſius, in vetere cod. reperiſſe *adjecerunt.* Quod idem in uno quoque cod. Brand: obſervatur, atque in typis expreſſo Martini Herbip. Ceterum cognomen illud fuit, ut *Coriolanus* diceretur. VORST. *Adjecerunt* habent noſtri tredecim. Periz. *advecerat.* Leid. tert. *adiaceretur l' adjaceret. Capti*, ut legebat etiam Lipſius, eſt in nullo MSto.

23. *A Poſtumo Cominio Conſule*] In multis MSS. dicitur *Poſthumio Cominio*, & ſic Mog. reliquae fere *Poſthumio Comminio.* Sed *Poſtumus* à ceteris appellatur ſcriptoribus.

24. *Ornatis equis*] *Ornati equi* ſunt ad pugnam inſtructi. Sic Nepos XXIII, 3, 4. *ornatus elephantus.* Gellius V, 2. ἐξηγήσεως cauſſa addit *armatus ad proelium*, ubi de Bucephalo agit. Vide & Ind. in Nep. v. *Ornatus.* Nec mirum participium ſic uſurpari; cum notum ſit, *ornare* idem eſſe quod adornare, inſtruere; dicaturque *ornare claſſem.* VORST. Noſter L. V. I. 7. *Hiſpanoque ſagulo & ornato equo donatum.* Et ſic *ornare copias.* apud Liv. L. XXIV. 48. ubi vide J. Fr. Gronovium. pro *electione* Barb. prim. *lectione.* Bit. prim. & Leid. quint. *praeterquam unius.*

25. *Meruerit*] Placet lib. Daniel. *Elegerit.* Elegerat enim Coriolanus hoſpitis ſalutem & equum. COLER. Uterque Cod. Brand. pro *meruerit* habet *elegerit.* Quod idem de Cod. Dan. teſtatur Colerus. Atque ea lectio prae altera eidem & placet. Quia Coriolanus hoſpitis ſui captivi ſalutem utique elegerit. Vetus quoque typis expreſſus Mart. Herbip. ſic habet. VORST. *Elegerit* eſt in Ultraj. utroque, Leid. quint. ſept. *elegerit al' meruerit. elegerit* etiam habet Cod. J. Waſſe Ind. Sal. in V. *circumſpecta.* Ed. Mog. *Meruerit* defendi poteſt eo quod ſupra dixit de Marcello L. IV. I. 6. *Pene tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in emerendis.* Videtur mutatum eſſe ab iis, qui credebant, non tam ſpectatam eſſe ejus animi moderationem in merendis praemiis, quam fortitudinem. Sed hoc non vult Auctor, verum illud, hac moderatione incertum eſſe factum, an ipſa illa moderatio magis laudari debeat, an fortitudo ejus.

26. *M. autem Curius*] Cognomine *Dentatus*, qui

Ann. urb. 463. Plut. Apoph. Cic. Catone. Athen. x. Sen. ad Helv. 10.

fortitudinis perſpectiſſimum ſpecimen, [28] Samnitum legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem foco, [29] atque ligneo catillo coenantem (quales epulas, apparatus indicio eſt) ſpectandum praebuit. Ille enim Samnitum divitias contempſit: [30] Samnites ejus paupertatem mirati ſunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, benignis verbis invitatus, ut eo uti vellet, & vultum riſu ſolvit, & protinus, *Supervacuae*, inquit, *ne dicam ineptae legationis miniſtri, narrate Samnitibus M. Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem: atque iſtud ut precioſum, ita* [31] *malo hominum excogitatum munus refertote, & mementote, me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.*

Idem

qui in eodem magiſtratu de Sabinis bis triumphavit, Pyrrhum vicit, hujuſque medicum proditorem remiſit. VORST. De medico remiſſo diſſentiunt ſcriptores. Noſter, & plures alii, hoc factum *Fabricio* tribuunt. Lib. vi. 5. 1. Florus *Curio*. L. ii. 18. 21. Vide quos citat Schottus ad Aurel. Vict. C. 35. Praenomen Codd. noſtri exhibent *Marcus*, cum fuerit *Manius*. Vide Schottum ad eumdem C. 33.

27. *Idemque fortitudinis perſpectiſſimum ſpecimen*] In Jo. Cauchii libro, *perfectiſſimum ſpecimen.* Melius. PIGH. *Perfectiſſimum.* Lib. Daniel. *Perſpectiſſimum ſpecimen.* Judicet lector. COLER. *Perfectiſſimum* Pighius è Cod. Cauchiano. Et congruit unus codex Brand. alii *perſpectiſſimum ſpecimen.* VORST. Sexdecim noſtri *perſpectiſſimum.* Ultraj. prim. *perſciſſimum.* Leid. quint. *perſpicaciſſimum*; quod in quibuſdam Codicibus eſſe notavit etiam Theophilus. Non dubito quin auctor aliquod acumen poſuerit in conjunctione illarum vocum ab eadem origine manantium *perſpectiſſimum ſpecimen.* & quum *perſpectiſſimum* ſaepe ut *ſpectatiſſimum*, *exploratiſſimum*, *probatiſſimum*, occurrat, nec librariis ulla cauſſa fuerit hoc pro *perfectiſſimum* ſupponendi, ita reſcripſi.

28. *Samnitum legatis*] Ita veteres typis expreſſi & MSS. item Brand. Pighius neſcio qua de cauſſa maluit *Samnitium:* eumque ſecuti ſunt alii. VORST. Pighius *Samnitium* maluit, quia proculdubio ita in ſuis inveniebat MSS. Quemadmodum ego invenio in quibuſdam meorum, & eamdem diverſitatem apud ceteros ſcriptores obſervare licet.

29. *Ac ligneo catino coenantem*] Campenſis liber aliique tres, *Atque ligneo catillo coenantem.* Eleganter; rem enim attenuat ipſa dictio diminuta. Aquam bibere catillo, Plinius dixit lib. xxx. cap. 6. PIGH. *Atque ligneo catillo coenantem.* Priſci, *eque ligneo.* LIPS. *Atque ligneo Catillo.* Ita Pighius è Campenſi aliiſque Codd. & congruit unus Cod. Brand. Vetuſque typis expreſſus Mart. Herbip. alii *ligneo catino.* Notandum quoque quod monet Lipſius, quoſdam Codd. habere, *eque ligneo Cat.* Quod ſane de utroque Cod. Brand. deque vetere typis expreſſo Mart. Herbip. teſtari licet. VORST. *Eque* habent Bit. prim. Leid. quint. Ultraj. ſec. *aeque.* Leid. ſext. Ultraj. prim. *atque* Periz. ſine praepoſitione dixit Horat. L. i. Epiſt. 5. 2.

Nec modica coenare times olus omne patella.

Catillo. in aliquot invenio MSS. tres Leid. *Catino.* Quatuor Med. cum Bit. prim. & Harl. *Latino.* Manifeſte pro *Catino.* Utrumque plus ſemel occurrit apud Horatium, *Catinus* etiam in deſcriptione coenae tenuis. Ut L. i. Sat. 6.

——— *Inde domum me*
Ad porri & ciceris refero laganique catinum

30. *Samnites ejus*] In MSS. quatuor eſt, *Samnites autem ejus*, & ſic Ed. Mog. Deinde multo maxima pars MSS. habet, *& protinus.* Leid. prim. *protinus* omittit. Imo plerique habent ex more Valerii, *& vultum riſu ſolvit, & protinus.* Quomodo etiam exhibet editio Mog. Quare ad hanc formam emendavi.

31. *Malo hominum*] Senex Plautinus: *Odi ego aurum, multa multis ſaepe ſuaſit perperam.* Recte igitur Tacitus de Germania: *Aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito.* COLER. Leid. tert. *Malo homini.* Leid. quint. *mementote* collocat poſt *acie vinci.*

32. *Ex praeda regia quae exercitum, urbem ditaverat*] Sic dedit Colerus, & poſt eum alii. Cum optime MSS. & veteres Edd. habeant. *Qua exercitum urbemque ditaverat.* Quod reſtitui.

33. *Qui*

Idem cum Italia Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino [32] ex praeda regia, qua exercitum Urbemque ditaverat, attigit. Decretis etiam a ſenatu ſeptenis jugeribus agri populo, ſibi autem quinquaginta, popularis aſſignationis modum non exceſſit: parum idoneum reip. civem exiſtimans, [33] qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet. Ann. urb. 478. Plin. XVI. 38. A. Victor. Colum. praef. & I. 3.

6. Idem ſenſit [34] Fabricius Luſcinus, honoribus & auctoritate [35] omni civitate temporibus ſuis major, cenſu par unicuique pauperrimo: qui a Samnitibus, quos univerſos [36] in clientela habebat, [37] decem aeris, & quinque pondo argenti, totidemque ſervos ſibi miſſos, in Samnium remiſit, [38] continentiae ſuae beneficio ſine pecunia praedives, ſine uſu familiae abunde comitatus: quia locu- Ann. urb. 480. circiter. Gell. I. 14. ex Hygino de vir. ill.

33. *Qui eo quod reliquis*] Huc reſpicit Seneca de Ben. L. VII. 7. Quod peſſime de Coclite interpretatur Muret. L. XIX. V. L. 18. PERIZON.

34. *Fabricius Luſcinus*] Fuit is Curii aequalis. Et quia pari fuit abſtinentia, factum ut unum idemque factum ab aliis Curio, ab aliis Fabricio tribueretur. VORST. Etiam hic MSS. alii *Licinius*, alii *Lucinus*.

35. *Omni cive temporibus ſuis major*] MS. *Curiti*. An *Quirite*? Claud. Feſc. 57.

Epuliſque jam repleto
Reſonet Quirite Tibris.

Hor. L. II. 7.

Quis te redonabit Quiritem
Dis patriis, Italoque coelo.

PERIZON. Quid ab auctore profectum fuerit ſatis docent MSS. noſtri. Quorum plerique cum Ed. Mog. habent *civitati*. Ceteri *civitate*. Quod verum cenſeo. *Quirite* nimis poëticum videtur. Deinde Ultraj. ſec. *pecuniae cenſu*.

36. *In clientela habebat*] Harl. Barb. prim. Cop. *in clientelam habebat*.

37. *Decem aeris & quinque pondo argenti*] *Decem aeris & quinque pondo argenti totidemque ſervos ſibi miſſos in Samnium remiſit*, inquit Valerius. Quotquot auctores & Graeci & Latini hanc recitant hiſtoriam aurum aut pecuniam miſſam dicunt, omiſſo numero, qui hic nimis conciſus eſt. Decem enim aeris & quinque pondo argenti facerent 50. coronatos, & decimam coronati partem: cum unum mancipium quadruplo pluris ſaepe venditum ſit, & hic ſervorum numerus addatur; quamquam Badius recte dubitat, quindecimne ſervos, an quinque intelligere debeamus. Ipſe tamen malim, inquit, quinque intelligere, ut potius ad proximum, quam ad utrumque referatur. Ego locum valde ſuſpectum habeo. Gellius autem Lib. I. Cap. 14. decem ſervos miſſos ſcribit. GLAREAN. *Decem aeris, & quinque pondo argenti, totidem ſervos ſibi miſſos*. Gellius libro primo cap. 14. hujus hiſtoriae meminit ex Julio Hygino, ſed non expreſſa ſumma, grandem pecuniam dono oblatam ſcribit. verum quam tenuis haec ſumma Valeriana! quae proculdubio, numerorum notis interverſis, eſt depravata; attamen ex manuſcriptis quod adferam melius non habeo, Gemblacenſis liber XV. pondo argenti prodit. PIGH. *Quinque pondo argenti*. Gellius I, 14. ex Julio Hygino prodit, Samnites Fabricio dono obtuliſſe grandem pecuniam. Unde conjicit Pighius, apud Valerium numerum corruptum eſſe. Notat item in cod. Gemblacenſi eſſe *XV pondo argenti*. Quod idem de uno quoque cod. Brand. teſtari licet. VORST. *Quindecim* habet etiam Ultraj. prim. reliqui tuentur vulgatum. Ceterum Hotomannum hic fruſtra inculcare *decies aeris*, admonuit J. Fr. Gronovius L. II. de Pec. Vet. C. 5. Sed prudentius ipſum conjeciſſe *decem millia*.

38. *Continentiae ſuae beneficio*] Quam ſupra *abſtinentiam* vocavit, nunc *continentiam* vocat: ut vocabula ſint plane *ἰσοδύναμα*. Quocirca caput inſcribendum fuerit non, ut vulgo, *de abſtinentia & continentia*; ſed modo vel *de abſtinentia*, vel *de continentia*. VORST.

39. *Modica deſiderare*] Acutum Cleanthis reſponſum, qui percontanti, quomodo quis diteſcere poſſet, dixit: Εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴη πένης. Valerius infra: *Omnia habet, qui nihil concupiſcit*;

locupletem illum faciebat, non multa poſſidere, ſed [39] modica deſiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum aere & argento & mancipiis Samnitum vacua, ita gloria ex his contemptis parta, referta fuit. Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt. legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, *quendam Athenienſem* (39) *clarum ſapientia ſuadere, nequid aliud homines quam voluptatis cauſſa facere vellent*, pro monſtro eam vocem accepit, continuoque [40] Pyrrho & Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. Licet Athenae doctrina ſua glorientur, [41] vir tamen prudens Fabricii deteſtationem, quam Epicuri maluit praecepta: quod eventus quoque indicavit. [42] Nam quae urbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit: quae labore delectata eſt, occupavit. Et illa libertatem tueri non valuit: haec etiam donare potuit.

Ann. urb. 474. Plut. Pyrrho. Cic. Catone.

Curii

ſcit: eo quidem certius, quam qui cuncta poſſidet. Quia dominium rerum collabi ſolet, bonae mentis uſurpatio, nullum triſtioris fortunae recipit incurſum. COLER.

(39.) *Clarum ſapientia ſuadere*] Pro *Suadere.* Non pauci MS. *ſuadentem.* etiam Cop. unde Perizonius conjiciebat. *Athenienſem eſſe clarum ſapientia ſuadentem.*

40. *Pyrrho & Samnitibus iſtam ſapientiam deteſtatus eſt*] Sic Ultraj. prim. & ſic correxit in Leid. ſept. eadem manus. quod non diſplicet. certe fortius eſt. & mox *deteſtationem* dicit. Sed potius *deprecor* hic idem erit, quod *imprecor*, vel *valde precor.* Vide magnum J. Fr. Gronov. ad Gel. L. vi. 16.

41. *Vir tamen prudens*] Cyneam Theſſalum intelligere videtur, qui de Athenienſi voluptatem praedicante narraverat; quod videlicet deteſtationem Fabricii, quam praecepta Epicuri maluerit. Fabricius cum illam de voluptate ſequenda ſapientiam Pyrrho & Samnitibus precaretur, eandem & deteſtatus fuit, neque ſibi ſuiſque contingere eam voluit. Atque ipſa illa deteſtatio magis probata Cyneae Theſſalo fuit, quam praecepta Epicuri. VORST Inepte haec exponit Vorſt. per *virum prudentem* intelligendo *Cyneam.* Lege omnino *maluerit.* Id eſt omnis vir prudens praetulerit Epicuri praeceptis Fabricii deteſtationem. Similiter faere initio hujus capitis, *ea civitas aeterno in gradu facile ſteterit.* Sic infra iv. 8. 2. ex MSto. Sic vii. 6. 1. ex MSto legerim. *Quae ſi per ſe adſpiciantur aliquid ruboris habeant: ſi autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur ſaevitiae temporis convenientia praeſidia videantur.* ubi editi *habent* & *videbuntur*, ſenſus autem erit, *ut habeant & videantur.* Sic v. 1. init. *Liberalitati quas aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim.* & v. 4. 7. *Putaret aliquis hoc contra naturam factum.* ubi MS. *putaverit.* ſic vi. 6. ext. & v. 4. ext. 5. *Nec Aetnaei montis gloriam involverim.* & v. 6. 1. *Merito objecerim.* Sic vi. 2. init. Sic v. 6. 4. Lego. *Haec exempla Sylla, Marius, & Cinna tanquam ſtulta riſerint.* Ubi editi *riſerunt.* ſic plane viii. 5. init. & vi. 3. 5. hoc *aliquis in fine ſeveritatis & ſaevitiae ponendum dixerit.* & vi. 4. 4. *moribus graviſſimi viri aſſignaverit.* & vi. 6. 5. & vi. 9. 6. & vii. 5. init. & viii. 9. 3. & ix. 12. Ext. 7. & ix. 13. 1. Liv. xlv. 23. *Non negaverim & totam Aſiae regionem inaniora parere ingenia.* Sic Aelian. 1. 17. ὧν, ἐμοὶ δοκεῖ, ὁ σπουδαῖος οὐδέτερον ἐπαινέσεται, eſt enim intus futurum. PERIZON. *Maluerim* exhibet Bit. prim.

42. *Nam quae urbs voluptati plurimum tribuit*] Athenas intelligere videtur. Verum ſi Epicurus ita docuerit, non toti civitati id tribuendum erat; praeſertim cum in eadem urbe Stoici in omnia alia abierint; deque Epicuro etiam res adhuc ambigua ſit. VORST. *Nam quae urbs voluptati.* MSS. tredecim *Namque urbs cum* vel *quom*, fortaſſe natum ex eo quod habet Ultraj. ſec. *Namque urbs quae voluptati plurimum tribuit.*

43. *Q. Aelium Tuberonem*] Duo fuere magis celebres in hiſtoria Romana Q. Tuberones: Alter P. Aemilii gener, proximo poſt ſecundum Paulli conſulatum anno Conſul, qui fuit 587. ab U. C. cognominatus *Catus*, unde *Ca-*

taelius

Curii & Fabricii [43] Q. Aelium Tuberonem [44] cognomine *Catum* diſcipulum fuiſſe merito quis exiſtimaverit. Cui conſulatum gerenti, cum Aetolorum gens omnis uſus vaſa argentea, magno pondere, & exquiſita arte fabricata, per legatos miſiſſet, qui ſuperiori tempore gratulandi cauſſa ad eum profecti retulerant, [45] *fictilia ſe in ejus menſa vaſa vidiſſe:* monitos *ne continentiae quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire* juſſit. Quam bene Aetolicis domeſtica praetulerat, ſi frugalitatis ejus exemplum poſterior aetas ſequi voluiſſet! Nunc quo ventum eſt? [46] a ſervis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, [47] qua tunc conſul uti non erubuit. 7. Ann. urb. 586. Plin. L. XIII. 11.

At Perſe rege devicto Paullus, cum Macedonicis opibus veterem atque hereditariam urbis noſtrae paupertatem eouſque ſatiaſſet, ut illo tempore primum popu- 8. Ann. urb. 587. Cic. II. Off. Plutarch.

taelius à Valerio dictus, cum de *Aelia* gente eſſet *Catus*. De hoc nunc loquitur Valerius, & paullo poſt Cap. ſequente, ubi de Aelia familia, & Plin. L. XXXIII. Cap. 11. Alter fuit Q. *Aelius Tubero*, *Paulli Aemilii* Nepos. De quo Valerius Lib. VII. Cap. 5. De Repulſis. Cicero bis in Laelio. Mirifice etiam Seneca Epiſt. 95. ad finem. Hic neque Praetor, neque Conſul fuit, ut Cicero notavit in Bruto. GLAREAN. *Q. Aelium Tuberonem cognomine Catum*. Plinius XXXIII, 11. *Catum Aelium* vocat. Etiam Ennius, ubi hunc nominavit, nomen *Cati* praepoſuit. Verſiculus ejus apud Ciceronem 1. Tuſc. Q. & 1. de Orat. hic eſt: *Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus*. Sed & Varro lib. VI. de L. L. ad Ennii iſta alludit: praetereaque monet, *Catum* eo dictum fuiſſe, quod acutus eſſet: quomodo & *cata dicta* dicantur, quae acuta ſunt. Vide Commentarium P. Merulae in Fragmenta Ennii, pag. 507. VORST. Errant & Valerius & Plinius. vide Rupert. ad Pompon. de Orig. Jur. p. 338. & 345. & eumdem Epiſt. ad Reineſ. p. 193. 194. & 413. 414. item Reineſ. p. 232. 233. PERIZON. Erraſſe utrumque, Valerium quod eum *Q. Aelium Tuberonem Catum* dicit, qui fuit *Sex. Aelius Paetus Catus*. Et Plinium, quod ei Socerum dat *Aemilium Paullum Macedonicum*, obſervavit etiam Merula ad Enn. p. 505. & Conſul hic fuit non, ut Pighius notavit in margine, A. U. C. 586. ſed 555. cum *T. Quintio Flaminino*. Porro MSS. aliquot omittunt *Aelium*, & fluctuant inter *Catilium*, *Catillum*, *Cantilium*, *Catillium*, & *Gatilium*. *Catelium* fuit in vulgatis Edd. in Mog. *Catilium*.

44. *Cognomine Catum*]. Scribit lib. Daniel. *cognomine Gentilium*. alius: *Catulum*. Edit. Venet. *Catullum*. Sed haec omnia à nugivendulis librariis. Is igitur Sextus Aelius Catus eſt, de quo verſus Ennii factus:

Egregie cordatus homo Catus Aeliu' Sextus.

quem verſum bis citat Cicero. Idem epiſtola quadam ad Trebatium eundem Sextum Aelium vocat, non ut ibi corruperunt, Aemilium. Fuit hic Aelius Jureconſultus cujus Tripertita laudat Pomponius IC. D. de orig. jur. Meminit hujus Plinius quoque lib. XXXIII. cap. 11. Vixit alius Catus Aelius Auguſti aevo, quem non dubito illum eſſe, quem 1000. homines in Thraciam duxiſſe ſuo tempore Strabo refert lib. VII. Nec poſſum adhuc cogitatione ulla indipiſci, quid cauſſae fuerit, quare eruditiſſimus Caſaubonus hunc Aelium penitus ignorare ſe adfirmet, & pro eo ſubſtituat Licinium Craſſum, nimis libera correctione. COLER.

45. *Fictilia ſe in ejus menſa vaſa vidiſſe*] Vox *vaſa* mihi ſuſpecta eſt. PERIZON.

46. *A ſervis vix*] Lege Plinium libro XXXIII. cap. 10. & 11 COLER.

47. *Qua uti conſul non erubuit*] In Wincheliano, Colonienſi, & Gemblacenſi recte, *Qua tunc conſul uti non erubuit*. Et remanent ejus quoque veſtigia in aliis libris. PIGH. *Conſul uti non erubuit*. Omittit τὸ *uti* liber Danielis recte & eleganter. COLER. *Qua tunc conſul uti non erubuit*. Notat Colerus in cod. P. Dan. eſſe, *Qua tunc conſul non erub.* voce *uti* omiſſa. Idem & in uno cod. Brand. obſervo, inque vetere typis expreſſo Mart. Herbip. Sed & in altero cod. Brand. eadem lectio notata ad marginem eſt; niſi quod pro *qua* eſt *quam*. Vo-

culam

populus Rom. [48] tributi praeſtandi onere ſe liberaret: penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit; praeclare ſecum actum exiſtimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipſe gloriam occupaſſet.

9. Ann. urb. 480. Zonaras 11. Atque huic animi ejus judicio [49] Q. Fabius Gurges, N. Fabius Pictor, Q. Ogulnius ſubſcripſerunt: qui [50] legati ad Ptolemaeum regem miſſi, munera, quae ab eo privatim acceperant, in aerarium, & quidem prius, quam [51] ad ſenatum legationem referrent, detulerunt: de publico ſcilicet miniſterio nihil cuiquam, praeter laudem bene adminiſtrati officii, accedere debere judicantes. Jam illud humanitatis ſenatus, & attentae majorum diſciplinae indicium eſt. data ſunt enim legatis, [52] quae in aerarium repoſuerant, non ſolum patrum conſcriptorum decreto, [53] ſed etiam populi permiſſu, eaque legatis quaeſtores prompte unicuique diſtribuerunt. Ita in iiſdem Ptolemaei liberalitas, legatorum abſtinentia, ſenatus ac populi Romani aequitas, debitam probabilis facti portionem obtinuit.

Fabio-

culam *tunc*, quae in editione Aldi omnia, uterque etiam cod. Brand. habet. VORST. Quod dedit Pighius invenio in utroque Ultraj. Leid. quint. & eſt in quibuſdam aliis. Unus Rem. *Quia tunc conſul non erubuit.* Quinque Leid. Periz. Harl. Barb. & Med. primi. *Quam tunc conſul non erubuit.* Ut ſolet hoc verbum ſaepe cum quarto caſu jungi. Virg. L. II. Aen. 541.

——— ſed jura fidemque
Supplicis erubuit.

Claud. de Raptu Prof. 68.

Erubuitque preces.

Curt. L. V. 1. 19. *Dignum eſſe omni malo, qui erubeſceret fortuita.*

48. *Tributi praeſtandi onere ſe liberaret*] An liberarit. PERIZON. Duo ante *liberaret* omittunt *ſe*. Bit. prim. *ex victoria.*

49. *Q. Fabius Gurges, C. Numerius Fabius Pictor, Q. Ugolinus ſe ſubſcripſerunt*] Mirifice corruperunt haec legatorum nomina librarii, quae item variantur in manuſcriptis. In Jacobi Suſii libro poſteriores duo vocantur *Q. Numerius Pictor, Q. Ogolinus.* In Pulmanni item eodem modo. In Cauchiano, Colonienſi & Wincheliano, *Cn. Fabius Pictor, Q. Ugolinus*, In Campenſi, *C. Numerius Pictor, Q. Ugolinus.* In Atrebatenſi denique & Gemblacenſi, *Numerius Pictor, Q. Ogolnius ſubſcripſerunt.* Ex his omnibus reſtitui poſſunt hoc modo nomina; *Q. Fabius Gurges, C. N. Fabii Pictores, Q. Ugolnius ſubſcripſerunt.* Atque ita etiam antiquis Romanorum faſtorum tabulis reſpondebunt. C. enim Fabius Pictor cum Q. Ogolnio conſul fuit, Numerius poſtea cum D. Junio. Meminit hujus abſtinentiae Annalium ſecundo Zonaras, ſed legatos non nominat. Vide Annales noſtros. PIGH. *N. Fabius Pictor.* Mirum, quod, cum codices omnes de uno modo Pictore hic agant, Pighius tamen ſcribendum putavit *C. N. Fabii Pictores*; quodque Colerus & Thyſius eum ſecuti ſunt. *Cn. Fabius Pictor* reperit Pighius in tribus codd. MSS. Alii pro *Cn. Fabius* habent *Numerius*, vel *C. Numerius*, vel *Q. Numerius.* Et ex diverſitate iſta praenominis videtur illud CN. ortum. Quod quidem pro duobus praenominibus, Caji & Numerii puta. Pighius accepit; & *Fabii Pictores* numero plur. pro *Fabius Pictor* legendum putavit. Ut nunc nos edimus, ita Carolum quoque Sigonium legendum crediditſſe ex Commentario ejus in Faſt. Rom. & quidem ad A. 480. apparet. VORST. Ut Vorſtius edidit habet Ed. Mog. Major pars MSS. *Q. Fabius Gurges Numerius Pictor, Q. Ogulnius* vel *Ogolnius*, vel *Ogolinus.* Eſt etiam, qui *Gn. Numerius* habeat, tres *Gneus Fabius Pictor.* Perizonio legendum videbatur *Fabii Q. Gurges, Numerius Pictor, Q. Ogulnius.* Et obſervabat hos Aemilio Paulo eſſe antiquiores, videndumque Uſſerium A. M. 3731. Videndus & Giſanii Index Lucretii p. 472.

50. *Legati ad Ptolomaeum*] Quo tempore haec lega-

Fabiorum & Ogulnii continentiae Calpurnium Piſonem in conſimili genere laudis aemulum fuiſſe [54] res ipſa documento eſt. [55] Conſul gravi fugitivorum bello a ſe liberata Sicilia, eos, quorum praecipua opera uſus fuerat, imperatorio more donis proſequebatur. Inter quos filium ſuum locis aliquot proeliatum fortiſſime, titulo trium librarum aureae coronae decoravit; praefatus *non oportere a magiſtratu e publica pecunia erogari, quod in ipſius domum rediturum eſſet:* tantumque ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturum promiſit, ut honorem publice a duce, pretium a patre privatim reciperet. 10. Ann. urb. 620. Plin. XXXIII. 2. extr.

Age, ſi quis hoc ſaeculo [56] vir illuſtris pellibus haedinis pro ſtragulis utatur, [57] tribuſque ſervis comitatus Hiſpaniam regat, & quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam provinciam petat, [58] eodem cibo, eodemque vino, quo nautae, uti contentus ſit, nonne [59] miſerabilis exiſtimetur? Atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato toleravit, quia illum grata frugalitatis [60] conſuetudo, in hoc genere vitae, cum ſumma dulcedine continebat. 11. Ann. urb. 558. Livius XXXII. Plin. XIV. 13. Plutarch.

Multum

legatio facta ſit ne uno quidem verbo innuit Author. Credo eam legationem fuiſſe poſt victum Pyrrhum, cujus Juſt. meminit Lib. XVIII. & regem Aegypti fuiſſe Ptolemaeum Philadelphum, qui in haec incidit tempora. *Gurges* enim & *Q. Fabius Pictor* ambo ante primum bellum Punicum Conſules fuerunt. Scio Euſebium in Chronicis ſcribere, Lagi filium Romam miſiſſe legatos. Sed veriſimile eſt poſt Pyrrhum devictum etiam Philadelphum tam liberalem fuiſſe in Romanorum legatos. Tempora enim ſic melius congruent. De *C. Numero*, & *Q. Cigolino* obſcurior fama, quia in catalogo Conſulum non reperiuntur. GLAREAN.

51. *Ad Senatum legationem referrent*] Harl. & Leid. tert. *Deferrent.* Paulo ante *& quidem prius* bene ex MSS. emendavit Pighius, cum vulgo ederetur *quidem prius.* ſed non à Moguntinis. Leid. ſept. *& humanitatis Senatus, & attentae.* Duo Leid. *depoſuerant.* Unus *repoſuerunt* cum Ultraj. prim. Perizon. & Bit. prim. *impoſuerant.* Ultr. ſec. *poſuerant.* & ſic Mog. etiam pro *jam* nonnulli *nam.* ut ſunt illa ſubinde confuſa.

52. *Quae in aerarium repoſuerant*] Unus cod. Brand. *impoſuerant.* VORST.

53. *Sed etiam populi permiſſu, eaque legatis quaeſtores prompte unicuique diſtribuerunt*] Harl. *Itaque legata.* Ultr. prim. *Atque legata.* Leid. ſec. delet. *Eaque legatis Quaeſtores prompta.* Bit. prim. *promiſſa legata. quaeſtores prompta.* Barb. prim. *permiſſu prompta legata unicuique.* Leid. prim. tert. & Periz. *legata quaeſtores prompta.* Ultraj. ſec. *legata quaeſtores prompte.* & ſic Mog. Perizon. conjiciebat. *Sed etiam populi permiſſu ea quaeſtores prompte*, vel, *prompta unicuique diſtribuerunt.*

54. *Res ipſa documento eſt*] Ultraj. prim. *indicio eſt.* Deinde idem. *De pecunia publica erogari.* Bit. prim. *quod in ipſius dominium rediturum eſſet.* Leid. quint. *à patre privatus.* MSS. duodecim & omnes ante Pighium (qui *acciperet* dedit) Edd. *à patre privatim reciperet.* Nec ſatis cauſſae video, cur fuerit mutatum. Quum *recipere* ſaepiſſime pro *accipere*, atque ipſo etiam *capere* ponatur.

55. *Conſul gravi fugitivorum bello*] Sexaginta fugitivorum millia Siciliam occupaverant. Contra quos miſſus Calpurnius Piſo bene rem geſſit, ac ſuos deinde donis proſecutus eſt. Supra II, 7, 9. ſeveritatis ac diſciplinae militaris ejuſdem exemplum extat. VORST.

56. *Vir illuſtris*] Uterque cod. Brandeb. rurſus *illuſter.* VORST. Ita etiam habet Bit. prim. Ultraj. ſec. Leid. quint. & Ed. Mog. Quam varietatem obſervavimus etiam ſupra.

57. *Tribus ſervis*] Vide Apul. Apol. p. 285. Ed. Elmenh. & Gron. L. IV. Obſ. p. 370. & Feſt. in V. *Navitas.* Item de Epaminonda Aelian. L. XI. 9. PERIZON.

58. *Eodem vino*] Innuit Catonem Majorem Plinius libro XIV. *Idem Cato cum in Hiſpaniam navi-*

12. Ann. urb. 7?4. Plut. in vita. Multum a priſca continentia ſpatio annorum [61] poſterior Cato diſcedit, [62] utpote in civitate jam divite & lautitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus intereſſet, filium ſecum trahens, [63] duodecim ſervos habuit; numero plures, quam ſuperior; temporum diverſis moribus, pauciores.

13. Ann. urb. 623. Juſtin. XXXVIII. Plut. Apoph. Athen. VI. A. Victor LVIII. Exultat animus [64] maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio Aemilianus poſt duos inclytos conſulatus, [65] totidemque ſuae praecipuae gloriae triumphos, ſeptem ſervis ſequentibus officio legationis functus eſt. Et, puto, Carthaginis ac Numantiae ſpoliis comparare plures potuerat, niſi operum ſuorum ad ſe laudem, manubias ad patriam redundare maluiſſet. Itaque cum per ſocios & exteras gentes iter faceret, non mancipia ejus, ſed victoriae numerabantur: nec quantum auri & argenti, ſed quantum amplitudinis pondus ſecum ferret, [66] aeſtimabatur.

14. Ann. urb. 473. Plut. Pyrrho. Zonaras. Continentia vero etiam in univerſae plebis animis ſaepenumero cognita eſt: [67] ſed abunde erit, ex his duo exempla longe inter ſe diſtantium ſaeculorum retu-

navigaret, unde cum triumpho rediit, Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges. COLER. *Uti* delet Harlem. Leid. quint. Front. L. IV. 3. 1. *M. Catonem vino eodem, quo remiges, contentum fuiſſe traditur.* Ubi Tennulius quoque teſtatur, MSS. Valerii τὸ *uti* delere. Pauculi pro *eodemque vino* habent *eodemque potu.*

59. *Mirabilis*] Scribo, ut ſupra ex lib. Dan. *Miſerabilis.* COLER. *Nonne miſerabilis exiſtimetur.* Colerus ex cod. P. Dan. ut ſup. ita & hic pro *mirabilis* reſcripſit *miſerabilis.* VORST. MSS. tredecim noſtri ſervant *mirabilis.* Verum tamen videtur *miſerabilis:* huic enim opponit *gratam* frugalitatis conſuetudinem, *patientiſſime* tolerare, cum ſumma *dulcedine* continere. Etſi ipſe Cato *mirabilis* quidem eſt propter hanc frugalitatem, iſto tamen ſeculo tam effuſo in luxum, *miſerabilis* judicandus fuit homo, qui hoc modo vitam toleraret.

60. *Conſuetudo*] Cato ipſe contra Thermum: *Ego jam à principio in parſimonia atque in duritia omnem adoleſcentiam meam abſtinui. agro colendo, ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis atque conſerendis.* COLER.

61. *Poſterior Cato diſcedit*] Miror me hic nihil annotatum reperire in variantibus Gudii lectionibus, cum in ſext. Leid. Periz. Cop. Ultraj. utroque inveniam *deſcendit*, quod habet etiam Ed. Mog.

62. *Utpote in civitate*] Nonnulli omittunt praepoſitionem. Ultraj. prim. *Licentia gaudente.* De *Lautitia* vide ad L. II. 4. 6.

63. *Duodecim ſervos habuit*] Unus cod. Brand. *ſeptem ſervos*: quam lectionem & Pighius in margine notavit. Et propius haec accedit ad narrationem Plutarchi in Apophthegm. & Athenaei in lib. VI. quod modo quinque habuerit. VORST. *Septem* habent Copeſ. Bit. Barb. prim. Med. duo. Pro *filium ſecum* Leid. tert. *filium ſocium* Bit. prim. *filium ſuum ſecum.*

64. *Maximorum virorum*] Leid. prim. *majorum noſtrorum.*

65. *Totidemque ſuae praecipuae gloriae triumphos*] Utrum delendum *ſuae*, an potius ſcribendum *praecipue?* Vide de duobus his conſulatibus Sigon. in vita Scipionis Aemiliani. PERIZON.

66. *Aeſtimabatur*] MSS. ſeptem *exiſtimabatur.* Ultraj. prim. *victoriae enumerabantur.*

67. *Sed abunde erit ex his duo exempla longe inter ſe diſtantium ſaeculorum retuliſſe*] Haec alio ordine in manuſcriptis, *Sed abunde erit, longe inter ſe diſtantium ſaeculorum duo ex his exempla retuliſſe.* Utraque bona lectio, ſed haec vincit librorum veterum conſenſu. PIGH. *Ex his duo exempla longe inter ſe diſtantium ſaeculorum retuliſſe.* Ita antiqui typis expreſſi, & uterque etiam cod. Brand. MS. In aliis codd. verba nonnihil trajecta ſunt. Quod quidem adeo placuit Pighio, ut in ipſum textum id reciperet. VORST. MSS. decem cum Ed. Mog. *In univerſis plebis animis.* vulgo edebatur *univerſis plebis animis* ſine

retuliſſe. Pyrrhus impetus ſui terrore ſoluto, ac jam Epiroticis armis languentibus, benevolentiam populi Romani mercari, quia virtutem debilitare nequiverat, cupiens, pene totum regiarum opum apparatum [68] in urbem noſtram tranſtulit. Ceterum, cum & magni pretii, & varii generis, a legatis ejus, tam virorum quam feminarum [69] apta uſui munera circa domos ferrentur, [70] nulla cuiquam dono janua patuit. Tarentinaeque petulantiae animoſus magis quam efficax defenſor, [71] haud ſcio majore cum gloria hujus urbis moribus, an armis repulſis ſit. In illa quoque procella, quam C. Marius & L. Cinna reipub. inflixerant, abſtinentia populi Romani mirifica conſpecta eſt. Nam cum a ſe proſcriptorum penates [72] vulgi manibus diripiendos objeciſſent, inveniri potuit nemo [73] qui civili luctu praedam peteret. Unus enim quiſque ſe ab his [74] perinde ac a ſacris aedibus abſtinuit. Quae quidem tam miſericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum convitium fuit.

Liv. xxxiv. in orat. M. Catonis pro lege Oppia.

Ann. urb. 666. Velleius.

Ex-

ſine praepoſitione. Deinde multo plures noſtri defendunt ordinem, quem Vorſtius dedit.

68. *In urbem noſtram tranſtulerat*] Edd. Vett. cum MSS. undecim habent *tranſtulit*, quod mutari non fuerat opus.

69. *Apta uſui munera*] Varro lib. II. de vita populi Romani: *Qua abſtinentia viri mulieresque Romanae fuerint, quod à Rege munera eorum voluerit nemo accipere.* Intelligit Pyrrhum regem. COLER.

70. *Nulla cuiquam dono janua patuit*] Nonnulli habent *domo*, ut dedit Colerus, ſed rectius eſt alterum.

71. *Haud ſcio majore cum gloria hujus urbis armis, quam moribus repulſus ſit*] In Campenſi aliiſque, *Hujus urbis moribus quam armis.* Eam lectionem non video quiſnam improbare poterit. PIGH. *Haud ſcio, majore cum gloria hujus urbis moribus, quam armis repulſus ſit.* Ut ſupra, cum quippiam affirmare vellet, ſubinde *neſcio* uſurpavit, ita nunc *haud ſcio.* Sed ita vocula *an* ſubjici ſolet. Supra I, I, 14. *In his, quae ad cuſtodiam religionis attinent, neſcio an omnes M. Atilius Regulus praeceſſerit.* Cicero lib. IX. ep. 14. *Contigit tibi quod haud ſcio an nemini.* Quae igitur vocula alibi diſerte additur, ea hic ſubaudienda eſt. VORST. Barb. prim. Copeſ. Leid. quint. & Ultraj. prim. diſerte quum haberent *moribus an armis repulſus ſit*, non cunctandum putavi, quin protinus tam planum hoc & expeditum amplecterer. Pro *armis* nonnulli habent *bello*. Deinde unus *Remp. mirifice.*

72. *Vulgi manibus diripiendos abjeciſſent*] Libri veteres, *objeciſſent.* Melius. PIGH. *Diripiendos objeciſſent*, ſic recte Pigh. pro vulgato *abjeciſſent.* Conſentiunt enim Cod. ſcripti cum Edit. Mog.

73. *Qui civili luctu praedam peteret*] In Pulmanniano, & Campenſi, *Qui è civili jactura.* Eleganter alluſione facta ad illam tempeſtatem reip. quam procellam vocat. PIGH. *Qui è civili jactura praedam peteret.* Ita Pighius è codd. Pulmanniano & Campenſi. Alii habent *civili luctu.* Vox *jacturae* apprime huc quadrat; quia paulo ante vocabulo *procellae* uſus eſt. VORST. Fere omnes MSS. *qui civili luctu praedam peteret.* Leid. ſept. *luctu al' jactura. Civili luctu* eſt, dum civitas in luctu eſt, tempore civilis luctus; quemadmodum dicunt, *ludis, funere*, & alia id genus multa. Itaque Pighio non diutius auſcultandum putavi.

74. *Perinde ac*] Lib. Danielis. *Perinde ac ſi.* Non vulgari elegantia. COLER. MSS. etiam noſtri complures *ac ſi à ſacris aedibus.* & ſic Ed. Mog. ac reliqui.

75. *Ac ne ejuſdem laudis*] Leid. tert. *At ne ejuſd.* Bit. prim. *At ne quidem laudis.* Barb. prim. *exteris.* Deinde in *atque* non pauci delent *que*, alii ſcribunt *ac*, ut vulgo edebatur, Ultraj. uterque habet *&c.* & ſic Ed. Mog. quae etiam in initio habet *at.* Sic L. III. 4. Ext. I. *Sed ut Romanis externa jungamus.* Similiter L. V. 3. 4.

76. *Sophoclem*] Ultraj. prim. *Sophoclea.*

77. *Intemperantiam ejus increpitans*] Leid.

Z z quint.

Externa.

1. Cic. offic. 1. Plut. in vita. Stob. ſerm. 15. Aelian. XIV. 42.

[75] Ac ne ejuſdem laudis commemorationem externis invideamus: Pericles Athenienſium princeps, cum tragoediarum ſcriptorem [76] Sophoclem in praetura collegam haberet, atque is publico officio una diſtrictus, praetereuntis ingenui pueri formam impenſioribus verbis laudaſſet, [77] intemperantiam ejus increpans, dixit, [78] *Praetori non ſolum manus a pecuniae lucro, ſed etiam oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.*

2. Cic. Catone. Plato de repub. 1. Amm. XXV.

Sophocles autem aetate jam ſenior, cum ab eo quidam quaereret, an [79] etiamnunc rebus Venereis uteretur, [80] *Dii meliora*, inquit. *Libenter enim iſtinc tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.*

3. Diog. Laërt.

Aeque abſtinentis ſenectae Xenocratem fuiſſe accepimus; [81] cujus opinionis non parva fides erit narratio quae ſequitur. [82] In pervigilio Phryne nobile Athenis

quint. *ei.* Qua forma ſupra dixit L. III. 3. Ext. 2. *Increpitanſque Agrigentinis ignaviam.*

78. *Praetori non ſolum*] Ω Σοφόκλες, ait Graecus, τὸν σώφρονα στρατηγὸν, οὐ μόνον τὰς χεῖρας ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. Vertit Cicero libro I. offic. *At enim Praetorem, Sophocles; decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Nam & oculis pudicitia delibatur. unde ab eodem Valerio *alieni matrimonii ſubſeſſores* appellantur. Florus libro II. capite 6. De Scipione: *Ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci; ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur.* COLER. *Praetori non ſolum manus.* Cicero I. de Off. *At enim praetorem, Sophocles, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Apud Plutarchum in vita Periclis verba Graece ſic habent: Ω Σοφόκλεις, τὸν σώφρονα στρατηγὸν οὐ μόνον τὰς χεῖρας. ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν καθαρὰν ἑαυτῷ δεῖ. VORST. Harl. *praetoris.* Leid. ſept. *praetori al. praetoris.* & ſic antea edebatur. Mog. tamen *praetori.*

79. *Etiamnum*] Potior pars MSS. & Ed. Mog. habet *etiamnunc.* Vide ſupra L. II. 1. 1. tum Copeſ. & Ultraj. ſec. *Veneris.* & ſic Ed. Mog. De dicto ipſo Sophoclis, vide, quos citat Olearius ad Philoſt. vita Apoll. Thyan. c. 13.

80. *Dii meliora*] Ita antiquiores pro eo quod poſteriores dixerunt *Abſit.* Vide de hoc Sciopp. in Inf. Famiani. VORST.

81. *Cujus opinionis non parva fides erit*] Opinio poſitum videtur pro *fama*; id quod & à Juſtino eoque antiquioribus, factum videmus. Praecedit enim *accepimus.* VORST. MSS. novem *Narratio quae ſequetur*, & ſic Ed. Mog.

82. *In pervigilio Phryne nobile Athenarum ſcortum juxta eum vino gravem accubuit*] In manuſcriptis concinnius ac melius ſic; *Phryne nobile Athenis ſcortum juxta eum vino gravem in pervigilio accubuit.* PIGH. *Phryne nobile Athenis ſcortum.* Pighius ſecundum quoſdam codd. trajectionem hic fecit. Aldus & alii ediderant ſic, *in pervigilio Phryne*: ut *in pervigilio* praecederet. Et ita plane codices quoque Brand. habent. VORST. Trajectionem à Pighio factam non probabant MSS. noſtri; illud vero maximo conſenſu, quod *Athenis* pro *Athenarum* reſcripſit. Porro MSS. plerique corrupte ſcribunt *Phyrne*, vel *Phirne*. *In Pervigilio* omittit Leid. ſec. ſed primus ſolam praepoſitionem. Cl. Perizonius notabat hoc non *Phrynae*, ſed *Laidi* tribui ab Acrone ad Horat. L. II. S. 3. 253. De Phryne vide Virum illum Eruditiſſimum ad Aelian. L. IX. 32.

83. *Pignore cum quibuſdam juvenibus poſito, an*] Pithoeus pro *an* reponendum putat *ni*: quomodo Acro ad illud Horatii *Mutatus Palaemon* ſcripſerit, *Laidem meretricem ſponſionem feciſſe, ni Xenocratem ad ſuos ſollicitaret concubitus.* VORST. Leid. prim. *Sponſione cum quibuſdam juvenibus facta.* ex interpretatione videlicet alterius.

84. *Quoad voluerat in ſinu ſuo moratam*] In Wincheliano *morari.* PIGH. *Quoad voluerat in ſinu ſuo moratam.* Ita antiqui typis expreſſi; & Brandeburg. item MSS. Pighius ex uno cod. reſcri-

nis ſcortum juxta eum vino gravem accubuit, [83] pignore cum quibuſdam juvenibus poſito, an temperantiam ejus corrumpere poſſet. Quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, [84] quoad voluerat, in ſinu ſuo moratam, irritam propoſiti dimiſit. Factum ſapientia imbuti animi abſtinens; ſed meretriculae quoque dictum perquam facetum. Deridentibus enim ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamque elegans [85] poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, pactumque [86] victoriae pretium flagitantibus, *de homine ſe* [87] *cum iis, non de ſtatua, pignus poſuiſſe*, reſpondit. Poteſtne haec Xenocratis continentia a quoquam magis vere, magiſque proprie demonſtrari, quam ab ipſa meretricula expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua nulla ex parte [88] conſtantiſſimam ejus abſtinentiam labefecit. [89] Quid rex Alexander? an divitiis eum quatere potuit? ab illo quoque ſtatuam, & quidem aeque fruſtra tentatam, putes. Legatos ad eum cum aliquot talentis miſerat. quos in Academiam perductos, [90] ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & [91] admodum parvulis copiis excepit.

Plut. de fortun. Alexan. Cic. Tuſc. v. Diog. Laërt.

reſcripſit *morari:* eumque Colerus & alii ſunt ſecuti. VORST. *Moratam* noſtri omnes, ſed praeterea *propoſiti irritatam.*

85. *Poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet*] Sambuci codex, *poſti ſenis a. i. polluere.* LIPS. *Poti ſenis animum.* Lib. Venetus: *Potati ſenis.* Vetus Sambuci apud Lipſium: *Poſti ſenis.* An legendum: *Depoſti ſenis*, id eſt, ebrii, phraſi Plautina. Paulo poſt, probo ex libro veteri *Polluere* pro, *pellicere.* COLER. Leid. quint. *potati*, ſept. *potati al' poti.* Quod vero Colerus, quia Sambuci liber habet *poſti*, conjicit legendum *depoſiti*, id enim vero ridiculum eſt. Primo enim, *depoſitus ſenex*, an ſimpliciter dicetur pro *depoſitus vino ſenex*? Deinde mirum prorſus non eſſet, *ſi hominem vino depoſitum* i. e. cujus ſenſus mero eſſent victi, & velut exſtincti pellicere non potuiſſet. Paullo poſt probat idem Colerus ex libro veteri *polluere* pro *pellicere.* Idque video eſſe in Harl. Leid. tert. Sed nimis proprium hac in re eſt verbum *pellicere*, quam ut loco moveri debeat, & cedere *τῷ polluere*, aut *τῷ flectere*, quod eſt in Med. & Leid. primis. Periz. *tamque elegans pellex ſenis animum.*

86. *Victoriae pretium flagitantibus*] Leid. prim. *Repoſcentibus*; idem pro varia lectione eſt in Leid. ſept. Gudius ad Phaed. L. 1. 8. citat *praemium.* Quod tamen in nullo nec ſcripto nec edito reperi.

87. *Cum iis pignus poſuiſſe*] Sic & paulo ante, *Pignore cum quibuſdam juvenibus poſito.* Virgilius Ecl. 3. *De grege non auſim quicquam deponere tecum.* VORST. Leid. prim. & tert. *Non de ſtatua ſed de homine cum his poſuiſſe pignus reſpondit.*

88. *Conſtantiſſimam ejus continentiam*] In manuſcriptis, *abſtinentiam.* Recte, nam paulo ante idem vocabulum occurrit. PIGH. *Nulla ex parte conſtantiſſimam ejus abſtinentiam labefecit.* Unus cod. Brand. *nullam in partem:* alter *nulla parte.* Ceterum *abſtinentiam* habet uterque. At Aldus pro eo habet *continentiam.* Sane vocabula iſta promiſcue à noſtro uſurpantur, ut jam ſupra monuimus. Paulo ante, *Xenocratis continentia.* Pro *abſtinentiam alicujus labefacere* ante dixit *temperantiam alic. corrumpere.* VORST. Codd. undecim cum Ed. Mog. *Nulla parte* Ultraj. prim. *nulla in parte.* *Abſtinentiam* praefert tota fere cohors noſtrorum Codd. tum Ed. Mog. & Mediol. pro *labefecit* Leid. quint. habet *labefactavit.* *Nullam partem* ex MS. Baſil. Klokkius legebat.

89. *Quid rex Alexander? an divitiis eum quatere potuit*] In MSS. decem & Edit. deeſt *an.* Quod video exſtare in Leid. quint. & Periz. Copeſ. habet *Quid enim rex.* Ed. Mog. *Quid? rex Alexander an.* Bene. Deinde multi *equidem* habent pro *& quidem.*

90. *Solito ſibi id eſt modico*] Bit. prim. delet *id eſt modico.* Adſcripſit, Gudius, optime. Gloſſam ineptam detexi. Leid. tert. *itidem modico.*

 91. *Ad-*

pit. Poſtero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet: *Quid vos*, inquit, *heſterna coena non intellexiſtis ea me non indigere?* [92] Ita rex philoſophi amicitiam emere voluit: philoſophus regi ſuam vendere noluit.

4. Cic. Tuſc. v. Plut. de exil. Alexander vero cognomen invicti aſſecutus continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit. Ad quem, cum [93] in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturque, *ut*, [94] *ſi qua ſibi vellet praeſtari, indicaret:* quemadmodum erat [95] in crepidine collocatus, [96] ſordidae appellationis, ſed robuſtae vir praeſtantiae, *Mox*, inquit, *de ceteris.* [97] *interim a ſole mihi velim non obſtes.* Quibus verbis illa nimirum inhaeſit ſententia: Alexander Diogenem gradu ſuo divitiis pellere tentat; celerius Darium armis. Idem Syracuſis, cum olera ei lavanti Ariſtippus

91. *Admodum parvulis copiis excepit*] *Copiae* num. plurali non de exercitu tantum, ſed & de his quae in promptu eſt eſculentis & potulentis uſurpatur. VORST. Juſt. L. XXIV. 7. *Vini ceterarumque copiarum abundantia.* Vide Dion. Voſſium ad Caeſ. L. I. B. G. 31.

92. *Ita Rex*] Harl. & Leid. tert. *Itaque Rex.*

93. *In ſole ſedentem*] Sic & alii. Cicero II. de Or. *Ut cum in ſole ambulem, etiamſi aliam ob cauſſam, fieri tamen ut colorer.* Et in Bruto, *Proceſſerat in ſolem.* Plinius l. III. ep. 5. *Aeſtate, ſiquid otii, jacebat in ſole.* Vide & libellum de Latinit. f. ſuſp. p. 20. Nimirum *ſol* in talibus eſt pro *radiis ſolis.* VORST.

94. *Si qua ſibi vellet*] Varro Marcipore, *Diogenes Κυνικός, qui ab Alexandro Rege juſſus optare quae vellet, ſe facturum.* COLER. Harl. delet *ſibi.*

95. *In crepidine collocatus*] *Crepido*, extremitas ſaxi, terrae, aut valli, in qua mendici ſedere ſolent. Juvenalis Sat. 5. *Nulla crepido vacat, nuſquam pons.* VORST.

96. *Sordidae appellationis*] Quod *Cynicus* diceretur: idque ἀπὸ τῶν κυνῶν; propter mordacem inſectationem, aut rabioſam libertatem loquendi. VORST. Vide inſcriptionem apud Spon. T. I. p. 353. Aelian. V. H. L. XIII. 28. L. XIV. 33. PERIZON.

97. *Interim à ſole mihi velim non obſtes*] Unus cod. Brand. *Interim vellem à ſole mihi non obſtares.* Eſt autem *obſtare alicui à ſole*, objectu corporis ſui impedire, quo minus radii ſolares ad aliquem pertingere poſſint. Quod ad conſtructionem verbi attinet, uſus ea & Lucanus L. I. v. 58.

—— —— Pars aetheris illa ſereni
Tota vacet, nullaeque obſtent à Caeſare nubes.

Quod noſter dicit *non obſtare alicui à ſole*, id Cicero, ubi eadem de re agit, i. e. in V. Tuſc. qq. dicit *abeſſe alicui à ſole.* VORST. *Vellem* habet etiam Ultraj. prim. Omnes fere hoc ordine, qui fuit in vulgatis; *interim velim à Sole mihi non obſtes.* *Velim* deſideratur in Leid. ſec. item nonnulli poſtea habent *nimium* pro *nimirum.*

98. *Si Dionyſio adulari velles*] In manuſcriptis ſimul omnibus *Si Dionyſium adulare velles.* Et poſtea, *Non adulares Dionyſium.* Antique dictum. Sic Lucretius lib. V. de canibus:

Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

Item Accius Prometheo:

Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Atque Columella libro VII. cap. 12. de canibus: *Quod illi quoque furem adulant*, ut in v. c. patroni optimi Marcelli Cervini Pont. Max. PIGH. *Si Dionyſium adulare velles.* Et mox, *Non adulares Dionyſium.* Ita in omnibus MSS. eſſe teſtatur Pighius. Quod idem de utroque etiam cod. Brandeb. teſtari licet. Aldus tamen edidit, *Si Dionyſio adulari velles*, & *Dionyſio non adulareris.* Quod ad caſum quartum attinet, ipſe quoque Cicero in libb. de Div. dicit *adulari fortunam alicujus.* Et I. de Off. *adulari* ſignificatione paſſiva. Apud Juſtinum VIII, 4. in MSS. ſuis Modius reperit, *ut adulent ultro ſordidae clientelae ſuae parti.* Ad quem locum videſis Notas Berneggeri. VORST. Major pars MSS. & Mog. Ed. ſtat pro lectione ea quam dedit Pighius *Dionyſium adulare.* Pro vulgata Med. ſec. Leid. ſec. tert. ſext. ſept. unus Rem. & Barb. prim. ſupra L. II. 7. 15. *Tribunus militum adulandus erat.* Et veteres cum quarto caſu potius junxiſſe, contra quam ſuo aevo

pus dixiſſet, 98 *Si Dionyſium adulare velles, iſta non eſſes: Imo*, inquit, *ſi tu iſta eſſe velles, non adulares Dionyſium.*

aevo fieri ſolebat, notavit Quintil. L. IX. Inſt. C. 3. ubi vide Celeb. Burmannum.

CAPUT IV.

1 DE PAUPERTATE.

1. *P. Valerii Poplicolae.*
2. *Agrippae Menenii.*
3. *C. Fabricii Luſcini, & Q. Aemilii Papi.*
4. *Ducum ex agris ad magiſtratus arceſſitorum.*
5. *C. Atilii Reguli Serrani Coſ.*
6. *M. Atilii Reguli procos.*
7. *L. Quinti Cincinnati dict.*
8. *Aeliae familiae.*
9. *Q. Aelii Tuberonis, & L. Aemilii Paulli.*
10. *Cn. Cornelii Scipionis.*
11. *M. Aemilii Scauri.*

2 Maxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud 3 Pomponium Rufum, 4 Collectorum libro ſic invenimus: 5 Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona 6 apud illam hoſpita, 7 ornamenta ſua illo ſaeculo pulcherrima

1. *De Paupertate laudata*] Sic Pighius inſcripſerat hoc caput, ſed vocem poſtremam ſcripti fere omnes & Editi rejiciunt.

2. *Maxima ornamenta*] Ob id honor etiam non minus quam viris olim eis tributus; unde & liberis honorari, quoties peperiſſent, dicebantur, ut Inſtit. §. 3. De ſenatusconſulto Tertull. & apud Ulp. fragm. tit. 29. adi ſi lubet Parerga mea cap. 15. Serinus: ἡ Λάκαινα πρός τινα Ἰωνικὴν δείξασαν αὐτῇ τὸν κόσμον ἀντεπέδειξε τὰ τέκνα εἰποῦσα· ὁ δὲ ἐμὸς κόσμος τοιοῦτος. *Quaedam Lacaena mulieri, quae mundum ei ſuum Ionicum oſtentabat, viciſſim liberos ſuos monſtravit, ſubjiciens: Meus vero mundus talis eſt.* COLER. Unus cod. Brandeb. non male *maximo ornamento eſſe matronis liberos.* VORST. Etiam ita Ultraj. prim. ſed non neceſſe. Reſpicit ad ipſum dictum Corneliae.

3. *Pomponium Rufum*] Quis hic Pomponius Rufus ſit, quaero. Vix ille fuerit, de quo haec inſcriptio in Regione Romae Tranſtiberana: DEDICAVERVNT. IDIBVS. OCTOB. C. POMPEIO. FEROCI. LICINIANO. COS. C. POMPONIO RVFO. COLER. J. Ger. Voſſius ait de Hiſt. Lat. Lib. III. p. 222. Ed. in Fol. Fortaſſe hic eſt C. Pomponius Rufus qui conſul fuit cum Cn. Pompejo Feroci Liciniano. Quod mihi non perſuadet. Nam illi conſules Auctore noſtro aetate videntur aliquanto eſſe inferiores. Quis enim crediderit incertum fore ad quam aetatem hi ſint referendi, ſi ante Valerium vixerint. Nonnulli libri habent *Ruffum*. Barb. prim. *Pompejum Rufum.*

4. *Collectorum libro*] Liber Dan. *librorum.* Hinc cenſeam omittendum τὸ *libro.* Alii collectanea vocant. Dicta collectanea ſcripſerat Caeſar, teſte Suetonio. COLER. *Collectorum Libro.* Leid. quint. Harl. Med. prim. Rem. Bit. prim. Ultr. uterque. *Collectorem librorum*, Periz. *collectorem liberorum.* Leid. ſec. tert. & ſept. *Collectorum librorum.*

5. *Cornelia Gracchorum mater*] Filia ea fuit Scipionis Africani: nupſitque Ti. Sempronio Graccho. Qui ex ea ſuſcepit Ti. & C. Gracchos: qui tribuni plebis, quod legem agrariam nimium urgerent, trucidati ſunt. Mentio Corneliae & ſupra IV, 2, 3. itemque infra IV, 6, 1. facta. VORST. Peperit illa Cornelia Graccho liberos duodecim, vide Sen. Conſ. ad Helv. C. 16. & Plut. init. Gracchorum. PERIZON.

6. *Apud illam hoſpita*] Liv. L. XLII. 15. *Ad Praxo hoſpitam*, ubi dubito an non legendum ſit hoſpi-

rima oſtenderet, [8] traxit eam ſermone, [9] quouſque e ſchola redirent liberi, &, *Haec*, inquit, *ornamenta mea ſunt.* Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit: [10] eo quidem certius, [11] quam qui cuncta poſſidet, [12] quia dominium rerum collabi ſolet, bonae mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunae recipit incurſum. Itaque quorſum attinet, aut [13] divitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem [14] in ultimo miſeriarum ſtatu ponere? Cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta: & hujus horridior aſpectus ſolidis & certis bonis abundet. Quod melius perſonis, quam verbis repraeſentabitur.

Regio

hoſpitem. PERIZON. Leid. quint. ſept. Periz. *hoſpitata.* Sed ſec. *hoſpitatam*, quia videlicet ut Bit. prim. & prim. Ultraj. habuit *Corneliam matrem.* prim. *Campane matrone apud eam hoſpitate.* Aeque ac *hoſpita* notum eſt verbum *hoſpitari* ex Seneca & Plinio. Et poteſt hoc magis placere, quia praecedit *apud illam.*

7. *Ornamenta ſua pulcherrima ſaeculi illius ei oſtenderet.* In Wincheliano & Pulmanniano, *Ornamenta ſua ſaeculo illo pulcherrima oſtenderet.* PIGH. De mendo ſuſpicio hic mihi injecta primitus, quia cum verba haec ſint è Collectorum libris Pomponii Rufi, antiqui ſcriptoris, nec procul adeo à Gracchano aevo: vix conveniebat illum ut de remotiſſimo aevo loqui, *illo ſaeculo pulcherrima.* Auxit trium librorum veterum lectio, quae *illius ſaeculi*, praefert. Ex qua bella mihi nata correctio, *illius oculis*: nec ego quidem de veritate ambigo. Certe, ut Campanus luxus tunc fuit, omni ſaeculo pulcherrimus videri potuit muliebris ille mundus. LIPS. *Seculi illius.* Sic edit. Veneta, & alii. Lipſius inde acute fecit: *Seculi illius oculis.* Ego verba *Seculi illius* vel *ſeculo illo* prorſus inſititia credebam, adſcripta olim à neſcio quo librariolo. COLER. *Ornamenta ſua illo ſaeculo pulcherrima oſtenderet.* Ita legi vult Pighius è duobus codd. MSS. At alii, interque eos ambo Brandeb. *Ornamenta ſua pulcherrima illius ſaeculi.* Unus cod. caſum tertium pronominis *ei* habet: quem verbum *oſtenderet* fere & requirit. VORST. Copeſ. convenit cum Brand. addens etiam *ei*. *Illius ſeculi* probat Grut. ad Tac. Ann. L. II. 33. PERIZON. Sic undecim quoque noſtri cum Ed. Mog. & reliquis. Niſi quod tres ex illis MSS. omittunt *ei*.

8. *Traxit eam ſermone*] Unus cod. Brand. *Traxit ea ſermonem.* VORST. Bit. prim. *eam* delet. *Traxit eam ſermone* dictum fuerit ut apud Suet. in Tib. Cap. 31. *Ut legati ex Africa adierint eos, querentes trahi ſe à Caeſare ad quem miſſi forent.*

9. *Quouſque è ſchola redirent liberi*] Uterque cod. Brand. *Dum è ſch. red. lib.* Sane *dum* pro *donec*, *quouſque*, eleganter poni ſolet. VORST. *Dum* habet etiam Ultraj. uterque, & Copeſ. & Ed. Mog. Adſcripſerat Perizon. Ter. Phorm. V. 2. 5. *Dum aliquid aliud conficiat flagitii.*

10. *Eo quidem certius*] Lego *Et quidem certius.* PERIZON.

11. *Quam qui cuncta poſſidet*] Barb. prim. Leid. ſec. tert. Ultraj. uterque *quo cuncta poſſidet.* Leid. ſept. *Quo al' quam, al' quam qui.* An *quo* migravit loco ſuo, & ſcripſit auctor. *Eo quidem certius, quam qui cuncta poſſidet, quo dominium rerum collabi ſolet.* Vide quae notavit Perizon. ad Praef. *Mea parvitas eo juſtius ad favorem tuum decurrerit, quo cetera divinitas opinione colligitur.* Perizon. conjiciebat etiam, *Eo quidem certius, quo tuta poſſidet.* Malim tamen hic nihil mutare.

12. *Quia dominium rerum collabi ſolet, bonae mentis uſurpatio*, &c.] Sambuci codex voces aliquot ingerit, iſtas: *dominium rerum collabi ſolet, bona mens praefertur divitiis, cujus uſurpatio*, &c. Purior mihi vulgata eſt. PIGH. Harl. Barb. prim. Leid. tert. *Bona mens praefertur divitiis bonae mentis uſurpatio.* Cum è Cod. Cop. notaſſet Perizon. *Bona mens praefertur divitiis*, adſcripſit. Haud dubie è margine in textum illatum. Quod mihi quoque ita videtur.

13. *Divitias in prima*] Quod etiam non nemo ſapientum ſtatuit:

Πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε
Πλουτεῖν.

COLER. *Divitias in prima felicitatis parte ponere.* Sic ſupra IV, 3, 4. *aliquo in momento ponere pecu-*

Regio imperio [15] propter nimiam Tarquinii ſuperbiam finito, conſulatus initium Valerius Poplicola cum Junio Bruto auſpicatus eſt. Idemque poſtea [16] tres conſulatus acceptiſſimos Populo Rom. geſſit, & plurimorum ac [17] maximorum operum praetextu titulum imaginum ſuarum amplificavit; cum interim [18] faſtorum illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente deceſſit: ideoque publica pecunia [19] ductae ſunt. Non attinet ulteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari. abunde enim patet, quid vivus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit. 1. Ann. urb. 244. Livius II. Plut. in vita. Dionyſ. v. Amm. Max. xiv. Ann. urb. 250.

[20] Quantae amplitudinis Agrippam Menenium fuiſſe arbitremur, quem ſenatus & plebs pacis inter ſe faciendae [21] auctorem legit? Quantae ſcilicet eſſe debuit 2. Ann. urb. 260. Livius II.

pecuniam. Et III, 8, ext. 9. *amicos inimicoſque juxta ponere.* Nimirum *ponere* in talibus idem eſt quod habere, exiſtimare. Vide & Indicem in Nep. v. *ponere.* VORST.

14. *In ultimo miſeriarum*] Neſcio quis vetus Poëta clamat:

Οὐκ ἐςὶ πενίας ὐδὲν ἀθλιώτερον
Ἐν τῷ βιῷ σύμπτωμα.

Tales Poëtarum ſententias frequenter alludit Valerius. COLER.

15. *Propter nimiam Tarquinii ſuperbiam*] MS. *per nimiam.* Elegantius. PERIZON.

16. *Tres conſulatus acceptiſſimos populo Romano geſſit*] Vetus, *acceptiſſime.* accipio. LIPS. Non favet ſcriptorum Cod. ullus. Harl. *Idem poſtea.*

17. *Maximorum operum praetextu titulum imaginum ſuarum amplificavit*] Imaginibus aſcribi ſolebat, quid quiſque rerum geſſiſſet; atque ita commemoratione operum imagines quaſi praetexebantur. Infra 4, 5, 2. *Titulo imaginis ejus ſpecioſius non recepta dictatura, quam aliorum geſta ſcribi poteſt.* VORST. Leid. ſec. quint. *praetexto.* ſept. *praetexto* l' *praetextu.* Vide quae notavi ſupra ad L. II. 10. init. Notavit etiam hic Pighius alios habere *praetexto.*

18. *Faſtorum illud columen*] Poplicolam Faſtorum columen indigitat, quia primus cos. fuit, aut ſupremo loco in Faſtis potitus. Prudentius lib. I. contra Symmachum:

Quamlibet illuſtres meritis & ſanguine clari
Praemia virtutum, titulis & honoribus auctis
Ardua retulerint, Faſtorumque arce potiti
Annales proprio ſignarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & aere.

COLER. *Faſtorum illud columen.* Ita Valerium Publicolam appellat: qui primus conſul fuit, locumque in Faſtis ſupremum obtinuit. VORST.

19. *Ductae ſunt*] Ultraj. prim. *deductae ſunt.*

20. *Quantae amplitudinis Agrippam Menenium arbitremur fuiſſe quem* &c. *legit? Quantus ſcil. eſſe debuit arbiter publicae ſalutis*] Elegantius mehercule MS. *Quantae ſcil. eſſe debuit.* ſc. amplitudinis. Sic VI. 2. 1. *Interrogatus quam poenam mererentur, reſpondit quam merentur, qui* &c. PERIZON. Reſtitui ut emendabat Perizonius, *quantae.* Quia hoc reperiebam in omnibus fere MSS. praeter Ultraj. prim. qui habet *quantus.* ſed *quantae* omnes Editiones.

21. *Auctorem legit*] Antea edebatur *elegit,* quod in aliquot eſt MSS. Mog. tamen *legit.* Duo etiam *arbitramur.*

22. *In capite ſextantibus*] Plinius libro trigeſimo tertio, capite decimo: *Quod Agrippae Menenio ſextantes aeris in funus contulit, honoris id neceſſitatiſque propter paupertatem Agrippae non largitionis eſſe dixerim.* Meminit Apulejus in Apologia & Seneca ad Albinam cap. 12. COLER.

23. *Quod in cenſum deferretur*] Seneca I. de benef. c. 3. *Nec illis fraudi eſt, ſi aliud quid in cenſum detulerunt.* Et ep. 95. *Haec omnia aeſtimatorem deſiderant, quanti quidque in cenſum deferendum.* Haec & alia locutionis ejus exempla congeſſit Gronovius lib. IV. de pec. vet. p. 572. Qui idem & monet, dixiſſe etiam *deferre cenſum* & *dedicare in cenſum.* VORST. MS. *Deferret,* quod malim. PERIZON.

24. *Ita extincti, hodie quod ampliſſimum eſt*] In manuſcriptis, *Ita & extincti, hodieque ampliſſimum eſt patrimonium.* Pulchre. PIGH. *Ita extincti hodieque.* Ita legendum; non, ut Pighius vult, *ita & extincti:* quo de & Grono-

vius

debuit arbiter publicae ſalutis. Hic niſi a populo collatis [22] in capita ſextantibus funeratus eſſet, ita pecuniae inops deceſſit, ut ſepulturae honore caruiſſet. Verum idcirco pernicioſa ſeditione dividua civitas manibus Agrippae in unum contrahi voluit, quia eas pauperes quidem, ſed ſanctas animadvertebat. Cujus ut ſuperſtitis nullum fuit, [23] quod in cenſum deferretur: [24] ita extincti, hodieque ampliſſimum eſt patrimonium, Romana concordia.

Ann. urb. 2.0. Livius II. Dionyſ. I. & alii. Sen. ad Helv. 12.

3\. In C. vero Fabricii, & Q. Aemilii Papi principum ſaeculi ſui domibus argentum fuiſſe confitear oportet, uterque enim [25] patellam Deorum, [26] & ſalinum habuit. Sed eo lautior Fabricius, quod patellam ſuam [27] corneo pediculo

Ann. urb. 478. Plin. XXXIII. 12. Cic. Laelio.

vius in lib. de pec. vet. p. 572. monuit. Voculam & ab uno quoque cod. Brand. abeſſe video. VORST. Deletur & in decem noſtris. Singularis eſt ſcriptura Cod. Periz. *Ita exſtincto hodie quidem ampliſſimum eſt patrimonium.* Mog. cum utroque MSS. Ultraj. habent, quod dedit Pighius. Vulgo antea legebatur *Ita exſtincti, hodie, quod ampliſſimum patrimonium eſt.*

25\. *Patellam Deorum*] Liber Dan. eleganter tranſponit: *Patellam eorum.* Uterque, inquit, eorum patellam & ſalinum habuit. Plinius libro XXXIII. capite 12. *Fabritius inquam, qui bellicoſos imperatores plus quam pateram & ſalinum ex argento habere vetabat.* COLER. *Patellam Deorum.* Monet Colerus, librum P. Dan. habere *patellam eorum*; putatque trajectionem hic factam eſſe, legendumque, *Uterque enim eorum patellam & ſalinum habuit.* Et ſane veroſimile & mihi ſit Valerium ita ſcripſiſſe. Plinius l. XXXIII. c. 12. ubi eadem de re agit, non *pateram* aut *patellam Deorum*, ſed modo *pateram* vocat. VORST. Non addidit Plinius, ergo etiam non Valerium addidiſſe veroſimile eſt. Egregiam vero concluſionem. Ne crede tam dura tranſpoſitione uſum Valerium; nec opus erat addi *eorum.* Et inſignitior eſt eorum frugalitas, quod argentum modo haberent religionis cauſſa, & ſic patellam argenteam ſimulacra Deorum habentem in menſa ponerent. Optime huc facit Cic. L. IV. in Ver. 21. *Nam domus erat ante iſtum praetorem nulla paulo locupletior, in qua domo haec non eſſent, etiamſi praeterea nihil eſſet argenti; patella grandis cum ſigillis ac ſimulacris Deorum; patera, qua mulieres ad res divinas uterentur, turibulum.* Videtis probatum morem. Porro ſciendum, illud *eorum*, quod huc inculcatum ibat Colerus inveniri in nullo noſtrorum Codicum. Viderat hoc Perizon. citans Liv. L. XXVI. 36. *Ut ſalinum patellamque Deorum cauſſa habere poſſint.* & Feſt. in v. *Salinum.* Schol. Perſii ad Sat. II. p. 32. Meurſ. de Luxu p. 20.

26\. *Et ſalinum habuit. Sed eo lautius Fabricius*] Veteres libri, *ſalinum lautior*, habent. Quae praeferenda eſt lectio. PIGH. *Sed eo lautior Fabricius* Ita Pighius reſtituit è MSS. Aldus & alii ediderant, *eo lautius.* Eſt autem *lautior* pro *ditior.* Sic ſupra IV, 3, 12. *civitas dives & lautitia gaudens.* Terentius Heaut. IV, 4, 50. *Omnes in lauta te & bene parte aucta putant.* VORST. MSS. novem & Mog. habent *lautius.* Leid. prim. *ſatius*: ſept. *latius*, ſed *u* ſuperſcriptum eſt manu recenti. *Lautior* non tam ditior hic ſignificat, quam elegantior in cultu, & ſplendidior. Vide ad L. II. 4. 6. *Salinum* probant ſcripti, quod praeferebat etiam Pighus.

27\. *Corneo pediculo*] Liber Danielis *Peduculo.* Lavernii lib. *Pediclo.* Gloſſarium vetus: *Pedicli.* ἀρπεδόνες. Gloſſae Graecolatinae: ἀρπεδὼν *Pendiculum.* leg. *Pediculum.* Et fortaſſe: ἀρπεδόνια. Suidas: ἀρπεδόναι, τοῖς ἱστοῖς. COLER. Bit. prim. *pendiculo.* Ultraj. prim. *pediculo.*

28\. *Qui ab aratro*] Plinius libro XVIII. capite 3. *Ipſorum tunc imperatorum manibus colebantur agri (ut fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato & triumphali aratore: ſive illi eadem cura ſemina tractabant, qua caſtra; ſive honeſtis manibus omnia laetius proveniunt, quoniam & curioſius fiunt.* COLER. *Qui ab aratro arceſſebantur.* Ita uterque cod. Brand. non *accerſebantur*, ut alii edidere. De origine & genuina ſcriptione verbi *arceſſo* vide Voſſium in Etymol. L. L. VORST. Ut alibi etiam ſupra monuimus, ita & hic diſcrepant in Orthographia verbi *arceſſere* MSS. hoc modo tamen plures.

29\. *Pupiniae ſolum*] Feſtus in Schedis: *Pupinia tribus ab agri nomine dicta, qui Pupinus appellatur,*

culo ſuſtineri voluit. Papus quoque ſatis animoſe, qui cum hereditatis nomine ea accepiſſet, religionis cauſſa abalienanda non putavit.

Illi etiam praedivites, [28] qui ab aratro arceſſebantur ut coss. fierent, voluptatis cauſſa ſterile atque aeſtuoſiſſimum [29] Pupiniae ſolum verſabant, [30] deliciarumque gratia vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant. Imo vero quos pericula reip. [31] imperatores aſſerebant, anguſtiae rei familiaris (quid ceſſo proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.

[32] Atilium autem, qui ad eum arceſſendum a ſenatu miſſi erant ad imperium populi 5. Ann. urb. 496. Cicero pro Roſc. Amer. Plin. XVIII. 5.

latur, circa Tuſculum urbem. Dicit tamen Valerius ubique Pupinia, non Pupinus. COLER. *Aeſtuoſiſſimum Pupiniae ſolum verſabant.* Feſtus: *Pupinia tribus, ab agri nomine dicta, qui Pupinus appellatur, circa Tuſculum urbem.* Ergo ager & *Pupinus* dictus fuit. Noſter paulo poſt rurſus *Pupiniam* vocat. Dicitur autem *aeſtuoſiſſimus* ager iſte, quod ardori ſolis ſubjectus, multuſque in eo aeſtus eſſet. VORST. Imo etiam *Pupinia*, & *Pupinienſis*. Cic. Or. II. in Rul. C. 32. *Agros vero Vaticanum & Pupiniam cum ſuis* (Campani) *optimis atque uberibus campis conferendos ſcilicet non putabunt.* Ad quem locum vide Turnebum. Varro de R. R. L. I. 9. *Itaque in iis, ut in Pupinia, neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque ſtramenta videre craſſa poſſis.*

30. *Deliciarumque ignari*] Pighius in marg. monet alios habere *gratia* & ſic MS. atque hoc videtur reponendum. Praecedentia omnia Ironiam praeferunt, & ſerio demum loquitur, quum ait *imo vero.* Similiter turbavit Pighius L. V. 3. Ext. 3. ut illic videbimus. PERIZON. *Ignari* occupavit etiam pleraſque ante Pighium Edd. Mog. tamen *gratia* habet; quod invenio in MSS. decem. Tres habent *grati.* Barb. prim. *grati al' ignari*, & ſic Leid. ſept. ut credibile ſit *ignari* ortum eſſe ab iis, qui non intelligebant auctorem ſerio non loqui. *τὸ gratia* adeo hic mihi placuit, ut receperim tot codicum auctoritate in contextum.

31. *Imperatores accerſebant*] *Aſſerebant*, in manuſcriptis omnibus. Et in ſequenti exemplo, *Semen aſpergentem viderunt.* Corrigendum, ut eſt in Gemblacenſi, *Semina ſpargentem viderunt.* PIGH. *Aſſerebant.* Rectiſſime in libro Danielis *Arceſſebant.* nec Pighius mutare debuit. Arceſſebantur enim priſci illi ex agris ad imperia, ad magiſtratus. Plinius: *Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt ſubinde & ex agris Senatum Duceſque arceſſentibus.* Videndum an legendum ſit apud Plinium: *Quod ipſum nomen indicium eſt.* Sic idem Valerius ſequenti exemplo: *Qui ad eum arceſſendum a ſenatu miſſi erant.* COLER. *Quos pericula reip. imperatores aſſerebant.* Ita in omnibus MSS. eſſe teſtatur Pighius. Et habent quoque non aliter codd. Brand. Colerus tamen teſtatur in cod. P. Danielis eſſe *arceſſebant.* Et veteres typis expreſſi habent *accerſebant.* Obſervandum accuſativos hic duos eſſe, *quos* & *imperatores.* Dubito autem, an recte dicatur *arceſſere aliquem imperatorem.* Nec erat quod Colerus urgeret, Valerium mox dicere, *Qui ad eum arceſſendum à ſenatu miſſi erant ad imperium populi Rom. ſuſcipiendum* Multum enim diſcrepant *arceſſere aliquem ad imperium ſuſcipiendum*, & *arceſſere aliquem imperatorem.* VORST. *Accerſebant* Harl. Leid. quint. tert. *aſſerebant, vel accerſebant.* Ultraj. ſec. *acerſebant.* Bit. prim. *aſſerebant.* reliqui *aſſerebant.* Optime. Id enim vult pericula reip. vindicaſſe eos veluti in libertatem ad imperium ſuſcipiendum, dum ſua paupertas eos ad opus ſervile detrudebat, ut bubulcorum munere fungerentur. Ut multo plus in eo ſit quam in vulgato *arceſſebant*, & clarior oppoſitio.

32. *De Attilio*] Bene habet titulus in vetuſto codice. Quidam temere adjecerunt *Calatino.* Servius Honoratus Grammaticus ad illud Virgilii in VI. Aeneid. *Vel te ſulco, Serrane, ſerentem*, ita ait: *Attilius quidam Senator fuit, qui quum agrum ſuum coleret, evocatus propter virtutem meruit dictaturam, Serranus autem a ſerendo dictus eſt.* Haec ille. Quae ſi vera ſunt, ut puto, non poterunt haec verba Calatino Conſuli adſcribi, quae hic Valerius adfert. Ceterum M. Attilius Regulus is, qui in Africa periit à Carthaginienſibus miſere afflictus, Serrani progenies fuit, aut ut minimum ejuſdem ſanguinis, ut Valerius proximo ſubnectit exemplo. Multi alioqui *Attilii* memorantur, at ego pri-

populi Rom. ſuſcipiendum, [33] ſemina ſpargentem viderunt. Sed illae [34] ruſtico opere attritae manus ſalutem publicam ſtabilierunt: ingentes hoſtium copias peſſundederunt. Quaeque modo arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: [35] nec fuit iis rubori [36] eburneo ſcipione depoſito, agreſtem ſtivam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Atilius: ſed multo magis docere locupletes, quam non ſit neceſſaria [37] ſolidae laudis cupidini [38] anxia divitiarum comparatio.

6. Ejuſdem nominis & ſanguinis Atilius Regulus [39] primi Punici belli gloria, cladeſque maxima, cum in Africa inſolentiſſimae Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac [40] prorogatum ſibi ob bene geſtas res [41] in proximum annum

Ann urb. 498. Plin. XVIII. Senec. ad Helv. c. 12.

primum *Serranum* non puto fuiſſe Conſulem. Quamquam dubium quomodo Dictator factus, ſi non fuit Conſul. Sed neceſſitas ſaepe perfregit leges & conſuetudines. Oliverius de *Calatino* intelligit, quem *Serranum* dictum putat, ſed errat. GLAREAN.

33. *Semina ſpargentem*] Ita recte Pighius è cod. Gemblacenſi. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Alter *ſemen aſpergentem*, uti Adus ediderat. VORST. In multis eſt *ſemen aſpergentem*, ſed ita ut *ſemina ſpargentem*, quod eo facilius corrumpi potuit, quia *per* & *par*, eadem contrahendi forma ſaepe ſcribuntur à librariis, reperiatur etiam in quibuſdam non pejoris notae Codd. & in Ed. Mog.

34. *Ruſtico operae attritae manus*] Symmach. L. I. Ep. 52. *Quid tu? libenter Atilio factum putas, quod faſcibus aratra mutavit, & in medio ſementis opere anhelos boves ſtatuit ruſticus magiſtratus? Quiſque bonae frugis eſt in publicum commodum vindicatur.* GUDIUS.

35. *Nec fuit iis rubori*] MSS. duodecim *rubor* exhibent cum vulgatis Edd. ſed Ultraj. uterque cum Mog. *rubori*. Liv. L. IV. 35. *Minorem quippe ruborem fore in juris iniquitate, quam ſi per indignitatem ipſorum praetereantur.*

36. *Eburneo ſcipione*] Sceptrum ſive geſtamen conſulare ſcipio eburneus, quod diu ignoravi. Fallor an illud ab Hetruſcis habent Romani? Scribit enim Dionyſius Halicarnaſſeus libro tertio, miſiſſe Hetruſcos Tarquinio inſignia, quibus ſuos Reges ornare ſoliti eſſent, coronam, ſellam eburneam, ſceptrumque in ſummo habens aquilam. Miror nihil de hac re apud Livium legi. Aquilae ſceptro impoſitae meminit Prudentius in Hymno Romani Martyris:

Cum conſulatum initis, ut vernae ſolent,
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator ejus, ac ſuperbit bellua
Inflatus eſſe, cui figura eſt alitis.

In vet. memb. legitur: *Ut vermes ſolent.* Imo & Juvenalis Sat. X. *Da nunc & volucrem ſceptro quae ſurgit eburno.* COLER. *Eburneus ſcipio* geſtamen conſulare. Juvenalis Sat. X. *Da nunc & volucrem, ſceptro quae ſurgit eburno.* Volucris cujus hic mentionem facit, fuit aquila. Inter cetera quae Maſiniſſae donata fuere conſulibus competentia, ſcipionis quoque eburnei mentionem facit Livius lib. XXX. VORST. Liv. L. V. 41. *M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam ſuam, ut tum omnibus promiſſa erat, permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe.* Verum hoc magis inſigne erat ipſum fuiſſe virum triumphalem, quam conſularem. Neque enim demonſtrabitur, ſcipionem eburneum conſulum non triumphantium geſtamen fuiſſe. Quod ex Juvenale & Livio patet.

37. *Solidae laudis cupidini*] Magis placet prior lectio, *cupido!* LIPS. *Solidae laudis cupidini.* Lipſius mallet *ſol. laudis cupido.* VORST. *Cupidini* exſtat in omnibus fere ſcriptis & editis. Leid. quint. *Cupido nimis.* & ita ſext. ac. ſept. à manu prima. Si *cupidinem* pro homine cupido poſuerit Auctor morem ſuum fuerit ſecutus.

38. *Anxia divitiarum comparatio*] In Campenſi, Wincheliano, aliiſque, *Nimis anxia.* Recte. PIGH. *Nimis anxia divitiarum comparatio. Nimis* adjecit Pighius è quibuſdam codd. Veteres typis expreſſi non habent. Et abeſt quoque à codd. Brand. VORST. Abeſt etiam à longe majore parte noſtrorum Codd. nec opus eſt ut *nimis anxia* ſit divitiarum comparatio, quo minus ſit neceſſaria ſolidae laudis cupidini, cum haec etiam quamvis anxiam comparationem averſetur.

39. *Primi*

annum imperium cognoſceret, conſulibus ſcripſit, villicum in agello, quem ſeptem jugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemque [42] nactum mercenarium [43] amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoque petere ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non eſſet unde uxor ac liberi ſui alerentur. Quae poſtquam ſenatus a COSS. accepit, [44] & agrum Atilii ilico colendum locari, & alimenta conjugi ejus ac liberis praeberi, [45] reſque quas amiſerat, redimi publice juſſit. Tanti aerario noſtro virtutis Atilianae exemplum, quo omnis aetas Romana gloriabitur, ſtetit.

Aeque magna latifundia L. Quintii [46] Cincinnati fuerunt. ſeptem enim jugera agri poſſedit: [47] ex hiſque tria, quae pro amico [48] ad aerarium obſignaverat,

39. *Primi belli Punici gloria cladeſque maxima*] Acutius videatur & verius, quod in priſcis: *gloria, quia clades maxima.* LIPS. *Primi Punici belli gloria, cladeſque maxima.* Lipſius in ſuo cod. legit. *Pr. Pun. belli gloria, quia clades maxima.* At Schottus in ſuo reperit *qua gloria qua clades maxima.* Videſis Obſ. hum III, 32. VORST. Non favent Lipſio libri noſtri. Nec ſane etiam debebant. Non enim fuit Regulus gloria maxima belli Punici primi ideo, quia clades maxima fuit. Sed fuit gloria maxima propter maximas res in eo bello geſtas, & contuſas crebris victoriis Carthaginis opes; ut deinde clades fuit maxima, quia ipſe captus eſt ab hoſtibus maximus imperator, & crudeli ſupplicio affectus.

40. *Prorogatum ſibi in proximum annum imperium*] MS. *Propagatum.* quod male mutarunt. Sic Liv. L. XXIII. C. 25. *C. Terentio conſuli propagari in annum imperium.* ubi vide Gronov. PERIZON. *Propagatum* habet Leid. prim.

41. *Prorogatum ſibi imperium cognoviſſet*] Unus cod. Brand. *cognoſceret.* Quod forſan rectum eſt. Praecedit enim *contunderet.* Habet ita vetus quoque editio Mart. Herbip. Pighius syncope uſus ſcripſit *cognoſſet*, cum Aldus ſcripſiſſet *cognoviſſet* VORST. Sic etiam omnes fere noſtri cum Ed. Mog. habent *cognoſceret.* Leid. prim. *cognoviſſet.*

42. *Nactum mercenarium*] Lib. Danielis *nanctum* δεχαϊκῶς. COLER. *Occaſionem nactum mercenarium.* MS. *occaſioneque.* Forte *Occaſioneque ductum.* Infra v. 4. 3. *Occaſione bene conficiendi belli ductus.* Vel *occaſioneque captum.* Sic enim Liv. IV. 29. PERIZON.

43. *Amoto inde ruſtico inſtrumento*] Pighius in marg. monet alios habere *amiſſo.* Neſcio quos, ego enim nuſquam inveni. Tum *amoto*, rectum verumque eſt, & ſignificat, per dolum furtim ſublato. Hor. L. I. 10. 10.

Te, boves olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas.

De *Inſtrumento ruſtico* vide Gud. ad Phaed. L. IV. 4.

44. *Et agrum alii villico colendum locari*] Manuſcripti libri aliquot habent, *Et agrum aedili ilico colendum locari.* At in Campenſi, Gemblacenſi, & Atrebatenſi optime; *Et agrum Atilii ilico colendum locari.* PIGH. *Et agrum Atilii ilico colendum locari.* Ita Pighius ex aliquot codd. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Aldus ediderat, *Agrum alii villico col. locari.* Verum legendum eſſe *agrum Atilii*, judicare vel ex eo licet quod ſequitur *conjugi ejus.* Niſi enim *Atilii* praecederet, nihil eſſet ad quod pronomen *ejus* referri poſſet. VORST. Ultr. prim. *Acilii*, alter *Atilii*, uterque *illico.* & ſic plures alii, nonnulli habent *aedili villico.* Periz. *Attilii Villico.* Ed. Mog. *Atilii illico.* Quod bene in textum recepit Pighius.

45. *Reſque quas amiſerat*] Harl. *Reſque ſuas quas amiſerat.* Leid. ſept. *Tanto aerario noſtro.*

46. *Cincinnati*] Delet hoc uterque Ultraj. ut & in fine huius exempli, nonnulli *Cincinati*

47. *Ex hiſque tria*] Hinc Plinius libro XVIII. *Aranti quatuor ſua jugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur.* Feſtus: *Quintia prata trans Tiberim à Quintio Cincinnato, cujus fuerant, dicta ſunt.* Auguſtinum quoque adi libro V. De Civitate Dei cap. 18. COLER.

48. *Ad aerarium obſignaverat*] Leid. prim. *abſignaverat*, ſec. *adſignaverat.* Barb. prim. *aſſignaverat.* Harl. *deſignaverat.*

Ann. urb. 292. Livius III. 13. Dionyſ. x. Ann. urb. 295. Livius III. Dionyſ. x.

verat, multae nomine amiſit. [49] Poenam quoque pro filio Caeſone, [50] quod ad cauſſam dicendam non occurriſſet, [51] hujus agelli reditu ſolvit. Et tamen ei [52] quatuor jugera aranti, non ſolum dignitas patris familiae conſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt. [53] Anguſte ſe habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.

Ann. urb. 584 circiter. Plutarch. in Paullo.

8. Quid [54] Aelia familia, quam locuples? ſexdecim eodem tempore Aelii fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci, quo nunc ſunt Mariana monimenta: & unus in agro Vejente fundus, [55] minus multo cultores deſiderans, quam dominos habebat. [56] Inque Maximo & Flaminio ſpectaculi locus: quae quidem loca ob virtutem publice donata poſſidebant.

Ann. urb. 586. Plutarch. Plin. XXXIII. 11.

9. Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quam Paullus [57] Perſe rege devicto [58] Q. Aelio Tuberoni genero ſuo [59] quinque pondo argenti ex praeda donaret. [60] Taceo enim quod princeps civitatis [61] filiam ei nuptum dedit,

49. *Poenam quoque pro filio Caeſone*] *Caeſo* ille, L. Quintii Cincinnati filius, ferox juvenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus fuit, ut ait Livius. Ei, quod tribunis plebis legem ferentibus nimis acriter reſiſteret, ab A. Virginio capitis dies dicta. Poſtea vero multa ei dicta; &, ut Livius III, 13. ſcribit, *pecunia à patre exacta crudeliter, ut divenditis omnibus bonis aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus in vili quodam tugurio viveret.* VORST.

50. *Quod ad cauſſam dicendam non occurriſſet*] *Occurrere* pro *venire*. Plinius lib. VI. ep. 34. *Vellem Africanae, quas coëmeras, ad praefinitum diem occurriſſent.* Vide & Notas in c. 14. Dial. I. Sulp. Sev. Sic & Graecum *ἀπαντᾶν* uſurpatur. VORST. Vide etiam Cl. Burman. ad Vell. L. II. 61. Cic. Phil. I. 4. *Non quo me ad tempus occurſurum putarem.*

51. *Hujus agelli reditu ſolvit*] MSS. novem cum Ed. Mog. *hujus agelli redditus*, vel *reditus ſolvit*. Liv. dicit, *Ipſum divenditis omnibus bonis aliquamdiu trans Tiberim, velut relegatum, in devio quodam tugurio vixiſſe.*

52. *Quatuor jugera aranti*] Livius III, 26. *prata Quintia* vocata prodidit. Vide & Feſtum in *Quintia prata*. VORST.

53. *Anguſte ſe habitare*] Sic dictum illud Flori libro I. cap. 11. *Tibur nunc ſuburbanum & aeſtivae.* COLER.

54. *Aelia familia*] Ultraj. prim. *Emilia*, & deinde *Emilii*. Tum vulgo edebatur *domuncula fuerat*, ſed contra MSS. in quibus invenio *erat*; ut Pighius reſtituit, & eſt in Ed. Mog. *fuerat* in ſolo exſtat Harl. Bit. ſec. *viginti ſex.* Nonnulli *ſedecim.* Plut. in Aemil. p. 270.

55. *Minus multo cultores*] Sententia vult, *multos*. LIPS. *Minus multo cultores.* Lipſius legendum conjicit *minus multos*; idque ſententiam requirere putat. Ego nihil mutandum cenſeo. *Minus multo cultores quam dominos* eſt pro *multo pauciores cultores quam dominos.* *Minus* adverbium, pro *pauciores*. Nepos II, 5, 4. *minus diebus triginta* pro paucioribus quam XXX diebus. Pari modo adverbiis *magis*, *plus*, *amplius* utuntur. Vide Ind. in Nep. v. *minus & amplius*. VORST. *Multos* habet Ultraj. prim. Quod praetulerim. Duo *multo minus*. Periz. mavult *Minus multo cultorum.*

56. *Inque maximo circo Flaminio ſpectaculi locus*] Lege ex veterum librorum conſenſu, *Inque Maximo & Flaminio*. De utroque enim circo, qui duo tunc Romae erant, loquitur. PIGH. *Inque Maximo & Flaminio.* Subaudi ad utrumque *Circo*. Duo enim tunc Circi, Maximus & Flaminius. Aldus diſerte addiderat hunc in modum, *Inque Maximo circo Flaminio*; quaſi de uno tantum ageretur. Verum Pighius è codd. MSS. locum reſtituit. Et confirmant eam lectionem codd. Brand. VORST. Confirmant cum Mog. noſtri praeter Harl. & Barb. prim. Copeſ. *Inque Maximo circo & Flamineo.* Tum Leid. tert. *ſpectaculi loca.* Leid. prim. *quem quidem &c. donatum.* Leid. ſept. *al' quem*

dedit, [62] cujus penates tam jejunos pecunia videbat. Quin ipſe quoque adeo inops deceſſit, ut niſi fundus, quem unum reliquerat, veniſſet, uxor ejus dotem [63] unde reciperet, non extitiſſet. Animi virorum & feminarum vigebant in civitate: [64] eorumque bonis dignitatis aeſtimatio cunctis in rebus ponderabatur. Haec imperia conciliabant: haec jungebant affinitates: haec in foro, [65] haec in curia, haec intra privatos parietes plurimum poterant: [66] Patriae enim rem unuſquiſque, non ſuam augere properabat: pauperque in divite, quam dives in paupere imperio verſari malebat. Atque huic tam praeclaro propoſito illa merces reddebatur, quod nihil eorum quae virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiaeque illuſtrium virorum publice ſuccurrebatur.

Ann. urb. 593. Livius XLVI. Plutarch. A. Victor.

10\. Itaque cum ſecundo Punico bello [67] Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, petens ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem adultae jam aetatis

Ann. urb. 539. Senec. ad Helv. 12. L. I. N. Q. 17. Zonar. II. Ammian. XIV.

quem quidem. Item Leid. & Bit. primi *poſſidebat.*

57\. *Perſe Rege*] Vox poſterior deeſt in quibuſdam MSS.

58\. *Q. Aelio Tuberoni genero ſuo*] Hujus & ſupra IV, 3, 7. mentio facta; additumque quod cognomine *Catus* dictus fuerit. Vide Notas ad eum locum. VORST.

59\. *Quinque*] Duo pondo fuiſſe ait Plinius, quae illum ad ſupremum vitae diem retinuiſſe. COLER. Φιάλω πέντε λιτρῶν dicit Plut. in Aemil. p. 270.

60\. *Taceo enim quod*] MS. non agnoſcit τὸ *enim*, nec deſideratur. PERIZON. Retinent ceteri. Deinde quidam, *qui ipſe.* & ſic Mog.

61\. *Filiam ei nuptui dedit, cujus pecunia tam jejunos penates videbat*]. Veteres libri multo haec elegantius: *Filiam ei nuptum dedit, cujus penates tam jejunos pecunia videbat.* Sic Plautus Caſina. *Ut detur nuptum noſtro villico.* PIGH. *Filiam ei nuptum dedit.* Aldus *nuptui.* Verum uterque cod. Brand. *nuptum.* Neque aliter in MSS. reperit Pighius. VORST. *Nuptui dare* occurrit etiam L. VII. 1. 1. Sed & illic quemadmodum hic variant MSS. Plures tamen *nuptum* praeferunt. Periz. *Nuptam dedit.* Bit. prim. *nuptu.* *Nuptui collocare* dixit Colum. L. IV. 3. De ſubſtantivo *nuptus*, vide J. Fr. Gron. ad Gell. L. II. 4.

62\. *Cujus penates tam jejunos pecunia videbat*] Ita Pighius in quibuſd. codd. reperit. Aldus ordine paulum diverſo, *Cujus pecunia tam jejunos penates videbat.* Qui quidem ordo & in utroque cod. Brand. ſervatus. VORST. Hic ordo fere etiam in noſtris ſervatur. Quemadmodum mox *unde uxor ejus dotem reciperet.*

63\. *Unde reciperet*] Cato: *Mulier & magnam dat dotem, & magnam pecuniam recipit.* Vide Agell. lib. XVII. c. 6. COLER. *Uxor ejus dotem unde reciperet.* Epitome l. XLVI. Liv. *Cujus tanta abſtinentia fuit, ut cum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit, unde dos uxori ejus redderetur.* VORST. Male huc verba Catonis apud Gellium Colerus applicat. PERIZON.

64\. *Eorumque bonis*] Animorum puta. Praecedit enim *Animi virorum & feminarum vigebant.* VORST. Hor. L. I. Sat. 6. 72.

65\. *Haec in curia*] Deſunt haec verba in MSS. tredecim, & Mog. Edit.

66\. *Patriae enim rem*] Vetus Poëta: *Commoda praeterea patriae ſibi priva putare.* non hactenus ubique legitur: *prima.* COLER.

67\. *Cn. Scipio*] Sen. Nat. Quaeſt. L. I. ad finem. item in Conſolatione ad matrem Albinam, de Scipione, qui Carthaginem oppugnarit loqui videtur, & plurativo numero filias commemorat, non unam filiam. Frontinus de Cn. Scipione quidem, ut Valerius: ſed cum Seneca plurativum numerum refert filiarum. Noſter hic Valerius cum de Cn. Scipione locutus eſſet, qui ſecundo bello Punico cum fratre P. Scipione ſuperioris Africani parente, adverſus Poenos tamquam murus oppoſitus, ut Cicero ait, Remp. Rom. defenderit, mox de Cn.

aetatis haberet, neque ei ſine ſe [68] dos expediri poſſet: ſenatus, ne reſpubl. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit, conſilioque uxoris, ac propinquorum Scipionis conſtituta dote ſummam ejus ex aerario erogavit, [69] ac puellam nuptum dedit. [70] Dotis modus XL millia aeris fuit. [71] In quo non ſolum humanitas Patrum conſcriptorum, ſed etiam [72] habitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt. Namque adeo fuerunt arcta, [73] ut Tatia Caeſonis filia maximam dotem [74] ad virum X millia aeris attuliſſe viſa ſit: [75] & Megullia, [76] quia cum quinquaginta millibus aeris mariti domum intravit, *Dotatae* cognomen invenerit. [77] Idem ſenatus Fabricii Luſcini, Scipioniſque filias ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicavit: quoniam paternae hereditati praeter

Fabricio Scipioniſque filiabus aliud Romani Senatus exemplum liberalitatis adducit. Verum in eo quidem exemplo, de quonam Scipione loquatur non indicat. Vix enim, ut puto, de Cneo loqui videtur, quippe de eo jam locutus: de quo vero alio dicat non eſt certum. GLAREAN.

68. *Dos expediri poſſet*] I. e. dotis ſumma erogari, explicante Gudio ad Phaed. L. I. 16.

69. *Ac puellam nuptui dedit*] *Nuptum*, in manuſcriptis, ſicut & antea. PIGH. Iidem noſtri eodem modo variant. niſi quod Periz. hic habet *nuptui*. & Ultr. prim.

70. *Dotis modus XL millia aeris*] Miror quid ſit quod in editionibus Coleri & Thyſii legitur *XI millia*. Sane ſuperiores editiones, etiam Pighii, habent *XL millia* Et in codd. quoque Brand. ita ſcriptum reperio. *Modus* hic eleganter pro eo quod vulgo quantitatem dicunt. de quo & Ind. in Nep. vide. VORST. Bit. prim. Barb. ſec. Leid. ſept. *XL. milium.*

71. *In quo non ſolum*] Sic Mog. reliquae *Qua non ſolum.* quod in nullo reperio MS. Sed decem omittunt praepoſitionem, quae commode poteſt abeſſe.

72. *Habitus patrimoniorum*] Ultraj. prim. *habitus pronior*. Bit. prim. *habitus patrimoniorum pronior.*

73. *Ut Tatia Caeſonis filia*] *Accia*, in ſcriptis codicibus. PIGH. *Tatia Caſonis filia.* Notat Pighius, in codd. MSS. eſſe *Accia.* A quo non multum diſcrepat quod in uno cod. Brand. eſt *Actia*; & quod in altero eſt *Taccia*. VORST. MSS. *Tuſcia*, *Taccia*, *Tacea*, *Tanclia*, *Accia*, *Tuſſia*, *Tucia*. Mog. Ed. *Accia*. Perizonius adſcripſit forte *Fabia.*

74. *Ad virum decem millia*] Omittit recte *millia* liber Dan. Sic *Decies centena* apud Horatium & Juvenalem, id eſt, decies centena millia. Martialis:

Centena decies quae tibi dedit dotis.

Quae ſumma, ut & hoc adddam, maximam dotem apud Romanos faciebat. lege doctiſſimum Turnebum libro XVIII. capite 30. COLER. *Decem millia aeris.* Colerus in cod. P. Danielis legit *decem aeris*, omiſſo *millia*; quomodo apud Horatium & Juvenalem *decies centena* pro *decies centena millia.* Et ita ſane unus quoque cod. Brand. habet. VORST. Omittit & Leid. ſec. ſed ſi *millia* hic poteſt abeſſe, poterit, quia paulo ante praeceſſit *quadraginta millia*, unde hic erit repetendum. *Decem* enim *aeris* nihil aliud eſt niſi *decem pondo aeris*: nec, quia in *decies centena*, ſubaudiri ſolet millia, ideo hoc ſubaudietur in *decem aeris.* Non ſane intelligitur ſupra L. IV. 3. 6. *Decem aeris & quinque pondo argenti.* Unde credo bene conjeciſſe illic Hotomannum *decem millia.* *M.* nota numeri millenarii, omiſſa eſt propter antecedens.

75. *Et Megullia*] Leid. prim. *Argulia.* ſext. *Mergulia.* Harl. *Megulia*, ut eſt in vulgatis.

76. *Quia cum quingentis milibus aeris*] Magis placet numerus qui eſt in Wincheliano. *Quia cum quinquaginta milibus.* Alter enim nimis amplus eſſet pro ejus ſaeculi paupertate. Nam modum dotis maximae milia decem tunc fuiſſe dicit. COLER. *Cum quinquaginta millibus aeris.* Ita legendum cenſet Pighius è cod. Wincheliano; quod pro ſaeculi ejus paupertate nimis amplus numerus ſit, qui in aliis libris reperitur, *quingentis millibus* puta. VORST. Leid. quint. *L millibus.* ſept. *quingentis millibus al' L millibus.* Ultraj. prim. omittit *aeris*, ſec. *quingentis.* Harl. & Bit. prim. *dotatae nomen.*

77. *Ideo Senatus*] Vetus, *Idem Senatus*, & recte. LIPS. Recte hoc revocavit Vorſtius. cum

praeter [78] opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

M. autem Scaurus quantulam a patre [79] hereditatem acceperit, in primo libro eorum, [80] quos de vita ſua ſcripſit, refert. Ait enim ſibi [81] decem ſola mancipia, totumque cenſum quinque atque triginta millium numûm relictum. [82] In hac ille pecunia futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus. 11.

Haec igitur exempla reſpicere, his acquieſcere ſolatiis debemus, qui parvulos cenſus noſtros nunquam querelis vacuos eſſe ſinimus. [83] Nullum, aut admodum parvi ponderis, argentum, paucos ſervos, ſeptem jugera aridae terrae, [84] indigentia domeſtica impenſa funera, inopes dotum filias; ſed egregios conſulatus, mirificas dictaturas, innumerabiles triumphos cernimus. [85] Quid ergo

cum contra MSS. conſenſum & hunc ſecuti Colerus ac Thyſius dediſſent *Ideo Senatus.*

78. *Opimam gloriam*] Apulejus Apolog. *Cn. Fabricius Cn. Scipio, Manlius Curius, quorum filiae ob paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam.* COLER.

79. *Haereditatem acceperit*] Sic recte Pigh. ex MSS. pro vulgato *accepit.*

80. *Quos de vita ſua*] Hos libros ad Lucium Fufidium miſerat, quos legendos cenſuit Cicero in Bruto. Tres fuiſſe idem ſcribit. Citat eoſdem Plinius libro XXXIII. capite I. & Aſconius. Hoc etiam moneo, locum Ciceronis corrigendum eſſe & tollendam voculam *acta.* COLER. *Quos de vita ſua.* Citat eos Cicero in Bruto, ſcribitque numero tres fuiſſe. Citant quoque Plinius XXXIII, I. & Aſconius Pedianus. VORST. MSS. Multi *de vita ſua transſcripſit.* Copeſ. delet *primo.*

81. *Decem ſola mancipia*] Notavit Pighius in margine, diverſam lectionem eſſe *ſex ſola manc.* VORST. *Sex* habet Leid. quint. ſept. vero *decem al' ſex.*

82. *In hac enim ille pecunia futurus ſenatus princeps*] In Atrebatenſi & Suſiano, *Hac ille pecunia.* Malim tamen ut in Campenſi, *In hac penuria ille futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus.* PIGH. *In hac ille pecunia.* Ita legere malim è Codd. Brand. MSS. & antiquioribus typis expreſſis, quam ut in uno Codice Camp. ſcriptum reperit Pighius *In hac penuria ille.* VORST. Sic quoque undecim MSS. quorum major pars addit *enim.* Quod exſtat in vulgatis. Harl. *In hac enim illa pecunia.*

83. *Nullum autem vel admodum ponderis argentum*] Veteres libri, *Nullum, aut admodum parvi ponderis argentum.* Melius. PIGH. Sic & noſtri.

84. *Indigentia domeſtica, impenſa funera*] In Wincheliano & Suſiano: *Indigentia domeſticae impenſae funera*, male. In Campenſi, *Indigentia domi impenſa funera.* Unde colligo legi poſſe rectius: *Indigentia domi, publice impenſa funera.* Nam videntur duas voces *domi*, *publice*, in unam *domeſticae*, contraxiſſe librarii. PIGH. *Publice impenſa.* Haec lectio à Pighio eſt. Mihi magis ſincera eſt quae in libro Danielis & in duobus Pighianis: *Indigentia domeſticae impenſae funera.* COLER. *Indigentia domeſtica impenſa funera.* Ita veteres typis expreſſis & uterque Brand. Pighius duos Codd. vidit, qui haberent *Indigentia domeſticae impenſae funera.* A quibus Cod. P. Dan. ut Colerus teſtatur, non diſcrepat. Porro Pighius cum in uno Cod. Camp. legiſſet, *Indigentia domi impenſa funera* conjecit legendum eſſe. *Indigentia domi, publice impenſa funera,* ipſamque vocem *publice* textui inſerſit. Eamdemque Colerus & alii ſervarunt. Verum conjectura illa Pighii nihili eſt. Quid illud *Indigentia domi?* Quid item *publice impenſa funera?* An funera *domi indigentia* dicere voluit? & quomodo ipſa funera *publice impenſa* dici poſſunt? pecunia in funus impenſa, & quidem publice dici poteſt. Verum funera ipſa publice impenſa dici non poſſunt. VORST. Lege cum Colero. *Indigentia domeſticae impenſae funera.* PERIZON. Videtur hoc etiam probaſſe J. Waſſe Ind. Sall. v. *Militia.* Guyetus legebat *Indigentia publica impenſa funera.* Leid. quint. Bit. prim. habent *indigentia domeſticae impenſae*; reliqui fere *domeſtica impenſa.* Quod ſi conjunctim & in ſexto caſu accipiatur, itidem recte ſe habebit.

85. *Quid ergo mendicam fortunam*] In manuſcriptis, *mediam fortunam.* Rectiſſime. PIGH. *Quid ergo mediam fortunam.* Ita Pigh. ex quibuſdam

ergo mediam fortunam, quaſi praecipuum generis humani malum, [86] diuturnis convitiis laceramus? quae ut non abundantibus, ita fidis uberibus Poplicolas, Aemilios, [87] Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, [88] hiſque paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniaeque aſpectu debilitatos ſpiritus [89] priſtini temporis memoria recreemus. Namque per Romuli caſam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & aeternos Veſtae focos, [90] fictilibus etiamnunc vaſis contentos juro, nullas divitias talium virorum paupertati poſſe praeferri.

dam MSS. Veteres typis expreſſi, & ambo item Brand. MSS. habent *mendicam fortunam.* Verum optimum videtur, quod in ſuo Cod. reperit Schottus *modicam.* Vide Obſ. ejus hum. III. 52. VORST. Lege cum Schotto *modicam.* PERIZON. *Mendicam* habent MSS. undecim. Item Ed. Mog. *Mediam.* Leid. quint. *Medicam.* prim. *mdicam. al' mediam.* Leid. ſept.

86. *Diuturnis conviciis laceramus*] MS. *diurnis* i. e. quotidianis. PERIZON. Sic Leid. ſec. quint. ſept. Ult. prim. Sed neſcio an praeſtet, quod eſt in uno Rem. Bit. & Barb. *Durius conviciis laceramus.*

87. *Fabricios, Curios, Scipiones*] Solent ſaepe jungi *Fabricius* & *Curius*, & à paupertate etiam ac continentia laudatur. Sed tamen Valerius hoc Cap. nullam ejus fecit mentionem. Legendum igitur forte *Quintios.* Niſi exiſtimandum ſit eum ſuperiora non attendiſſe, adeo ut *Curium* quoque addiderit, licet nullum ejus adduxerit exemplum. nam & omiſit *Aelios*, & *Atilios*, quorum exempla poſuit. PERIZON. Adſcripſerat Perizon. etiam in margine F. *Quintios.* Sed poſtea delevit. Pro *Aelios* in pleriſque MSS. & Editis ante Colerum eſt *Aemilios.* Pigh. in margine pro varia lectione notavit *Aelios.* Cum igitur etiam *Aemilium* à ſpontanea paupertate laudarit in hoc capite, cauſſae nihil videbam, cur hoc non reſtituerem.

88. *Hiſque paria robora*] Horatius libro I. Carm. od. 12.

—— Fabritiumque.
Hunc & incomptis Curium capillis,
Utilem bello tulit, & Camillum
Saeva paupertas, & avitus apto
Cum lare fundus.

89. *Priſtini temporis memoria*] De veterum Romanorum paupertate multa Plinius, ex Varrone, ni fallor, cujus & illa De vita populi Romani libro I. *Pecunia quae erat parva ab ea paupertas dicta. cujus paupertatis teſtimonium eſt.* Idem eodem libro, fortaſſe non longe poſt: *Quid inter hos Joves interſit & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere & horum temporum divitias & illorum paupertates.* COLER.

90. *Fictilibus*] In re ipſa Apulejus Apologia: *In hodiernum Diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat.* COLER. Vaſa in ſacris non aurea aut argentea ſed fictilia fuiſſe teſtantur & alii. Vide Brod. Miſc. V. 19. VORST. Phil. Rubenius Elect. L. II. 8. Putat intelligi *ſimpula*, vel *ſimpuria.* De quibus adfert locum Plin. L. XXXIV. 12. & Varron. L. IV. *In ſacrificiis remanent guttum & ſimpulum.* Et Apul. Apol. tum Dion. Hal. L. II. 4. Feſtum. PERIZON.

CAPUT V.

DE VERECUNDIA.

1. *Populi Romani.*
2. *C. Terentii Varronis Coſ.*
3. *C. Cicereji candidati.*
4. *L. Licinii Craſſi candidati.*
5. *C. Pompeji Magni procoſ.*
6. *C. Julii Caeſaris dictatoris.*

EXTERNORUM.

1. *Spurinae Etruſci.*
2. *Legatorum Spartanorum.*

[1] A qua tempeſtivus ad verecundiam tranſitus videtur. Haec enim juſtiſſimis viris praecepit ut privatas facultates negligerent, [2] publicas quam ampliſſimas eſſe cuperent. Digna cui [3] perinde atque coeleſti numini extruantur templa, araeque conſecrentur: quia [4] parens eſt omnis honeſti conſilii, [5] tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiae, chara proximis, accepta alienis, omni loco, [6] omni tempore favorabilem prae ſe ferens vultum.

Sed ut a laudibus ejus ad facta veniamus, a condita Urbe uſque ad Africanum, & Ti. Longum coſſ. promiſcuus ſenatui & populo ſpectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quiſquam [7] ex plebe ante Patres conſcriptos in theatro ſpectare ſuſtinuit. Adeo circumſpecta noſtrae civitatis verecundia fuit. Quae quidem certiſſimum ſui documentum [8] etiam illo die exhibuit, quo L. Flamininus extrema in parte theatri conſtitit: quia a M. Catone & L. Flacco cenſoribus [9] ſenatu motus fuerat, [10] conſulatus jam honore defunctus, frater etiam T. Flaminini Macedoniae, Philippique victoris. Omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuae debitum coëgerunt.

1. Ann. urb. 559. Livius XXXIV. Cic. p. Balb. Paedian. Infr. II, I.

Ann. urb. 669. Cic. Catone. Plut. Catone & Flaminin.

[11] Con-

1. *A qua*] Ed. Ven. 1478. Aldus, Aſc. & ceteri ante Pighium *è qua* exhibent. Sed contra MSS. & Ed. Mog.

2. *Publicas quam ampliſſimas*] Harl. Ultraj. prim. *Publicaſque ampliſſimas.* Barb. prim. *Publicas quam al' que.* In Leid. ſept. *quam* recenti manu ſuperſcriptum eſt.

3. *Perinde atque*] Sic propemodum omnes MSS. & Mog. Sed Venetae cum ceteris *perinde ac.*

4. *Parens honeſti*] Δι' ἣν τῶν αἰσχρῶν πάντων ἀπεχόμεθα, ut ait Jamblichus. COLER.

5. *Tutela ſolennium officiorum*] Harl. & Leid. prim. *tutela omnium ſolennium officiorum.* Leid. ſept. *tutela omnium al' ſolemnium officiorum.*

6. *Omni tempore favorabilem prae ſe ferens vultum*] Ultraj. prim. *Omnique tempore favorabilem.* Quatuor alii *Prae ſe referens vultum.* An ortum ex *favorabilem prae ſe praeferens vultum?* An ex ſimplici *favorabilem praeferens vultum?* ut apud Vell. L. II. 27. *Victoris magis quam morientis vultum praeferens.*

7. *Ex plebe ante patres conſcriptos*] Leid. quint. *ex plebe ludos ante patres conſcr.*

8. *Etiam illo die*] Barb. prim. *in illo die*, deleto *etiam.* Mox aliquot *Flaminius.*

9. *Senatu motus*] Cauſſam ejus, quod Flamininus Senatu motus fuit, expoſuit ſupra II. 9. 3. Quod videl. damnatum quemdam ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicii ad arbitrium & ſpectaculum mulierculae, cujus amore tenebatur, electo. VORST.

10. *Con-*

2. Ann. urb. 537. Livius xxiv. Supra iii. 4. 4. [11] Confregit rempublicam Terentius Varro Cannenſis pugnae temerario ingreſſu. [12] Idem delatam ſibi ab univerſo ſenatu & populo dictaturam recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maximae cladis redemit: [13] effecitque ut acies deorum irae, modeſtia ipſius moribus imputaretur. Itaque titulo imaginis ejus ſpecioſius non recepta dictatura, quam aliorum geſta adſcribi poteſt.

3. Nos autem [14] ad praeclarum verecundiae opus tranſgrediamur. Magna cum invidia fortuna praetoriis comitiis Africani ſuperioris filium [15] Cn. Scipionem,

10. *Conſulatus jam honore defunctus*] Bit. & Leid. primi *honore functus.*

11. *Confregit Remp. Terentius Varro*] ſupra iii. 4. 4. *Cum apud Cannas culpa ſua vires populi Romani exhauſiſſet.* VORST. Non pauci cum Mog. delent *Varro*; in Leid. ſept. adſcriptum eſt manu recenti. Periz. *Varro Terentius.*

12. *Idem delatum ſibi ab univerſo Senatu*] *Sibi* video abeſſe a MSS. novem, & edd. Mog. nec deſideres. Leid. prim. *Delatam ab univerſo populō dictaturam.*

13. *Effecitque ut acres deorum irae modeſtia ipſius moribus imputarentur*] In Suſiano, Campenſi, & Atrebatenſi, *ut acies*, habetur. Rectius in Cauchiano, *ut clades.* PIGH. *Ut Acies Deorum irae.* Ita unus codex Brand. & ex antiquioribus typis expreſſis ii, qui a Chalcocondyle & Martino Herbip. ſunt curati. Pighius quoque in tribus codd. ita ſcriptum reperit. Nec multum diſcrepant alter cod. Brand. & editio Aldina, in quibus eſt *acres D. irae.* Pighius tamen, cum in uno quodam cod. repeiſſet *clades Deorum irae*, recepit id in textum. *Acies* eſt hic pro proelio; & ſenſus eſt, infelix illud proelium Cannenſe Deorum irae imputatum fuiſſe. VORST. *Acies* habet etiam Ed. Mog. cum MSS. decem. Leid. quint. *patres.* ſext. *facies.* Ultraj. prim. *acres.* *Acies* recte reſtituit Vorſtius pro Pighiano *clades*, quod nuſquam invenio. Quoniam maxime culpa Terentii in eo ſita fuit, quod temere exercitum in aciem eduxit, & pugnam ingreſſus eſt Quod ab eo factum vult, quoniam Dii irati, & affligere Romanos cupientes, hanc ipſi mentem indiderant. Leid. ſext. *Ut facies Deorum ire modeſtis ipſius motibus impetraretur.*

14. *Ad praeclarius verecundiae opus*] MSS. decem cum edit. ante Pighium. *Ad praeclarum. verecundiae opus.* Mog. *clarum.* Neſcio quare clam Pighius mutaverit. Vult enim tantum auctor, non diutius ſibi inhaerendum eſſe referendis iis, quae titulis Terentii ſpecioſe adſcribi poſſent, ſed tranſeundum eſſe ad ea, quae verecundia praeclare praeſtitit. Barb. prim. habet *ut animo praeclarum.*

15. *Cn. Scipionem*] Hoc exemplum habitum eſt ſuperiore libro Cap. 5. ubi tamen ejus praenomen omiſſum eſt, ſicut & apud Liv. Lib. vii. Dec. 4. quod equidem miror. Hic. *Cn.* proditur. Nos in Annotationibus noſtris in Livium editis, ubi de Scipionum Genealogia diſſerimus, Publium poſuimus. Haud ſcio quo authore. Lector ipſe apud authores attendat utrum rectius fuerit. Nam de mea opinione facile concedam in alterius melius ſentientis traditionem. Landinus tamen in Sexto Aeneidos ait, ſuperiorem Africanum habuiſſe duos filios, alterum degenerem, alterum valetudinarium, ceterum animo praeſtantem, qui poſtea adoptaverit Aemilianum: Lector judicet. GLAREAN. vide ſupra L. iii. 5. 1. ubi Publium fuiſſe nominatum liquido ſatis argumento, opinor, probavi.

16. *Scribam Cicerejum*] Scriba fuerat patris Africani, ut ſupra Valer. lib. iii. c. 6. COLER. *Scribam Cicerejum.* Scribam Scipionis Africani, Cn. Scipionis patris. Vide ſup. iii. 5. 1. VORST. Hic anno poſt Scipionem praetor fuit & Sardiniam tenuit. PERIZON.

17. *Tanti viri ſanguinem, clientelamque*] *Sanguis* hic eſt filius Scipionis Africani, Cn. Scipio: *clientela* vero cliens ejuſdem, utpote ſcriba Cicerejus. Dicitur autem *clientela* pro cliente, ut *ſervitium* pro ſervo. VORST.

18. *Comitiali certamine*] Cum in comitiis praeturam peterent. VORST. Klokkius legit *comitiali certamine confaedarat*, omnino praeter rationem. Quid enim? an *comitiali certamine* ergo *confoederat* quoque clientelam Scipionis, dum clientem ejus in eum evehit gradum, ut

cum

nem, & [16] ſcribam Cicerejum in campum deduxerat; utque nimis impotens ſermone vulgi carpebatur, quod [17] tanti viri ſanguinem clientelamque [18] comitiali certamine confuderat. [19] Ceterum crimen ejus in ſuam laudem Cicerejus convertit. [20] Nam ut vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, [21] templo deſcendit, abjectaque candida toga competitoris ſui [22] ſuffragatorem agere coepit; ut ſcilicet praeturam melius Africani memoriae concederet, quam ſibi vindicaret. [23] Nec minimum eſt verecundiae pretium. Scipio tunc honorem adeptus eſt: [24] Cicerejo tamen magis gratulati ſunt.

Ann. urb. 579. Livius XLI. Vid. annales Pighii Supra III. 5. 1.

Ac

cum ipſius filio de honore certaret? Imo *confuderat*, dum pariter de honore certantes inter ſe aequales & pares jam videbantur. Nec ullus ipſi favet MS.

19. *Ceterum crimen ejus in ſuam laudem Cicerejus convertit*] adſcripſit Guyetus, id eſt *Criminationem*. Nec hoc bene. Nam intelligit crimen ſive culpam fortunae.

20. *Nam ut vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri*] Leid. Quint. *Auferri*. Quod ex Baſ. notavit etiam Klokkius. Sed ita quaſi in Editione, qua ipſe utebatur, inveniſſet, *omnes ſe centurias Scipioni auferre*. Copeſ. *ab omnibus ſe centuriis*.

21. *Templo deſcendit*] Ex Campo Martio puta, ubi comitia habebantur. Et campus ille *templum* dicitur, quod locus Marti ſacer eſſet. Omnem enim locum religioſum *templum* vocabant. VORST. Sic quoque Oliverius. Inter excerpta Gudiana notatur, an legendum *extemplo*, i. e. confeſtim. Quod non probo. Templum enim Campum Martium potuit vocare non ſolum, quod Marti ſacer eſſet, ſed etiam quod erat conſularibus auſpiciis conſecratus, ut inquit Cic. IV. in Cat. 1. & quod ibi Candidati auſpicia prima luce ante Comitia caperent, ut conſtat ex Dionyſio Hal. l. II. Perizonius adſcripſit, loco augurato ad auſpicia captanda.

22. *Suffragatorem agere coepit*. Harl. Leid. prim. quint. ſext. Ultraj. ſec. PERIZ. *Suffragatorem ſe agere coepit*. & ſic Ed. Mog. & Mediol. Sic in quibuſdam ſcriptis & editis apud Sal. B. Jug. C. 60. invenias. *Tanta mobilitate ſeſe Numidae agunt*. Vide quae notavi ſupra L. IV, 1. 6. infra L. VI. 3. 6. & Cl. Burman. ad Vell. L. II. C. 109. 2. ubi ex allatis exemplis patebit pronomen illud facile poſſe abeſſe.

23. *Nec non etſi maximo verecundiae precio Scipio tunc honorem adeptus eſt*] Duplex exemplarium lectio eſt, neutra quidem contemnenda. namque in Suſiano & Pulmanniano ſic, *Tunc etiamſi maximo verecundiae precio Scipio tunc honorem adeptus eſt*. In aliis autem ita, *Nec minimum eſt verecundiae precium; Scipio tunc honorem adeptus eſt*. Et haec quidem lectio mihi Valeriano ſtylo vicinior videtur. At poſteriores librarii ex duabus unam vulgatam fabricarunt, *nec minimum*, mutantes in *nec*, *non*, & reliqua ex altera priori lectione accommodantes. PIGH. *Nec minimum eſt verecundiae pretium &c.* Lectionem hanc reperit Pighius in quibuſdam codd. In aliis, ut idem obſervavit, legitur ſic, *Tunc, etiamſi maximo verecundiae pretio, Scipio tunc honorem adeptus eſt*. VORST. In Baſil. membranis eſt. *Nec maximae verecundiae Scipio tunc honorem adeptus eſt*. nam ibi totum illud *Cicerejo tamen magis gratulati ſunt*, in contextu deeſt. Sed ad marginem tali adjungitur lectioni. *Tunc etſi maximo verecundiae precio Scipio honorem adeptus eſt, Cicerejo tamen magis gratulati ſunt*. & al' *Cicerejus tamen magis gratulatus fuit*. Lego. *Tunc etſi Scipio maxime honorem adeptus eſt, Cicerejus tamen verecundiae praeconio magis adulatus fuit*, vel *cumulatus fuit*. KLOKKIUS. Joh. Waſſe ex MS. Cantab. notat. *Nec non etſi maximo verecundiae precio Scipio tunc honorem adeptus eſt*. Ind. Sall. V. *Pretii*. Quod eſt in Periz. Pro *nec non*, *tunc* habent Ultr. ſec. Leid. prim. ſept. pro varia lectione; item Ed. Mog. Harl. Rem. unus. Barb. prim. *Nec maximum eſſe verecundiae pretium*. Copeſ. *nec maximum eſſet*, & expuncto manu ſecunda *nec* ſuperſcriptum erat *etſi*. Leid. ſec. & ſept. & Ultr. prim. *Nec non maximum eſſe*. Leid. tert. *Nec minimum verecundiae pretium, nec maximum eſſe verecundiae pretium, l, nec non etſi maximo verecundiae pretio*. Venetae Edd. *Nec non maximum verecundiae pretium*. Mediol. *Nec etſi maximo verecundiae pretio*. MS. Leid.

quint.

4 Ann. urb. 568: Cic. de Or. I. Ac ne protinus comitiis abeamus, conſulatum petens [25] L. Craſſus, cum omnium candidatorum more circum forum ſupplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id praeſente Q. Scaevola, graviſſimo & ſapientiſſimo viro, ſocero ſuo, faceret. Itaque rogabat eum, *ut à ſe*, [26] *dum ineptae rei deſerviret*, *diſcederet:* majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidae togae ſuae reſpectum agens.

5. Ann. urb. 705. Dion. XLII. Plut. in vita Lucan. VII. Pompejus autem Magnus Pharſalica acie victus à Caeſare, cum poſtero die Lariſſam intraret, oppidique illius univerſus populus obviam ei proceſſiſſet: *Ite*, inquit, *& iſtud officium praeſtate victori.* Dicerem, [27] non dignus qui vinceretur, niſi à Caeſare ſuperatus eſſet: certe [28] modeſtus in calamitate. Nam quia dignitate ſua uti jam non poterat, uſus eſt verecundia.

6. Ann. urb. 709. Suetonius. Plut. in vita. [29] Quam praecipuam in C. quoque Caeſare fuiſſe & ſaepenumero apparuit, & ultimus ejus dies ſignificavit. Compluribus enim parricidarum violatus mucronibus, [30] inter ipſum illud tempus, [31] quo divinus ſpiritus mortali diſcernebatur à corpore, ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiae obſequeretur, abſterreri potuit. Siquidem utraque togam manu demiſit,

32 ut

quint. *Nec minimum verecundiae pretium eſt.* Quod ſat commode exponi poteſt.

24 *Cicerejo tamen magis gratulati ſunt.*] MSS. non pauci, *Sed Cicerejo magiſtratus lati ſunt.* quod eſt in Ed. Mog. Ven. & Mediol. ſed rectius alterum. Quum gratulari oportuerat eos Scipioni ob honorem acceptum, omnes magis gaudium ſuum declararunt Cicerejo, eumque laudarunt, quod honore ceſſiſſet Scipioni.

25. *L. Craſſus*] Harl. Leid. tert. ſext. *M. Craſſus.*

26. *Dum ineptae rei deſerviret*] Candidatos oportebat populum ambire, id eſt, unumquemque eorum, qui ſuffragia dabant, manu prenſare, atque orare, ut ſibi ſuffragium praeſtaret. Vide Senecam ep. 118. & Mamertinum Oratione pro conſulatu. VORST. Sic Periz. novem alii cum Editis *inſerviret.* Leid. Quint. *ſerviret.* Leid. prim. *reſpectum gerens.*

27. *Non dignus qui vinceretur, niſi a Caeſare*] Pulchra alluſio eſt ad illud Virgilianum ? *At Magni Aeneae dextra cadis.* Nam & Julius ab Aenea trahebat originem. PIGH. *Niſi a Caeſare ſuperatus eſſet.* Sic Virgilius x. Aen. *Magni Aeneae dextra cadis.* Et Juſtinus XI. 12. de Dario: *Gratum ſibi eſſe, ſi vincere nequeat, quod a tali potiſſimum vinceretur.* VORST. MS. Harl. *niſi a Caeſare victus eſſet.* nihilo deterius! idem poſtea, *quia cum dignitate ſua uti jam non poterat.*

28. *Modeſtus in calamitate*] Suggillat Pompei ſuperbiam in rebus ſecundis. *Nam quia* inquit *dignitate ſua uti jam non poterat, uſus eſt verecundia.* Cæſarianum magis eſſe, quam Pompejanum Valerium, ubique animadvertas. COLER.

29. *Quam praecipuam*] Nonnulli Codd. ſcripti, *quam praecipue.* Deinde Leid. ſext. *ſignificabit.*

30. *Inter ipſum illud tempus*] Pro *ipſo illo tempore*, vel *in ipſo illo tempore.* Nam *inter* ſaepe & pro *in* uſurpatur: ut III. 2. 24. VI. 2. 9. VORST. *Illud*, delet Harl.

31. *Quo divinus ſpiritus mortali ſecernebatur a corpore*] Libri veteres omnes, *diſcernebatur*, habent. Et recte: nam proprie diſcernere ſignificat ſeparare & dividere. Unde diſcerniculum: acus qua capilli mulierum ante frontem diſcernuntur, Varrone ac Nonio Marcello anctoribus. PIGH. *Divinus ſpiritus mortali diſcernebatur à corpore.* Adulatur rurſus Tiberio. Aldus ediderat *ſecernebatur à corpore.* Sed Pighius teſtatur, omnes codd. habere *diſcernebatur.* Habentque ita Brandeburgenſes. VORST. Etiam noſtri praeter Barb. prim. Periz. Leid. ſec. & Copeſ. qui habent *ſecernebatur*, tert. *cernebatur. Diſcernebatur* etiam Ed. Mog.

32. *Ut*

32 ut inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant, ſed dii immortales ſedes ſuas repetunt.

EXTERNA.

Quod ſequitur 33 externis adnectam, quia ante geſtum eſt quam Etruriae civitas daretur. Excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina, cum mira ſpecie complurium feminarum illuſtrium ſolicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret, 34 oris decorem vulneribus confudit, deformitatemque ſanctitatis ſuae fidem, quam formam irritamentum alienae libidinis eſſe maluit.

35 Athenis quidam ultimae ſenectutis, cum ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, cumque nemo è civibus ſeſſum reciperet, ad Lacedaemoniorum legatos forte pervenit. Qui hominis aetate moti, canos ejus & annos aſſurgendi officio venerati ſunt, ſedemque ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt. Quod ubi fieri populus aſpexit, maximo plauſu alienae urbis verecundiam comprobavit. 36 Ferunt tunc unum è Lacedaemoniis dixiſſe: *Ergo Athenienſes quid ſit rectum ſciunt; ſed id facere negligunt.* 1. Cic. Catone.

32. *Ut inferior pars corporis tecta collaberetur*] In Cauchiano; *Ut inferiori parte.* Melius. PIGH. *Ut inferiore parte corporis tecta collaberetur.* Ita Pighius è cod. Cauchiano. At Brandeb. *Inferior pars corporis tecta collab.* quomodo Aldus & alii ediderant. VORST. Ita cum eſſet ſcriptum in omnibus noſtris, uni Cauchiano tantum hic tribuendum non putavi. Neque vult ipſum adeo collapſum videri, quam corpus ejus, ſpiritu divino jam coelum petente.

33. *Externis adnectam*] Harl. *connectam.* deinde Ultraj. ſec. *Spurrinna* prim. *Spurima.*

34. *Oris decorem confudit*] Pulchritudinem turbavit, ſuſtulit. VORST. MS. *confodit.* non male. ſic enim vulnera quaſi pro telis poſuiſſet, quod ſaepe fit. PERIZON. *Confodit* exhibent etiam Harl. Leid. tert. Ultraj. prim. ceteri *confudit*, quod rectum verumque arbitror. L. VIII. 7. Ext. 7. *Obtruncatus ſanguine ſuo artis ſuae lineamenta confuderat.* ubi ſimiliter Copeſ. *confoderat* ſcriptum exhibet. Omnino male: ſermo enim ibi eſt de Archimede, ſanguine ſuo confundente lineas in pulvere ductas. Curt. VIII. L. 3. 13. *Confuderat notas oris exanguis pallor.* Lucan. L. VII. 575. *Adverſoſque jubet ferro confundere vultus.* & ſic plus ſemel. Ovidius.

35. *De quodam ſene Athenienſium*] Ita paſſim in hujus Auctoris libris inepti ſunt tituli, cum hoc loco non ſenex ille Athenienſis laudetur, ſed Lacedaemonii. Rectius ergo Badius titulum poſuit. *De Lacedaemoniorum circa quemdam ſenem Athenienſem verecundia.* Ita ad finem hujus *de verecundia* Capitis, unius exempli titulus *de Lacaenis* in duos inepte ſectus eſt; *de Lacedaemone*: & poſt aliquot verſus, *de Minyis.* Titulus certe erit unus, de Lacaenis, ut diximus. Talia multa conſulto omittimus; quae a quovis etiam mediocriter docto emendari poſſunt. GLAREAN.

36. *Ferunt tunc*] Copeſ. *Feruntque & unum.* Leid. quint. *ferunt etiam unum.* Harl. Barb. prim. *Feruntque tunc unum.*

CAPUT VI.

DE AMORE CONJUGALI.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.

1. *Ti. Gracchus major.*
2. *C. Plautius Numida.*
3. *M. Plautius.*
4. *Julia C. F. Cn. Magni.*
5. *Porcia M. F. M. Bruti.*

EXTERNA.

1. *Artemiſia Mauſoli regis.*
2. *Hipſicrata Mithridatis regis.*
3. *Lacaenae Minyarum.*

A placido & leni affectu ad aeque honeſtum, verum aliquanto ardentiorem & concitatiorem, pergam, legitimique amoris quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima veneratione [2] contemplandas lectoris oculis ſubjiciam; [3] valenter inter conjuges ſtabilitae fidei opera percurrens, ardua imitatu, ceterum cognoſci utilia. [4] Quia excellentiſſima animadvertenti, ne mediocra quidem praeſtare, rubori oportet eſſe.

1\. Plutarch. Gracchis. init. Cic. de divin. Plin. VII. 36. H. 29. Ti. Gracchus [5] anguibus domi ſuae mare ac femina apprehenſis, [6] certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, uxori ejus, femina, ipſi celerem obitum inſtare: ſalutarem conjugi potius, quam ſibi partem augurii ſecutus, marem necari, faeminam dimitti juſſit: ſuſtinuitque in conſpectu ſuo ſeipſum [7] in-

1\. *A placido & leni affectu*] Leid. & Ultraj. ſec. delent praepoſitionem. Harl. & Periz. *levi.* Barb. prim. *attentionem.* Leid. quint. *quadam veneratione.* ſext. *magna.*

2\. *Contemplandas lectoris oculis ſubjiciam*] Gryph. & Rob. Steph. *Contemplanda*, & ſic Ultraj. prim. Sed ceteri *contemplandas* recte tuentur. Ed. Mog. *animo & oculis.* Quo modo habet etiam Ultraj. ſec. Periz. *animo oculis.* *τὸ animo* fortaſſe addiderit, ut hoc referatur ad *venerationem*, ut *contemplandas* ad *oculos.*

3\. *Valenter inter conjuges ſtabilitae fidei opera percurrens*] Harl. Barb. prim. *Valentia quidem inter conjuges ſtabilitate fidei opera.* *Stabilitate* invenio etiam in quinque aliis, & Ed. Mog. & Venett. quae poſteriores cum Mediol. ita diſtinguunt *Subjiciam valenter; inter.* Leid. ſept. *ſtabilta.* Ald. Gryph. Steph. Colin. *ſtabilita.* Non mirum, cum *ſtabilitate* receptum eſſet, *valenter* mutatum eſſe in *valentia*, aut praecedenti periodo adnexum. *Stabilitate* ortum videtur ex fluctuatione inter *ſtabilita*, & *ſtabilite*, quod in uno & altero variae emendatum invenio. Recte vero *ſtabilitae fidei.* non enim tam *opera* erant *ſtabilita*, quam ipſa *fides valenter ſtabilita.*

4\. *Quia excellentiſſima animadvertenti*] MS. *Advertenti.* PERIZ.

5\. *Anguibus domi apprehenſis*] De duobus anguibus Graccho in Lucanis ſacrificante ex occulto prolapſis egit & ſupra L. 1. 6. 8. VORST. Nihil hoc exemplum facit ad hanc rem, alio enim tempore, alio loco, alii homini accidit, quod ibi narrat Valerius, factum enim tempore belli Punici ſecundi. Ceterum inter monſtra quibus abſterrebatur, ne conjugem ſtatim duceret, refert Phormio apud Ter. IV. 4. 26. quod,

Anguis per impluvium decidit de tegulis.

6\. *Certior factus ab aruſpice*] MS. *Auſpice.* eleganter ſane. Mox ſequitur *augurii.* PERIZ. Bit. prim. *Auruſpice.* Deinde Harl. *ſibi celerem.* Bit. prim. *ſibi ipſi celerem.*

7\. *In-*

7 interitu ſerpentis occidi. Itaque Corneliam neſcio utrum feliciorem dixerim, quod talem virum habuerit, an miſeriorem, quod amiſerit. 8 O te, Theſſaliae rex Admete, 9 crudelis & diri facti crimine ſub magno judice damnatum! qui conjugis tuae fata pro tuis permutari paſſus es, eaque, ne tu extinguereris, voluntario obitu conſumpta, lucem intueri potuiſti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaveras, 10 femineo animo impar inventus. Plat. Sympoſ. Hygin. in Fabulis.

Vilior Graccho iniquae fortunae victima, quamvis ſenatorii vir ordinis 11 C. Plautius Numida; ſed in conſimili amore par exemplum. Morte enim uxoris audita, doloris impotens, pectus ſuum gladio percuſſit. Interventu deinde domeſticorum 12 inceptum exequi prohibitus, colligatuſque, ut primum occaſio data eſt, ſciſſis faſciis, & vulnere divulſo, conſtanti dextera, ſpiritum luctus acerbitate permiſtum ex ipſis praecordiis & viſceribus hauſit: tam violenta morte teſtatus, quantum maritalis flammae illo pectore clauſum habuiſſet.

Ejuſdem ut nominis, ita amoris quoque M. Plautius. Nam cum imperio ſenatus 13 claſſem ſociorum ſexaginta navium in Aſiam reduceret, Tarentumque appuliſſet, atque ibi uxor ejus Oreſtilla, quae illuc eum proſecuta fuerat, 14 morbo preſſa deceſſiſſet, funerata ea, 15 atque in rogum impoſita, inter officium ungendi, & oſculandi, ſtricto ferro incubuit. Quem amici, ſicut erat,

7. *Interitu ſerpentis occidi*] Vulgo ante Pighium. *In interitu*. Sed adverſantur plerique MSS. cum Mog. Edit.

8. *O te Theſſaliae rex Admete*] Is cum gravi morbo conflictaretur, Apollinem de ſalute conſuluit. Reſponſum autem illi, ita vivere ipſum poſſe, ſi quempiam inveniret, qui mori pro ipſo vellet. Tentatis igitur omnibus propinquis, amicis, clientibus, & ipſis denique ſervis, ſola uxor inventa, quae pro ipſo mori vellet. Nomen huic Alceſtis. Fuitque Peliae Theſſaliae regis filia. VORST. Male nonnulli MSS. delent *te*.

9. *Crudelis & diri facti crimine*] Quidam *fati*. ut Aldus. Aſcenſ. & alii ediderunt poſt Venetos. MSS. octo & Mog. *duri facti*. Sed vix convenit *durum factum* dici, poſtquam jam dixerat *crudele*.

10. *Foemineo animo impar inventus*] Deſunt haec in MSS. octo, & Ed. Mog. *ſub magno judice* exponit Oliverius *Apolline*. ſed male. intelligit enim *Gracchum*. *Parentum indulgentiam tentaveras*, dicit, quia etiam horum neuter pro illo voluerat mori.

11. *C. Plautius*] Leid. ſext. *Cn.* Ultraj. ſec. Q. Copeſ. *Plancius*, ut etiam in exemplo ſequenti.

12. *Inceptum exſequi prohibitus colligatuſque*] Sic & Cato Uticenſis inceptum exſequi prohibitus à ſuis fuit. Colligatus dicitur quia vulnus, quod ipſe ſibi dederat, à domeſticis obligatum fuit. Dicunt & *alligare vulnus*. VORST. Vide eumdem ad Juſt. L. xv. 3. 13. Copeſ. *cum primum occaſio*. Multi *permixſtum*. Ultraj. ſec. *mixtum*, primus ſupra delet *deinde*. Leid. ſext. *in illo pectore*.

13. *Claſſem ſociorum in Aſiam reduceret*] Putat Oliverius, contigiſſe hoc confecto bello Macedonico, quo Romani auxiliis Aſiae, utpote ſociorum, uſi fuerant. VORST. Copeſ. habet *quadraginta navium*.

14. *Morbo preſſa deceſſiſſet*] Copeſ. *morbo oppreſſa*. Quod videtur melius, ut ſubito morbo illic eam deprehenſam & implicitam dicat.

15. *Atque in rogum impoſita*] Copeſ. *Et rogo poſita*. Leid. ſext. Harl. *in rogo poſita*. Leid. prim. *in rogum poſita*.

16. Et

erat, togatum [16] & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde ſubjectis facibus utrumque una cremaverunt. [17] Quorum ibi factum ſepulcrum Tarenti etiamnunc conſpicitur, [18] quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΤΝΤΩΝ. Nec dubito, quin, ſiquis modo extinctis ſenſus ineſt, Plautius & Oreſtilla, fati conſortione geſtientes vultus tenebris intulerint. [19] Sane ubi idem & maximus & honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto praeſtat morte jungi, quam vita diſtrahi.

4. Ann. urb. 699. App. Civil. II. Vellejus. Plutarch. Conſimilis affectus Juliae, C. Caeſaris filiae, annotatus eſt. Quae cum aediliciis comitiis Pompeji Magni conjugis ſui veſtem cruore reſperſam [20] e Campo domum relatam vidiſſet, territa metu, [21] nequa ei vis eſſet allata, exanimis concidit, [22] partumque, quem utero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione & gravi dolore corporis ejicere coacta eſt; [23] atque ita expiravit: [24] magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cujus tranquillitas tot civilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Caeſaris & Pompeji concordia communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet.

5. Tuos quoque caſtiſſimos ignes Porcia, M. Catonis filia, cuncta ſaecula debita

16. *Et calceatum*] Vide Pricaeum ad Acta Apoſt. v. 9. PERIZON. Leid. prim. *ſicut erat togatus & calceatus.*

17. *Quorum ibi factum ſepulcrum Tarenti etiamnunc conſpicitur*] Vox *Tarenti* à gloſſula eſt. Dele. Nam de urbe ea ante ſtatim ſermo, & nunc addit *ibi*. LIPS. *Quorum ibi factum ſepulcrum Tarenti etiamnum conſpicitur. Tarenti* expungendum videtur Lipſio: quod idem jam praeceſſerit, ac praeterea *ibi*. VORST. Nonnulli *Quorum ibi factum ſepulcrum eſt*. Leid. prim. delet *ibi*.

18. *Quod vocatur*] Cop. Harl. Barb. prim. *Quod notatur*. Graeca denuo in MSS. aut deſunt, aut legi non poſſunt.

19. *Sane ubi idem & maximus*] Ante Pighium legebatur *ſaneque*. Quod reperio in MSS. novem. Bit. prim. *ſane quia*. An ortum ex *ſane quam?*

20. *E campo domum relatum*] Campum Martium intelligit, *κατ' ἐξοχὴν campum* dictum. VORST.

21. *Nequa ei vis eſſet allata*] MSS. ſeptem, *ne qua ei vis eſſet illata*.

22. *Partum ejicere coacta eſt*] Schegkius in ſuo cod. reperit *abjicere*. Unde ille colligit legendum eſſe *abigere*. VORST. Contra *ejicere* retinendum cenſet Munker. ad Anton. Lib. p. 278. PERIZON. Vide etiam eumdem ad Lactant. Plac. L. x. F. 10.

23. *Atque ita expiravit*] Barb. prim. haec tria verba delet, & ſic uterque Ultraj. item Periz. Leid. prim. & ſept. ubi recenti manu in margine ſunt adſcripta. Bene ineptum gloſſema Barb. primo tolli addidit Gudius. Tollit etiam Editio Mog. Et ſane quod abortu periit vinculum communis ſanguinis tamquam cauſſam inſecutorum deinde malorum in ſequentibus potius conſiderat, quam ipſam mortem Juliae, ut reliqui, quos vide citatos ad Vell. L. II. 47.

24. *Magno cum totius terrarum orbis detrimento*] Si enim filia illa Caeſaris, quae Pompejo nupta fuerat, ſuperſtes manſiſſet, incendium illud belli civilis minime exortum fuiſſet. Florus IV. 2. 13. *Morte Juliae, Caeſaris filiae, quae nupta Pompejo, generi ſocerique concordiam matrimonii foedere tenebat, ſtatim aemulatio erupit.* Vide & Vellejum II. 47. 3. VORST.

25. *Virum tuum cognoſceres*] MSS. tres *cognoſcens*, ſed iidem cum retineant praecedens *cum*, librariorum errorem produnt. Etiam *proſequentur* habent fere omnes ſcripti pro eo, quod vulgo edebatur *proſequuntur*.

26. *Virilem patris exitum imitata*] M. Cato, cum res Pompeji deſperatas ſentiret, ipſe ſibi vim attulit. Vide ſup. III, 21, 4. Atque id imitata filia ejus, Brutique uxor, Porcia. Periculum

bita admiratione proſequentur. Quae cum apud Philippos victum & interem- Ann. urb. 711. Dion
ptum [25] virum tuum Brutum cognoſceres, quia ferrum non dabatur, arden- XLVII. Plut. Bruto.
tes ore carbones haurire non dubitaſti, muliebri ſpiritu [26] virilem patris exi- 616. App. Civil. IV.
tum imitata. Sed neſcio an hoc fortius, quod ille uſitato, tu novo genere 345.
mortis abſumpta es.

EXTERNA.

[27] Sunt & alienigeni amores juſti, obſcuritate ignorantiae non obruti: e I.
quibus paucos attigiſſe ſatis erit. Gentis Cariae regina Artemiſia virum ſuum Cic. Tuſc. 3. Gell. x.
Mauſolum fato abſumptum quantopere [28] deſiderarit, [29] leve eſt, [30] poſt 18. Uſſer. 3651.
conquiſitorum omnis generis honorum, [31] monimentique uſque ad ſeptem miracula provecti magnificentiam, argumentari. Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli vivum ac [32] ſpirans ſepulcrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, [33] qui illam extincti oſſa potioni aſperſa bibiſſe tradunt?

[34] Hipſi-

culum ejus rei jam ante fecerat, cum Brutus occidere Caeſarem in animo haberet. Vide ſup. III, 2, 15. *Exitus* rurſus pro morte, ut ſupra. VORST.

27. *Sunt & alienigeni amores juſti, obſcuritate ignorantiae non obruti*] Veteres mei uberius & verius: *alienigeni amoris cineres, uſti obſcuritate*, &c. Duriuſcule, fateor. ſed Valerium ne noſce, aut haec agnoſce. LIPS. *Sunt & alienigeni.* Lipſius ex veteribus *Sunt & alienigeni amoris cineres uſti obſcuritate.* Nihil requiro amplius ad veritatem. COLER. Ita ut Lipſius in veteribus invenit, exſtat quoque in Leid. quart. Harl. *Amoris cineris uſti.* Leid. ſept. *al' amoris cineres juſti.* & hoc eſt in Leid. quint. Ceterum illud *amoris cineres uſti obſcuritate ignorantiae non obruti*, in quo quamquam duriuſculo Valerium tamen agnoſcebat Lipſius; contra diſplicebat omnino Rutgerſio, ita ut referret inter ea quae ipſum taedio enecarent. L. VI. V. L. 16. Sed ut apparet longe maxima pars MSS. cum Ed. Mog. tuentur vulgatum, quod ſatis commode poteſt exponi cum Perizonio, *perfecti*, ut *juſtum praelium.* L. V. 2. init. *juſta merces.* L. I. 6. 12. *juſta magnitudo.*

28. *Deſiderarit*] Ex Codice Danielis & alia diſtinctione opus eſſe & correctione videas. tali nimirum: *Quantopere deſideravit? Leve eſt.* COLER. Sex *deſideravit.* Tres *deſideraverit.* Non cenſeam tamen ulla opus eſſe correctione.

29. *Leve eſt argumentari*] Facile eſt intelligi. VORST. Imo potius, *argumentis* probari.

30. *Poſt conquiſitorum omnis generis honorum magnificentiam*] Elegans uſus voculae *poſt*, ut cauſſam ſignificet, ex qua colligere aliquid liceat. Juſtinus l. I. c. 6. *Ingens poſt neceſſitatem pugnandi animus exercitui ejus acceſſit.* Ubi *poſt neceſſitatem* eſt pro ex neceſſitate, vel quia neceſſe fuit. Vide & Ind. in Nep. v. *poſt.* VORST.

31. *Monimenti uſque ad ſeptem miracula provecti*] *Mauſoleum* intelligit: quod fuſius deſcribit Plinius XXVI, 5. VORST.

32. *Spirans ſepulcrum*] E Graeco τάφος ἔμψυχος. Quod damnantem vide Longin. ſect. III. 6. & ibi Jac. Tollium.

33. *Bibiſſe tradunt*] Tradidit Theopompus, ex quo fortaſſe ſumſit Agellius & alii. Suidas ex eodem ſcribit φθίσει demum mortuum. Idem adfirmat Strabo lib. XIV. COLER. *Extincti oſſa potione aſperſa bibiſſe.* Gellius X, 18. *Artemiſia luctu atque deſiderio mariti flagrans uxor, oſſa cineremque eius mixta odoribus, contuſaque in faciem pulveris, aquae indidit ebibitque.* Vide de eadem ibidem & plura. Cicero & alii moerore tandem contabuiſſe ſcribunt. VORST. MS. *Qui jam ext. oſſa potioni aſp.* Certe recipio *potioni* ſine ulla dubitatione, oſſa enim in cine-

rem

2. Plutarchus Pompejo. [34] Hipſicratea quoque regina Mithridatem conjugem ſuum effuſis charitatis habenis amavit: propter quem praecipuum formae ſuae decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit. Tonſis enim capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus & periculis ejus intereſſet. Quinetiam victum a Cn. Pompejo per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt. Cujus tanta fides aſperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & jucundiſſimum lenimentum fuit. Cum domo enim & penatibus vagari ſe credidit, uxore ſimul exulante.

Ann. urb. 687.

3. Verum quid Aſiam, quid barbariae immenſas ſolitudines, quid latebras Pontici ſinus ſcrutor? cum ſplendidiſſimum totius Graeciae decus Lacedaemon, [35] praecipuum uxoriae fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis, plurimis & maximis patriae ſuae laudibus admiratione facti comparandum.

[36] Mi-

rem redacta potioni aſperſit, & ita bibit. Sic IX. I. 2. *Aceto liquatos uniones potioni adſpergere ſolitum.* PERIZON. Harl. *qui eam* &c. *potioni.* Poſterius habet etiam Bit. prim. Leid. quint. ſext. Ultr. ſec. Periz. cum omnibus ante Pighium Editis. Quare hoc revocandum duxi.

34. *Hipſicratea regina*] Plutarchus in Pompejo, non conjugem, ſed pellicem Mithridatis fuiſſe ſcribit. VORST. *Hyſicratea*, *Hypſicratea*, *Hipſicretea*, *Iſpicratea*, *Hipſitracia*, *Hiſicratea*, *Hipſicratea.* Hac varietate hoc nomen exhibent Codices ſcripti.

35. *Praecipuum uxoriae fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis*] *Tantum non*, omittitur in manuſcriptis, & ſupervacuum haud dubio eſt. PIGH. *Tantum non noſtris oſtentet oculis.* Ita Aldus & Chalcocondyles ediderant. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Alter pro *tantum non* habet *nunc:* quomodo & vetus editio Mart. Herbip. Pighius tamen, quod illud *tantum non* ſupervacuum judicaret, & in quibuſdam codd. idem non reperiret, prorſus id expunxit. Verum minime otioſae habendae ſunt voculae iſtae. Non vult Valerius, Lacedaemonem fidei uxoriae ſpecimen noſtris oculis revera oſtentare; ſed tantum non, id eſt, fere, id facere. Non qui ſpecimen iſtud legimus, oculis id uſurpamus: ſed facit hypotypoſis, ut perinde ſit, ac ſi oculis uſurparemus. VORST. MS. *Specimen non tantum noſtris.* Alii rectius habent *tantum non.* Quod male ejecit Pighius, recte reſtituit Vorſtius, ſed male exponit. Nam non ſenſus eſt Valerii, id factum narratione tantum non oculis ſubjici, quaſi quis in re praeſenti eſſet. Sed reſpicit ad propinquitatem loci reſpectu Aſiae & Pontici ſinus. PERIZON. Ultraj. uterque habet cum Ed. Mog. *nunc*, pro *tantum non*, quod deletur etiam in pleriſque Leidenſibus. Sed clare exſtat in Periz. Rem. Bit. Barb. prim. Et recte defendit atque expoſuit Cl. Perizonius.

36. *Minyae, quorum origo ex inclyto ſociorum Jaſonis numero*] *Minyae* cum Jaſone ac ceteris Argonautis Colchos ad aureum vellus auferendum navigarunt. Ovidius VI. Metam. *Jamque fretum Minyae Pegaſea puppe ſecabant.* VORST.

37. *A Pelaſgis expulſi armis*] MSS. novem *à Pelagicis.* Quatuor *à Pelaſgicis.* Nonnulli etiam pro *armis* habent *ramis.* Barb. ſec. *ranis al' armis.* Mog. Ed. *à Pelagicis expulſi ramis*, vulgatae, *a Pelaſgicis expulſi armis.* An dedit *Pelaſgicis expulſi armis?* Nam & *Pelaſgos* ipſos, *Pelaſgicos* dixiſſe ipſum non eſt veriſimile. *Pelaſgis* vero in nullo Codice invenio.

38. *Taygetorum montium juga ſupplices occupaverunt*] Montes hi Laconiae ſunt inter Lacedaemonem & mare. Occupaverunt igitur; ſed Lacedaemoniis ſupplices facti. VORST.

39. *Quos Spartana civitas reſpectu Tyndaridarum*] In Wincheliano plenius; *Quos Spartana civitas recepit reſpectu Tyndaridarum, &c.* Itaque parentheſi in ſequentibus non eſt opus. PIGH. *Quos Spartana civitas recepit. Recepit* addidit Pighius è cod. Wincheliano. Alii non habent. Et poteſt commode abeſſe. VORST. MS. omittit *Recepit* & copulam *que*, nec ex uno Codice recipere illud debuerat Pighius. PERIZON. *Recepit* addidit Leid. quint. Ultraj. ſec. in Leid. ſept. adſcriptum eſt recenti manu,

[36] Minyae, quorum origo ex inclyto ſociorum Jaſonis numero Lemniorum Herod. IV.
in inſula concepta, per aliquot ſaeculorum vices ſtabili in ſede manſerat, [37] a 146. Plut. de clar.
Pelaſgis expulſi armis, alienae opis indigi, excelſa [38] Taygetorum montium mul. Pauſ. Ach. 206.
juga ſupplices occupaverant. [39] Quos Spartana civitas [40] reſpectu Tyndari- Strab. XIII.
darum, (namque [41] in illo nobilis famae navigio deſtinatum ſideribus par fratrum fulſerat:) deductos inde legibus [42] commodiſque ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in injuriam bene meritae urbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicae cuſtodiae incluſi, [43] capitali adſervabantur ſupplicio. Quod cum [44] vetere inſtituto Lacedaemoniorum nocturno tempore paſſuri eſſent, [45] conjuges eorum illuſtris ibi ſanguinis, velut allocuturae perituros viros, impetrato a cuſtodibus aditu, carcerem intraverunt, [46] commutataque veſte, per ſimulationem doloris velatis capitibus, eos abire paſſae ſunt. Hoc loco quid aliud adjecerim, quam dignas fuiſſe, quibus Minyae nuberent.

manu, habet etiam Mog. Ed. reliqui non agnoſcunt, ut pariter omnes rejiciunt copulam *que* poſt *deductos*. Etiam quod recepti ſunt apparet ex eo, quod dicit Lacedaemonios immiſcuiſſe ipſos legibus & commodis ſuis. Praeterea ponitur in MSS. fere poſt *Tyndaridarum*. Ubi debebat inchoari parentheſis, ſed quae ipſa cum efficeret ut praecedens periodus videretur claudicare, cauſſam praebuit, cur verbum hoc fuerit infertum. De voce *reſpectu* hoc ſenſu vide Gudium ad Phaed. L. V. 4.

40. *Reſpectu Tyndaridarum*] Caſtoris & Pollucis: qui & mox *deſtinatum ſideribus par fratrum* appellantur. VORST.

41. *In illo nobilis famae navigio*] Nomen ei *Argo*. Unde qui vecti ea, *Argonautae* dicuntur. VORST.

42. *Commodiſque ſuis immiſcuit*] Unus cod. Brandeb. *commiſcuit*. VORST. Et Ultraj. prim.

43. *Capitali ſupplicio ſervabantur*] Repoſui quod in undecim ſcriptis & Ed. Mog. inveni *adſervabantur*. Sic Ter. in And. V. 2. 24.

Cura adſervandum vinctum.

Heaut. IV. 4. 14.

Dic me hic oppido eſſe invitam atque adſervari.

44. *Vetere inſtituto*] De quo Herodotus libro IV. Et Polyaenus lib. VII. *ϛρατην, περὶ τυῤῥηνίδων.* COLER.

45. *Conjuges eorum illuſtris ſanguinis*] In manuſcriptis ſic, *Illuſtris ibi ſanguinis velut allocuturae perituros maritos.* PIGH. *Conjuges eorum illuſtris ibi ſanguinis.* Reſcripſit ita Pighius è MSS. Habetque ita unus quoque cod. Brand. Sed & in altero lectionis ejus veſtigium eſt; quod is habet *illuſtriſſimi ſanguinis.* Aldus ediderat, *Conj. eorum illuſtris ſanguinis, ibi velut allocuturae*; ut *ibi* ad *cuſtodiam* referatur. *Alloqui* rurſus pro conſolari. VORST. Uterque Ultraj. cum Copeſ. & Mog. *illuſtriſſimi*, plerique *illuſtris ibi.*

46. *Commutataque veſte per ſimulationem doloris, velatis capitibus &c.*] Male diſtinguitur. Simile de Theopompo refert Quintil. L. II. 17. PERIZON. Diſtingue, *Commutataque veſte, per ſimulationem doloris velatis capitibus, eos abire paſſae ſunt.*

CAPUT VII.

DE AMICITIAE VINCULO.

QUO JUNCTI ROMANI.

1. *Ti. Sempronius Gracchus cum C. Bloſio.*
2. *C. Sempronius Gracchus cum Pomponio & Laetorio.*
3. *L. Rheginus cum Q. Servilio Caepione.*
4. *T. Volumnius cum M. Lucullo.*
5. *L. Petronius cum P. Coelio.*
6. *Ser. Terentius cum D. Bruto.*
7. *C. Laelius cum Scipione, & Agrippa cum Auguſto.*

EXTERNI.

1. *Damon cum Phintia.*
2. *Alexander Magnus cum Hephaeſtione.*

Contemplemur nunc amicitiae vinculum, potens & praevalidum, neque ulla ex parte ſanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & exploratius, quod illud naſcendi ſors, fortuitum opus; hoc [1] uniuſcujuſque ſolido judicio incoacta voluntas contrahit. [2] Itaque celerius ſine reprehenſione propinquum averſere, quam amicum: quia [3] altera diremptio iniquitatis, altera uti-

1. *Uniuſcujuſque ſolido judicio incoacta voluntas*] Sic Aldus & qui eum ſunt ſecuti. Mog. Ven. Med. Aſcenſ. *Inchoata voluntas*, quam lectionem firmant MSS. duodecim. In quibus eſt vel *inchoata*, vel *incohata*, vel *incoata*. Ut ſignificet voluntatem à ſolido animi judicio profectam, & originem ducentem, cum altera amicitia eam ducat à ſorte naſcendi.

2. *Itaque celerius ſine reprehenſione propinquum averſere, quam amicum: quia altera diremptio utique iniquitatis, altera levitatis crimini ſubjecta eſt*] In manuſcriptis haec elegantius ita leguntur, *Itaque celerius eſt ſine reprehenſione propinquum avertere quam amicum, quia altera diremptio iniquitatis, altera utique levitatis crimini ſubjecta eſt.* Ait enim propinquum avertere, iniquitatis; amicum, levitatis etiam eſſe. *Utique* hoc loco non ſolum complet, ſed auget quoque. Quemadmodum & Tullius utitur ea dictione: Nam & Piliae ſatisfaciendum eſt, & utique Atticae, lib. XII. Epiſt. ad Atticum. PIGH. *Itaque celerius eſt ſine reprehenſione propinquum avertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis; altera utique levitatis crimini ſubjecta eſt.* Primum, lego, *celerius & ſine reprehenſione propinquum averſere:* deinde cum in veteri ſit, *quia altera delectioni iniquitatis*, malim ſcribere, *quia altera defectio iniquitatis.* tamen in Ultrajectino altero, *deſertio.* quod aeque probum. LIPS. *Celerius ſine reprehenſione propinquum averſere, quam amicum.* Pighius è quibuſdam codd. ſcripſerat, *Celerius eſt ſine reprehenſione propinquum avertere.* Sed mihi altera lectio magis placet. Habent eam veteres typis expreſſi, Aldi & Chalcocondylae; & unus item cod. Brand. Alter ſic, *Celerius ſine reprehenſione propinquum deſerere quam amicum poterit*; ut *eſt* itidem abſit. VORST. *Eſt*, quod immiſit Pighius, abeſt à ſcriptis noſtris, qui hic admodum variant. Leid. quart. conſentit cum altero Brand. *Avertere potes.* Harl. *propinquum quis avertere poterit.* Ultraj. prim. alii *averſere*, *averſare*, *adverſere*, in ceteris cum veteribus editionibus conſentientes. Sed *quis*, & *potes*, vel *poterit* addita videntur, quia aliter verbum *avertere* locum habere non poterat, quod tamen corruptum credo ex *averſere.* Niſi putes *averti*, hic pro *averſari* poſitum, & legendum *avertare.* Virg. L. III. Georg. 498.

Labitur infelix, ſtudiorum atque immemor herbae
Victor equus, fonteſque avertitur, & pede terram
Crebra ferit.

Quod tamen mihi non eſt veriſimile. Gudius con-

utique levitatis crimini ſubjecta eſt. Cum enim [4] deſerta ſit futura vita hominis nullius amicitiae [5] cincta praeſidio, tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet; ſemel autem recte apprehenſum ſperni non convenit. Sincerae vero fidei amici praecipue in adverſis rebus cognoſcuntur: in quibus quicquid praeſtatur, totum a conſtanti benevolentia proficiſcitur. [6] Felicitatis cultus majore ex parte adulationi, quam charitati erogatus, certe ſuſpectus eſt, perinde ac ſi plus ſemper petat, quam impendat. Accedit huc, quod [7] infractae fortunae homines magis amicorum ſtudia deſiderant, vel praeſidii vel ſolatii gratia. Nam laeta quidem, & proſpera negotia, utpote cum divina ſuffragatione foveantur, humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina, poſteritatis memoria apprehendit, qui adverſos amicorum caſus non deſeruerunt, quam qui [8] proſperum vitae curſum comitati ſunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Oreſtes Pylade pene amico, quam Agamemnone patre notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortione deliciarum

conjiciebat legendum *Itaque levius eſt propinquum avertere quam amicum.* i. e. levius eſt peccatum avertere propinquum à propinquo quam amicum ab amico, & notabat locum interpolatum fuiſſe videri.

3. *Altera diremptio iniquitatis*] Ita Pighius reſtituit è MSS. Ad quod proxime accedit editio Chalcocondylae, ut quae habet *direptio.* Aliae veteres editiones pejus *direptioni.* In cod. Ultrajectino, ut Lipſius teſtatur, pro *diremptio* eſt *deſertio:* quod & ipſum non ſpernendum. VORST. Non reſtituit ita Pighius, ſed habet jam Aſcenſ. Gryph. Steph. Sed *direptioni* Mog. Ven. Ald. Colin. *direptio* Mediol. Sed omnes geminant *utique*, *utique iniquitatis*, *altera utique levitatis.* Aldus *utique* poſteriore loco omiſit. Utroque loco ponunt illud etiam plerique MSS. *deſertio*, invenio in Leid. quart. Ultraj. prim. *Directio*, ſec. *Diremptione.* Leid. ſec. ſext. Rem. unus *directione.* Leid. quint. *direptioque iniquitatis.* Copeſ. *direptioni iniquitatis.* Ultraj. prim. *altera niſi levitatis.* Periz. *Quorum altera diremptio eſt utique iniquitatis, altera utique levitatis.* Cl. Perizonio videbatur excidiſſe *etiam* vel *quoque.* Quod eſt credibile. Quomodo enim crimen levitatis poteſt magis reprehendendum videri; quam iniquitatis. Itaque mihi perſuadeo, Auctorem utroque crimine accuſandum ſignificaſſe eum, qui amicum deſerit, quod faciet leviter correctus, hoc modo. *Quia altera diremptio iniquitatis, altera utique & levitatis crimini ſubjecta eſt.* Nam *direptioni*, & *utique* priore loco, orta videntur à librariis male aſſequentibus vel repetentibus priores literarum ductus, in τῷ *iniquitatis.*

4. *Deſerta futura*] Quaeſtio erat apud veteres, an amicitia natura an ab imbecillitate humana orta eſſet. & pro natura quidem Cicero praeclare diſputat in Laelio. COLER.

5. *Cincta praeſidio*] MSS. Leid. prim. *Fulta*, ſept. *Fulta al' cincta.* Rem. *tincta.*

6. *Felicitatis cultus &c. certe ſuſpectus eſt*] Malim *Recte*, i. e. jure, ratione, non ſine cauſſa, Sic VI. 9. init. *ſpes, quae etiam incerta, recte fovetur interdum.* PERIZON. Harl. *Felicitatis autem cultus.* Periz. *Felicitatis vero cultus.* Ed. Mog. *Felicitatis cultus majori ex parte adulationi, quam charitati, erogatur. Certe ſuſpectus eſt perinde ac ſi plus ſemper petat, quam impendat.* Senſu percommodo. *Erogatur* ſane invenio in MSS. novem: ſed ut tres expleant hoc modo *Felicitatis cultus, quia majore ex parte adulationi quam charitati, erogatur, certe ſuſpectus eſt.* Unus, *qui majore.* Praefero lectionem Ed. Moguntinae. in qua eſt elegans epanorthoſis. Adfirmaverat prius *cultum felicitatis erogari potius adulationi, quam charitati*, ſed advertens, id tamen non ſtricte de omnibus, qui colunt felices, dici poſſe, revocat ſe, & inquit, *certe ſuſpectum eſſe iſtum cultum perinde ac ſi*, ubi *ſi* in aliquot deeſt MSS. in fine *attingo*, omittit Ultraj. prim.

rum & luxuriae contabuit: horum, durae atque aſperae conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domeſticis prius liceat uti?

Inimicus patriae fuiſſe Ti. Gracchus exiſtimatus eſt; nec immerito: quia potentiam ſuam ſaluti ejus praetulerat. Quam conſtantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam pravo propoſito [9] C. Bloſium Cumanum habuerit, operae pretium eſt cognoſcere. [10] Hoſtis judicatus, ultimo ſupplicio affectus, ſepulturae honore ſpoliatus, benevolentia tamen ejus non caruit. Nam cum ſenatus Rupilio & Laenati conſulibus mandaſſet, *ut in eos, qui cum Graccho conſenſerant, more majorum animadverterent*; & ad Laelium, cujus conſilio praecipue conſules utebantur, pro ſe Bloſius deprecatum veniſſet, familiaritatiſque excuſatione uteretur, atque is dixiſſet, *Quid ſi te Gracchus templo Jovis Opt. Max. faces ſubdere juſſiſſet; obſecuturusne voluntati illius, propter iſtam, quam jactas* [11] *familiaritatem, fuiſſes? Nunquam iſtud*, inquit, *Gracchus imperaſſet*. Satis, imo etiam nimium. totius namque ſenatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſequitur, multo audacius, multoque periculoſius. compreſſus enim perſeveranti [12] interrogatione Laelii,

Ann. urb. 621. Cic. Laelio. Plut. Gracchus.

7. *Infractae fortunae homines*] Qui fortuna utuntur adverſa. *Infractae* pro *fractae*. Neque alia vocabuli ſignificatio eſt. Vide cap. 4. libelli de Latinit. mer. ſuſp. VORST.

8. *Proſperum vitae curſum*] Cicero l. 1. de Orat. *Eum vitae curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſint.* Item lib. 1. Off. *Facile totius vitae curſum videt.* Plura locutionis exempla in lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 22. congeſſimus. VORST. Ultraj. prim. *adverſa* deleto *caſus*. Leid. prim. & ſept. alia manu illam vocem etiam delent, & ſcribunt *adverſum:* quaſi referendum eſſet ad *curſum*. Sed non adſtipulantur ceteri. Deinde Harl. *dirae atque aſperae*.

9. *C. Bloſius*] Cicero vocat C. Bloſſium. Emendo abſque ulla haeſitatione: *C. Bloſſius Campanus*. non, *Cumanus*. Pro me eſt Cicero in Rulliana: *Hunc Capuae Campano ſupercilio ac regio ſpiritu cum videremus, Magios, Bloſſios mihi videbar illos videre ac Jubellios.* ſane Bloſſii ſpiritus vel ex hoc exemplo non vulgaris. COLER. *C. Bloſium Cumanum.* Ita codd. omnes. Colerus tamen mallet ſcribere *C. Bloſſium Campanum*; quia Cicero in Or. c. Rull. habet. *Hunc Capuae Campano ſupercilio ac regio ſpiritu cum videremus, Magios, Bloſſios mihi videbar illos videre ac Jubellios.* Sunt tamen & *Cumae* urbs Campaniae: ut, cum Campanus eſſet, & *Cumanus* dici potuerit. Ceterum Graccho caeſo contulit ſe Bloſius ad Ariſtonicum, qui ſe tunc pro rege Aſiae gerebat, ac Romanorum hoſtis erat. Cujus rebus deſperatis ipſe ſibi mortem conſcivit. Vide & Ciceronem in Laelio. VORST. *C. Bloſium Cumanum.* Legit Colerus ſine ulla haeſitatione *Campanum*, ex Ciceronis loco. Sed quanto minus haeſitat vir doctus, tanto gravius errat. nequaquam enim Cicero hunc reſpexit, quod videtur velle Colerus; ſed *Marcum Bloſium Campanum*, qui cum reliquis, qui ibi nominantur, celeberrimus & nobiliſſimus fuit Capuae civis tempore Annibalis. Tum recuperata Capua, antiqui ejus cives illinc abire & abeſſe juſſi, alia loca habitare debuere, ut patet ex Livio. Fuerit igitur ex eadem illa familia, nihil mirum erit, ſi Cumis habitaverit. & ſic *Cumanum* eum appellat Plutarch. p. 722. 726. & Cicero. PERIZON. *Cumanum* tuentur etiam omnes noſtri MSti. Quod contra Colerum Gudius etiam verum eſſe contendit.

10. *Hoſtis judicatus*] Harl. *Hoſtis enim judicatus*.

11. *Familiaritatem, fuiſſes*] MSS. multi exhibent *fuiſti*.

12. *In-*

lii, [13] in eodem conſtantiae gradu ſtetit, *ſeque etiam hoc*, [14] *ſi modo Gracchus annuiſſet*, *facturum* reſpondit. [15] Quis illum ſceleratum putaſſet fuiſſe, ſi tacuiſſet? [16] Quis non etiam ſapientem, ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilentio honeſto, ne prudenti ſermone ſalutem ſuam, neque ex parte infelicis amicitiae memoriam deſereret, tueri voluit.

In eadem domo aeque robuſta conſtantis amicitiae [17] exempla oboriuntur. a. Ann. urb. 632. Plutarch. Gracchis. Proſtratis enim jam & perditis C. Gracchi conſiliis, rebuſque, cum tota ejus conſpiratio late quaereretur, deſertum omni auxilio, [18] duo tantum amici, [19] Pomponius & Laetorius [20] ab infeſtis & undique ruentibus telis, oppoſitu corporum ſuorum texerunt. Quorum Pomponius, quo is facilius evaderet, concitatum ſequentium agmen [21] in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit: nec vivus pelli potuit, ſed multis confectus vulneribus, [22] tranſitum eis ſuper cadaver ſuum, credo, etiam poſt fata invitus, dedit. Laetorius autem in ponte Sublicio conſtitit, & eum, donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi jam multitudinis obrutus, converſo in ſe gladio, celeri ſaltu profundum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem toti patriae Horatius Cocles exhibuerat, unius amicitiae adjecta volun-

12. *Interrogatione Laelii*] A Plut. p. 726. dicitur interrogatus a Naſica. PERIZON.

13. *In eodem conſtantiae gradu*] Ita ſolus Periz. reliqui cum Mog. *in eodem conſtanti gradu*. & ſic Edd. Ven. & Mediol.

14. *Si modo Gracchus annuiſſet*] Forte *innuiſſet*. PERIZON. Ter. Adel. II. I. 17.

Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo
in mala haereat.

& 20 *Haud innueram*. Eun. IV. 5. 9. *nihil, niſi abiens mihi innuit*.

15. *Quis illum ſceleratam putaſſet fuiſſe.*] Poſterius verbum delet Leid. ſext. deinde Harl. *Quis non jam etiam ſapientem.* idem *locutus fuiſſet.*

16. *Quis etiam non ſapientem*] In manuſcriptis, *Quis non etiam*. Recte. PIGH.

17. *Exempla oboriuntur*] Ultraj. prim. *ſuboriuntur*. Harl. & Leid. ſept. *Conſiliis & rebus.*

18. *Duo tantum amici*] Bit. Barb. prim. Leid. ſept. *duo tamen amici.*

19. *Pomponius & Laetorius*] Plut. in Gracch. p. 732. Nominat *Pomponium & Licinum*. Oroſ. V. 12. *Laetorium*. qui forte dictus fuit *Laetorius Licinus*. PERIZON. in MSS. ſex dicitur *Lectorius*, ut in omnibus Edd. praeter Mog. quae cum ceteris MSS. *Letorius* ſervat.

20. *Ab infeſtis & undique ruentibus telis*] MS. *Rubentibus*. ſcil ſanguine; quod notandum. hoc ſenſu, undique apparentibus ſanguine maculatis telis. PERIZON.

21. *In porta trigemina*] Harl. & Periz. *In porta tergemina*. Leid. prim. *gemina*. ſext. *trigeminia*. deinde Ultraj. ſec. *nec vivus velli potuit*, Bit prim. *evelli*.

22. *Tranſitum eis ſuper cadaver ſuum dedit*] Ejice cum MSto τὸ *eis*. PERIZON. ſic poſtea in *triumphos eorum*, poſterius delet Leid. quart. idem cum Brit. prim. *amicitiæ conditionem*.

23. *L. autem Rheginus*] Hic *L. Rheginus* poſteriori Q. Servilio Caepioni, qui Coſ. fuit anno ab U. C. 648. opem ferre conatus eſt, ut author hic narrat. Commentator Oliverius introducit etiam eum, qui conſul fuit anno 614. inepte meo quidem judicio. Ceterum hic Servilius Caepio, vel rurſus capitis poenas luit, aut diverſum de eo authores prodiderunt; maxime hic author, qui Lib. VI. cap. Ult. dicit hunc Caepionem in vinculis expiraſſe, & corpus ejus

luntaria morte, praeſtitit. Quam bonos Gracchi, ſi aut patris aut materni avi ſectam vitae ingredi voluiſſent, habere milites potuerant! Quo enim impetu, qua perſeverantia animi, Bloſius, & Pomponius, & Laetorius tropaea ac triumphos eorum adjuviſſent, furioſi conatus tam ſtrenui comites! ſiniſtris quidem auſpiciis amicitiae conditionem ſecuti: ſed quo miſeriora, hoc certiora fideliter cultae nobilitatis exempla.

3. [23] L. autem Rheginus, ſi ad debitam publico miniſterio ſinceritatem exigatur, poſteritatis convitio lacerandus: [24] ſi amicitiae fido pignore aeſtimetur, in optimo laudabilis conſcientiae portu relinquendus eſt. Ann. urb. 658. Tribunus enim plebis [25] Caepionem in carcerem conjectum, quod illius culpa exercitus noſter [26] à Cimbris & Teutonis videbatur deletus, veteris arctaeque amicitiae memor, publica cuſtodia liberavit: [27] nec hactenus amicum egiſſe contentus, etiam [28] fugae ejus comes acceſſit. Pro magnum & inexuperabile tuum numen, Amicitia! cum ex altera parte reſpublica manum injiceret, ex altera tua illum dextera traheret; & illa, [29] ut ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret; tu

ejus ad Gemonias ſcalas abjectum. GLAREAN.

24. *Si amicitiae fido pignore aeſtimetur*] Barb. primi. *Amicitiae fidae*

25. *Caepionem in carcerem conjectum*] C. Manlius conſul & Q. Servilius Caepio, proconſul, à Cimbris proelio victi, caſtriſque exuti ſunt; & LXXX. millia militum occiſa. Hinc Caepio damnatus. Vide Epit. lib. LXVII. Liv. Dies quo commiſſa pugna, inter nefaſtos habitus, ut ex Plutarchi Lucullo ſciri poteſt. VORST. de Caepione vide Juſt. L. XXXII. 3. 10. Cic. L II. de Orat. c. 47. 48. 49 Reineſ. ad Rupert. p 102. legit. *illius patris culpa.* Vide contra Rupert. p. 126. 127. & iterum Rein p. 152 155. iterumque Rupert. 189. 192. iterumque Reineſ. 227 232. item Sigon. ad Faſt. an. 648. PERIZON. Decem annis poſtquam exercitum amiſerat damnatum ipſum fuiſſe putat Pighius ad eundem annum.

26. *A. Cimbris & Teutonis*] ſic nonnulli, *Teutonibus* vel *Theutonibus* alii, quidam etiam *Teutonicis*.

27. *Nec hactenus amicum egiſſe contentus*] ſic reſcripſi jubentibus MSS. & Ed. Mog. vulgo edebatur *eatenus*.

28. *Fugae comes*] Q. Caepio exulavit Smyrnae. Cic. pro Balbo C. II. PERIZON.

29. *Ut Sacroſanctus eſſe vellet*] Ut rationem haberet patriae, neque ei quicquam anteferret; praeſertim ut tribunus plebis, qui *ſacroſanctus* & appellaretur. VORST. Necdum ſcio *ſacroſanctum* eum dici, qui patriae nihil antefert. Id potius vult auctor. Remp. exegiſſe, ut ſacroſanctus eſſe vellet, id eſt ut exerceret tribunatum & ſic oſtenderet ſe *ſacroſanctum eſſe* manendo Romae, ubi nemo ipſi vim inferre auderet tribuno plebis ſacroſancto, etſi pleriſque eſſet inviſus ob hoc factum.

30. *Adeo blando uteris imperio, quod is ſupplicium honori praetulerit*] Parum Latina aut pura haec junctura. veteribus abeſt vocula, *is*: item *Praetulit*, in iiſdem, non *praetulerit*. Ego concinno, *tu exilium indiceres: (adeo blando uteris imperio) ſupplicium honori praetulit.* LIPS. (*Adeo blando uteris imperio*) *ſupplicium honori praetulit.* Pighius edidit, *Adeo blando uteris imperio, quod is ſupplicium honori praetulerit.* At Lipſius cenſet, parum Latinam aut puram hanc juncturam eſſe. Aldus ediderat, *Quod is ſupplicium honori praetulit*, per verbum indicativi modi. Sic & Chalcocondyles & Mart. Herbip. Uterque codex Brand. praeterea voculas *quod* & *is* omittit. Atque ea demum vera lectio videtur, ſi verba *Adeo blando uteris imperio* in parentheſi ponantur, ac deinde legatur *ſupplicium honori praetulit*. VORST. *Quod is*, abeſt etiam a majore parte noſtrorum codd. qui omnes exhibent *praetulit*. ut recte Vorſtium hoc ex concinnatione Lipſii reſtituiſſe putem.

31. *Ad-*

tu exilium indiceres: ([30] adeo blando uteris imperio) ſupplicium honori praetulit.

[31] Admirabile hoc opus tuum: ſed quod ſequitur, aliquanto laudabilius. 4.
Recognoſce enim [32] quouſque T. Volumnii [33] conſtantem erga amicum ſuum charitatem ſine ulla reipublicae injuria evexeris; qui ortus equeſtri loco, cum [34] M. Lucullum familiariter coluiſſet, eumque M. Antonius, quia Bruti & Caſſii partes ſecutus fuerat, interemiſſet, in magna fugiendi licentia, exanimi amico adhaeſit; hucuſque in lacrymas & gemitus profuſus, ut nimia pietate cauſſam ſibi mortis arceſſeret. Nam propter praecipuam & perſeverantem lamentationem ad Antonium [35] pertractus eſt. Cujus poſtquam in conſpectu ſtetit, *Jube me*, inquit, *Imperator*, [36] *protinus ad Luculli corpus perductum occidi.* Neque enim abſumpto illo ſupereſſe debeo, cum ei [37] infelicis militiae auctor extiterim. Quid hac fidelius benevolentia? mortem amici, hoſtis odio levavit; vitam ſuam [38] conſilii crimine aſtrinxit: [39] quoque illum miſerabiliorem redderet, ſe fecit inviſiorem. Nec difficiles An-

Ann. urb. 711.

31. *Admirabile hoc opus tuum*] Ald. Aſc. Gryph. *Admirabile eſt opus tuum.* Sed contra MSS.

32. *Quouſque Volumnii conſtantem*] In Cauchiano, *T. Volumnii.* Quod praenomen in aliis exemplaribus intercidit. PIGH. *Quouſque T. Volumnii.* Praenomen *Titi* Pighius reſtituit è cod. Cauchiano. Ab aliis abeſt. VORST. *P. Volumnii* Philoſophi, qui Bruti caſtra ab initio ſecutus ſit, meminit Plutarch. in Bruto p. 614. 615. ſed is videtur ſupervixiſſe, & memoriae prodidiſſe ultima Bruti. PERIZON. praenomen *Titi*, delent MSS. noſtri omnes. Gryphius praefixit titulum de *Lucio Rhegyno & C. Volumnio.*

33. *Conſtantem erga amicum ſuum charitatem*] Leid. prim. *conſtantiam* deletis quatuor ſequentibus vocibus. Paulo poſt Harl. *Equeſtri loco natus.*

34. *M. Lucullum*] Hujus & Vellejus mentionem facit lib. II. cap. 71. *Eadem*, inquit *Lucullum Hortenſiumque, eminentiſſimorum civium filios, fortuna abſtulit. Nam Varro ad ludibrium moriturus Antonii, digna illo ac vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus eſt.* Rupertus in Diſſert. ad Valerium, p. 308. docet, *Lucullum* & *Varronem* hic eumdem eſſe, & quidem *Varronem* eſſe dictum, quod pater ejus a *M. Terentio Varrone* adoptatus eſſet, nomenque *Varronis* ad filium tranſmiſiſſet. VORST. Etiam Popma ad Vellej. ſtatuerat hunc *M. Lucullum* a Vellejo *Varronem* nominari, ſed ipſum putabat a *Varrone* fuiſſe adoptatum. M. Lucullum, qui in Terentiam familiam adoptatus fuit, Conſulem fuiſſe A. U. 680. Pighius ſtatuit. Quod ſi verum eſt, filius illius fuerit oportet, de quo hic, & apud Vellejum fit mentio. Apud Vellej. tamen *Varro* diverſus videtur eſſe a *Lucullo.* Hunc enim eadem fortuna abſtulit, quae *Catonem*, quem ſimpliciter dixit cecidiſſe in praelio, ſcilicet Philippenſi; cum contra captus videatur fuiſſe *Varro*, & ad Antonium perductus, ut ad ludibrium ejus moreretur. Niſi malis proſcriptum & ex latebris protractum fuiſſe interemptum.

35. *Pertractus*] Leid. ſec. *Perductus.* ſept. *protractus.* pro *In conſpectu ſtetit*, uterq. Ultr. *in conſpectum.* Copeſ. *conſtitit.*

36. *Protinus ad Luculli corpus perductum occidi*] MSS. decem cum Ed. Mog. *Ad Luculli corpus ductum.* Harl. *adductum.* Vide ſupra L. I. 7. 5.

37. *Infelicis militiae*] Leid. quint. *amicitiae.*

38. *Conſilii crimine aſtrinxit*] MS. *conſtrinxit.* ſic Ter. *Hic ſe furti alligat.* Liv. L. XLII. 3. *Obſtringere religione populum Romanum.* PERIZON. Ultraj. & Barb. prim. *Adſtrinxit*, Leid. quint. *exſtinxit.*, & ſuperſcriptum eſt *adſtrinxit.*

39. *Quoque illum mirabiliorem redderet*] Lege, mi-

Antonii aures habuit, ductuſque quo voluerat, Luculli dextram avide oſculatus, caput, quod abſciſum jacebat, [40] ſublatum pectori ſuo applicavit; ac deinde demiſſam cervicem [41] victoris gladio praebuit. [42] Loquatur Graecia [43] Theſea nefandis Pirithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. Vani eſt iſtud narrare, ſtulti credere. Miſtum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnera, mortemque morti inhaerentem videre; [44] haec ſunt vera Romanae amicitiae indicia: illa gentis ad fingendum paratae monſtro ſimilia mendacia.

L. quoque Petronius hujuſce laudis conſortionem merito vindicat, [45] pari etenim inclytae amicitiae auſu [46] par gloriae portio auferenda eſt. Admodum humili loco natus ad equeſtrem ordinem & [47] ſplendidae militiae ſtipendia P. Caelii beneficio pervenerat. Cui gratum animum, quia in laeta materia

miſerabiliorem, ſic enim omnia habent exemplaria, & ſententia erit illuſtrior. PIGH. *Miſerabiliorem*, omnes codices habere ait Pighius. Eſtque ita in uno Cod. Brand. alter vero habet *mirabiliorem*. VORST. *Mirabiliorem* quinque e noſtris, & Ed. Mog. ſed Ven. Med. Aſc. *miſerabiliorem* recte exhibent.

40. *Sublevatum pectori ſuo applicavit*] A Pighio hoc eſt. MSS. duodecim cum editis habent *ſublatum*, quod ideo reſtitui. *ſublevari* enim potius dicuntur, qui humi proſtrati eriguntur, quam quae tolluntur humo. Sic L. v. 1. Ext. 4. *Humo caput ſublatum, cauſea, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit.* Harl. etiam *applicuit*. Bit. prim. *corpori ſuo applicavit.*

41. *Victoris gladio praebuit*] Leid. prim. quint. Periz. Ultraj. ſec. Harl. *Victori gladio praebuit.*

42. *Loquatur nunc Graecia nefandis Pirithoi amoribus ſubſcribentem*] In Cauchiano, Campenſi, & aliis; *Loquatur Graecia Theſeum nefandis Pirithoi amorib. ſubſcribentem.* Meliore ordine, ut & reliqua quae ſequuntur. PIGH. *Nunc* addidit Aldus, quod vetuſtiores Edd. ignorant, & abeſt a MSS. tredecim. Primus Leidenſis *Loquitur nunc*; qui tanti non faciendus fuit ut retineretur, etſi ſciam in ejuſmodi ironica permiſſione illud haud invenuſte uſurpari. MSS. etiam cum editis ante Pighium habent *Theſea*. quod placuit J. Fr. Gronovio ad Liv. L. 1. 18.

43. *Theſeum nefandis Pirithoi amoribus ſubſcribentem*] Theſeum finxerunt una cum Pirithoo, qui Proſerpinam Cereris filiam & Plutonis conjugem deperierit, ad rapiendam hanc ad inferos deſcendiſſe, id quod noſter dicit Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. VORST.

44. *Haec vera Romanae amicitiae indicia*] Etiam hoc ab Aldo fluxit, cum ſcripti & editi vetuſtiores uno verbo auctiores habeant, *Haec ſunt vera Romanae* amicitiae indicia. niſi quod Ultraj. uterque, *ſunt haec vera.*

45. *Pari enim inclytae amicitiae auſui par gloriae portio aſſerenda eſt*] Praefero Atrebatenſis ac Suſiani libri lectionem, quae Valeriani ſtyli antiquitatem ſapit; *Pari etenim & inclytae amicitiae auſo par gloriae portio auferenda eſt.* Et in Suſiano Campenſique extant ejus lectionis reliquiae. PIGH. *Pari enim & inclytae amicitiae auſo.* Ita Pighius ex codd. Atrebatenſi & Suſiano, Alii omittunt *&*, & pro *auſo* habent *auſu*: quod quidem ſit pro *auſui*. And. Schottus in ſuo Cod. pro *inclytae* reperit *inclutu*. Unde ille legendum conjecit. *Paria enim incultu amicitiae auſo.* Vide Obſ. hum. III. 23. VORST. Solus Ultraj. prim. habet *auſo*, ceteri, *auſu*. Nullus agnoſcit copulam, quam poſt *etenim* interſeruit Pighius. Non video cur *auſu* pro *auſui* accipi debeat, quod eſt in multis Editis. Quid? nonne & in ſexto caſu accipi poteſt? ut ſit, Petronio auferenda eſt par portio gloriae per parem auſum inclytae amicitiae. Vel ſimpliciter, *auferri enim debet par gloria pari auſu. Inclytae* delet Leid. ſext. *inclyto.* Barb. prim. & Bit. *pari enim judico.* pro *auferenda*, *aſſerenda* eſt habent Edd. Vett. cum multis MSS. Harl. *afferenda* eſt. Klokkius lege-

ia exhibere non contigerat, [48] in ea, quam iniquam fortuna eſſe voluit, cum
nulta fide praeſtitit. Erat [49] ab Octavio conſule [50] Placentiae praepoſitus Ann. urb. 666.
[51] Caelius. Qua [52] a Cinnano exercitu capta, & ſenior jam, & gravi valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, ad auxilium dextrae Petronii confugit. Quem is ab incepto conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in iiſdem perſeverantem precibus interemit, [53] caedique ejus ſuam junxit: ne eo jacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, ſupereſſet.
[54] Ita alterius fato verecundia, alterius pietas cauſſam praebuit.

Jungendus eſt Petronio Ser. Terentius; quanquam ei, ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. Incepto namque egregio, non irrito eventu aeſtimari debet: quia quantum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus periculum mortis evaſit. Qui fugiens a Mutina, [55] ut ad ſe interficiendum ab 6. Ann. urb. 710.

gebat *Paria enim ob inclytam amicitiam auſo par gloriae portio aſſerenda eſt.* vel *Paria enim & inclyta amicitiae auſo.*

46. *Par gloriae portio auferenda eſt*] *Auferenda eſt* hauſit itidem Pighius ex praedictis Codd. veteres typis expreſſi habent *aſſerenda*, ut hoc ſit pro *tribuenda*, *vindicanda*, unus Codicum Brand. itidem *aſſerenda*, alter *afferenda* habet. VORST. Non improbo *aſſerenda.*

47. *Splendidae militiae ſtipendia*] Ultraj. prim. & Leid. ſec. *ſplendida*, quomodo in aliis eſſe notaverat Pighius in margine. Pro *P. Caelii beneficio.* Bit. & Leid. quint. *P. Coclii.* Barb. prim. Leid. ſec. *Publico Elii beneficio.* ſept. *Publico C. Elii*, al' *Publii Caeli.* Periz. *Publico Celii beneficio.*

48. *In ea quam iniquam eſſe fortuna voluit*] MSS. ſex, *in ea quam unicam eſſe fortuna voluit.* Periz. *unicam fortunam.* Leid. ſec. *unica fortuna.*

49. *Ab Octavio conſule*] Cum Cinna & Marius recepti in urbem eſſent, eamque velut captam caedibus & rapinis vaſtarent, Octavius una cum aliis adverſae partis nobilibus occiſus eſt. Vide Epit. 80. Livii. VORST. Leid. prim. *L. Octavio.*

50. *Placentiae propoſitus Caelius*] Sic Colerus & Thyſius & Vorſtius, cum in ſcriptis & ceteris Edd. recte eſſet *praepoſitus*, ut emendavi.

51. *Caelius*] Barb. prim. Leid. ſec. ſept. *C. Aelius.* Notavit etiam Theophilus, *Aelius*, antiqui Codices habent *Caelius.*

52. *A Cinnano exercitu capta*] Multi MSS. delent praepoſitionem. Mog. *Qua Cumano exercitu capta.* Vide L. III. 2. 7.

53. *Caedique ejus ſuam junxit*] Harl. *conjunxit.* Idem, *dignitatis ſuae.*

54. *Ita alterius fato verecundia, alterius pietas cauſſam praebuit*] In Wincheliano, *alterius fato magnanimitas.* Multo melius. Voluit enim mori Caelius, ne in hoſtium veniret poteſtatem: magnanimitas igitur, quae victori victum ſubſterni non paſſa eſt, mortis cauſſam praebuit. PIGH. *Alterius fato verecundia.* Ita veteres typis expreſſi omnes; & MSS. item Brandeb. Pighius ex uno cod. Wincheliano pro *verecundia* ſcripſit *magnanimitas*; quaſi non & verecundia cauſſam fato praebuiſſe dici poſſit. VORST. *Magnanimitas.* Male Pighius ita ex uno Codice; cum omnes alii habeant pro *magnanimitas verecundia.* Hoc ſenſu Petronii fato verecundia cauſſam praebuit, quod noluit ſupereſſe unico fortunarum ſuarum auctori, Caelii fato pietas, quod Petronius illius precibus negare non potuit ultimum hoc officium. PERIZON. Leid. ſept. *Verecundia al' magnanimitas.* Leid. quart. *magna immunitas.* Ex Cl. Perizonii ſententia utraque virtus *verecundia* & *pietas* fuit in uno Petronio. Quid? ſi ita conſideremus? *Verecundiam* Caelii, dum à dedecore captivitatis ſe gladio vindicat, fato ejus cauſſam praebuiſſe, *Pietatem* vero fato Petronii, dum is jacenti amico non ſuſtinet ſupereſſe.

55. *Ut ad ſe interficiendum*] Harl. *ubi ad ſe.* tum Leid. prim. *milites.*

56. *Juſtae poenae debitum ſpiritum tenebris furari conabatur*] Quis ſpiritum furatur? me arbitro, parum apte dictum aut ſcriptum. In veteri, *funerari.* Ex quo bella metaphora eruimus,

ab Antonio miſſos equites adveniſſe cognovit, quodam in loco [56] juſtae poenae debitum ſpiritum tenebris furari conabatur: eoque jam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulavit, & corpus ſuum trucidandum equitibus objecit. Verum cognitus a Furio, cui Brutianae ultionis officium mandatum fuerat, nece ſua amici ſupplicium diſcutere non potuit. [57] Sic invitus fortuna cogente vixit.

Ab hoc horrido & triſti pertinacis amicitiae, ad laetum & ſerenum vultum tranſeamus: [58] atque eam inde evocatam, ubi omnia lacrymis, gemitu, caedibus fuerant referta, in eo, quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, [59] abundantiſſimiſque opibus fulgentem. [60] Prodite igitur ab illa, quae ſanctorum umbris dicata eſſe creditur, ſede, hinc [61] Decime Laeli, illinc M. Agrippa, [62] alter virorum, alter [63] deorum maximum amicum,

mus, *foenerari.* lucrari videlicet & producere ad tempus latibulo illo ſpiritum Brutus volebat. LIPS. *Spiritum tenebris furari.* Beneficio tenebrarum ſpiritum, id eſt, vitam ſervare. Quo etiam pertinet quod ſequitur *obſcuritate ipſa ſuffragante.* Sed Lipſius negat id ſatis apte dici. Et quia in vetere cod. pro *furari* reperit *funerari*, legendum putat *foenerari*; ut hoc idem ſit quod *lucrari.* VORST. Male hoc mutat Lipſius. Eſt enim, ſpiritum poenae debitum ſubtrahere. Stat. Sylv. L. IV. 4. 29.

——— exue curis
Pectus, & aſſiduo temet furare labori.

Et ſic Graeci. Herod. L. I. 38. Εἴκως δυναίμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς σε ζωῆς διακλέψαι. Aelian. L. III. V. H. 47. De Themiſtocle. Κλέπτων τὴν Ἀθηναίων τύχισιν. PERIZON. *Furari* tuentur omnes noſtri. *Furari* dicit, quia ſpiritum clam ſaevitiae hoſtium ſubducere conabatur. Quomodo Curt. L. IV. 4. 15. *Tyriorum quindecim millia hoc furto ſubducta ſaevitiae ſunt.*

57. *Sic invitus fortuna cogente vixit*] Optime abeſt à Codice Bituricenſi gloſſema hoc ineptum, quod monachum ſapit. GUDIUS. At ceteri ſervant, & non dubito, quin ſit Valerii.

58. *Atque eam inde evocatam*] MS. *Revocatam.* Quod praefero. PERIZON.

59. *Abundatiſſimiſque opibus fulgentem*] Cop. uterque Ultraj. Harl. Bit. prim. Periz. *fulgente.* & ſic Edd. praeter Mediol. ut referatur videlicet ad praecedens *domicilio.* Tamen *fulgentem* magis placet. Ipſa enim amicitia rectius dicetur *gratia & honore fulgere*, quam *domicilium.* Harl. etiam *abundantiſſimeque.*

60. *Orere igitur ab illa*] In Pulmanniano & Suſiano, *Prodite igitur.* PIGH. *Prodite igitur.* Ita Pighius è codd. Pulmanniano & Suſiano. Alii habent *Orere igitur.* VORST. MSS. habent *orire* vel *oriri.* Ultraj. prim. & Leid. quart. *Ordiamur igitur.* Leid. ſept. *orire, al' orere, al' prodite.*

61. *Decime Laeli*] Omnes haec de Laelio intelligunt, qui Scipionis Aemiliani amicus, cum de ſenectute Catonis auditor, tum de amicitia concinnator introducitur, verum hic in omnibus codicibus *C. Laelius* non *Decimus Laelius* nominatur. Lector ipſe ſecum cogitet, ſit ne hic alius Laelius, an in praenomine erratum. Porro in hoc contextu mire lectionem Codices variant, *orere*, quidam *orire*, legunt. & bis *alterum* in accuſandi caſu; cum, *alter* in vocandi caſu legendum ſit propter apoſtrophen ad duos hic nominatos viros virorum amicos: Et in *ſortiti* ſyllepſis numerorum. GLAREAN. *Hinc Decime Laeli.* Notat Pighius, omnes alios vocare *C. Laelium.* VORST. Scribe *Deci Laeli*, ut in Harl. & Barb. Integrum nomen fuit *C. Laelius Decius.* Sic loco cognominis *Decius* nomen alioquin gentile adhaeſit. Q. HERENNIO ETRUSCO MESSIO DECIO NOBILISSIMO CES. eſt in veteribus inſcriptionibus inter noſtra collectanea: GUDIUS. Leid. prim. ſec. quart. *D. Lelii.* Periz. *Decime Leli.* & ſic Ultraj. ſec. prim. vero *Decum Lelii.* Leid. quint. ſext. ſept. Cop. *Decimi Lelii & M. Agrippae.* Quum vero in gente *Laelia* ſatis multi Deci-

cum, [64] & certa mente, & ſecundis ominibus ſortiti: totumque beatae turbae gregem, qui veſtro ductu veneranda ſincerae fidei ſtipendia, laudibus & praemiis auctus, peregit, [65] in lucem vobiſcum protrahite. Veſtros enim conſtantes animos, veſtra ſtrenua miniſteria, veſtram inexpugnabilem taciturnitatem, proque dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem, [66] teſtatiorem benevolentiam; & rurſus harum rerum uberrimos fructus, poſterior intuens aetas, in excolendo jure amicitiae, [67] quam libentius, tam etiam religioſius erit operata.

EXTERNA.

Haeret animus in domeſticis: ſed aliena quoque benefacta referre Romanae urbis candor hortatur. [68] Damon & Phintias, Pythagoricae prudentiae ſacris

Decimi praenomen habuerint, malim exiſtimare hoc Valerio errandi cauſſam praebuiſſe, quam fingere *C. Laelio* cognomen fuiſſe *Decii*; quod videtur non obſcurum futurum fuiſſe in viro illo celeberrimo, ſiquidem illo fuiſſet uſus. *M. Agrippae* habent etiam plures alii.

62. *Alterum virorum, alterum deorum maximum amicum*] In iiſdem libris; *Alter virorum, alter Deorum.* Recte. PIGH. *Alter virorum, alter Deorum maximum amicum ſortiti.* Ita rurſus Pighius è praedictis libris. Alii, *Alterum virorum, alterum Deorum maximum amicum.* Vult autem, Laelium Scipionis, M. Agrippam Auguſti amicitia felices fuiſſe. VORST. *Alterum virorum alterum Deorum.* Invenio in MSS. tredecim. Leid. ſept. pro varia lectione adſcriptum habet *alter.* Quod unice verum credo.

63. *Deorum maximum amicum*] Intelligit Auguſtum, cui neſcio an recte licet à maximo adulatore haec dicta conveniant. Malim profecto *divorum.* Id eſt qui ex hominibus divi facti ſunt. PERIZON. *Deus* habebatur Auguſtus etiam vivus.

64. *Et certa mente & ſecundis ominibus ſortiti*] Nonnulli *Omnibus.* Periz. Ultr. uterque *ſeculis.* Bit. prim. *ſortita.* Sic Leid. quint. ſed expuncto *a* ſuperſcriptum eſt *i.*

65. *In lucem vobiſcum protrahite*] MSS. octo & Mog *pertrahite.* Sed rectius *protrahite*, vide ſupra L. I. I. 21.

66. *Teſtatiorem benivolentiam*] Priſcus liber, *teſtationem.* recte, ſi *benivolentiae* reſcribas LIPS. *Teſtationem* habent Mog. & MSS. decem. Leid. ſept. *teſtatiorem* à manu ſec. Perizonius adſcripſit, an *teſtatiorem benevolentia*? Non video quid in *teſtatiorem benevolentiam* nos debeat offendere. Id vult, licet *conſtantes* fuerint animi, *ſtrenua* miniſteria, *inexpugnabilis* taciturnitas, *perpetua* excubatio, tamen his omnibus benevolentiam fuiſſe *magis teſtatam* & excellentem.

67. *Quam libentius, tam etiam religioſius erit operata*] Klokkius teſtatur MS. Baſ. habere, *Qua libentius, qua etiam religioſius.* & ſic Bit. prim. Leid. ſec. ſed uterque Ultraj. cum Leid. quart. quint. ſext. Periz. Harl. Barb. *quam* habent utroque loco. Leid. prim. *Quid libentius, quid religioſius.* Perizonius cum in Copeſ. inveniret *qua*, adnotavit, vide J. Fr. Gronovium L. III. Obſ. 12. Ut cum ſummo illo critico hoc probaſſe videatur. Vide & ſupra ad Lib. II. init.

68. *Damon & Pythias*] Cl. Salmaſius in Exercit. ad Solinum p. 111. pro *Pythias* legendum cenſet *Phintias.* Qua de re & Petrus Daniel ad Latinum Pacatum monuerat. Vide & Rupertum in Diſſertat. ad Valerium, p. 310. Unus cod. Brand. ad eam lectionem prope accedit. Habet enim *Pinchias.* VORST. Vide etiam Rupert. & Reineſ. Epiſt. p. 443. & 456. & J. Fr. Gronov. ad Plaut. in Menech. II. 3. 58. PERIZON. *Pinthias* exſtat in Ultraj. prim. & pro varia lectione in Leid. ſept. ceteri fere *Pithias.* tres *Phytias* unus *Phicias.* Itaque cum dudum argumentis Turnebi L. XX. Adv. 13. motus Gruterus Ciceroni L. III. de Off. 10. verum nomen *Phintias* reſtituerit; ego etiam tot aliorum Celeberrimorum virorum auctoritate impulſus, & argumentis perſuaſus, in Valerio diutius cunctandum non putavi.

cris initiati, tam fidelem inter ſe [69] amicitiam junxerunt, ut, cum alterum 1. Cic. Offic. II. ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo, prius quam periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetraviſſet, alter vadem ſe pro reditu ejus tyranno [70] dare non dubitarit. Solutus erat periculo mortis, qui modo cervices gladio ſubjectas habuerat: [71] eidem caput ſuum ſubjecerat, cui ſecuro vivere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionyſius, novae atque ancipitis rei exitum ſpeculabantur. Appropinquante deinde [72] definita die, nec illo redeunte, unuſquiſque ſtultitiae tam temerarium ſponſorem damnabat. At is *nihil ſe de amici conſtantia metuere* praedicabat. Eodem autem momento, & hora a Dionyſio conſtituta, qui eam acceperat, ſupervenit. Admiratus amborum animum tyrannus, ſupplicium fidei remiſit; inſuperque eos rogavit, *ut ſe in ſocietatem amicitiae, tertium ſodalicii gradum* [73] *ultima culturum benevolentia reciperent.* [74] Hae ſane vires amicitiae: mortis contemptum ingenerare, vitae dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, odium in amorem convertere, poenam beneficio penſare potuerunt: quibus pene tantum

69. *Amicitiam junxerant*] Sic Pighius, at MSS. tredecim cum omnibus Edd. praeferunt, quod revocavi, *junxerunt.*

70. *Dare non dubitavit*] Lege omnino, *dubitarit.* PERIZON. Nempe pendet ab *ut*, quod anteceſſit, *Tam fidelem junxerunt amicitiam ut alter non dubitarit.* Itaque ſic emendavi, etiamſi repugnent Codices ſcripti.

71. *Idemque caput ſuum ſubjecerat*] Campenſe exemplar, *Et eidem*, habet: alia, *Eidemque.* Melius. PIGH. *Eidem* firmant MSS. noſtri & Mog. pro *eidem caput ſuum ſubjecerat*, Leid. prim. *eo ſubjecto*, & deinde, *cui ſecurum vivere licebat.* Leid. ſept. *eo ſubiecto* pro varia lectione exhibet. Barb. prim. *ſecure.*

72. *Definita die*] Octo MSS. cum vulgatis Edd. praeter Mog. *finita.* Med. *diffinita. Finire diem* pro praefinire, ſtatuere, ſatis eſt frequens, ſed & *definire*, eodem ſenſu, ut docuit J. Fr. Gronovius ad Liv. L. XXXV. 7. *De* autem propter antecedentes literas eaſdem hic facile potuit excidiſſe. Sic contra Barb. prim. habet *dein definita die.*

73. *Ultima culturum benevolentia*] In Winecheliano, *ut una.* In Atrebatenſi, *utuma.* perperam. Legendum puto, *intima culturum benevolentia.* PIGH. *Ultima culturum benevolentia.* Ita Aldus & Chalcocondyles ediderant. Pighius pro *ultima* ſubſtituit *intima*; & quidem ex conjectura. *Ultima* uterque etiam cod. Brand. habet. VORST. MSS. *ultima, ut una, una. Una* Ed. Mog. an *una benivolentia* dixit, ut *uno animo?* i. e. pari animo, aeque magno ſtudio, ac ipſi, benevolentia nulla in re diſcrepante. *Sic uno ore omnes omnia bona dicere.* Apud Ter. in Andria I. I. Cic. pro Flacco C. 26. *Qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos jam annos amplius unis moribus, & numquam mutatis legibus vivunt.* In Bruto C. 26, *Unus enim ſonus eſt totius orationis & idem ſtilus.* Nec diſſimiliter *una pax* dicitur, quae per omnes gentes & terras eodem tempore eſt diffuſa. De qua notione vide omnino Celeb. Graevium ad Flor. L. IV. 12. 64. Noſter V. I. I. *Tota urbs unius humani amici vultum habuit.*

74. *Hae ſane vires amicitiae*] MSS. *haſcine, haecine, heccine, has ſane, haccinae, hae ſane.* Quod non muto. Melius enim huic affirmationi videtur convenire ſequens periodus, *quibus pene tantum &c.* quam ſi per interrogationem dixiſſet.

75. *Illis enim puublica ſalus, his privata continetur*] Bit. prim. *privata vita.* Vulgo edebatur *iis privata continetur.* Sed rectius MSS. *his.*

76. *Atque ut illarum aedes, ſacra domicilia*] Melius, *aedes ſacrae, domicilia.* LIPS.

77. *Ita harum fida hominum pectora*] In MSS. octo deeſt *ita.* Harl. *ſic.* Mog. *ſit.* deeſt *ita* etiam in quibuſdam Edd.

78. *Quaſi*

tum venerationis, quantum deorum immortalium caerimoniis debetur. [75] Illis enim publica ſalus, his privata continetur. [76] Atque ut illarum aedes ſacra domicilia, [77] ita harum fida hominum pectora [78] quaſi quodam ſancto ſpiritu referta templa ſunt.

Quod ita eſſe rex Alexander ſenſit. Darii caſtris, in quibus omnes neceſſarii ejus erant, potitus, [79] Hephaeſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente, ad eos alloquendos venit. Cujus adventu mater Darii recreata, humi proſtratum caput erexit, [80] Hephaeſtionemque, [81] quia ei & ſtatura & forma praeſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Alexandrum ſalutavit. Admonita deinde erroris, per ſummam trepidationem excuſationis verba quaerebat. Cui Alexander, *Nihil eſt*, inquit, [82] *quod hoc nomine confundaris; nam & hic Alexander eſt.* Utri prius gratulemur? [83] qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? [84] Maximi enim animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis, aut ſpe complexus, tam paucis verbis ſe cum comite ſuo partitus eſt. O donum inclytae vocis, danti pariter atque accipienti ſpecioſum! [85] Quod privatim quoque merito veneror, clariſſimi ac diſertiſſimi viri promptiſſimam erga me bene-

2. Curtius III. Diod. Sic. in vita Alex. Aelian. XII. 7.

78. *Quaſi quodam ſancto ſpiritu referta templa*] Diverſa lectio, ut Pighius in margine notavit, haec eſt, *Quaſi quaedam ſancto ſp. referta templa*: quam in uno quoque cod. Brand. obſervo. VORST. Leid. quart. *quedam.* ſept. *quodam al' quaedam.* Barb. prim. *quadam.*

79. *Hephaeſtione ſibi latus ſuum tegente*] Perperam Pighius & alii ediderunt *Ephestione.* Scribitur enim Graece Ἡφαιστίων: eſtque ab Ἥφαιστος; quae Vulcani apud Graecos appellatio eſt. VORST. Leid. quint. *Latus ejus.* Cop. *tangente.*

80. *Hephaeſtionem more Perſarum adulata*] Salmaſius Exercit. Plin. in Solin. p. 53. conjicit legendum eſſe *adorata:* eamque conjecturam valde probat Rupertus in ſuis ad Valerium Diſſertationibus. Sane *adorata* pro ea, quae adoravit, non ſine exemplo dictum eſſet. Ita enim *juratus* eſt is, qui juravit; & *conſpirati* Phaedro ſunt ii, qui conſpirarunt; & *penetratus* Lucretio is, qui penetravit; & *peragratus* Vellejo is qui peragravit. Sed & *adorare* ipſum illud verbum eſſe, quo morem venerandi Perſarum ſcriptores expreſſerint, vulgo notum eſt. Malim tamen ego cum Gronovio retinere τὸ *adulata*, & propter conſenſum codicum, & quia ipſum quoque *adulari* de tali re uſurpatur. VORST. Videndus J. Fr. Gronovius ad Liv. L. IX. 18. ſciendumque, etiam omnes ſcriptos codices hic retinere *adulata.*

81. *Quia ei & ſtatura & forma praeſtabat*] Leid. quint. *Quia ei & in ſtatura* Ultraj. uterque, *quia & in ſtatura & forma.* Barb. prim. & Periz. *Quia in ſtatura & forma.* Bit. prim. *Quia forma & in ſtatura.* Cum Ultraj. facit Ed. Mog. Perizonius libenter deleret τὸ *ei.*

82. *Quod hoc nomine confundaris*] *Confundi* rurſus pro perturbari, terreri. Quo etiam pertinet, quod antecedit, *per ſummam trepidationem.* Vide & ſup. III, 1, ext. 1. De eo vocabuli uſu vide & lib. de Latinitat. mer. ſuſp. p. 148. VORST. *Quod hoc nomine confundaris.* MS. Periz. *Quod in hoc homine confundaris.* Ultraj. prim. *Quod hoc nomine confunderis.* Sic L. VI. 8. 1. *Antonium hoc nomine vehementius confuſum & ſollicitum.*

83. *Qui hoc dicere voluit*] Leid. quint. Bit. prim. *Ei, qui hoc dicere voluit.* Ultraj. ſec. & Mog. *voluerit.* Periz. *An qui hoc dicere voluit.*

84. *Maximi animi rex, etiam totum terrarum orbem*] In Leid. ſept. *etiam* adſcriptum eſt recenti manu. Vide an rectius diviſeris cum Perizonio. *Et jam totum terrarum orbem.* in Copeſ. ordo ita mutatur, ut *Rex* demum ponatur poſt *complexus.*

85. *Quod privatim quoque merito veneror*] Haec quidem

benevolentiam expertus. Nec metuo ne parum conveniat, mihi [86] Pompejum meum inſtar eſſe Alexandri; [87] cum illi Hephaeſtio ſuus alter fuerit Alexander. Ego vero graviſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis & benignae amicitiae exempla ſine ulla ejus mentione transgreſſus: cujus in animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, laetior vitae meae ſtatus viguit, triſtior acquievit. A quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi, per quem tutior adverſus caſus ſteti: qui [88] ſtudia noſtra ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque pavi invidiam quorundam optimi amici jactura, [89] videlicet quia fructu torſeram: non quidem meo merito; [90] gratiam meam, quantacunque fuit, cum his, qui ea uti voluerant, partitus. Verum nulla tam mode-

quidem ſuperiori exemplo ſunt connectenda, velut etiam demonſtrant exemplaria manuſcripta. Non enim ſe cum Pompejo ſuo velut exemplum amicitiae adducit, quod quidem facere ſine arrogantiae nota non poſſet; Verum amicitiae Alexandri Magni atque Epheſtionis occaſione ſimilem clariſſimi viri Sex. Pompeji erga ſe benevolentiam ac humanitatem gratitudinis cauſſa teſtatur. PIGH. Connectuntur haec ſuperioribus etiam in omnibus noſtris.

86. *Pompejum meum*] Badius de Sexto Pompejo hoc intelligit, motus nimirum ex hiſtoria Ceae mulieris, de qua hic Author Lib. II. Cap. I. ubi tamen non de Cn. Pompeji filio loqui eum putat, ſed de alio quopiam ſui ſeculi homine. Tamen ut verum fateamur potuit etiam Valerius adoleſcens habuiſſe commercium cum Sexto Cnei filio. Quem tamen ut Alexandro compararit, caſumque ejus deplorarit, facit rem obſcuram, quinam Pompejus intelligendus. De Cneo quadraret hiſtoria, ſi temporum ratio pateretur. Atqui ne hoc quidem veriſimile, Valerium in hoc opere Pompejum laudare voluiſſe, in quo Caeſari toties impudentiſſime adulatur. Quare hoc lectori judicandum relinquam. Diximus in primum librum quaedam, ſed pauca. GLAREAN. *Pompejum meum.* Auſimne adfirmare hunc illum Pompejum eſſe Macrum, bibliothecarium Auguſti, de quo Suetonius? Ad eum & illa Ovidium ſcripſiſſe in Triſtibus autumant eruditi:

Ecquid ab impreſſae cognoſcis imagine cerae,
Haec tibi Naſonem ſcribere verba Macer?

Sed hic vix etiam ſub Tiberio viguerit. An igitur potius filius ejus Pompejus item Macer, de quo Tacitus libro I. Hoc profecto lubentius crediderim; quod quaſi caſum adverſum aut potius interitum Pompei videatur hic dolenter ferre noſter Valerius. Multos autem ſub Tiberio illuſtres viros cum ſponte ſua, tum coactos interiiſſe, cognoſcere licet ex Tacito, inter quos & frater Pompejae Praetorius. COLER. *Pompejum meum.* Mentionem hujus & ſupra facit II, 6, 8. & *Sextum Pompejum* vocat; cum quo ipſe Aſiam petierit. Fuit is conſul una cum Appulejo eopſe anno, quo Auguſtus deceſſit: & ſucceſſit ei Tiberius. Quodque primi illi in verba Tiberii juraverant, eidem acceptiſſimi ſemper fuere. Sextum illum Pompejum laudat & Ovidius l. IV. de Ponto el. I. 4. & 5. eique vitam & fortunas ſuas acceptas refert. Vide & Lipſium Comment. in lib. III. Annal. Tac. VORST. Ad. Tac. L. III. Ann. II. Muretus quoque illum Pompejum à Valerio ſignificari cenſet, & ipſum à Seneca vocari *Pompejum Silonem.* Sed Pigh. ad A. U. C. DCCLXVI. notat ipſum in Indice Dionis appellari *Sext. Pompejum Sex. F. Nepotem.* In tabulis Graecis *Magnum.*

87. *Cum illi Hephaeſtio ſuus*] Forſan *cum &* *illi.* PERIZON.

88. *Studia noſtra ductu & auſpiciis ſuis*] Formula *ductu & auſpiciis* de rebus bellicis uſurpari ſolet, ut ſupra dixi. Sed hic ad ſtudia literarum eſt translata. VORST. Leid. quart. *acriora.*

89. *Videlicet quia fructu torſeram*] MSS. quinque *quos fructu torſeram.* Quod probabat Perizonius. duo *Fructum.* Duo *Fructus.* Deinde pro *voluerant* emendavi *voluerunt*, jubentibus omnibus ſcriptis, cum Mog. Ed.

90. *Gratiam meam quantacumque cum iis fuit, qui ea uti voluerant partitus*] Manuſcripti libri haec meliore

modeſta felicitas eſt, quae malignitatis dentes vitare poſſit. [91] Et quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiae permulſeris, [92] ne [93] alienis malis perinde ac bonis ſuis laetentur ac geſtiant? Divites ſunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentiae varietas humanae conditionis viderit.

liore ordine luculentius exprimunt hoc modo, *Gratiam meam, quantacumque fuit, cum his qui ea uti voluerant partitus.* PIGH.

91. *At quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiae permulſeris; non cohibebis, ne alienis malis perinde ac bonis ſuis laetentur*] Veteribus nullae ſunt duae illae voces. *non cohibebis.* & ſpernendae omnino, ſic tamen ut totam clauſulam interrogatione deinde alleves. LIPS. *Quibus inſulis miſericordiae permulſeris. Inſulae* ſupplicum velatis manibus orantium inſignia. Livius l. XXXVII. *Teji, cum in oculis populatio eſſet, oratores cum inſulis & velamentis ad Romanum miſerunt.* Vide & Liv. XLV, 26. Tacitus I. Hiſt. *velamenta & inſulas praeferentis.* Caeſar B. Civ. II, 12. & Curtius VII, 5. *velamenta ſupplicum* vocant. VORST.

92. *Non cohibebis, ne alienis malis*] Notat Lipſius, voces *non cohibebis* à libris MSS. abeſſe; ac proinde legendum eſſe ita, *At quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiae permulſeris, ne alienis malis perinde ac bonis ſuis laetentur?* ut ſcilicet nota interrogationis adjiciatur. Atque ita planiſſime codices quoque Brand. habent, & vetus item editio Martini Herbip. VORST. Cum ergo decem etiam noſtri ita habeant, & Mog. editio inſuper notam interrogationis adjungat, non dubitavi ita reſcribere, etiam *Et quo ſucceſſu*, ut MSS. & princeps illa editio poſtulabant.

93. *Ne ut alienis malis*] Particula, *ut*, ſuperflua eſt, quae in V. libris omittitur. PIGH.

CAPUT VIII.

DE LIBERALITATE.

1. *Q. Fabii Max. Verrucoſſi dict.*
2. [1] *Buſae Canuſinae.*
3. *Q. Conſidii eq. Rom.*
4. *Populi Rom. erga Attalum regem.*
5. *Ejuſdem populi Rom. erga Graecos.*

EXTERNORUM.

1. *Hieronis regis Syracuſanorum erga Romanos.*
2. *Gilliae Agrigentini erga cives ſuos.*

Noſtrum opus pio egreſſu [2] ad proprium dolorem provectum in ſuum ordinem revocetur, liberalitatiſque commemorationi vacemus. Cujus duo ſunt maxime probabiles fontes; verum judicium, & honeſta benevolentia.

1. *Buſae Canuſinae*] Pighius *Paulae Buſae Canuſinae.* Rupert *Buſae Canuſinae Apulae.* ut emendandum monet apud Liv. L. XXII. 52. *Mulier Apula* pro *Mulier Paula.* ſed occupaverat hoc Lipſ. L. I. Ep. Quaeſt. 6. PERIZON.

2. *Ad propriam rem provectum*] Lege, *ad proprium dolorem*, ut eſt in Campenſi. In aliis perperam habetur *decorem*, in aliis, *ardorem.* PIGH. *Ad proprium dolorem.* Reſcripſit ita Pighius ex codd. MSS. Et habet quoque ita unus cod. Brandeb. Alter *ad propriam rem*; quomodo & alii quidam. VORST. *Ad propriam rem* habent MSS. octo. Leid. prim. *decorem.* ſept.

tia. [3] Nam cum ab his oritur, tunc demum ei ratio conſtat. [4] Dono autem ipſi gratiam & magnitudo quidem ſua; ſed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

1\. Ann. urb. 536. Livius XXII. Plutarch. in vita.

Accedit enim pretio rei, inaeſtimabile momentum occaſionis. [5] quae Fabium Maximum tot ante ſaecula [6] ob parvam pecuniae ſummam erogatam, ad hoc uſque tempus laudabilem fecit. Captivos ab Annibale interpoſita pactione nummorum receperat. qui cum à ſenatu non praeſtarentur, miſſo in Urbem filio, fundum, quem unicum poſſidebat, vendidit, ejuſque pretium Annibali protinus numeravit. Si ad calculos revocetur, parvum, utpote ſeptem jugeribus, [7] & hoc in Pupinia addictis, redactum: [8] ſi animo erogantis, omni pecunia majus. Se enim patrimonii, quam patriam fidei, inopem eſſe maluit: eo quidem majore commendatione, [9] quod proni ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti, quam viribus ex facili uti. [10] Alter enim

ſept. *Rem al' decorem, al' ardorem.* Ultraj. prim. Leid. quart. quint. Periz. cum Ed. Mog. *proprium ardorem.* quod ſatis placet. Commemoravit enim, quanto ardore amoris Pompejum fuerit complexus. pro *Revocetur*, unus Rem. *revocemus.*

3\. *Nam cum ab his oritur*] Leid. prim. *Nam cum ab his orietur beneficio largitio.* Male in vulgatis editionibus ante Pighium erat *ejus ratio*: MSS. enim *ei* recte exhibent fere omnes.

4\. *Dono autem ipſi gratiam & magnitudo ſua*] Supereſt copula, quae neque habetur in Pulmanniano vel Suſiano. PIGH. *Dono autem ipſi gratiam & magnitudo quidem ſua. Et* ſupervacaneum judicat, & à quibuſdam codd. abeſſe teſtatur Pighius. Antiquiores typis expreſſi, & MSS. item Brandeb. eam habent. Eſt autem hic pro *etiam*; adeoque nec ſupervacua. VORST. MSS. ſex cum Mog. *Gratia & magnitudo.* reliqui, *gratiam & Magnitudo*, ut ante Pighium edebatur. Nec mutandi cauſſa fuit. Ultr. prim. *efficacius.*

5\. *Quae Q. Fabium Maximum*] Addit Pighius praenomen, quod abeſt a MSS. & antiquis editionibus.

6\. *Ob parvam pecuniae ſummam erogatam*] MSS. fere *parva pecuniae ſumma erogata.* & ſic Mog. Ven. *ob parvam pecuniae ſummam erogatae.* Copeſ. *parvae pecuniae ſumma erogata. ob* certe in MSS. non invenio. Quare puto eſſe Valerii. *Parva pecuniae ſumma erogata.*

7\. *Et haec in Pupinia addictis*] *Et haec* pro *& quidem*; quomodo Graeci dicunt καὶ ταῦτα de qua Graecorum locutione in lib. III. Diſſert. ſacr. p. 80. egimus. *Pupinia*, ager fuit circa Tuſculum ſterilis & aeſtuoſus. Vide ſup. IV. 4. 4. & 6. & ad ea loca Notas. Pro *& haec* unus cod. Brand. habet *& hoc*: quod cum locutione Graeca itidem congrueret. Nam & Graeci dicunt καὶ τοῦτο. Vide praedictum locum Diſſertat. ſacr. VORST. MSS. propemodum omnes habent *& hoc.* Leid. prim. *Aditis.* Barb. prim. *additis.* Harl. *abditis.* quod Oliv. exponit *adſtrictis, circumſcriptis.* cogitavi an legendum eſſet, *aridis.* ſed non opus eſt ut *addictis* ſollicitetur, quum proprium ſit de rebus venditis, ut pretio certo dicantur *addici.* Reſtitui *& hoc*, ut pote quod melius conveniat cum *parvum*, & *redactum.* ad quae reſpicit. *Redigere pecuniam* illuſtrantem vide Celeb. Bentlejum ad Horat. Epod. II. 69.

8\. *Si animo praerogantis*] *Erogantis*, Optime, ut in Campenſi & Cauchiano. PIGH. *Si animo erogantis.* Scribes *animum*, ſi tu animum ad priora rettuleris, à quibus haec pendent. LIPS. *Si animo erogantis.* Pro *animo* Lipſius legendum cenſet *animum*; quia praecedit, *ſi ad calculos revocetur.* Sed habent tamen omnes codices, ipſique etiam Brandeburgenſes, *animo.* Pro *erogantis* quidam codices habent *praerogantis.* Quod Rutgerſius natum putat ex literis ſingulariis P. R. (ſcripſiſſe enim Valerium *P. R. erogantis*, id eſt, populo Romano erogantis. Vide Var. lect. ejus I. 18. VORST. *Erogantis* habet Ultr. prim. Ceteri fere *praerogan-*

nim quod poteſt, praeſtat: alter etiam plus quam poteſt.

[11] Itaque ejuſdem temporis femina Buſa nomine, regionis autem Apuliae ditiſſima, [12] merito quidem liberalitatis teſtimonium receperit: ſed excellentes opes ſuas Fabianis rei familiaris anguſtiis non comparaverit. Nam etſi [13] circa decem millia civium noſtrorum, Cannenſis proelii reliquias, benigniſſime intra Canuſina moenia alimentis ſuſtentavit, ſalvo tamen ſtatu fortunarum ſuarum, munificam ſe populo Romano praeſtitit. Fabius in honorem patriae, paupertatem inopia mutavit. 2 Ann. urb. 537. Livius XXII. 52.

In Q. quoque Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine parvo ipſius fructu, liberalitas annotata eſt: qui Catilinae furore ita conſternata republica, ut ne à locupletibus quidem debitae pecuniae, [14] propter tumultum, pretiis poſſeſſionum diminutis, ſolvi creditoribus poſſent; cum centies atque quinquagies HS ſummam in foenore haberet, neque de ſorte quenquam debitorum ſuorum, 3. Ann. urb. 690. Q. Conſidii meminit Cic. Verr. III. & p. Cluent.

gantis: quod poſſit etiam natum videri ex *animo pio erogantis.* *Animo* enim retinent quoque omnes noſtri: in quo *aeſtimetur*, *cenſeatur* vel ſimile quid debet ſubintelligi, quod praegnanti ſignificatione incluſum eſt, in τῷ *ad Calculos revocetur.* vide Notas virorum doctorum ad Flor. L. III. 21. 26. & J. Fr. Gron. Diat. ad Stat. L. III. p. 177. adde Virg. L. II. Aen. 320. Val. Flac. L. I. 115. Quid enim erit ſi cum Lipſio legamus *Animum?* ubi debebis intelligere, *ſi revocetur ad animum.* Quod certe aliud ſignificat.

9. *Quod proni ſtudii celerius indicium*] Ita veteres typis expreſſi; & MSS. item Brand. Pighius perperam habet *quo:* quem Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. VORST. MS. Copeſ. *quam.* ceteri *quod.* ſic ſupra *quia.* L. IV. 4. init. *Eo quidem certius, quia dominium rerum collabi ſolet.*

10. *Alter enim quod praeſtat, poteſt*] Fallor, aut argutior priſca lectio, *quod poteſt, praeſtat.* LIPS. *Alter enim quod poteſt praeſtat.* Ita omnino legendum. Habentque ita veteres typis expreſſi, & Brand. MSS. Mirum autem quod Pighius edidit, *Alter quod praeſtat poteſt;* quodque rurſus Colerus & Thyſius eum ſunt ſecuti. VORST. Conſentiunt etiam ſcripti noſtri, qui inſuper habent *plus etiam quam poteſt.*

11. *Itaque ejuſdem temporis*] Male hic novum exemplum ſtatuunt, cum ſit comparatio cum ſuperiore, illique conjunxerit Valerius ut ſupra IV. 6. I. de Admeto. IV. 7. 4. de Theſeo. Nihilo enim magis hoc inter domeſtica exempla retuliſſet, quam de Spurina IV. 5. Ext. I. quod omnino conſiderandum. Adde & T. Jubelli Taureae, item Daſii & Blaſii. PERIZON.

12. *Merito quidem liberalitatis teſtimonium recepit: ſed ſi &c.*] Lege omnino cum MS. *Receperit, ſed excellentes opes.* expuncto τὸ *ſi*, ſenſu optimo. Mutarunt utrumque, qui concoquere non potuerunt illud tempus ita abſolute poſitum. Quod tamen ſaepe facit Valerius, & jam ſupra reſtituimus IV. 3. 6. PERIZON. utrumque confirmatur longe majore & potiore parte noſtrorum MSS. & Mog. editione.

13. *Circa decem millia civium*] Multi MSS. non habent *millia*, deſignata per *m* quod propter praecedens exciderat. Vulgatae quaedam Editt. *inter moenia*, ſed *intra* ſervant MSS. propemodum omnes cum Mog.

14. *Propter tumultum*] Omnes enim eo tempore Pacis artes frigebant, omnia miſcebantur. De qua re diffuſe Salluſtius: *Quibus rebus permota civitas atque immutata facies urbis erat: ex ſumma laetitia atque laſcivia, quae diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia invaſit. feſtinare, trepidare: neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: ſuo quiſque metu pericula metiri &c.* COLER.

15. *Publicae confuſionis*] Seditionis, tumultus. Gloſſarium: *Confuſio* ταραχή. Et: Ταραχὴ *Turba, Turbatio, Tumultus.* COLER. *Amaritudinem publicae confuſionis.* Colerus *confuſionem*

rum, neque de uſura à ſuis appellari paſſus eſt: quantumque in ipſo fuit, amaritudinem [15] publicae confuſionis privata tranquillitate mitigavit: opportune, mirificeque teſtatus, nummorum ſuorum, [16] non civilis ſanguinis, ſe eſſe foeneratorem. [17] Jam, qui nunc praecipue negotiatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exultent, recognoſcent, ſi diligenter ſenatus conſultum, quo Conſidio gratiae actae ſunt, legere non faſtidierint.

Queri mecum jamdudum populus Rom. videtur, quod cum ſingulorum munificentiam conſecter, de ſua taceam. Ad ſummam enim ejus laudem pertinet, quem animum regibus, & urbibus, & gentibus praeſtiterit recognoſci: quia omne praeclari facti decus [18] crebra memoria in ſe ipſo revireſcit. Aſiam

nem interpretatur ſeditionem & tumultum. Jam in ſeditione & tumultu eſt quidem confuſio; ſed ſeditio & tumultus tamen confuſio ipſa non eſt. Significat enim *confuſio* ipſam illam animi perturbationem & conſternationem, quae in ſeditione eſſe ſolet; ut vel ex voce *tranquillitatis*, quae apud noſtrum ſequitur; intelligi poteſt. Vide & III. 1. ext. 1. & IV. 7. ext. 2. Item libellum de Latinit. mer. ſuſp. p. 149. VORST. Poſtea Ultr. prim. habet *Tranquillitas mitigavit.*

16. *Non civilis ſanguinis*] Egregium facinus & perpetua memoria digniſſimum. Civilem autem ſanguinem appellat totam ſubſtantiam civium obaeratorum. Ita loquitur Cicero pro Quintio: *Fateatur ſe non pecuniam, ſed vitam & ſanguinem petere.* Graeci in eadem re αἷμα καὶ ψυχὴν uſurpant. Timocles, vetus Poëta:

Τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

id eſt,

Pecunia ſanguis & vita eſt mortalibus.
Eampſe qui vel haud habet, aut non poſſidet,
Is mortuus viventes inter ambulat.

Ex his facile quivis intelliget cur & *pecuniam cruentam* dixerit Valerius faeneratorum. COLER. *Civilem ſanguinem* appellare videtur ſubſtantiam ſeu facultates civium obaeratorum. Cicero pro Quint. *Fateatur ſe non pecuniam, ſed vitam & ſanguinem petere* Graeci quoque eandem rem αἷμα καὶ ψυχὴν vocant. Nec diſcrepant Germani mei.

17. *Jam qui hac praecipue negotiatione delectantur*] Vetus, *negatione.* De re uſuraria loquitur, eaque inhoneſta: cui nimis honeſtum Negotiationis verbum. Credam facile fuiſſe, *nummatione.* LIPS. *Hac praecipue negotiatione.* Suſpecta mihi, ut & Lipſio vox *negotiatione*, in re uſuraria & parum honeſta. Lipſius aliud verbum quaerit *nummatione*, ſed non invenit. Me inveniſſe parum abeſt quin adfirmem: *Hac praecipue nundinatione.* Nihil ad mentem Valerii oportunius. Gloſſarium vetus: *Nundinatio* πραγματεία. Integrum Valerii locum operae eſt inſpicere, apud Johannem Sariſberienſem libro VIII. capite 4. COLER. *Qui nunc praecipue negotiatione.* Lipſio vox *negotiatione* hic nimis honeſta videtur: velletque idem legi *nummatione.* Deinde Colerus ex mera conjectura ſubſtituit *nundinatione.* Salmaſius autem conjecit pro *negotiatione* legendum eſſe *necatione*; quod veteres codd. omnes habent *negatione*, quodque lectionem hanc confirment quae ſequuntur. Vide Notas ejus ad Hiſt. Aug. p. 130. Mihi nihil mutandum, ipſaque vox *negotiatione* ſatis commoda videtur. Habet eam manifeſte uterque etiam cod. Brand. Et quidni *negotiatio* vocetur ſi pecuniam in fenore ponas, ipſumque fenus deinde exigas; ſive jam recte & honeſte, ſive ſecus illud fiat? Ipſa mercatura *negotiatio* eſſe ac dici non deſinit; ſi maxime aliquid iniqui ſecum trahat. VORST. Salmaſii *necatione* placuit vehementer Ruperto, ita ut Valerium plurimum eo nomine ipſi debere cenſeat. contra de faeneratoribus recte dici *negotiationem* oſtendit Gronov. L. IV. obſ. 24. *Negatione* invenio quidem in multis noſtris, ſed in aliquibus etiam eſt emendatum in *negotiatione.* plerique etiam, *Nam qui nunc*, item *cognoſcent* pro *recognoſcent*, quod utrumque prae-

ſiam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendam tradidit, eo excelſius & ſpecioſius [19] Urbis noſtrae futurum imperium credens, ſi ditiſſimam atque amoeniſſimam partem terrarum orbis, in beneficio, quam in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius: quia multum occupaſſe, habere invidiam potuit: tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.

Ann. urb. 563. Livius xxxviii. Strabo xiii. Cic. pro Seſt.

5\. Illius vero Romanae liberalitatis coeleſtem ſpiritum nullae literae ſatis dignis laudibus proſequentur. [20] Philippo enim Macedonum rege ſuperato, [21] cum ad Iſthmicum ſpectaculum tota Graecia conveniſſet, T. Quinctius Flamininus tubae ſigno ſilentio facto, per praeconem haec verba recitari juſſit, *S. P. Q. R. & T.* [22] *Quinctius Flamininus Imperator omnes Graeciae urbes, quae ſub ditione Philippi regis fuerunt,* [23] *liberas atque immunes eſſe jubet.* Quibus auditis, maximo & [24] inopinato gaudio homines perculſi, primo veluti

Ann. urb. 557. Livius xxxiii. Plut. Flamin.

praefert etiam Ed. Mog. ut & *negotiacione.*

18\. *Crebra memoria in ſe ipſo revireſcit.* Leid. prim. *Reviviſcit.* deinde Editt. ante Pighium praeter Mog. habent *poſſidendam tribuit*, ſed MS. *tradidit.* *Muneris loco* adſcriptum eſt in Marg. Barb. ſec.

19\. *Urbis noſtrae futurum imperium credens*] ſic dedit Pighius, & eſt in utroque Ultraj. & Ed. Mog. ſed in reliquis & MSS. decem *Urbi noſtrae.* dein Harl. & Ultraj. prim. *multa occupaſſe.*

20\. *Philippo enim Macedonum rege ſuperato*] Longe major pars MSS. cum Editis ante Pighium exhibent *Macedoniae rege.*

21\. *Cum ad id tam inſigne ſpectaculum*] Oliverius recte legit, *Cum ad Iſthmicum ſpectaculum tota Graecia conveniſſet.* Idque ex tertio Livii decados quartae: qui acephalus inventus eſt nuper Moguntiae. Ceterum decretum illud ſenatus paulo aliter apud Livium refertur cum populorum Graecorum enumeratione. Et eos, qui ſub rege Philippo fuerant, populos numeratos ait, cum nullum ibi nomen eſſet; ſed puto locum apud Livium mutilum. GLAREAN. *Cum ad inſigne ſpectaculum.* *Ad Iſthmicum*, in Atrebatenſi aliiſque. Sic etiam Plutarchus in Flaminino. Livius tamen, Nemea dicit fuiſſe. PIGH. *Iſthmicum.* Cave credas Pighio, qui ait Livium ſcribere, Nemea hos fuiſſe ludos. Nam Livius potius ſentit Nemeae hos ludos factos. Nemeae civitatis meminit Strabo libro viii. & ex eo Stephanus. In ea ludi Iſthmici aliquandiu celebrati ſunt, donec poſtea Corinthum tranſlati, ut ſcribit Strabo. Florus libro ii. *Cum hoc forte Nemeae in theatro Quinquennalibus ludis a praecone caneretur, quo certavere plauſu? quid florum in conſulem profuderunt.* COLER. *Ad Iſthmicum ſpectaculum.* Ita recte Pighius ex codd. MSS. cum Aldus edidiſſet *ad inſigne ſpectac.* Habet quoque ita unus cod. Brand. Eſt autem *Iſthmicum ſpectaculum*, & *Iſthmicus ludus*, qui Corinthi in Iſthmo agitatus fuit. VORST. Errant & Pighius & Colerus; Ille quod ait Livium ſcribere haec facta, *Nemeis ludis*; Hic quod reprehendens Pighium negat *Nemeis ludis*, ſed *Nemeae Iſthmicis ludis* eſſe factum; quum Corinthi acciderit etiam ſecundum Livium, quem vide Lib. xxxiii. 31. ſed reſpexerint illi ad libertatem Argivis datam voce praeconis in ludis Nemeis, de quo Liv. L. xxxiv. 41. De Nemeis autem Argi peractis vide & Liv. L. xxvii. 30. 31. PERIZON. Harl. Bit prim. Ultraj. prim. Leid. quart. *cum ad id tam mirum.* quint *iſtuc.* ſept. *iſtud tam mirum.* Rem. *Hiſtrionicum.* Leid. ſec. *diſinicum.* Ultr. ſec. *Iſinitum.* Ed. Mog. *Iſchmicum.* MS. Cop. *Ithmicum.* Periz. *Iſthmicum.* Leid. ſext. *inſigne.* Quin *Iſthmicum* unice verum ſit, nemini, credo, dubium videbitur.

22\. *Quintus Flaminius*] Legendum ex v. c. *T. Quinctius Flamininus.* PIGH. *T. Quintius* apparet in ſat multis. Sed *Flamineus*, vel *Flaminius*, vel *Flaminius* poſterius nomen fere exhibent ſcripti. Recte tamen *Flamininus* Pighius reſtituit.

23\. *Liberas atque immunes*] Idem Florus, flos ille ſcriptoris libro ii. capite 7. *Graeciae vero veterem ſtatum reddidit, ut legibus viveret ſuis & avita libertate frueretur.* COLER.

24\. *Inopinato gaudio homines perculſi*] Rem. Leid. prim. quint. ſcribunt, *Omnes perculſi.*

 Vide

ti non audiſſe ſe, quae audierant, credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione praeconis, [25] tanta coelum clamoris alacritate compleverunt, [26] ut certo conſtet, aves quae ſupervolabant, attonitas, paventeſque decidiſſe. Magni animi fuiſſet à [27] tot captivorum capitibus ſervitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſſimis & opulentiſſimis urbibus populus Rom. libertatem largitus eſt. Ad cujus majeſtatem pertinet, [28] non ſolum quae ipſe benigne tribuit, ſed etiam quae alio tribuente ſenſit, commemorari. [29] Ut enim illic commemoratae, ita hic redditae laudis commendatio eſt.

Ex-

Vide ad L. 1. 8. 4. Ext.

25. *Tanta coelum clamoris alacritate compleverunt*] MS. *compulerunt. F. Impulerunt*, ut aures dicitur percutere ſonus. PERIZON.

26. *Ut certo conſtet*] MSS. undecim, cum Edit. ante Pighium *ut certe conſtet. certo* tamen convenientius eſt.

27. *Tot captivorum*] Livius libro quadrageſimo quarto, *Praebuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti, qui ſervitute exempti fuerant.* COLER.

28. *Non ſolum quod ipſe benigne tribuit, ſed etiam quod alio tribuente ſenſit, commemorari*] Dictione una omiſſa depravatus eſt locus, qui inter lineas in Campenſi eſt annotata. Unde hoc modō reſtituendum eſſe opinor. *Non ſolum quae ipſe benigne tribuit, ſed etiam quae alius ipſo tribuente ſenſit, commemorari.* Excuſat enim Valerius, quod nimis forſan verboſe gaudium ac geſtus Graecorum in excipiendo datae libertatis nuncio deſcripſerit. PIGH. *Sed etiam quae alius ipſo tribuente ſenſit, commemorari.* Labem & nubem huic loco veteres adimunt, in quibus ſic; *quae alio tribuente ſenſit.* Tranſitum enim & velut viam ſibi facit (ſolitum id Valerio) ad exempla Externa ſequentia; in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitas expreſſa. Eam autem, inquit, commemorari quoque intereſt Romanae laudis, quia meruit. LIPS. *Alius ipſo.* In libro Veneto: *Alio tribuente ſenſit.* Sic & Lipſius. COLER. *Quae alio tribuente ſenſit.* Ita omnino legendum; non, ut Pighius vult, *Quae alius ipſo tribuente ſenſit.* Habent ita antiqui typis expreſſi, & MSS. item Brand. Eſtque ſenſus apprime commodus. Nam, ut bene obſervat Lipſius, tranſitum & velut viam ſibi parat ad exempla ſequentia, in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitas expreſſa; exempli gratia quod Hiero, Syracuſanorum rex, liberalis fuit in Romanos. VORST. Confirmatur *Quae alio tribuente ſenſit*, auctoritate omnium noſtrorum Codicum manu exaratorum. Aliquot etiam habent, *Quae ipſe benigne tribuit.*

29. *Ut enim illic commemoratae, ita hic redditae laudis commendatio eſt*] Placet Wincheliani & Colonienſis codicum lectio, *ut enim illic collatae*, & reliquam Campenſis libri adjungo, *ita hic repetitae laudis commendatio.* Ex quibus primum verbis hauries veram Valerii ſententiam, quae quidem pertinet ad antedictam excuſationem. Ait enim Graecos in conferenda Romanis ob libertatem datam laude, ſe quidem in eadem ſcriptis repetenda commendari debere. Lapſus profecto ſupine librarius priorem ſententiam corrupte ſcriptam non intelligens; & ſic error errorem traxit, qui ex inepta repetitione verbi *commemorari* poteſt colligi. PIGH. *Ut enim illic commemoratae, ita hic redditae laudis commendatio eſt.* Ita Aldus ediderat. Nec diſcrepant codd. Brandeb. MSS. At Pighius in duobus codd. pro *commemoratae* reperit *collatae*, & in alio quodam pro *redditae*, *repetitae*; eaſque voces audacter & ſubſtituit. Mihi altera lectio placet. Obſervandum autem, *illic* ad proximum, *hic* vero ad remotius pertinere; quale quid de ipſis quoque pronominibus *hic* & *ille* ſupra obſervatum. VORST. Copeſ. *commemoratae* & *redditae*, & ſic Vorſtius, ſed male exponit. Ita loquitur, quia ut Romanus in ſequenti exemplo reddit laudem Hieroni, qui ſupra commemoravit laudem populi Romani. PERIZON. pro τῷ *commemoratae* & *redditae*, ſtat etiam potior pars MSS. & Edd. omnes. nonnulli MSS. *commendationes.*

30. *Hiero Syracuſanorum rex*] MSS. quatuor

Sy-

EXTERNA.

[30] Hiero Syracuſanorum rex, audita clade, qua Romani apud Thraſymenum lacum erant afflicti, [31] trecenta millia modiûm tritici, & ducenta millia hordei aurique [32] ducenta & XL pondo Urbi noſtrae muneri miſit. Neque ignarus verecundiae majorum noſtrorum, [33] ne nollent accipere, [34] in habitum id Victoriae formavit, ut eos [35] religione motos, munificentia uti cogeret: voluntate mittendi prius; iterum providentia cavendi, ne remitteretur, liberalis. 1.

Ann. urb. 536. Livius XXII.

Subnectam huic Agrigentinum [36] Gilliam, quem propemodum ipſius liberalita- 2.

Syracuſanus. Quinque *Syracuſanorum.*

31 *Trecenta millia modiorum tritici, ducenta hordei, aurique ducenta & quadraginta pondo*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi, Pulmanniano, & Colonienſi ſic; *Trecenta milia modium tritici, & ducenta milia hordei.* Plene ac correcte: Auri autem pondo fuiſſe Livius dicit cccxx. modo non fallant numerales notae. PIGH. Poſterius *millia* abeſt a pleriſque noſtris. Ed. Mog. *Tricentos & mille modios & ducentos ordei.* Ultr. prim. *ccc. modia.* tres alii *ccc. mille modios.* Leid. prim. *modiorum.* ſed alii *Trecenta millia modium tritici ducenta hordei.*

32. *Ducenta & XL. pondo*] Lib. Dan. *L. pondo.* & ita nonnulli alii. COLER. Periz. *ducentum & ſexaginta.* Aliquot MSS. *munere miſit.*

33. *Quod nollent accipere*] Gloſſulam hoc totum ſapit. dele, aut reſcribe, *ne nollent*: ſed dele magis. LIPS. *Quod nollent accipere.* Ut Lipſius conjectura emendavit, ita impreſſum olim Venetiis: *ne nollent accipere.* COLER. *Ne nollent accipere.* Ita legendum; non, ut Pighius, eumque ſecuti Colerus & Thyſius, edidere, *quod nollent accipere.* Habent rurſus ita codices Brand. MSS. vetereſque typis expreſſi. Eſt autem *ne nollent* pro *ne recuſarent.* VORST. Habent ita & noſtri. Probavit etiam ex Cod. Bambergenſi Modius Novant. Ep. 128. Leid. quint. *Ne id nollent accipere.*

34. *In habitum id Victoriae formavit*] Statuam Victoriae auream faciendam curavit: quae in templo Jovis Capitolini & poſita fuit. VORST.

35. *Religione motos*] Timebant enim, ne malum id omen eſſet, ſi Victoriam non admitterent. VORSTIUS.

36. *Gilliam*] Unus manuſcriptus *Calliam.* lego: *Galliam*; quamvis Athenaeus ſcribit Γελλίαν lib. I. ubi & de quingentis illis equitibus. Hanc Hiſtoriam de *Gellia* ex lib. XV. Timaei ſumptam eſſe, ait eruditiſſimus Caſaubonus. COLER. *Agrigentinum Gilliam* De munificentia hujus ſcribit & Diodorus lib. XIII. Bibliothecae; itemque Athenaeus lib. I. Dipnoſoph. Sed vocant hi Γελλίαν. Nam quod in codd. Athenaei legitur Τελλίαν, id ſine dubio mendum eſt; idque ſatis antiquum, ut Caſaubonus obſervavit: quippe quod ipſum quoque Euſtathium decepit. VORST. Teſtatur Paul. Leopardus L. XII. Emend. 15. e libris ſuis Valerii manuſcriptis alterum habere *Galliam*, alterum *Calliam.* Ego *Calliam* invenio in Periz. Bit. prim. Ultraj. ſec. Leid. quint. *Galliam* in Leid. primo. Guyetus conjiciebat *Gylliam. Calliam* habet etiam Mog. ceteri impreſſi cum ceteris MSS. *Gilliam.*

37. *Contrahenda*] Lib. Dan. *Corripienda.* Non abjicio. poſſit tamen & eleganter: *Corruenda.* Sed *corripienda* habet etiam Sariſberienſis. COLER. *In contrahenda pecunia.* Liber. P. Dan. ut Colerum teſtatur, *in corripienda pecunia:* quomodo Joh. quoque Saresberienſis locum hunc citat. Sed & uterque codex Brand. vetuſque typis expreſſus Mart. Herbip. ſic habent. Neque aliter vir ſummus Joh. Fred. Gronovius in tribus libris ſcriptum reperit. Vide L. IV. Obſ. c. 19. VORST. *Corripienda* quod in ſuis duobus Leopardus invenit, probavitque loco citato, ego etiam deprehendi, in MSS. tredecim & Ed. Mog. Adſcripſit Perizonius ſic L. IX. 4. Ext. *Nam cum anxiis & ſordibus magnas opes corripuiſſet.*

38. Gra-

ſitatis praecordia conſtat habuiſſe. Erat opibus excellens; ſed multo etiam animo, quam divitiis locupletior: ſemperque in eroganda potius, quam in 37 contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus ejus quaſi quaedam munificentiae officina crederetur. Illinc enim publicis uſibus apta monimenta extruebantur: illinc 38 grata populi oculis ſpectacula edebantur: illinc epularum magnifici apparatus, 39 labentique annonae ſubſidia oriebantur. 40 Et, cum haec univerſis, privatim alimenta inopia laborantibus, 41 dotes virginibus paupertate preſſis, ſubſidia detrimentorum incurſu quaſſatis erogabantur. Hoſpites quoque tum urbanis penatibus, tum etiam ruſticis tectis benigniſſime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis 42 in poſſeſſiones ſuas compulſos,

38. *Grata populi oculis*] Lib. Dan. *pupillorum oculis*. Probarem, niſi vetarent illa, quae ſequuntur: *Et cum haec univerſis*. Apud Sariſberienſem lib. VIII. qui hunc locum ex Valerio exſcripſit legitur: *publicis oculis*. COLER. *Grata populi oculis*. Joh. Sareſberienſis lib. VIII. Policratici, ubi hunc locum citat. *publicis oculis*. Ad quod prope accedit, quod in utroque cod. Brand. & in vetere editione Mart. Herbip. eſt *pupillis oculis*. VORST. Bit. prim. grata *pupillis ſpectacula*. Leid. quart. *pupillorum oculis*. Leid. quint. ſept. uterque Ultraj. Ed. Mog. *pupillis oculis*. ceteri *oculis populi*. Deinde Harl. *munifici apparatus*. ſic Ultraj. ſec. cum Ed. Mog.

39. *Libentique animo annonae ſubſidia tribuebantur*] Veram lectionem praefero, quae eſt in manuſcriptis omnibus; *Labentique annonae ſubſidia oriebantur*. PIGH. *Labentique annonae ſubſidia*. Ita reſtituit Pighius ex MSS. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Alter mendoſe *latenti*: ſed quod ad veram lectionem tamen proxime accedit. Aldus ediderat *libentique animo annonae ſubſidia*. Eſt autem *labens annona*, quae rara, adeoque cara, eſt. VORST. *Labentique annonae ſubſidia oriebantur* probavit etiam Paul. Leopardus allatis exemplis. *animo* certe abeſt à noſtris, & pro *libenti* habent *latenti*, vel *latentis*, *labenti*, vel *labentis*. *Oriebantur* etiam eſt in omnibus ſcriptis. Ed. Mog. *latentique annonae ſubſidia oriebantur*.

40. *Et cum haec univerſis privatim alimenta inopia laborantibus erogabantur*] MS. interponit *atque* ſ. *Atqui*, vel *Aeque*, hoc ſenſu, ut quum haec univerſis erogaret, aeque privatim erogabantur ab eo &c. mallem ſane *& cum haec univerſis, tum privatim* &c. Sic v. 4. 1. *Atque ſine effectu redierunt*. PERIZON.

41. *Dotes virginibus, paupertate preſſis ſubſidia, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur*] Tolle vocem, *ſubſidia*, quae haud dubie ocioſa ſupereſt, atque ita lege ex v. c. *Dotes virginibus paupertate preſſis, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur*. Solatium pro ſubſidio poſuit etiam L. Florus, auctor non contemnendus: cujus verba, quia in vulgatis libris non habentur, adjungam. Sunt autem libro II. cap. 7. Ubi de Rhodiis, *Aderant*, inquit, *Rhodii nauticus populus. Nam Rhodos opinatiſſima inſula, & totius Aſiae inſularum metropolis cum pene omnibus Cycladibus arma pertimeſcens Romano jam dudum ſe foederatam populo illi conjunxerat, & navali bello ſolatia condonabat*. Pulchre *opinatiſſimam* vocat Rhodon: quod victorias Romanorum opinari ac quaſi praevidere potuerat, quia Soli ſacra inſula eſt, providentiae ac divinationum praeſidi. PIGH. *Dotes virginibus paupertate preſſis*. Aldus & Chalcocondyles ediderant *Dotes virginibus paupertate preſſis ſubſidia: detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur*. In quibus una vox ſine dubio ſupervacua eſt. Et Pighius quidem expungendum putat *ſubſidia*. A codd. Brand. & à vetere typis expreſſo Mart. Herbip. abeſt *ſolatia*; ſcriptumque in illis ſic, *Dotes virg. paup. preſſis, ſubſidia detrimentorum incurſu quaſſatis erogabantur*. Quae lectio mihi magis placet. Quia duos jam Nominativos, *alimenta* & *dotes*, praemiſerat Dativis: conſentaneum eſt tertium item Nominativum Dativo non poſtpoſitum, ſed praemiſſum voluiſſe; ſive jam ſit *ſubſidia*, ſive, ut Pighius vult, *ſolatia*. VORST. Quod in Brand.

ſos, aluit ac veſtivit. Quid multa? non mortalem aliquem, ſed propitiae fortunae benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat: pro cujus ſalute & incrementis, tum [43] Agrigentina civitas, tum etiam vicinae regiones votis excubabant. Colloca ex contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas; nonne praeſtantiorem aliquanto exiſtimes illam impenſam, quam hanc cuſtodiam?

Brand. id eſt quoque in omnibus noſtris, deleto *ſolatia*. Sic quoque Ed. Mog. Quare ad hanc formam auctorem emendavi, etſi *ſubſidia* paulo ante praecedat; quod tamen ſuſpicionem parit, an non ſcripſerit, *Dotes virginibus paupertate preſſis, ſolatia detrimentorum incurſu quaſſatis erogabantur*. Ita ut *ſubſidia* è gloſſa ortum, *ſolatia*, quod auctoris fuerat, loco ſuo expulerit. Equidem tamen MSS. obſequendum putavi.

42. *In poſſeſſiones ſuas compulſos*] Leid. ſept. *expulſos*: quaſi cogitaſſet librarius illos è mari fuiſſe ejectos. Sed ex Diod. Sic. & Athenaeo, Leopardo citatis, abunde liquet, illos terra iter facientes, ad evitandam foediorem tempeſtatem divertiſſe in poſſeſſiones Gilliae. Quare *compulſos* convenientius arbitror. Deinde pauci cum Ed. Mog. *collocato*. Ultr. prim. *colloco*, & deinde *exiſtimem*. Leid. quint. *collocatae ex* &c. *arcae*.

43. *Agrigentina civitas*] In Atrebatenſi codice; *Agragantina* habetur; Antiquo & Graeco more. Reperimus enim argenteos nummos cum titulo hujus civitatis ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ. Et Plinius Agragantinum bitumen dixit lib. III. cap. 8. Item Virgilius Aeneidos III.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longe.

PIGH. Ita in initio habuit etiam Ultraj. prim. *Agragentinum Gilliam*, & hic *Agragentina civitas*.

FINIS LIBRI QUARTI.

VALERII MAXIMI FACTORUM DICTORUMQUE MEMORABILIUM

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

DE HUMANITATE ET CLEMENTIA.

1. *Senatus Romani.*
2. *L. Cornelii Scipionis Cos.*
3. *T. Quinctii Criſpini.*
4. *M. Claudii Marcelli procos.*
5. *Q. Metelli Macedonici procos.*
6. *P. Scipionis Aemiliani procos.*
7. *P. Africani majoris procos.*
8. *L. Aemilii Paulli Cos. 2.*
9. *Cn. Pompeji Magni procos.*
10. *C. Julii Caeſaris Cos. 2.*
11. *M. Antonii triumviri.*

EXTERNORUM.

1. *Alexandri Magni.*
2. *Piſiſtrati Athenienſis.*
3. *Pyrrhi Epirotarum regis.*
4. *Antigoni Macedoniae regis.*
5. *Campanorum.*
6. *Annibalis Poeni.*

[1] LIberalitati quas aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: [2] quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna praeſtatur. [3] Cumque neſcias quam maxime probes, ejus tamen commendatio praecurrere videtur, [4] cui nomen ex ipſo numine quaeſitum eſt.

[5] Ante

1. *Liberalitati quas aptiores*] Med. prim. ſec. Harl. unus Rem. *Liberalitatis.* Ultr. prim. *Liberalitate.* Tum Med. ſec. delet, *Quoniam idem genus laudis expetunt.* Ultr. prim. *Quia.* Klokkius legit, *Quoniam in idem genus laudis expetunt*, addens egregium verbum *Expetere.* Quo de Palmer. extremo ſpicilegii novi p. 144. a. b. Liv. L. 1. *Ut in eum omnes hujus belli clades expetant.* Reſtituo Senecae L. 1. de Benef. 10. *Non expetunt uno loco initia.* Sed fruſtra eſt. *Expetunt* enim hic nihil, niſi ſpectant, deſiderant, affectant, ſignificat.

2. *Quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna praeſtatur.* An legendum, *Quarum prima inopiae, proxima occupationi, tertia ancipiti fortunae praeſtatur?* Sed hic *τὸ occupationi* ſuſpectum. GUYET. Sic forte legendum etiam Perizonius conjecit. Sed non favent MSS. Poteſt ſubintelligi praepoſitio *in.* Vide ad L. 1. 5. Ext. 2. *Occupatione* Oliverius explicat *praeventione.* Aſcenſius, *praeventione, oppreſſione.* Sed vix ita abſolute *τὸ occupatio* hac ſignificatione poſitum invenias. Quid ni *occupatione* intelligamus, *in negotiis?* humanus enim eſt, qui eam charitatem in omni negotio alteri praeſtat, quam homo homini debet.

3. *Cum*

[5] Ante omnia autem humaniſſima & clementiſſima ſenatus acta referam. Qui, cum Carthaginienſium legati ad captivos redimendos in Urbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit [6] juvenes, numerum duum millium & ſeptingentorum quadraginta trium explentes. Verum [7] tantum hoſtium 1.

Ann. urb. 552. Livius XXX. ducentos nobiles ſine pretio redditos ſcribit.

3. *Cumque neſcias, quam maxime probes*] MSS. tres. *Cum neſcias.* Ultraj. prim. *Cumque neſciam, quam maxime probem.* ſec. cum Cop. & Leid. ſept. à manu prima *procurrere.*

4. *Cujus nomen ex ipſo numine quaeſitum eſt*] Quia Valerius in praefationibus ejus, de quo dicturus eſt, excellentiam commendare ſolet, itaque multis videtur, quod hoc loco humanitatem praeferre velit, & pro *numine* legendum *homine*, à quo *humanus*, & poſtremo *humanitas.* Haec ex Badio. Aliis Valerius locutus videtur de *liberalitate*, quod eam ceteris duabus praeferre voluerit: quia tribus praemiſſis improprie de duabus facta comparatione loqueretur. Neſcias quam maxime probes: dicendum enim de duabus erat. Neſcias utram probes. Sed eſt locus ubi Grammatici rixentur. GLAREAN. *Ex ipſo numine.* Inepta lectio. Lege *ex ipſo homine.* Nomen enim humanitatis eſt ab homine. Sic Terentius: *Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Et Graecis eſt φιλανθρωπία. COLER. *Cui nomen ex ipſo numine quaeſitum eſt.* Notaverat Pighius in margine, diverſam lectionem eſſe *ex ipſo homine.* Quam quidem Colerus & in textum recepit; alteram vero plane ineptam pronuntiavit. Credidit enim, Valerium ad vocabulum *humanitatis* alludere. Nobis altera lectio magis placet. Quam quidem omnes veteres typis expreſſi, amboque MSS. Brand. agnoſcunt. Ceterum virtus ea, cui ex ipſo numine nomen quaeſitum vult noſter, videtur eſſe Liberalitas: qua de libro jam ſuperiore egit, quaeque à Libero patre dicta videri poſſit. Agit hic Auctor non de duabus, ſed de tribus virtutibus. Quod apparet ex eo quod dicit, *Cumque neſcias, quam maxime probes.* Si enim de duabus ageret, diceret, *Cumque neſcias, utram maxime probes.* VORST. Etiam MSS. noſtri omnes, quos hic numero ſexdecim, *Numine*, exhibent. Solus Leid. ſec. ſuper ſecundam literam ſuperſcriptum habet, *o.* Animadvertendum etiam omnino eſt, quod auctor non prius agit de *Humanitate*, deinde de *Clementia*, quod ſi feciſſet, credi poſſet, eum ſic cauſſam reddere voluiſſe, cur prius loqueretur de *Humanitate*, jam vero, cum de utraque illa pariter & promiſcue agat, videtur indicare, cur praemiſerit ex illis tribus *Liberalitatem*, etſi inter ſe comites ſint, & idem genus laudis expetant. Per *Numen* vero *Liberum Patrem* intelligit etiam Omnibonus Leonicenus, Oliverius, Aſcenſius. Hic tamen addit. *Verum tamen aliis, quia in praefatione ejus, de quo dicturus eſt, commendare ſolet excellentiam: videtur, quod ſic humanitatem ceteris praelatam velit, & quod legendum ſit ab ipſo homine, quia ab homine humanus, unde humanitas.* Sic videmus unde natum ſit, quod pro varia lectione Pighius in margine notavit *homine.* Mihi potius videtur Valerius, qui varietate imprimis delectatur, hic morem ſuum mutaſſe, & repetita *Liberalitatis* mentione, factaque ejus cum *Humanitate* & *Clementia*, comparatione, cur primam praetulerit expoſuiſſe. Videtur etiam, quamvis minus ex vero, *Liberalitatem* à Libero Patre deducere, quia nomen cum eo commune habet, & forte eo magis, quod *Liberalibus* Bacchi Feſto *Toga libera*, ſeu pura, virilis, pueris dari ſolebat, de quo Ovid. L. III. Faſt. 771.

5. *Ante omnia autem humaniſſima*] Edd. Ven. Aldus, Gryph. R. Steph. Colin. *tamen.* quod reſpuunt MSS. Cop. voculam omittit. tres alii *inter*, quod ex *interim* ortum credi poſſet. Ceteri recte *autem.*

6. *Juvenes numerum duum millium & ſeptingentorum*] Recte haec Oliverius primi belli Punici tempore acta putat; Ego etiam puto pace facta. Nam de captivis ſecundi belli Punici nihil tale legitur. De obſidibus quidem mentio eſt ad finem ultimi libri tertiae Decados, ubi centum produntur. Atqui Carthaginienſibus centum redduntur, initio ſecundi libri Decados quartae, & reliqui retinentur. Ergo plures erant quam decimo libro tertiae Decados dicti ſunt. GLAREAN.

7. *Tantum hoſtium exercitum dimiſſum*] Deeſt una dictio, quae quidem eſt in Colonienſi, & Campenſi, ſic; *Verum tantum hoſtium, &c.* Sunt ejus veſtigia in Atrebatenſi; in quo perperam, *Expletiſſimos rerum*, pro, *explentes. Verum.* PIGH. *Verum tantum hoſtium. Verum* reſtituit Pighius ex codd. Colonienſi & Camp. Et apparet quoque in uno cod. Brandeb. In altero ſunt ejus modo veſtigia, quae & Pighius obſer-

hoſtium exercitum dimiſſum, tantam pecuniam contemptam, [8] tot Punicis injuriis veniam datam, ipſos legatos [9] obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: *O munificentiam gentis Romanae, deorum benignitati aequandam! O etiam noſtram legationem ſupra vota felicem!* [10] *nam quod beneficium nunquam dediſſemus, accepimus.* Illud quoque non parvum humanitatis ſenatus indicium eſt. Syphacem enim quondam opulentiſſimum Numidiae regem, captivum in cuſtodia [11] Tiburi mortuum, publico funere cenſuit efferendum, ut vitae dono honorem ſepulturae adjiceret. Conſimilique clementia [12] in Perſe uſus eſt. nam cum [13] Albae, in qua cuſtodiae cauſſa relegatus erat, [14] deceſſiſſet, quaeſtorem

Ann. urb. 552. Livius XXX.

Ann. urb. 586. Livius XLV. Plut. Paullo de morte regis.

obſervavit in Atrebatenſi, *expletiſſimos rerum* pro *explentes. Verum.* VORST. *Reddidit juvenes numerum* 2745. *expleptes. Verum tantum exercitum.* Neutiquam placet hic *τὸ verum*, & mihi vehementer friget. ut & *τὸ explentes.* Cum de numero tam exacte definito loquitur. Quin praefero MSti Copeſiani, Atrebatenſis, & unius Brandeburgici lectionem. *juvenes numero* (ſic enim Copeſianus) *expletiſſimos rerum. Tantum.* ut dicat eos nequaquam ſpoliatos fuiſſe, ſed rebus neceſſariis inſtructiſſimos, & licet ſane hic hyperbolen Valerio uſitatiſſimam ſtatuere. PERIZON. *Numero* invenio in MSS. quinque. Unus Barb. *Ad numerum.* *Expletiſſimos rerum* exhibent ſcripti octo. Ultr. prim. *expletiſſimis rerum.* Med. ſec. *ſplendidiſſimos rerum.* Leid. ſept. *al' locupletiſſimos rerum.* Periz. *explentes. verum.* & ſic alii, niſi quod Bit. prim. *verum* delet. *Expletiſſimos rerum* habet etiam Ed. Mog. quod bene à Perizonio vindicatum arbitror.

8. *Tot Punicis injuriis veniam datam*] Barb. prim. Med. ſec. *Et tot Punicis injuriis.*

9. *Obſtupuiſſe*] Liber. Dan. *Obſtipuiſſe.* COLER.

10. *Nam quod beneficium nunquam dediſſemus, accepimus*] MSS. quinque, *Nam quod beneficium nunquam petiſſemus.* quaſi referendum ſit ad vota. Plus enim dum accipiunt, quam petere auſi eſſent, ſentiunt legationem ſuam ſupra vota, id eſt, ſupra quam petere ſuſtinuiſſent felicem. Retineo tamen *dediſſemus.* ex quo, praeterquam quod ſatis bene intelligitur legationem ipſorum eſſe ſupra vota felicem, ita quoque humanitatem Romanorum, & Carthaginienſium avaritiam & inhumanitatem, cujus ipſi ſibi erant conſcii, clariſſime licet perſpicere.

11. *Tiburi mortuum*] Moerore mortuum eſſe ſcribit Appianus lib. I. Verum Polybius & Zonaras Albae deceſſiſſe adfirmant. quibus non invitus adſentio. Eo enim cuſtodiae cauſſa mittebantur illuſtriores. Eodem ablegatus Betultus Arvernorum Rex teſte Valerio lib. IX. cap. 6. COLER. *Tiburi mortuum.* Et quidem moerore, ut Appianus lib. I. ſcribit. Polybius Albae deceſſiſſe ait. Quod Colero & veriſimilius videtur; quia illuſtriores cuſtodiae cauſſa eo miſſi fuerint; & inter alios Bituitus, Arvernorum rex: de quo noſter IX, 6, 3. Ceterum Syphax, antequam moreretur, in triumpho ductus fuerat à Scipione. VORST. Leid. prim. & quart. *In cuſtodia Tiburti.* ut ſit adjectivum. Med. prim. *Tibure.* Sed retinent ceteri *Tiburi.* Illic vero ipſum mortuum fuiſſe tradit Livius Lib. XXX. 45. Qui locus omnem Coleri dubitationem diſcutit. Ita enim ille. *Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae, Syphax eſt, Tibure haud ita multo ante mortuus; quo ab Alba traductus fuerat. Conſpecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere elatus eſt. Hunc regem in triumpho ductum Polybius, haud quaquam ſpernendus auctor tradit.* Nempe Albam eum in cuſtodiam Senatus decreto miſſum dixerat Cap. 17. Praeterea Polybius non addit, ubi deceſſerit. L. XVI. 12. Καὶ γὰρ ὁ Σύφαξ ὁ τῶν Μασαισύλων βασιλεὺς ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε. Porro, quod Colerus videtur exiſtimaſſe, Illuſtriores tantum Albam in cuſtodiam miſſos fuiſſe, in eo vehementer fallitur, quum & in alia miſſi ſint municipia. Quid? nonne principes Campanorum, *per ſociorum Latini nominis urbes in cuſtodias dati ſunt*? Liv. L. XXVI. 16. & ſimiliter, ut ſocii Catilinae *ut per municipia in liberas cuſtodias dividerentur* cenſuit Caeſar, apud Sall. in Bel. Cat. Ut temerarium ſit ſtatuere, hoc uni alicui urbi per excellentiam proprium fuiſſe.

12. *In-*

rem miſit qui eum publico funere efferret: ne [15] reliquias regias jacere inhonoratas pateretur.

[16] Hoſtibus haec, & miſeris, [17] & fato functis officia regibus erogata: illa amicis, & felicibus, & vivis tributa ſunt. Confecto Macedonico bello, [18] Muſicanes Maſiniſſae filius, cum equitibus, quos in praeſidium Romanorum Ann. urb. 585. Livius XLV. adduxerat, ab imperatore Paullo ad patrem remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa Brunduſium aeger delatus eſt. Quod ubi ſenatus cognovit, continuo illo quaeſtorem ire juſſit; cujus cura & hoſpitium adoleſcenti expediretur, & [19] omnia, quae ad valetudinem opus eſſent, praeberentur: impenſaeque liberaliter cum ipſi, tum toti comitatui praeſtarentur. Naves etiam ut proſpicerentur, [20] qui-

12. *In Perſe uſus eſt*] MSS. tredecim *in Perſa uſus eſt*. De quo ſupra L. I. 5. 3. hoc cap. Ex. 8. MSS. tamen *Perſen* retinent, praeter Cop. *Perſam*. Med. ſec. *Perſeum*. ut hoc loco *Perſea*.

13. *Albae in qua cuſtodiae cauſſa relegatus erat*] Quid ſi legatur *in quam*; ut eſt in vetere editione Martini Herbip, Sed obſervata jam ſunt ſupra exempla ſexti caſus pro quarto poſiti. VORST. MSS. quinque *In quam*, cum Mog. Ed. quae cum Ultraj. ſec. exhibet *religatus*, Periz. *Legatus*, quod edidit Gryphius. *Religatus* ipſum cuſtodiae cauſſa in vinculis habitum ſignificat. Quod tamen neceſſe non eſt ita emendare. Licet enim fuiſſet *religatus*, tamen non opus eſt, ut Auctor hic humanitatem ſenatus praedicans graviore utatur verbo, quo durius cum eo actum intelligamus. Interim iſta lectio cauſſam potuit praebuiſſe, cur legeretur *In qua*. In vinculis autem Albae habitum eum non fuiſſe, hinc colligas, quod Senatus etiam *Comites, pecuniam, argentum, inſtrumentum quod haberet* decrevit apud Liv. L. XLV. 42.

14. *Deceſſiſſet*] Certior fama eſt inedia mortuum. Plutarchus ait illud etiam vulgatum fuiſſe, à militibus cuſtodibus inſomnia necatum. Quod & Salluſtius ſcripſit in Hiſt. orat. Mithridatis: *Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi repertores perfidiae, quia pacto vitam dederant, inſomnia occidere.* COLER.

15. *Reliquias regias inhonoratas*] Cop. *inornatas*. Leid. prim. *inhumatas*.

16. *Hoſtibus illa & miſeris &c. haec amicis*] Sic Pighius dederat, & deinceps ſecuti, contra vetuſtiorum Edit. & ſcriptorum codicum fidem; qui, quod jam expreſſum vides, exhibent. Quod vindicavimus ſupra L. I. 8. 3. Ext. ubi oſtendimus *hic* referri a noſtro ad praecedentia, *ille* ad ea, de quibus jam acturus eſt.

17. *Et fato functus officia regibus*] Poſtrema vox mihi ſuſpecta eſt. PERIZON. MSS. Harl. Bit. prim. Leid. quart. *licet regibus*. quaſi ortum eſſet e gloſſa *ſcilicet regibus*. Etiam ea, quae ſequuntur *Regibus* tributa ſunt. quod magis ſuſpectam eam vocem illic reddit.

18. *Muſicanes*] Liber Dan. *Muſophanes*. In edit. Venet. *Muſocanes*. COLER. *Muſicanes Maſiniſſae filius*. Varie ſcribitur id nomen. In codd. Brand. eſt *Muſachanes*. In libro P. Dan. ut Colerus teſtatur, *Muſophanes*. Sed altera ſcriptio melior. A qua leviter diſcrepat, quae in lib. XLV. 14. Livii apparet, *Miſagenes*. Nam C. & G. literae ſunt ejuſdem inſtrumenti. VORST. *Muſachanes* eſt etiam in Leid. ſext. & Ultr. utroque. in ſeptem aliis *Muſacanes*. in Leid. ſept. *Muſactianes*. in Med. ſec. Leid. quart. quint. *Muſophanes*. Periz. *Muſophones*. Ed. Mog. *Muſachanes*. *Miſagenis* filii Maſiniſſae meminit Liv. L. XLII. 29. 62. & loco à Vorſtio citato. Ubi alium etiam filium Maſiniſſae, cui praecipuus honor a ſenatu habitus ſit, cum gratulatum Romanis victoriam de Perſeo veniſſet, *Maſgabam* appellat.

19. *Omnia, quae ad valetudinem opus eſſent praeberentur*] MS. tres. *opus eſſet praeberet*. Quatuor, *eſſent praeberent*. Deinde plerique, *Tum ipſi, tum toti comitatui.*

20. *Quibus ipſe bene ac tuto cum ſuis in Africam trajiceretur*] In veterib. libris; *Quibus ſe bene ac tuto cum ſuis in Africam trajiceret*. Sic. D. Brutus ad Ciceronem Familiar. II. lib. *Si ſe Alpes Antonius trajecerit.* PIGH. *Quibus ſe bene*

 ac.

[20] quibus ſe bene ac tuto cum ſuis in Africam trajiceret. [21] Equitibus [22] ſingulas libras argenti, & quingenos ſeſtertios dari imperavit. [23] Quae tam prom-
Ann. urb. 586. Livius XLV. pta & tam exquiſita patrum conſcriptorum humanitas efficere potuit, ut etiam ſi expiraſſet adoleſcens, aequiore animo deſiderium ejus pater toleraret. Idem ſenatus, [24] cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniae regem Perſe devicto venire audiſſet, obviam illi [25] P. Cornelium Scipionem quaeſtorem Capuam miſit: [26] cenſuitque ut domus ei Romae quam optima conduceretur, & [27] copiae non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus ejus publice praeberentur. In eoque excipiendo tota urbs unius humani amici vultum habuit. [28] Itaque qui
Ann. urb. 590. Livius XLVI. amantiſſimus noſtri venerat, [29] duplicata erga nos benevolentia in regnum ſuum reverſus eſt. Nec Aegyptus quidem Romanae humanitatis expers fuit. [30] Rex enim Ptolemaeus à majore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilii gratia

ac tuto cum ſuis in Africam trajiceret. Ita Pighius ex codd. MSS. cum Aldus edidiſſet *Quibus ipſe bene ac tuto cum ſuis in Af. trajiceretur.* Et congruit cum emendatione Pighii uterque cod. Brand. vetereſque typis expreſſi Chalcocondylae & Martini Herbip. Brutus in ep. ad Cic. *Si ſe Alpes Antonius trajecerit.* VORST. Emendationi Pighianae favent MSS. omnes & Ed. Mog. Cic. L. II. Ep. ad Fam. 13. *Tamen, ſi quo etiam caſu Iſaram ſe trajecerint.*

21. *Equitibus ſingulas libras argenti*] Omnino immittenda videtur copula, & legendum, *Et equitibus.* quae poteſt abſorpta videri propter praecedentem vocem. *argenti* autem cum dicit, intelligendum eſt *facti in vaſis* Liv. L. XLIII. 5. L. XLV. 44. PERIZON. MSS. aliquot *quingentos.* quinque *quinquagenos.*

22. *Singulas libras argenti & quingentos H. S*] Legendum *& quinquagenos*, non *quingenos.* Quingenti enim ſeſtertii ſuperant libram argenti quarta parte, cum quadringenti ſeſtertii libram contineant. Non eſt autem conſuetum ut numerus major ſequatur minorem, ſed contra minor majorem. Ergo ſingulis equitibus dati ſunt undecim coronati & quadrans coronati. Talia à nemine notantur. GLAREAN. vide J. Fr. Gronovium de Pecunia vetere L. I. 4.

23. *Quae tam prompta & exquiſita*] Per imprudentiam, an conſulto factum ſit, ut ita ederet Pighius, & ceteri, neſcio. Equidem revocavi quod erat in Vetuſtioribus, & MSS. ſi unum & alterum excipias, omnibus, *Tam prompta, & tam exquiſita patrum conſcriptorum humanitas.* Vorſtius male *acquiſita* dedit.

24. *Cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniae regem Perſe devicto venire audiret*] Harl. Barb. prim. Leid. ſec. ſext. Cop. *per ſe venire audiſſet.* omiſſo *devicto.* Ultr. ſec. Med. ſec. unus Rem. Ed. Mog. *ad ſe venire audiſſet.* & ſic Leid. ſept. qui *Perſe devicto* adſcriptum habet in margine alia manu. Quod tamen videtur eſſe ab auctore profectum. Revera enim Pruſias veniebat ut Romanis victoriam de Perſe gratularetur. Quid, ſi ſcripſerit Valerius, ut eſt in Bit. primo. *Perſe devicto ad ſe venire audiſſet.* & forte, cum *ad ſe* omiſſum offenderent librarii in priore parte hujus membri addiderunt *ſibi.* Quod non eſt in Med. ſec. certe *per ſe* & *ad ſe*, cum alterum alterius gloſſa videretur, librariis videtur corruptioni anſam praebuiſſe. Magis tamen inclinat animus ut credam *ad ſe* natum eſſe ex diviſo *per ſe*, & hinc omiſſum eſſe *devicto.*

25. *P. Cornelium Scipionem Quaeſtorem*] Liv. L. XLV. 44. L. Cornelium Scipionem vocat. PERIZON.

26. *Cenſuitque ut domus ei Romae quam optima conduceretur, & copiae*] Alii id dicunt *locum & lautia praebere.* Vide Livium XXVIII. 29. XXXIII. 9. XLV. 20. VORST.

27. *Copiae non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus*] Rem. unus. *copiae ipſi & comitibus.* Leid. prim. *Copia*, & deinde *praeberetur.*

28. *Itaque amantiſſimus*] MS. *Itaque qui amantiſſimus.* Quod clarius eſt & melius. PERI-

tia cum paucis admodum ſervis, ſqualore obſitus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitium Alexandrini pictoris contulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt, arceſſito juvene, quam potuit accurata excuſatione uſus eſt, *quod nec* 31 *quaeſtorem illi more majorum obviam miſiſſet, nec publico eum hoſpitio excepiſſet: eaque non ſua negligentia, ſed ipſius ſubito & clandeſtino adventu facta* dixit: 32 Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit, hortatuſque eſt, *ut depoſitis ſordibus* 33 *adeundi ipſius diem peteret.* Quinetiam curae habuit, ut munera ei quotidie per quaeſtorem darentur. His gradibus officiorum 34 jacentem ad regium faſtigium erexit: effecitque ut plus ſpei in auxilio populi Rom. quam metus in ſua fortuna reponeret.

Atque ut ab univerſis patribus conſcriptis ad ſingulos veniam, 35 L. Cornelius conſul primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepiſſet, 36 pro quo fortiſſime dimicans 37 Anno dux Carthaginienſium occiderat, corpus ejus è taber- 2. Ann. urb. 494. Silius Ital. VI.

RIZON. Idem inveni in MSS. duodecim & Ed. Mog. Ex. 5. *Itaque Syracuſana civitas in maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti.*

29. *Duplicata erga nos*] Duo poſtrema verba mihi valde ſunt ſuſpecta. COLER. Nituntur tamen auctoritate omnium codicum, tam ſcriptorum, quam impreſſorum.

30. *Rex enim Ptolemaeus*] De Ptolemaeo Philometore VI. poſt primum Ptolemaeum, Aegypti Rege haec intelligenda ſunt, qui Olympiade 150. anno ejuſdem ſecundo regnare coepit. Frater ejus minor natu Euergetes, eo nomine ſecundus, majorem natu fratrem regno ejicere tentavit. Sed per Romanos factum eſt, ut major natu frater Aegyptum teneret, minor natu Cyrenis imperium. Haec prima de eo regno contentio. Nam antea a primi Ptolemaei tempore perpetuo filius a patre regnum acceperat. ceterum hic ſcelere hujus Euergetis immutatum. Nam Philometore mortuo, Euergetes caeſo fratris filio ipſe ambo tenuit regna omnium mortalium nequiſſimus. ut obiter Juſtinus Lib. XXXVIII. & L. XXXIX. & Flor. Lib. XLVI. & XLVII. Neuter tamen de Philometoris Romam diſceſſu quicquam commemorat. GLAREAN. *Rex enim Ptolemaeus.* MSS. Novem cum Ed. Mog. *Rex ejus Ptolomaeus.* deinde Leid. prim. *Qua potuit accurata oratione.* Cop. & Med. ſec. *de more.*

31. *Quaeſtorem illi*] Ita paulo ante de Cornelio Scipione Quaeſtore. Idem Quaeſtor munera nomine Senatus offerre ſolebat. Haec in ſocios & amicos pop. Rom. Quid ſi ignotus Princeps vel Legatus adventaret? Exploratores mittebantur, Quid veniſſent? Dein per minorem magiſtratum, cauſſa cognita, vel admittebantur in urbem vel dimittebantur. Conſule Servium ad illud Virgilii:

— *ille intra tecta vocari Imperat.* COLER.

32. *Et illum e curia protinus ad publicos penates deduxit*] Sic bene Pighius, & habent MSS. noſtri. Edd. praeter Mog. exhibebant *& illum e curia ſubito ad publicos penates deduxit.*

33. *Adeundi ipſius diem peteret*] Leid. prim. delet *ipſius.* pro quo Bit. prim. habet *ad ſe.* quod in Leid. quint. expungitur ac ſuperſcribitur *ipſius.*

34. *Jacentem ad regium faſtigium erexit*] Venetae, Aldi, Aſcenſii & ceterorum Edd. *evexit.* Sed *erexit* cum Pighio Mog. Mediol. & MSS. tuentur. in Periz. deleto *erexit* ſuperſcriptum eſt *Evehexit*, alia manu. *Evexit* ut optime convenit cum τῷ *faſtigium*, ita *erexit* bene referri poteſt ad *jacentem.* Quod certe retinendum MSS. auctoritate firmatum.

35. *L. Cornelius conſul*] Harl. *Cornelius Scipio conſul.* fuit *L. Cornelius Scipio.* Flor. L. II. I. 15.

36. *Pro quo fortiſſime pugnans*] In manuſcriptis *dimicans.* PIGH. *Pro quo fortiſſime dimicans.* Ita codices quoque Brand. Aldus, *fortiſſ. pugnans.* Fuit autem Olbia oppidum, pro quo Anno dimicavit, in Sardinia. VORST. *Dimicans* etiam eſt in multo maxima parte noſtrorum MSS. & Mog. pro *Olbiam.* Leid. prim. &

tabernaculo ſuo amplo funere extulit: nec dubitavit hoſtis exequias ipſe celebrare: [38] eam demum victoriam & apud deos & apud homines minimum invidiae habituram credens, quae plurimum humanitatis habuiſſet.

3. [39] Quid de Quinctio Criſpino loquar, [40] cujus manſuetudinem potentiſſimi affectus ira atque gloria quatere non potuerunt? [41] Badium Campanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuae exceperat, & adverſa valetudine correptum attentiſſima cura recreaverat. A quo poſt illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam provocatus, [42] cum & viribus corporis, & [43] animi virtute aliquanto eſſet ſuperior, monere ingratum, quam vincere maluit. [44] Nam, *Quid agis*, inquit, *demens? aut quo te prava cupiditas tranſverſum rapit? parum habes* [45] *publica impietate furere, niſi etiam privata lapſus*

Ann. urb. 541. Livius xxv. 18.

& Bit. *Albiam.* ſec. *Obnia.* quart. *Olmam.*

37. *Anno dux Carthaginienſium*] *Anno* omittit Periz. Leid. prim. *Hanno.* ſept. cum Med. prim. *Hano.* Ed. Mog. *Aimo.*

38. *Tum demum victoriam minimum invidiae habituram credens, cum plurimum &c*] MS. *Eam demum* &c. *Quae plurimum.* Quod longe praefero. PERIZON. Ita quoque decem MSS. noſtri, & pleraeque ante Pighium editiones. Sed Mog. *Tum demum, quum plurimum.* Leid. quint. *Eam demum, cum plurimum.* ſext. *eam demum, quamplurimum.* Ult. prim. *cum demum.* ſec. *tum demum*, uterque *cum plurimum.* Quare recte MS. Copeſiani lectionem praetulit Perizonius. Niſi quis forte malit, *Eam demum, quae quam plurimum.* Quod tamen neceſſe non eſt.

39. *Quid de Q. Criſpino loquar, cujus humanitatem*] Legendum ut in veteribus libris, *Quid de Quinctio Criſpino loquar, cujus manſuetudinem, &c.* PIGH. Harl. Leid. prim. *Quinto.* quod vulgatas praeter Mog. & Aſcenſ. ante Pighium obſederat Editiones.

40. *Cujus manſuetudinem*] Ita rurſus uterque codd. Brand. & typis expreſſus Mart. Herbip. Aldus, *cujus humanitatem.* Sed alteram lectionem in codd. MSS. & Pighius obſervavit, ex eiſdemque & reſtituit. VORST. Et noſtri confirmant MSS. cum Ed. Mog. & Mediol.

41. *Badium Campanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuae exceperat*] Bit. prim. *Bladium.* Leid. quart. *Vadium.* ſext. *Bradium.* Harl. *Et hoſpitem.* Leid. ſept. al' *domui ſuae ſuſceperat.*

42. *Cum & viribus corporis & animi virtute aliquanto eſſet ſuperior*] Puto vocem excidiſſe, ſcribendumque, *viribus corporis par, & animi*, &c. Nam animo ſaltem excelluiſſe Romanum vult, cum cetera pares eſſent. LIPS. *Cum & viribus corporis.* Lipſius excidiſſe putat. *par*, legendumque *viribus corporis par.* VORST. Fruſtra hoc putat Lipſius. Cauſa enim nulla eſt cur ſtatuamus ipſum *viribus corporis parem* duntaxat Badio fuiſſe. cum faciat ad augendam ejus laudem, quod, quum pariter & viribus corporis & virtute animi ipſo ſuperior eſſet, atque adeo nullam certamen detrectandi cauſam haberet, niſi quam animi manſuetudo ipſi ſubjiciebat, cum facilis ipſi futura victoria videretur, dum utraque illa re antecelleret, tamen cum eo ſingulari certamine congredi provocatus noluerit.

43. *Animi virtute*]. Sic recte emendavit Pighius, conſentientibus MSS. omnibus. & Mog. Antea edebatur, *Virtutibus.*

44. *Nam, quid agis, inquit, demens*] Ita edidit haec Vorſtius, quaſi τὸ *Nam*, ad orationem Quinctii non pertineret, & particula eſſet tranſitioni inſerviens, ut ſit *maluit admonere, nam inquit.* Poteſt tamen & accipi pro *Quidnam agis.* ut apud Virg. L. IV. Georg. 445.

Nam quis te, Juvenum confidentiſſime, noſtras Juſſit ad ire domos? quidve hinc petis.

ubi vide Servium.

45. *Publica impietate furere*] Quod una cum ceteris Campanis defecerat à Romanis. VORST. *Parum habes publica impietate furere, niſi etiam privata lapſus fueris.* Harl. *Privata lapſus fureris?* unde cogitare quis poſſit, ab auctore fuiſſe

pſus fueris? unus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, [46] *in quo ſceleſte exerceas arma, cujus penatibus & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuam debes? At me foedus amicitiae,* [47] *diique hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant. Quin etiam ſi in concurſu exercituum fortuito umbonis mei impulſu proſtratum agnoviſſem, applicatum jam cervicibus tuis mucronem revocaſſem.* [48] *Tuum ergo crimen ſit hoſpitem occidere voluiſſe: meum non eris hoſpes occiſus.* [49] *Proinde aliam, qua occidas, dexteram quaere: quoniam mea te ſervare didicit.* Dedit utrique coeleſte numen debitum exitum. ſiquidem in eo proelio Badius obtruncatus eſt: Quictius inſigni pugna clarus evaſit.

Age,

ſe *fureris*, vel *furis*. Sed *fueris* melius reſpondet τῷ *lapſus*.

46. *In quo ſceleſta exerceas arma*] Melius *ſceleſte*. ſicut in Campenſi, Wincheliano, Colonienſi, & Atrebatenſi. PIGH. *In quo ſceleſte exerceas arma.* Aldus, *ſceleſta exerc. arma.* Sed Pighius ex aliquot codd. mavult legere *ſceleſte*. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. VORST. Habent *ſceleſte* quoque Ed. Mog. & MSS. noſtri praeter Med. ſec. Barb. prim. & Leid. ſept. a manu ſecunda. & Copeſ. *Sceleſta* placebat Perizonio, quae ſic recte dici putabat, qui a iis tantum ad publicam impietatem utebatur & privatam, & uti volebat.

47. *Dii hoſpitales ſancta noſtro ſanguini pignora*] Jus hoſpitii, Diique hoſpitales ſanctiſſime culti, non apud Romanos tantum, ſed & apud alias gentes. Vide & Notas ad III. I. 3. VORST. *Veſtris pectoribus.* Med. ſec. *Veſtris autem pectoribus.* Harl. *Veſtris autem penatibus.* Deinde Copeſ. *Applicatum jam a cervicibus tuis mucronem revocaſſem.*

48. *Tuum ergo crimen erit hoſpitem occidere voluiſſe, meum non erit hoſpes occiſus*] MSS. omnes cum omnibus ante Pighium impreſſis. *Tuum ergo crimen ſit.* Quod mutari non debuerat. Deinde MSS. quinque cum Vulgatis Edd. praeter Mog. *Meum non eris hoſpes occiſus.* Quod profecto elegantius judicabat Perizonius addens haec loca. Liv. L. XLV. 42. *Obſides datos crimen non criminis defenſionem eſſe.* Ovid. L. IV. Triſt. 4.

Quo vereare minus ne ſim tibi crimen amicus.

id eſt quod ego ſum tibi amicus. Ubi male Heinſius, *Ne ſim tibi crimen amico.* Epiſt. Sapphus 182.

Ne ſim Leucadiae mortua crimen aquae.

Cui omnino adſentior: ſic & foetus ex nefando amore conceptus *crimen* dicitur apud eumdem. Ep. Phaedrae v. 57.

Paſiphaë mater decepto ſubdita tauro
Enixa eſt utero crimen onuſque ſuo.

atque iterum Ep. Canaces v. 64.

Et poſitum eſt uteri crimen onuſque mei

49. *Proinde in eo proelio Badius obtruncatus eſt*] Quo proelio? non certe ſingulari illo occubuit. Itaque voculam, *eo*, delendam cenſeo. Poſtea ſcilicet pugna aliqua ceciderit. LIPS. *In eo proelio.* Poteſt in eo proelio occubuiſſe, licet non in ſingulari illo. Itaque non video, cur tollat voculam *eo* Lipſius, quam in omnibus vetuſtis libris reperi. COLER. *Siquidem in eo proelio Badius obtruncatus eſt.* Non ſingulari illo Criſpini & Badii (ſcribit enim Livius l. XXV. Badium equo dejectum incolumem ad ſuos perveniſſe) ſed univerſo paulo poſt commiſſo. VORST. *In eo proelio.* ejicit Lipſ. τὸ *eo* quaerens, *quo proelio*? cum in ſingulari illo non ſit occiſus, nec de alio proelio videatur illic loqui Valerius. Retinent Colerus & Vorſtius; ſed Lipſianae Quaeſtioni non ſatisfaciunt. Dico igitur Valerium ita ſcribere, quia acie jam ordinata, & exercitibus jam jam congreſſuris, vel jam congreſſis, haec contigerint, ait enim *Quintium a Badio in acie ad pugnam provocatum, & ſi in concurſu exercitum fortuito umbonis impulſu proſtratum agnoviſſet.* PERIZON. τὸ *eo* retinent etiam MSS. noſtri omnes. hic dicit *proelium*

4. Ann. urb. 541. Livius xxv. Plutarch.

Age, M. Marcelli clementia, [50] quam clarum, quamque memorabile exemplum haberi debet! qui captis a ſe Syracuſis in arce earum conſtitit, ut urbis modo opulentiſſimae, tunc afflictae, fortunam ex alto cerneret. Ceterum caſum ejus lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit. Quem [51] ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe credidiſſet. Itaque Syracuſana civitas [52] maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia [53] ſi tibi incolumem ſtare fas non erat, [54] leniter ſub tam manſueto victore cecidiſti.

5. Ann. urb. 611. Florus II. 17. Verſobrigas vocat.

Q. vero Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens bellum, cum urbem [55] Centobricam obſideret, & jam admota machina, partem muri, quae ſola convelli poterat, disjecturus videretur, humanitatem propinquae victoriae praetulit.

lium quod ſupra *aciem*: ut L. I. 6. 6. *In ea namque acie quindecim millia Romanorum caeſa*. L. IV. 5. 2. *Effecitque ut acies deorum irae &c.* L. I. 7. I. *Lectica ſe in aciem deferri juſſit.* L. III. 2. 4. *Cum Magiſter Equitum ducem Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet.*

50. *Quam clarum quamque memorabile exemplum*] Med. ſec. *Quam praeclarum, quamque.* Leid. prim. *Exempli.* Mox Copeſ. pro *debet*, *poteſt*. Recte *exemplum*. Ex. 10. *Quam praeclarum tributae humanitatis ſpecimen Cn. Pompejus, quam miſerabile deſideratae idem evaſit exemplum.*

51. *Siquis ignarus vir aſpexiſſet*] Lege, *viri*. LIPS. *Quem ſiquis ignarus vir aſpexiſſet.* Judicat Lipſius, legendum eſſe *ignarus viri*; Marcelli puta. At Freinshem. in Comment. ad Curtii V, 13, 31. legendum putat *veri*. Idem ibidem & alia exempla congeſſit, quod victis hoſtibus quidam illacrymarint. VORST. Solus Ultraj. prim. *vir* omittit; ceteri vulgatum ſervant. Mihi concinnior & probabilior videtur Lipſii conjectura, quam Freinshemii, ut nihil tamen contra MStos mutandum cenſeam. *Ignarus vir* eſt, qui Marcellum ignorabat.

52. *In maxima clade tua admiſtum aliquid gratulationis habuiſti*] Sic dederat Pighius. Ego expunxi praepoſitionem *in* ab illo additam contra MSS. meos certe omnes & Editos. Perizonius adſcripſit ſic initio capitis. *Inopia* pro *in inopia*.

53. *Si tibi incolumem ſtare fas non erat*] Nonne legendum *incolumi*. Sic V. 4. Ext. 2. *Etſi maximo tibi poſtea & civi & duci evadere contigit.* PERIZON. Sed poſtea fortaſſe vir Clar. mutavit ſententiam, adſcripſit enim margini libri ſui. Sic Ter. Phorm. V. 2. I. *Noſtrapte culpa facimus, ut expediat eſſe malas.* Heaut. *Expedit vobis eſſe bonas.* Equidem *incolumi* invenio in pleriſque vulgatis, excepta Mog. in ſcriptis *incolumem*, ut hoc omnino retinendum ſit.

54. *Leniter ſub tanto victore cecidiſti*] MSS. octo cum Edd. omnibus *leviter ſub tanto victore cecidiſti*. Quod cur ſit poſtponendum τῷ *leniter*, quod alii praeferunt MSti, & ex iis Pighius, non video.

55. *Centobricam*] Florus Verſobrigas vocat lib. II. cap. 17. Plinius Vertobrigam Eadem civitas Concordia quoque Julia dicta fuit, teſte Plinio lib. III. cap. I. *Seria quae dicitur Fama Julia; Vertobriga, Concordia Julia.* Hodieque nobiliſſima illa Cypri Famaguſta barbare pro Fama Auguſta dicitur. COLER. *Urbem Centobricam.* Nomen hoc urbis in codd. quoque Brand. ita legitur. Alii Auctores aliter appellant. Et Plinius quidem III, I. *Vertobrigam* vocat. Apud Florum II, 17. varia lectio eſt. Alii enim codd. habent *Nertobrigis*; alii *Herſobrigis*, ut Gruterus notavit. Appianus *Nergobrigas* appellat. Diverſitas, ut apparet, praecipue in parte nominis priore eſt. VORST. *Centobricam* habent MSS. omnes, ſi quartum Leid. excipias, in quo legitur *Celtibricam*, & paulo poſt, *Celtibricenſis.* Cellarius L. II. Geog. Ant. 2. putat legendum eſſe *Contrebiam*, quia Vellejus & Florus eamdem hiſtoriam *Contrebiae* tribuunt. Sed hic error eſt manifeſtus. Quippe Flor. L. II. 17. dicit *Metellum Contrebiam mirabili cepiſſe exemplo.* Quod exemplum quale fuerit diſcimus ex Vell. L. II. 5. Nempe quod *Metellus pulſas praecipiti loco quinque legionarias cohortes, eodem protinus ſubire juſſit. Facientibuſque omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem:*

tulit. Nam cum [56] Rethogenis filios, qui ad eum tranſierat, Centobricenſes machinae ictibus objeciſſent, ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerentur, (quanquam ipſe Rethogenes negabat *eſſe impedimento, quo minus etiam* [57] *per exitum ſanguinis ſui expugnationem perageret*) ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, etſi non unius civitatis moenia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit: effecitque ut ad redigendas eas in ditionem populi Rom. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

[58] Africani quoque poſterioris humanitas [59] ſpecioſe lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliae civitates literas miſit, ut ornamenta templorum ſuorum a Poenis rapta per legatos recuperarent, inque priſtinis ſedibus reponenda curarent. Beneficium diis pariter atque hominibus acceptum. 6. Ann. urb. 607. Cic. Verr. vi.

[60] Huic facto par ejuſdem avi humanitas. A quaeſtore ſuo haſtae ſubjectos capti- 7. Ann. urb. 544. Livius XXVII. 19.

tem eundum foret, non deterritus propoſito, perſeverantia ducis, quem moriturum miſerat, militem victorem recepit. In quo ſane nihil eſt, quod cum narratione Valerii ulla ex parte conveniat, imo quod non omnino ab ea abhorreat. Quum *Contrebiam* ceperit Metellus, ab hujus autem urbis obſidione diſceſſerit.

56. *Rethogenis filios*] Ultraj. prim. *Retogeri.* Leid. & Bit. primi. *Theogenis.* Leid. quint. *Retogenis* ſext. *Rectogenis.*

57. *Per exitum ſanguinis ſui*] Ita ſane & codices Brand. Neque aliter in editionibus Aldi & Mart. Herbip. legitur. Theophilus tamen Chalcocondyles ex cod. Parrhaſii edidit *per exitium ſang. ſui.* Et video audacter ita ſcripſiſſe & Thyſium. Ceterum *exitus* pro exceſſu & morte & ſupra I, 6, 10. in codd. quidem MSS. ut jam monitum eſt, itemque infra V, 4, ext. 3. apparet. Et Vellejus quoque Paterc. lib. II. non aliter uſurpat, quod de Varrone ſcribit: *Moriturus vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus eſt.* Graeci ſimiliter mortem ἔξοδον dicunt Vide varia id genus annotata à nobis Diſſertationum ſacrarum libro III. & hujus pag. 93. VORST. *Exitium* habet ſolus Leid. prim. & ſic forte legendum conjecerat etiam Pighius. *Exitum* pro morte poni oſtendi ſupra ad L. I: 6. 10. Neſcio tamen quomodo hic *exitium* magis placet.

58. *Africani quoque poſterioris*] Duo hic Africani poſterioris exempla produnt, cum poſterius non ſit poſterioris Africani, ſed prioris, ut ſatis liquet ex Lib. VII. tertiae Decados apud Livium. Cum enim ingenti pugna Haſdrubalem, Hannibalis fratrem, ſuperior Scipio in Hiſpania viciſſet, ita ut Hiſpania jam pelleretur Haſdrubal, Maſiniſſa adhuc hoſtis erat. At hoc ſtratagemate Scipio Maſiniſſam fecit Romanarum partium. Exemplum autem prius longe poſt, nempe tertio Punico bello, à poſteriore Scipione factum eſt. Valerius non recte uni tribuit: ſed eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα. GLAREAN.

59. *Specioſe lateque patuit*] Lego *ſpecioſa*, ſcil. fuit. Prop. L. III. 14.

Nox media, & dominae mihi venit epiſtolae noſtrae.

PERIZON. Poſſit tamen, ſi minus convenire videatur *ſpecioſe patet*, ad praegnantem ſignificationem referri, ut verbum poſteriori adverbio potiſſimum reſpondeat, cum in priori commodum aliud verbum debeat ſubintelligi. De quo vidimus jam ſupra. In Copeſ. tertia litera in *ſpecioſe* erat expuncta. Med. prim. *ſpacioſe al' ſpecioſe. Spacioſe* etiam Ultraj. ſec.

60. *Huic facto par ejuſdem viri humanitas*] Hoc quidem loco duorum Scipionum acta perperam uni Aemiliano adcribuntur, nam exemplum hoc poſterius Livio teſte non ad Aemilianum, ſed avum ejus ſuperiorem Africanum, qui eo humanitatis edito exemplo Maſſaniſſam, tum adhuc hoſtem, Romanis primum conciliavit. Atqui hunc tam pudendum errorem, non imperitiae vel negligentiae auctoris adſcribo, qui immerito ſaepe vapulat à doctis, ſed eorum temeritati atque ignorantiae, quibus hoc tam concinnum opus deſtruere, atque in epitomen con-

captivos vendente [61] puer eximiae formae & liberalis habitus miſſus eſt. De quo cum exploraſſet, Numidam eſſe orbum relictum a patre, educatum apud avunculum Maſiniſſam, eo ignorante immaturam adverſus Romanos ingreſſum militiam; & errori illius veniam dandam, & [62] amicitiae regis fidiſſimi populo Rom. debitam venerationem tribuendam exiſtimavit. Itaque puerum annulo, fibulaque aurea, & [63] tunica laticlavia, Hiſpanoque ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, [64] ad Maſiniſſam remiſit.

[65] Eos

contrahere viſum fuit, ſicut & antea conqueſtus ſum. Conſtat autem conſuta haec exempla eſſe vel hoc indicio, quod in Campenſi legatur, *Huic facto par ejuſdem avi humanitas.* Veriſſime. nam de ſuperiore Africano hic loquitur Valerius. ſed qui hoc exemplum priori connectere voluerunt, *ejuſdem viri* ſcripſerunt, atque finem exempli inſuper accommodantes pro ſua libidine mutarunt, cum legi debeat hoc modo: *Eos igitur victoriae maximos fructus rati Romani, diis templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere*, quemadmodum in Campenſi legitur. PIGH. *Huic facto par ejuſdem avi humanitas.* Ita recte Pighius è cod. Campenſi; cum alii tum MSS. tum typis expreſſi haberent *ejuſdem viri humanitas*, atque ita exemplum hoc humanitatis eidem Africano poſteriori, cui proximum ſuperius, tribuerent. Et ſane non de eodem, ſed de alio quodam auctorem agere, vel vox *humanitas* repetita ſic, ut nihil ei adjiciatur, indicat. Aliter enim dicendum fuiſſet, *ejuſdem viri alia humanitas.* Ceterum ex lib. XLVII. Livii manifeſte apparet, factum hoc Scipionis Africani non poſterioris, ſed ſuperioris fuiſſe. Dicitur autem Scipio Africanus ſuperior poſterioris *avus* eo modo, quo poſterior ſuperioris *nepos* V, 2, ext. 4. Sic & VI, 2, 3. *avita ſpolia* dicuntur, quae Scipionis Africani ſuperioris fuiſſent. VORST. *Ejuſdem viri* habent MSS. & Edd. ad unum omnes. Vide quae ad finem hujus exempli Perizonius notavit.

61. *Puer eximiae formae*] Nomen ei *Maſſiva*, ut ex Livio conſtat. VORST.

62. *Amicitiae regis fidiſſimi populo Romano*] De Maſaniſſa loquitur. Atqui ille, cum id contigit, infenſiſſimus Romano nomini hoſtis. Itaque parum attenta Valerii mens haec ſcribentis. LIPS. *Regis fidiſſimi populo Rom.* Notat Lipſius mentem Valerii minus hic attentam fuiſſe. tum enim temporis, cum Scipio Maſſivam remiſit ad Maſiniſſam, infenſiſſimum hunc Romano nomini fuiſſe. qua de re Ant. quoque Bendinellus monuerat. VORST.

63. *Tunica laticlavia*] Livius: *Puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum Hiſpano ſagulo & aurea fibula, equumque ornatum donat.* In tunicis Romanorum *clavus* appellabatur particula purpurea de pectore fere demiſſa. Et latiore quidem clavo ordinis ſenatorii viri, anguſtiore vero equeſtres uſi. Unde illi & *laticlavii*, hi vero *anguſticlavii* dicebantur. VORST.

64. *Ad Maſiniſſam remiſit*] MSS. novem cum Mog. Ed. praeferunt ſimplex *Miſit.*

65. *Eos igitur victoriae maximos triumphos rati Romani*] Ita Pighius ex Cod. Campenſi, ut ad duos referatur, Scipionem ſuperiorem puta & poſteriorem. Aldus ita. *Eos victoriae maximos fructus ratus* (Scipio poſterior puta) *Diis templorum ornamenta Romanos, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.* Nec aliter uterque Codex Brandeb. & typis expreſſi Chalcoc. Mart. Herbipolenſis; niſi quod *Romanos* ab illis omnibus abeſt. VORST. *Eos igitur victoriae maximos fructus rati Romani, diis templi.* Haec eſt ſcriptura unius Cod. Campenſis, quem ſequuntur Pighius & Vorſtius, & habet hiſtoriae veritatem ſuffragantem. Sed omnes alii Codd. initio exempli pro *avi* legunt *viri*, & hic *eos v. m. f. ratus.* ut omnino haec exempla ad unum Aemilianum referantur. in quo quamvis ab hiſtoriae fide recedatur, non ſane eo ſine haeſitatione rejicienda videtur illa lectio, quia etiam in hoc ipſo exemplo errat Valerius, dum Maſiniſſam fidiſſimum jam tum P°. R°. regem vocat, qui tum maxime illorum hoſtis erat. Ex quo quis forſan conjicere poſſet, exiſtimaſſe Valerium, haec a poſteriore etiam Africano, cujus tempore Maſiniſſa amicus Romanorum erat, eſſe geſta. Nihilominus tamen vel ex uno illo Cod. Campenſi legerem *avi* pro *viri*; maxime, quia, quod Vorſtius obſervat, non convenire videtur eo loco verbum *humanitas*, ſi de eodem, non alio

[65] Eos igitur victoriae maximos fructus rati Romani, diis templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

L. etiam Paulli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. Qui cum 8.
Perſen parvi temporis momento captivum ex rege, ad ſe adduci audiſſet, Ann. urb. 580. Livius XLV. Plutarch.
[66] occurrit ei Romani imperii decoratus ornamentis: conatumque ad genua procumbere, dextra manu allevavit, & Graeco [67] ſermone ad ſpem exhortatus eſt. Introductum etiam in tabernaculum [68] lateri ſuo proximum in conſilio ſedere juſſit; nec honore menſae indignum judicavit. Proponatur in conſpi-

lio homine loquatur. Sed in clauſula hac minime mihi placet Campenſis. Maxime vero ſuſpectiſſima vox *Romani* vel ejicienda videtur, vel legendum putarem. *eos. ig. v. m. f. rati, Romanos diis.* niſi Valerius non ſoleret in Epilogo conjungere, quos in prooemio exempli non conjunxit. PERIZON. *Igitur*, in MSS. non invenio, in quibus omnibus etiam eſt *ratus. Romani* nuſquam comparet, ut nec *Romanos.* Sed aliquot habent hoc modo. *Diis ornamenta templorum, hominibus regibus ſanguinem ſuum reſtituere.* Vel ut alii, *hominibus & regibus ſang. ſ. reſtituere.* Quod eſt etiam in Ed. Mog. Singularis eſt Leid. quint. exhibens. *Eos Victoriae magnos fructus ratus, ſic ornatum omnibus regi ſanguinem ſuum reſtituere.* Quod profectum videtur ab aliquo, qui credens hic non agi de eodem, de quo in proximo egerat exemplo, ad illum quoque referri poſſe non putabat, quod dixerat de referendis templorum ornamentis. Mihi omnino haec ad unum retuliſſe videtur Valerius. Et magis me movet tot MStorum conſenſus, tum etiam, quod Maſiniſſam jam tunc populo Romano amiciſſimum fecit, quam quod non addidit, *illa* vel *alia humanitas.* Praeſertim quum ut hic *par humanitas*, itaque quoque L. v. 6. Ext. 4. dicit. *ſequitur ejuſdem generis exemplum.* Quem locum Perizonius adſcripſerat. Attende quaeſo etiam ad τὸ *ejuſdem avi.* Quod, niſi me omnia fallunt, alio modo dicturus fuiſſet, ſi avum Africani poſterioris voluiſſet deſignare.

66. *Occurrit*] Amphipolim ductum & ibi à Paulo conventum ſcribit Zonaras Annal. II. COLER. Copeſ. *Perſam*, & *tunc captivum.*

67. *Sermoneque grato ad ſpem exhortatus eſt*] Recte in manuſcriptis, *Et Graeco ſermone ad ſpem exhortatus eſt.* Aſtipulatur Livius lib. XLV. idem referens: *Haec* (inquit) *Graeco ſermone Perſeo, Latine deinde ſuis.* Nec otioſe hoc annotatum ab hiſtoricis veluti humanitatis ac benignitatis indicium, cum alioquin ex majeſtate Romani populi atque auctoritate magiſtratuum ſoleat eſſe Graecos, exteroſque niſi Latine alloqui, ut ipſe Valerius libro ſecundo. cap. II. auctor eſt. PIGH. *Graeco ſermone*, Humanitatis & clementiae cauſa. Nam alias Latine ſolebant, puta majeſtatis cauſa, ut alibi Valerius. COLER. Aldus *ſermoneque grato ad ſpem exhortatus eſt.* Sed Pighius correxit ex MSS. & congruit uterque Cod. Brand. Eſtque hoc tanquam humanitatis L. Paulli argumentum annotatum, quod Graeco ſermone allocutus eſt Perſeum. De cetero enim magiſtratus magna cum perſeverantia illud cuſtodiebant, *ne Graecis unquam niſi Latine reſponſa darentur:* ut noſter memorat ſupra II. 2. 2. VORST. Leid. quint. & ſext. *& grato ſermone.* Ceteri cum editione Mog. *Graeco* ut bene reſtituit Pighius. ſunt qui habent, *hortatus eſt.* Periz. *adhortatus.*

68. *Lateri ſuo proximum in conſilio ſedere fecit.* In manuſcriptis, *ſedere juſſit.* Melius. PIGH. Aldus *ſedere fecit.* Sed perperam. Pighius cur maluerit *in concilio* non video. Ipſa enim vox *Conſilii* ſatis commoda eſt, &, ut jam ſupra monuimus, ipſos homines conſultantes ac deliberantes ſignificat. Vide & de uſu hujus vocis accurate agentem Gronovium ad Liv. IX. 2. VORST. Et τὸ *conſilio*, & τὸ *juſſit.* MSS. omnium firmatur auctoritate, ut & Mog. Edit. quae pro *hoſtem abjicere*, cum Ultraj. ſec. habet *hoſtem deicere.*

69. *Infelicis ſcire miſereri*] MSS. undecim cum Ed. Mog. *Infelici ſcire miſereri.*

70. *Jacere ſupplicem*] Florus lib. III. cap. 5. plura ejus humanitatis exempla enumerat: *Ignovit Iberiae: pepercit Albanis: regem Colchorum, poſitis ſub ipſo Caucaſo caſtris juſſit in pla-*

ſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & harum rerum, quas retuli, contextus; utro magis ſpectaculo delectentur, homines dubitabunt. Nam ſi egregium eſt hoſtem abjicere, non minus tamen laudabile, [69] infelicis ſcire miſereri.

9. Haec L. Paulli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeji clementia ta-
Ann. urb. 687. Diod. xxxvi. Plutarch. ceam. Regem Armeniae Tigranem, qui & per ſe magna cum populo Rom. bella geſſerat, & infeſtiſſimum Urbi noſtrae Mithridatem Ponto pulſum viribus ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius [70] jacere ſupplicem paſſus non eſt; ſed benignis verbis recreatum, [71] diadema, quod abjecerat, capiti reponere juſſit. Certiſque rebus imperatis, in priſtinum fortunae habitum reſtituit: aeque pulchrum eſſe judicans & vincere reges, & facere.

10. Quam praeclarum tributae humanitatis ſpecimen Cn. Pompejus! quam miſerabile deſideratae idem evaſit exemplum! Nam qui Tigranis tempora inſigni regio texerat, ejus caput [72] tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, [73] in
Ann. urb. 705. Plut. Caeſ. Pomp. App. Civil. II. Sed ficto pectore; ut Lucan & Dion. XLII. ſuo modo terrarum orbe, nuſquam ſepulturae locum habuit; ſed abſciſum à corpore, inops rogi, [74] nefarium Aegyptiae perfidiae munus portatum eſt, etiam ipſi victori miſerabile. Ut enim id Caeſar adſpexit, oblitus hoſtis, ſoceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam filiae ſuae lacrymas reddidit: caput autem plurimis & pretioſiſſimis odoribus cremandum curavit.

na deſcendere. lege Plutarchum. COLER. Nonnulli MSS. *infeſtiſſimum Urbis noſtrae.*

71. *Diadema*] Plutarcho & Zonarae Κίδαρις eſt. Armeniae & Ponti regum proprium geſtamen. Alio nomine Tiara nuncupatur. Suidas Κίδαρις, ὁ ϗ τιάρα νοεῖτ. COLER. *Diadema* inſigne regium faſcia candida fuit. Hinc uxor Mithridatis cum ſe ſuſpendere vellet, diadema pro reſte corripuit, ut Plut. in Lucullo refert Et Alexander Magnus diadema ſibi demptum allegandi vulneri cauſſa, capiti Lyſimachi impoſuit. ut Juſt. xv, 3. ſcribit. Sed variae tamen diadematum formae fuerunt. Armeniae Regum diadema & κίδαρις; itemque τιάρα appellatum. Et apparet forma ejus in antiquis numis. VORST.

72. *Tribus coronis triumphalibus*] Ter enim Pompejus triumpharat ac tribus triumphis ſuis de toto terrarum orbe triumphaſſe dicebatur. VORST.

73 *In ſummo terrarum orbe*]. Lege ex manuſcriptorum librorum conſenſu; *In ſuo modo terrarum orbe.* Quod approbo, non enim ſine ſale hoc dictum exiſtimo, [illegible] paulo ante imperii Romani ſummam Pompejus conſenſu ſenatus rexerat, atque etiam tribus ſuis triumphis de toto terrarum orbe triumphaſſe vulgo ferebatur. De quo vide noſtros Annales in ejus triumpho Aſiatico. PIGH. *In ſuo modo terrarum orbe.* Ita recte Pighius; cum Aldus ediſſet, *In ſummo terrarum orbe.* Habent quoque ita Codd. Brand. Vult dicere, Orbem terrarum paulo ante Pompeji fuiſſe, neque tamen locum ſepulturae habuiſſe caput ejus. Sic & paulo poſt. *Paulo ante Romani imperii columen habitum.* VORST. *In ſummo* habet Copeſ. Barb. prim. Med. ſec. Ceter & Mog. *ſuo modo.* Inter varias lectiones Gudii haec notata reperio. *In ſummo terrarum* id eſt in Aegypto, quae proxima eſt Zonae torridae, quae torrida Zona eſt eminentior ceteris partibus terrae. Quod abſit, ut credam ab Illuſtri Gudio eſſe: quum Aegyptus antiquis ſemper conſiderata fuerit tamquam depreſſior, ut omnes plagae vergentes ad meridiem, ut liquet vel ex ſolo Juſt. L. II. I. Recte vero *ſuo modo terrarum orbe*, id eſt, quam ipſe modo in ditione habuerat, cui imperaverat. Notavit etiam Theophi-

vit. Quod ſi non tam manſuetus animus divini principis extitiſſet, paulo ante Romani imperii columen habitum, [75] ſic mortalium negotia fortuna verſat! inhumatum jacuiſſet. Catonis quoque morte Caeſar audita, *& ſe illius gloriae invidere*, *& illum ſuae invidiſſe* dixit: patrimoniumque ejus liberis ipſius incolume ſervavit. Et hercule divinorum Caeſaris operum non parva pars Catonis ſalus fuiſſet. Ann. urb. 707. Dion. XLIII. Plutarch. Caeſ. & Catone.

[76] M. etiam Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. [77] M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit: quoque honoratius crematur, *injici ei ſuum paludamentum* juſſit: [78] jacentem non hoſtem, ſed civem, depoſito aeſtimans odio. Cumque interceptum à liberto paludamentum comperiſſet, ira percitus, protinus in eum animadvertit, hac ante praefatione uſus: *Quid? tu ignoraſti*, [79] *cujus tibi viri ſepulturam commiſiſſem?* [80] Fortem, piamque ejus victoriam Philippicam libenter dii viderunt: ſed ne iſta quidem generoſiſſimae indignationis verba inviti audierunt. II. Ann. urb. 711. Plutarchus. Appian. IV.

EXTERNA.

I. Commemoratione Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexan-

philus. Alia exemplaria habent *in ſuo modo terrarum orbe*, qui ſenſus aptior eſt.

74. *Nefarium Aegyptiae perfidiae munus*] Bit. prim. *Nefariae perfidiae munus* deleto *Aegyptiae*. deinde Med. prim. Leid. quart. Ultraj. prim. *cremandum curat*. pro *caput autem* vulgatae Edd. habent ante Pighium, *Caput etiam*, ſed contra MStos, & Mog. Editionem.

75. *Sicut mortalium negotia fortuna verſat*] MS. *ſic mortal*. Recte. Per exclamationem. Niſi quis malit, ſimul per interrogationem, *ut mortal. neg. for. verſat*! infra VI. 4. I. *ſic confuſus & aeger Romani imperii ſtatus erat*. PERIZON. MSS. undecim cum Ed. Mog. ſeu potius omnibus Pighiana vetuſtioribus habent, *ſic mortalium*. Quod magis, & multo quidem, mihi placet quam *ſicut*. Ceterum in Leid. prim. totum hoc epiphonema erat omiſſum.

76. *M. etiam Antonii.*] Cop. Harl. Med. ſec. *M. autem Antonii*, ut edebatur ante Pighium, praeterquam Moguntiae, deinde pauculi, *Talis humanitatis intellectu non clarum*. Harl. *Injici ſuum paludamentum juſſit*, deleto *ei*.

77. *M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit*] Operae pretium eſt hic videre reciprocationem pronominis *ſui*, oppido ambiguam, ubi author ita loquitur de Antonio. Badius ambiguum reliquit, Bruti an Antonii. Deinde cum proxime ſubnectit, *Quoque honoratius cremaretur, injici ei ſuum paludamentum juſſit*. Oliverius, *Antonii* intellexit. Badius *Bruti*, quod ego magis credo. Haec ideo adducta, ut diſcant juvenes cum judicio authores legere, & videant, non ita anxios fuiſſe perpetuo, ut quidam exiſtimant. GLAREAN. Imo *Paludamentum Antonii* intelligendum eſt. Sic enim aliquando veſtes ſuas injiciebant, in rogum eorum, quos maxime volebant honoratos. Sueton. in Julio cap. 84.

78. *Jacentem, non hoſtem, ſed civem, depoſito aeſtimans odio*] MS. *Exiſtimans*. PERIZON. *Exiſtimans* Vulgo edebatur ante Pigh. Sed Mog. cum longe maxima parte ſcriptorum praeferunt *aeſtimans*. ceterum *non* ante hoſtem in octo deeſt MSS. & in horum quinque deeſt quoque *ſed civem*. Ut ita legant. *Jacentem hoſtem depoſito aeſtimans odio*. Quod neſcio, an rejiciendum ſit. Non enim hanc humanitatem exhibuit Antonius *Bruto* ut *civi*, vel quod eum *civem exiſtimaret*, ſed quod cum animo reputaret agitaretque, quantus ille vir fuiſſet, & odio depoſito virtutibus ejus pretium ſtatueret.

79. *Cu-*

lexandri praeconium facere cogor: cujus ut infinitam gloriam bellica virtus, ita praecipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili curſu luſtrat, [81] quodam loci tempeſtate nivali oppreſſus, ſenio jam confectum militem Macedonem, nimio frigore obſtupefactum, ipſe ſublimi & propinqua igni ſede ſedens, animadvertit. Factaque non fortunae, ſed aetatis utriuſque aeſtimatione, deſcendit, & illis manibus, quibus opes Darii afflixerat, [82] corpus frigore duplicatum in ſuam ſedem impoſuit: [83] *id ei ſalutare futurum* dicens, *quod apud Perſas capitale extitiſſet*, [84] *ſolium regium occupaſſe.* Quid ergo mirum eſt, ſi [85] ſub eo duce tot annis militare jucundum ducebant, cui gregarii militis

Front. IV. 6.

79. *Cujus tibi viri ſepulturam commiſerim*] MSS. duodecim cum Ed. Mog. *Cujus tibi viri ſepulturam commiſiſſem.* Quod praefero, quia praecedit *ignoraſti. commiſerim* dixiſſet ſi anteceſſiſſet *ignoras.* Non nego tamen etiam *commiſerim*, hic retineri poſſe. ſed cum illud potiore MStorum parte nitatur, cur ſperneretur cauſſa non erat.

80. *Fortem piamque ejus victoriam Philippicam libenter Dii viderunt*] Leid. quart. *Philippi Campi.* quint. *Philippi libenter viderunt.* plerique hoc ordine *Philippicam Dii libenter viderunt.* poſtea Ultraj. prim. *Inimici audierunt.*

81. *Quodam loci*] Ut ſupra non ſemel *hoc loci.* Aldus tamen, *quodam loco*: quomodo unus quoque cod. Brand. VORST. Et unus Ultraj. ſed reliqui *quodam loci* ſervant.

82. *Corpus frigore duplicatum*] Corrige, *Complicatum*, ut habent veteres plerique codices. PIGH. *Frigore complicatum.* Utinam manum abſtinuiſſet hic Pighius; elegantiſſima locutio non periiſſet. Editi nonnulli typis & eximius ille Danielis jure adſerunt: *Corpus frigore duplicatum.* Corpus frigore duplicatum militis vocat ſenio confecti. Nam ſenectus per ſe frigida eſt: duplicatur frigore, accedente externo illo & hiemali. COLER. *Corpus frigore complicatum.* Ita Pighius ex quibuſdam MSS. cum Aldus edidiſſet *frigore duplicatum.* Colerus tamen lectionem Aldi defendit; putatque Valerium alludere ad illud, quod ſenectus per ſe eſt frigida; &, ſi frigus externum accedat, frigus duplicatur. Gronovius IV. Obſ. 19. *duplicatum* itidem retinet; ſed Coleri explicationem rejicit. aliud enim eſſe *corpus frigore duplicatum*, aliud *frigus in corpore duplicatum.* Ait autem *corpus frigore duplicatum* ex dictis Valerii quaeſitis eſſe, nec ſignificare aliud quam flexum, incurvatum, contractum: cujus vocabuli uſus varia quoque alia exempla congerit. VORST. *Duplicatum.* Pighius ſubſtituerat *complicatum*, quod paſſim in Editionibus ambulat. Sed recte Colerus revocavit antiquam lectionem *duplicatum*, Ideoque hunc potius quam Pighium debebat ſequi Thyſius. *duplicatum*, id eſt curvatum, contractum inquit Guyetus. GUDIUS. *Complicatum* habet Ultraj. prim. cum tribus Leid. *Duplicatum* eſt in ceteris MSS. & omnibus Edd. per *incurvum* bene jam olim Oliverius expoſuerat. Ovid. L. VI. Met. 293. *conticuit ſubito, duplicata vulnere caeco eſt.* ubi vide Cl. Burmannum.

83. *Id ei ſalutare futurum dicens*] Poſtremum verbum, in quinque MSS. deſideratur. Vulgatae pleraeque Edd. habent *ducens.*

84. *Solium regium*] Liber Lavernii eraſam nonnihil habebat vocem *ſolium*, & quaſi *ſolum* ſuperſcriptam. quod aeque valet. Ennius lib. III. *Tarquinio dedit imperium ſimul & ſola regni,* quem verſum exponens Statii interpres Lutatius ait ſignificare *ſola* ſolium. Sic alibi Ennius:

--- *regni ſtabilita ſcamna ſolumque.* COLER.

85. *Sub eo duce tot annis militare*] *Tot annis* abeſt a Leid. primo.

86. *Quis autem illam oſculari non curaret*] Veteres libri, *non curreret*, quod habet majorem emphaſim. PIGH. *Oſculari non curreret.* Ita uterque etiam cod. Brand. Aldus ediderat, *Oſculari non curaret.* VORST. Stupor Pighii, qui hanc futiliſſimam lectionem ex corrupto codice obtrudit. Vera eſt quam repudiavit. Lege enim *non curaret.* Quod Guyeto etiam probari video. GUDIUS. Aldus edidit *curaret.* Haud du-

tis incolumitas proprio faſtigio charior erat? Idem non hominum ulli, ſed naturae fortunaeque cedens, quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. [86] Quis autem illam oſculari non curreret, quae jam fato oppreſſa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam ſpiritu, vividiore ſuffecit?

Non tam robuſti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria proſequenda Piſiſtrati Athenienſium tyranni narrabitur. Qui, cum adoleſcens quidam amore filiae ejus virginis accenſus, in publico obviam ſibi factam oſculatus eſſet, [87] hortante uxore *ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret*, reſpondit: *Si eos, qui nos amant, interficimus, quid his faciemus, quibus odio ſu-* 2. Plut. Apoph.

dubie ipſe invenit, forſan & alii, quod eſt in Copeſ. *cureret*. Ex quo ſine haeſitatione lege *cuperet*. *Cupere* majus eſt quam *velle*. Liv. L. XXXII. 29. *Maſſiva rogatus an ad Maſiniſſam redire vellet, cupere vero reſpondit*. *Curaret* defendi poſſit illo Auct. ad Heren. II. 20. *Ut non curet quaerere, qualis ſit*. *curreret oſculari* autem dictum fuerit, ut apud Prop. L. I. I. 12.

Ibat & hirſutus ille videre feras.

Fulgent. L. II. Cap. de Antaeo. *Currunt ſpectare feris homines repugnantes*. PERIZON. *Curaret* Leid. prim. quart. ſext. *Curet* Harl. *cureret* Leid. quint. & Rem. unus *occurreret*. Quod etiam Theophilus notavit alios codices habere. Ultr. prim. *occurrerit*. Ed. Mog. ceteri MSS. *curreret*. Quod verbum hic feſtinationem indicat ad oſculandam manum, antequam ſpiritus eam deficiat. Ut ſit, quis eam oſculari non properet. Plaut. Aſin. V. 2. 60.

——— *ecquis currit Pollinctorem arceſſere.*

Ter. Phorm. I. 2. 52.

Vultisne eamus viſere.

& ſic alibi. Stat. L. V. Sylv. 3. 10.

Certe ego magnanimum, qui facta attollere regum
Ibam altum ſpirans.

Ter. Eun. III. 3. 2.

Miſit porro orare, ut venirem ſerio.

87. *Hortante uxore*] Copeſ. cum duobus Med. *Exhortante uxore*. Deinde Bit. prim. *Interficiamus*. Octo alii cum Edd. ante Pighium *interficiemus*. Periz. *Occidemus*. Med. prim. *Occideremus*.

88. *Eam ex tyranni ore de humanitate manaſſe*] Recte in Cauchiano, Gemblacenſi, & Pulmanniano; *Eam ex tyranni ore manaſſe*. Reliquum eſt gloſſema ſuperfluum, atque omnino rejiciendum. PIGH. *Eam ex tyranni ore manaſſe*. Pleriſque libris additum, *ore de humanitate manaſſe*. Rejicis ea verba, Pighi, è libris aliquot ſcriptis; & recte. Nec male aut imperite tamen ſiquis legat, *ex tyranni ore & immanitate*. LIPS. *Ex ore tyranni*. In ſimili injuria ejuſdem mira humanitate conditum reſponſum lege apud Senecam lib. III. de ira capite II. Non enim videtur idem exemplum de Thraſippo. COLER. *Eam ex tyranni ore manaſſe*. Aldus, *Eam ex tyr. ore de humanitate manaſſe*. At Pighius voces *de humanitate* gloſſema eſſe putat, auctoritateque trium codd. expungit. Codices Br. voces eas habent. Lipſius pro *de humanitate* legendum conjicit *& immanitate*. VORST. Omnes fere codd. exceptis tribus Pighianis inſerunt *de humanitate*. Unde Lipſ. *ore & immanitate*. Sed nemo Piſiſtratum immanitatis jure accuſaverit. Lego *eam ex tyranni ore dicti humanitatem manaſſe*. Nempe *dicti* MStis ſcribitur *dci*, unde *de* ortum eſſe potuit. Poſſis etiam exiſtimare omnino expungendum eſſe τὸ *de*, ut ab librariis ortum ad explendum ſenſum, cum legiſſent *humanitate*. infra V. 4. I. *Quo quidem uno tam pio dicto barbara gens ab omni ſe feritatis crimine redemit*. PERIZON. MSS. Quindecim retinent *De humanitate*, quod eſt in omnibus Editionibus. Hoc vero cur exponi non poteſt, Tyrannum ita de humanitate locutum eſſe? ita ſignificaſſe, quantum humanitati debeatur? Quod ſi facias ſuperfluum gloſſema non erit, nec rejiciendum.

ſumus? Minime digna vox, cui adjiciatur, [88] eam ex tyranni ore manaſſe. Sen. de ira III. 11. In hunc modum filiae injuriam tulit: ſuam multo laudabilius. [89] A Thraſippo amico inter cenam ſine fine convitio laceratus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, [90] ut putares ſatellitem a tyranno male audire. Abeuntem quoque, veritus ne propter metum maturius ſe convivio ſubtraheret, invitatione familiari coepit retinere. Thraſippus concitatae temulentiae impetu evectus, os ejus ſputo reſperſit: [91] nec tamen in vindictam ſui valuit accendere. Ille vero etiam filios ſuos violatae patris majeſtati ſubvenire cupientes retraxit. [92] Poſtero quoque die Thraſippo ſupplicium a ſe voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide [93] in eodem gradu amicitiae manſurum, ab incepto revocavit. Si nihil aliud dignum [94] honore memoriae geſſiſſet, his tamen factis abunde ſe poſteritati commendaſſet.

Aeque

89. *A Thraſippo namque amico*] MSS. duodecim cum omnibus ante Pighium editionibus *namque* hic ignorant. Itaque cum Pighius nihil hic nos admoneat, ego expellendum putavi, quod clandeſtinum huc intulerat pedem. Saepe enim ſolet auctor noſter connectentem in initio particulam omittere. Vel proximum exemplum exemplo ſit. *Aeque mitis animus Pyrrhi regis. Audierat apud quoſdam in convivio.* & ſupra Ex. 9. *Haec L. Paulli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeji clementia taceam; regem Armeniae Tigranem &c.* & Ex. 3. *Badium Campanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuae exceperat.* & ſic paſſim. Leid. prim. delet etiam *amico.* Med. ſec. *Nam cum à Thraſippo.*

90. *Ut putares ſatellitem à tyranno male audire*] Rem. *mala.* Ultraj. prim. *ut putares mala audiri.* Leid. ſec. delet *inter cenam.* Leid. quart. *Invitatione familiari coepit retinere Thraſippum, qui.* quint. *coepit eum retinere.* Med. ſec. *Ejecto ſputo os ejus reſperſit.*

91. *Nec tamen in vindictam ſui accendere potuit*] Copeſ. Leid. ſec. Periz. *Nec tum in vindictam ſui potuit accendere.* Haud male. Perizonius annotavit. Livius ſaepe, *Tum quoque.* Porro *ſui.* omittit Ultraj. ſec. Denique MSS. tredecim cum omnibus Edd. antiquioribus Pighio habent *valuit accendere*, quod repoſui.

92. *Poſtero quoque die*] Etiam hic MSS. duodecim cum Edd. Mog. & Mediol. habent, *poſteroque die.* Sed *quoque* exhibent Venetae cum reliquis. *à ſe* delet Leid. quint.

93. *In eodem gradu amicitiae manſurum*] Nepos XVIII, 1, 6. *Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum. Illo interfecto eodem gradu fuit apud Alex.* VORST. MSS. undecim cum Mog. *amicitiae ſe manſurum.*

94. *Honore vel memoria*] Recte liber Danielis *Honore memoriae.* Et ita edit. Veneta. COLER. *Dignum honore memoriae.* Ita veteres typis expreſſi, & uterque cod. Brand. MS. Miror autem quid ſit quod Pighius maluit *dignum honore vel memoria.* VORST. Bamberg. *Dignum memoria*, & poſſe alia abeſſe cenſuit Modius. Epiſt. 128. Quod veteres typis expreſſi habent *honore memoriae*, idem invenio in MSS. undecim. Leid. ſec. *Dignum memoriae*, & ſic ſept. ubi tamen *honore* recenti manu eſt additum. Idem poſtea. *Abunde ſe poſteritati memoriae, al' poſteritati commendaſſet.*

95. *Audierat apud quoſdam in convivio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum*] In manuſcriptis ita; *Audierat quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe.* Non contemnenda lectio. PIGH. *Sermonem habuiſſe.* Vetus, *habitum.* Si recte: tum paulo ante reſcribe, *quondam*, ubi, *quoſdam*, legis. LIPS. *Quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe.* Ita Pighius è codd. quibuſdam. Aldus ediderat, *Apud quoſdam in convivio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum.* At Chalcocondyles & Mart. Herbip. vocula *apud* omiſſa, *Quoſdam in conviv. Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum.* Neque aliter in codd. Brand. MSS. legitur. Atque ea lectio vehementer probatur Salmaſio: vultque is *quoſdam habitum* ſcriptum eſſe pro *quoſdam habuiſſe*; quomodo Solinus ſcri-

Aequè mitis animus Pyrrhi regis. [95] Audierat quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe, [96] arceſſitos, qui ei interfuerant, percontabatur, *an ea*, [97] *quae ad aures ejus pervenerant*, *dixiſſent.* Tum ex his unus: *Niſi*, inquit, *vinum nobis defeciſſet*, *iſta quae tibi relata ſunt*, *prae iis quae de te locuturi eramus*, [98] *luſus ac jocus fuiſſent.* Tam urbana crapulae excuſatio, tamque ſimplex veritatis confeſſio, iram regis convertit in riſum. Qua quidem clementia & moderatione aſſecutus eſt, ut & ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent, & ebrii bene precarentur. Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captivos caſtra ſua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Moloſſum obviam miſit: [99] quo honoratius exciperentur, [100] ipſe cum ornato equitatu extra portam occurrit. [1] Secundarum rerum proventu non adeo corruptus, ut [2] officii proſpectum in iis

3. Ann. urb. 473. circiter. Plut. in vita Quint. VI. 3.

Ann. urb. 474. circiter.

ſcripſerit *honoratus eſt* pro *honoravit.* Vide Notas ejus in Hiſt. Aug. p. 119. Monuit & Lipſius in quibuſdam codd. eſſe *habitum.* Sed putat ille, ſi vera haec ſit lectio, pro *quoſdam* legendum eſſe *quondam.* Alia adhuc conjectura eſt Freinshemii, legendum ſcilicet eſſe. *Quodam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habitum.* Et haec conjectura, ſi retinendum ſit *habitum* prae ceteris placet. VORST. Lipſianum *quondam* neminem credo morabitur. Ut nec Salmaſii inſolens illud, *Quoſdam habitum* pro quoſdam habuiſſe. Freinshemii conjecturam comprobat Cod. Periz. manu prima. Nam alia manus in marg. adſcripſit *apud.* & *s*, ſuper *quodam.* Quod Pigh. edidit exſtat in Leid. quint. Copeſ. cum Harl. *A quibuſdam apud quoſdam &c. habitum.* Leid. ſext. *à quibuſdam quoſdam.* Ultraj. prim. *quoſdam*, deleto *apud.* Ceteri *apud quoſdam*, *&c. habitum.* Quo magis omnia conſidero, eo adducor magis ut credam veram eſſe Freinshemii conjecturam. Videntur enim non *quidam*, ſed omnes Tarentini, ſaltem qui iſti convivio interfuerant, parum honoratum de eo ſermonem habuiſſe. Unde addit, *Arceſſitos, qui ei interfuerant, percontabatur, an dixiſſent.* Non paucos, qui arguebantur, ipſi maledixiſſe, arceſſit, ſed convivas. Quicquid ſit, *habitum* certe, uno Leid. excepto, MSS. ſervant. Quod abſolute non addito ablativo perſonae ita quoque uſurpare Curt. L. VIII. 1. 29. notavit Perizonius. *Rex, quum ſuſpicaretur malignius habitum eſſe ſermonem.* Poſſis etiam ſuſpicari. *A quibuſdam quodam in convivio Tarentinorum.* Nam hoc ordine collocantur voces in pleriſque ſcriptis.

96. *Arceſſitoſque, qui ei interfuerant*] MSS. ſexdecim & Edd. omnes, *Arceſſitos, qui ei*, quod mutavit Pighius, ſine cauſſa. Med. ſec. *Arceſſitis, qui.*

97. *Quae ad aures ejus pervenerant*] MSS. decem cum Ed. Mog. *ipſius.* Leid. ſept. *ſuas* deinde quatuor. *Ita ex his unus.* Harl. *Tamen.* Med. ſec. *Tunc.*

98. *Luſus ac jocus fuiſſent*] Id eſt, levia fuiſſent. Liv. L. XXVIII. *Nae tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam conſpexeris, ludus & jocus fuiſſe Hiſpaniae tuae videbuntur.* Juſt. L. XXIV. *Omnia illa ludum fuiſſe exiſtimaturus.* Sic enim legendum ibi recte monet Gron. L. IV. Obſ. 10. VORST. Vide etiam Nic. Heinſ. ad Claud. II. Conſ. Stilichonis v. 157. *Ludus* habent ſoli Med. & Ultraj. ſecundi.

99. *Quoque honoratius*] In aliquot MSS. Codd. eſt *ornatius.* In omnibus fere ſcriptis & editis, *quo* non *quoque* quod dedit Pighius. In multis etiam terminatione Graeca *Moloſſon.*

100. *Ipſe cum ornatu equitum extra portam occurrit*] In Wincheliano, & aliis; *cum ornato equitatu.* Recte. PIGH. *Cum ornato equitatu.* Ita ſcribendum putavit Pighius è quibuſdam Codd. Veteres typis expreſſi & MSS. Brand. habent *cum ornatu equitum.* VORST. Ultraj. uterque, & Mog. Ed. *Ornatu equitatium.* Quinque alii *ornatu equitum.* Periz. Cop. Med. ſec. *ornatu militum.* Leid. quint. *ornato equitatu.* Adſcripſit Perizonius. Vide Liv. XLIV. 1. *Ornato exercitu obviam venienti conſuli proceſſit.*

1. *Secundarum rerum proventu non adeo corruptus*] *Adeo* in MSS. decem deeſt. Qui retinent habent *adeo* [illegible] *corruptus.*

2. *Offi-*

iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo diſſidebant.

4. Cujus tam mitis ingenii debitum [3] fructum ultimo fati ſui tempore recepit. Nam cum diris auſpiciis [4] Argivorum invaſiſſet urbem, abſciſumque caput ejus Alcyoneus, Antigoni regis filius, [5] ad patrem propugnatione laborantem, laetus velut aliquod feliciſſimum victoriae opus attuliſſet: Antigonus correpto juvene, quod tanti viri ſubitae ruinae, [6] immemor humanorum caſuum, effuſo gaudio inſultaret, humo caput ſublatum, [7] cauſea, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit: corporique Pyrrhi redditum, honoratiſſime cremandum curavit. Quin etiam filium ejus Helenum captivum ad ſe pertractum, & cultum [8] & animum gerere regium juſſit: oſſaque Pyrrhi ei aurea urna incluſa Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

Plut. in vita. Juſtin. xxv. 5. Uſſer. Ann. 3733.

Cam-

2. *Officii proſpectum in iis deponeret*] Ita Codd. Brand. Pighius in margine notavit diverſam lectionem eſſe *officii profectum*. Sed melior eſt altera, *proſpectus* officii nihil aliud eſt, quam praeſtatio officii. Nec dubium eſt, quin dixerint *Proſpicere officium*, quomodo dixere *proſpicere alicui bonum*. VORST. MS. *Conſpectum*. Retineo *Proſpectum*. Sed male id expoſuit Vorſtius. Senſus eſt, ut non poſſet, aut vellet amplius proſpicere, quid ſui eſſet officii. PERIZON. *Profectum* habet Leid. ſec. Ceteri *proſpectum* retinent. Quod bene explicat Cl. Perizonius. Nonnulli etiam cum Ed. Mog. *In hiiſdem*, vel *hiiſdem poneret*. Cohaerente ſyllaba prima vocis poſterioris male priori. Deinde Leid. quartus *qui tamen armis*. ut *tamen* & *tum* ſaepius confundi ſolent per compendium ſcribendi.

3. *Fructum*] Liber Danielis *ſtrictum*. In ejuſdem margine: *Scrictum*. Quid reſcribendum, nondum excogitavi. COLER. Med. prim. Barb. prim. Leid. ſec. *ſtrictim*. Periz. *debitum fructum ſtrictim*. de quo non multum cogitandum opinor, quae vera ſit lectio, quum ſatis liquido liceat colligere, *ſtrictim* ortum eſſe à librariis, τὸ *fructum* non adſequentibus. Non recte Mog. Ed. habet etiam *Indebitum fructum*: hoc enim vult auctor. Humanitati, quam ipſe Tarentinis & Romanis praeſtitit, debitam vicem poſt mortem ipſius eſſe redditam.

4. *Argivorum invaſiſſet urbem*] Victo Antigono Macedoniae rege, Macedoniaque in ditionem ſuam redacta, Pyrrhus & Peloponneſum invaſit. Verum cum Argos peteret, atque Antigonum in ea urbe, clauſum expugnare conaretur, ſaxo de muris ictus interiit. VORST.

5. *Ad patrem propugnatione laborantem*] Veteres duo, *propugnatorem laborans*. Suſpectus locus, eo magis, quod duae eae voces alteri manuſcripto abſint. An tamen, *pro pignore laborum*? LIPS. *Propugnatione*. Lib. Dan. *Propugnatorem laborantem*. Το *propugnatorem* tollendum & ad gemonias unco trahendum cenſeo. Certe ſcripſerat Valerius: *Ad patrem laborantem*. Ita de militibus in proelio ſatagentibus loquuntur Hiſtorici. COLER. *Ad patrem propugnatione laborantem*. Ita edidit Pighius; neque cauſſam, cur ita ſcripſerit, addidit. Veteres typis expreſſi, & unus Brand. MS. *ad patrem propugnatorem laborans*. Sed ita *laborans* otioſum foret. Et ſane ab altero cod. Brandeb. *laborans* prorſus abeſt. Liber P. Danielis, ut Colerus teſtatur, vocem habet; ſed ut cum proxima ſuperiore caſu conveniat, *ad patrem propugnatorem laborantem*. Putat igitur Colerus, τὸ *propugnatorem* prorſus expungendum, ſcribendumque eſſe *ad patrem laborantem*. Ita enim de militibus in proelio ſatagentibus loqui Hiſtoricos. At Gronovius legi mavit *ad patrem propugnatorem*, expuncto *laborantem*; ut in cod. Andino ipſe ſcriptum reperit: & nos, ut diximus, in uno cod. Brandeb. Vide Obſ. Gronovii IV, 19. VORST. *Propugnatione laborantem* edidit Pighius ſecutus exemplum Aſcenſii, & Rob. Stephani. Aldus *ad patrem propugnatorem laborantem*. Ceterae Edd. cum ipſa etiam Mog. *Ad patrem propugnatorem laborans*. Quod invenio in MSS. octo Ultraj. prim. *propugnatorem laborantem*. Leid. quart. utrumque omittit. Sed quint. delet *laborantem*. Ut in Andino reperit & probavit Gronovius. Perizonius adſcripſit in margine. An *propugnatorem laborantium*? id eſt,

Campani autem exercitum noſtrum [9] cum conſulibus [10] apud Caudinas fur- 5. Ann. urb.
cas, ſub jugum a Samnitibus miſſum, nec inermem tantum, ſed etiam nudum 432. Livius
[11] urbem ſuam intrantem, perinde ac victorem & ſpolia hoſtium prae ſe feren- IX.
tem, venerabiliter exceperunt: protinuſque conſulibus inſignia honoris, militibus veſtem, arma, equos, commeatum benigniſſime praeſtando, & inopiam
& deformitatem Romanae cladis mutarunt. Quo animo ſi pro imperio noſtro Ann. urb.
adverſus Annibalem quoque uſi fuiſſent, truculentis ſecuribus materiam ſae- 542. Livius XXVI.
viendi non praebuiſſent.

Facta mentione acerrimi hoſtis, manſuetudinis ejus operibus, quam Roma- 6.
no nomini praeſtitit, locum qui inter manus eſt, finiam. Annibal enim Ae- Ann. urb. 537. Livius
milii Paulli apud Cannas trucidati quaeſitum corpus, quantum in ipſo fuit, [12] in- XXII.
huma-

eſt, Argivorum. An *propugnatorum Argorum*? Miror ſane, unde oriri potuerit illud *laborans*. Quod nullius vocabuli gloſſa eſt, & plane eſt ſupervacuum, imo ineptum, & ſenſui adverſum; unde ab aliis partim in *laborantem* eſt mutatum, ab aliis omiſſum. Senſus ſane percommodus eſt, ſi Gronovium ſequamur, nec ultra quidquam deſideres. Vide tamen, an Auctor ad exprimendam clarius juvenilem Alcyonei exultationem ſcripſerit. *Ad patrem propugnatorem advolans laetus, velut aliquod feliciſſimum opus victoriae, adtuliſſet.* Notum eſt verbum *advolare*, de iis dici, qui cum magna feſtinatione ad aliquem accurrunt; quod huic juveni laetanti apprime convenit.

6. *Immemor humanorum*] Hoc ad formulam veterem teſtamentorum ſpectat: HUMANAE IMBECILLITATIS MEMOR. De qua, ni fallor, Servius. COLER.

7. *Cauſea, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat*] Uterque cod. Brand. vetuſque typis expr. Mart. Herbip. *gauſea*. Cujus ſcriptionis occaſio haec fuit quod C & G literae ſunt ejuſdem inſtrumenti. Ceterum ſcribitur quoque *cauſia*: idque ad vocem Graecum καυσία propius accedit. Plautus Mil. glor. IV, 4, 41. *Facito ut venias huc ornatus ornatu nauclerico, cauſiam habeas ferrugineam.* Herodianus I, 3. *Antigonus quo Liberum patrem per omnia repraeſentaret*, καὶ κισσὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, *& hederam capiti circumdans pro cauſia & diademate Macedonico.* Suidas: Καυσία εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. VORST. MSS. ſexdecim & Ed. Mog. conſtanter *Gauſea* exhibent.

8. *Et animum gerere regium juſſit*] Inter excerpta Gudiana adſcripta haec invenio. *Optime MS. Anulum regum.* Nec tamen ibi pro diverſa lectione ex ullo codice illud ſic annotatum reperio; nec in ullo eorum, quos ipſe contuli, neque in Ultraj. aut Copeſ. offendi. Imo *animum* recte ſcribitur. Siquid in *anulo* eſſet, quo rex à ceteris diſtingueretur, hoc nomine cultus jam eſſet comprehenſum. Sed ſic eodem modo Alexander matrem & uxorem filiaſque Darii non ſolum *incolumes & apparatu priſtinae fortunae reginas eſſe* voluit, ſed etiam *bono animo eſſe* juſſit. Curt. L. III. 12. & Lib. IV. 1. *Cape regis animum.* MSS. *oſſaque & Pyrrhi.*

9. *Cum conſulibus*] MSS. aliquot *cum Conſule.* Et poſtea iidem *Conſuli.* Sed utrumque Conſulem cum exercitu ſuo ſub jugum miſſum fuiſſe conſtat ex omnibus hiſtoricis. Probanda itaque omnino illorum Codicum eſt lectio, quae exhibent *cum conſulibus.*

10. *Apud Caudinas furcas*] Livius l. IX. *furculas Caudinas* vocat. Dicuntur & *fauces Caudinae.* Fuere autem anguſtiae ſaltuum prope Caudium, Samnitum oppidum, ignominia ac clade Romanorum nobilitatae. A Caudio oppido ipſa quoque pax, quae Romanis à Samnitibus data, *pax Caudina* dicitur Livio. VORST.

11. *Urbem ſuam intrantem*] Harl. *In urbem ſuam intrantem.* Bit. prim. *Proinde ac victorem.* In fine *uſi* delet Leid. ſec. adſcriptum recenti manu: habet ſept. Ultraj. ſec. cum Ed. Mog. *Materiem.*

12. *Inhumatum jacere*] Laudavit etiam pro funere, ſi non magis Poëtica, quam Hiſtorica fide iſta ſcripſit Silius lib. X.

——— Jamque Annibal unus
Sat decoris laudator erat, fulgentia pingui
Murice ſuſpirans inicit velamina, & auro

Ann. urb. 541 Livius xxv Ann. urb. 545. Livius xxvii. Plut. Marcello.

humatum jacere paſſus non eſt. Annibal [13] Ti. Gracchum, Lucanorum circumventum inſidiis, cum ſummo honore [14] ſepulturae mandavit, & oſſa ejus in patriam portanda militibus noſtris tradidit. Annibal M. Marcellum, [15] in agro Brutio, dum conatus Poenorum cupidius quam conſideratius ſpeculatur, interemptum, [16] legitimo jure extulit, [17] Punicoque ſagulo, & [18] corona donatum laurea rogo impoſuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam [19] in efferata barbarorum ingenia penetrat, [20] torvoſque & truces hoſtium mollit oculos, ac victoriae inſolentiſſimos ſpiritus flectit. [21] Nec illi arduum ac difficile eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos cominus mucrones placidum iter reperire,

Intextam chlamydem, ac ſupremo affatur honore.

Hunc locum Valerii non tacitus praeteriit Plutarchus dum ait: Ταῦτα μὲν οὖν περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Aliter narrare ait ibidem Livium & Caeſarém Auguſtum. COLER. His verbis videtur ſignificare Valerius non inventum eſſe Aemilii corpus. Livius tamen L. xxii. 52. Id ab eo conquiſitum & ſepultum tradit. Credo Valerium in animo habuiſſe, quod de Flaminii corpore traditur, quod Annibal funeris cauſſa magna cum cura inquiſitum non invenit. Liv. L. xxii. 7. PERIZON.

13. *Ti. Gracchum*] Idem Silius lib. xii.

Namque per inſidias (infandum) & ab hoſpite caeſus
Colloquium & promiſſa petit, dum perfida gentis
Lucanae Gracchus, caeco circumdatus aſtu
Occiderat, laudemque Libys rapiebat humandi.

COLER. *Ti. Gracchum, Lucanorum circumventum inſidiis.* Perfidi praecipue hoſpitis ſui Flavii. Supra 1, 6, 8. VORST.

14. *Sepulturae mandavit*] Vide Magium ad Nepotem in Eumene, & Cuper. L. 1. Obſ. 7. PERIZON.

15. *In agro Brutio*] Obſervat Corradus, Livium l. xxvii. in Apulia illud factum prodidiſſe. VORST.

16. *Legitimo jure extulit*] Suſpicatur Pighius legendum eſſe *legitimo funere.* VORST. In notis ſuis Pighius hanc ſuſpicionem non prodidit, neque etiam in Annalibus ubi agit de morte Marcelli. Notatum vero hoc invenio in margine Editionis à Colero curatae, ſed in ea, quam Antverpiae 1567. edidit Pighius, illud non additur. Unde Perizonius, qui ea utebatur adſcripſit forte *Funere.* Equidem nihil mutandum arbitror. Quoniam MSS. conſtantiſſime retinent *jure*, & Auctor ſic exprimere voluiſſe videtur, quod alioquin dicunt *juſta alicui facere.*

17. *Punicoque ſagulo*] Monet Freinshemius ad Curt. v. 13. 31 *punico* hic eſſe pro *puniceo*; ut ad colorem id pertineat. Et confirmatur id verbis Silii lib. x. *Fulgentia pingui Murice ſuſpirans inicit velamina.* VORST. Sic Supra *Hiſpano ſagulo* L. v. 1. 7. PERIZON. Nonnullae Edd. ante Pighium. *punico quoque ſagulo.* Sed MSS. *Punicoque.* Med. ſec. *punitoque*, quod eſt in Ed. Mog.

18. *Corona donatum laurea*] In codice quem Plutarchus legit, neceſſe eſt fuiſſe, *corona donatum aurea.* Habet enim ille in Marcello, ubi Valerium laudat; ſic, Καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον. Putatque Freinshemius apud Valerium omnino *aurea* & legendum eſſe. Vide Notas ejus ad Curtii v. 13. 31. VORST. *Aurea* legit etiam Schottus ad fragmenta Nepotis p. 173. ſic & in Dione L. xxxvii. & Vell L. ii. Differentia de corona *laurea*, vel *aurea*, quam Pompejo dederit. Lex Ampii & Labieni tribunorum plebis. Vide & Bernec. ad Suet. Aug. 1. Schottum Nod. Cic. iii. 11. Scheff. ad Aelian. V. H. L. xii. 7. Porro Valerium Maximum citat in hac hiſtoria Plutarchus, ſed longe plura & alia, quam hic narrantur, refert PERIZON. *Aurea* eſt in Leid. prim. & ſec. Omittit Ultraj. prim. vide & Cl. Burmannum ad Vell. L. ii. 40. Fruſtra Schottum *auream* hic legere, cum Plutarchus agat de corona, quae reliquiis ejus fuerit impoſita, noſter vero de *corona laurea*, cum quo rogo fuit impoſitus, & combuſtus, contendit Boſius ad Frag. Corn. Nepotis.

19. *In efferata barbarorum ingenia penetrat*] Med. ſec. *effrenata.* Leid. ſept. *al' Effera.*

20. Or-

20. Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemque ſanguinem hoſtilibus lacrymis miſcet. 22 Quae etiam admirabilem Annibalis vocem 23 pro funeribus Romanorum ducum arbitria ſtatuentis expreſſit. 24 Quare aliquanto ei plus gloriae Paullus, Gracchus & Marcellus ſepulti, quam oppreſſi attulerunt. Siquidem illos Punico aſtu decepit, Romana manſuetudine honoravit. Vos quoque fortes, ac piae umbrae, 25 non poenitendas ſortitae eſtis exequias. nam ut optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria collapſae, ſupremi officii decus infelicitate amiſſum, virtute recuperaſtis.

20. *Orboſque & truces hoſtium mollit oculos*] In Cauchiano, *Torvoſque*. Melius. PIGH. *Torvoſque & truces hoſtium oculos. Torvoſque* reperit Pighius in cod. Cauchiano. Eſtque id ſine dubio melius quam quod in aliis apparet, *orboſque*. VORST. *Torvoſque* eſt etiam in Leid. prim. Reliqui *orboſque*. video facile potuiſſe haec mutari, quum praecedat etiam 1. Periz. *orboſque truces hoſtium molit animos*.

21. *Nec illi difficile & arduum eſt*] Sic diſpoſuit Pighius, cum antea legeretur *Nec illi arduum aut difficile eſt.* Sed in antiquiſſimis Mog. Ven. Mediol. Aſcenſ. *Nec illi arduum ac difficile eſt*. Quod confirmant Codices ſcripti. ut ita fuerit reſtituendum.

22. *Quae etiam admirabilem*] MSS. tres *Atque admirabilem.* ſeptem *Atque etiam admirabilem.* Quomodo ante Pighium legi ſolebat.

23. *Pro funeribus Romanorum ducum arbitria ſtatuentis*] *Romani duces* ſunt praedicti Aemilius Paullus, Ti. Gracchus & M. Marcellus. Quid autem illud, Annibalem pro eorum funeribus arbitria ſtatuiſſe? Nihil aliud quam ſtatuiſſe praemia ad ipſos funerandos pertinentia. Cicero in Pis. *Eodem in templo arbitria non mei ſolum, ſed patriae funeris abſtuliſti*. Pari modo idem & alibi. Vide Lex. Cic. VORST. *Ducum arbitria ſtatuentis*. Haec verba deſunt in Leid. ſexto.

24. *Quare aliquanto ei plus gloriae Paullus &c.*] Etiam hoc tacite, ut duo ſuperiora, ſic mutavit Pighius, quum ante ederetur *Quia aliquanto &c.* Quod reperi in MSS. tredecim. Copeſ. tamen habet *Quare*. Quod convenientius eſt.

25. *Non poenitendas ſortitae eſtis exequias*] MSS. duo *ſortiti*. octo *ſortiti*, cum omnibus, quas excuſſi, editionibus, praeter Aſcenſianam & poſt Pighium ſecutas. Idque video non diſplicere Cl. Drakenborchio ad Sil. Ital. L. x. 307. ubi iſtam enallagen pluribus exemplis illuſtrat. Nec ſane ego improbaverim. Illud tamen me male habet, quod paulo poſt ſequitur *collapſae*. Ubi, ſi hic *ſortiti* teneamus, legendum omnino etiam videtur *collapſi*.

CAPUT II.

DE GRATIS.

1. *Senatus Romani.*
2. *Juventutis Romanae.*
3. *Plebis Romanae.*
4. *M. Minucii Ruſi mag. eq.*
5. *Q. Terentii Culeonis.*
6. *Civium è Graecia liberatorum.*
7. *Q. Metelli Pii Cos.*
8. *C. Marii Cos. 4.*
9. *L. Syllae dictatoris.*
10. *Libitinariorum.*

EXTERNORUM REGUM.

1. *Darii Perſarum.*
2. *Mithridatis Ponti.*
3. *Attali Aſiae.*
4. *Maſiniſſae Numidiae.*

[2] Gratas vero ingrataſque animi ſignificationes, & facta libuit oculis ſubjicere, [3] ut vitio ac virtuti juſta merces aeſtimationis ipſa comparatione accederet. Sed quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoque ſty-

1. Caput hoc inſcribunt vulgo *De gratitudine*; cum tamen res de qua hic agitur, nuſquam neque à Valerio, neque ab aliis antiquis ſcriptoribus eo vocabulo ſit appellata, ſed dicta, potius *gratus animus*, *grata mens*, *grata voluntas*: qua de re dedita opera in lib. de Latinit. merito ſuſp. cap. 7. egimus. In codd. antiquis tum MSS. tum typis expreſſis, inſcriptio eſt talis, *De gratis*. Quae quia non ab ipſo auctore, ſed à Grammaticis ſine dubio, quomodo & ceterae, profecta eſt: nulla nobis religio eſt eam mutare; & ita quidem ut inſcriptionibus capitum ceteris conſentanea ea ſit. Jam ceterorum capitum inſcriptiones non facta ſunt ita, *De liberalibus*, *de humanis & clementibus*; ut videl. vocabula concreta, quae vocant, uſurparentur; ſed uſurpata ſunt vocabula abſtracta. Quare hujus quoque inſcriptionem capitis ita faciendam putavimus. Tantum quia vox *gratitudinis* antiquis plane ignota fuit, pro ea voces *animi grati* ſubſtituimus. VORST. *De gratis* habent omnes MSS. noſtri, & omnes ante Pighium editiones. Vide & Menagiana T. IV. p. 211. Ubi La Monnoie videtur probare inſcriptionem. *De Gratis*. Vide & J. G. Voſſium de Vitiis Sermonis L. 1. c. 17.

2. *Gratas vero animi ſignificationes, & ingrata facta libuit oculis ſubjicere, ut vitio ac virtuti juſta merces*] Haec meliore ordine in Campenſi ac aliis, *Gratas vero ingrataſque animi ſignificationes & facta libuit oculis ſubjicere, ut virtuti ac vitio, &c.* Ac tali ordine item proſequitur. PIGH. *Gratas ingrataſque animi ſignificationes & facta libuit oculis ſubjicere, ut virtuti & vitio.* Ita unam atque alteram vocem trajectam, ex cod. Campenſi aliiſque ſuo ordini reſtituendam putavit Pighius. Veteres typis expreſſi ſic habent, *Gratas animi ſignif. & ingrata facta libuit oc. ſubj. ut vitio & virtuti &c.* VORST. Forte *Gratas vero animi ſignificationes & ingratas libuit*, ut *facta* additum ſit ab iis, qui putarunt addendum eſſe ſubſtantivum τοῦ *ingratas*. Nec ſignificationibus animi dicta ſunt ſignificata, non facta. PERIZON. *Ingrata facta* invenio in MSS. tredecim & omnibus editionibus. Tres *oculis hominum ſubjicere.* Quod natum forte ex *omnium*.

3. *Ut virtuti ac vitio*] Quia prius dixerat *gratas animi ſignificationes*, deinde *ingratas*, mutavit ordinem ab aliis ſibi traditum Pighius. Illi enim dederant, ut invenio in MSS. ut *vitio ac virtuti*. Nec hoc mutandum: non enim religioſe hoc adeo obſervant ſcriptores antiqui.

4. *Qui laudem, quam qui reprehenſionem merentur*] In manuſcriptis, *Quae laudem, quam quae reprehenſionem, &c.* PIGH. MSS. decem cum Ed. Mog. & ceteris Pighiana vetuſtioribus, habent, *Qui laudem, quam qui* &c. Ut ad ipſos homines referatur, quod Pighius ad facta referri maluit, & in quibuſdam exſtat etiam Codicibus.

5. *Coriolanum patriam oppugnare conantem*] Vetus, *Patriae interitu perficere conantem.* Quid ſi, *interitum*? Vulgatum ſi intueare, diſpliceat: quia non oppugnare conatus ſaltem Marcius: ſed revera oppugnavit. Si retines, malim

ſtylo ſeparentur: prioremque locum obtineant, [4] quae laudem, quam quae reprehenſionem merentur.

Atque ut à publicis actis ordiar, Marcium [5] Coriolanum patriam oppugnare conantem, admotoque portis Urbis ingenti Volſcorum exercitu, [6] funus ac tenebras Romano imperio minitantem, [7] Veturia mater & Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus ſuis paſſae non ſunt. In quarum honorem [8] ſenatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornavit. Sanxit namque [9] *ut* [10] *feminis ſemita viri cederent*, confeſſus *plus ſalutis reipub. in ſtola quam in*

I. Ann. urb. 265. Livius II. Plutarch. Dionyſ. VIII.

lim *expugnare.* LIPS. *Patriam oppugnare conantem.* Notat Lipſius, veterem quendam cod. habere *patriae interitu perficere conantem:* conjicitque legendum eſſe *pat. interitum perf. con.* Addo igitur ego, utrumque cod. Brand. & veterem typis expreſſum Mart. Herbip. manifeſte habere *patriae interitum conantem*; ut τὸ *perficere* non ſit adjectum. Invenit ita & Schegkius in ſuo cod. uti ipſe in Praemeſſa teſtatur: eamque lectionem genuinam judicat. VORST. primum MSS. decem omittunt *Coriolanum.* deinde in cod. Baſil. eſſe optime *Patriae interitum conantem* teſtatur Klokkius. vide & idem probantem Schegkium praemeſ. Epiſt. IV. Idem ego invenio in MSS. decem. cum Mog. Periz. *Patriae interitum conantem oppugnare.* Leid. ſext. *Patriam oppugnare conantem.* Leid. ſept. *Patriae interitum conantem al' patriam oppugnare, al' patriae bellum inferre.* Leid. prim. *Patriae bellum conantem.* Perizonius conjecit legendum forte. *Patriae interitum cogitantem.* ut apud Ter. Liv. L. XXII. 53. *Nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hoſtium caſtra eſſe.*

Tib. IV. 4.

——— *te ſolum candida ſecum*

Cogitat.

Prop. I. I.

In me tardus amor non ullas cogitat artes.

6. *Funus ac tenebras Romano imperio minitatem*] Med. ſec. *Fumum ac tenebras.* Harl. *Fimicum.* Bit. & Barb. prim, *minantem.*

7. *Veturia mater & Volumnia uxor*] Sic infra Cap. 4. & Liv, L. II. Sed aliter Plutarchus. PERIZON. *In quarum honorem ſenatus.* MSS. octo. *In quarum honore.* & ſic Mog. Editio.

8. *Senatus matronarum ordinem*] Addunt veteres, *Senatus gratitudine motus matronarum ord.* LIPS. *Senatus matronarum ordinem.* Notat rurſus Lipſius, veteres codd. habere ſic, *Senatus gratitudine motus matronarum ord.* Verum illud *gratitudine motus* merum gloſſema eſſe vel ex eo apparet, quod, ut dixi, vox *gratitudinis* veteribus plane ignota fuit. A codd. Brand. gloſſema iſtud abeſt, & à veteribus item typis expreſſis. VORST. *Gratitudine motus* in nullo nec ſcripto nec Edito reperi. Deinde nonnulli MSS. *in. Schola quam in armis.* Med. ſec. *in Schola publica.*

9. *Ut feminis ſemita viri cederent*] Hujus decreti mentio eſt apud Liv. Lib. III. tum apud Dionyſium Lib. VIII. Sed neuter hujus de ſemita ceſſionis mentionem facit, imo nec de vittis ac ſegmentis. In Livio certe locus mutilus eſt, cum ait, *Non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, adeo ſine obtrectatione alienae gloriae vivebatur. Monumento quoque quod eſſet, templum muliebri fortunae aedificatum, dedicatumque fuit.* Sic in omnibus vulgo exemplaribus, quae quidem nos vidimus, legitur. Nec quiſquam eſt, quin recte illud legi credat. Cum ante aliquot annos in Livium annotationes conſcriberemus, liber tertius mihi in multis locis mutilus notatus eſt, ut in hac adeo Coriolani hiſtoria, ubi duorum annorum conſules omiſſos ex Dionyſio oſtendimus, hunc tamen locum intactum reliquimus. Nunc vero cum apud Oliverium locum integrum citatum invenerim, nolui hoc non etiam in hiſce annotationibus lectori oſtendere. Is ita citat Livii hunc locum. *Non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, adeo ſine obtrectatione alienae gloriae vivebatur. Tunc enim primum ſancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea veſte, & aureis ſegmentis, ut novo vittae diſcrimine uterentur. Monumento quoque, quod eſſet templum muliebri fortunae aedificatum dedicatumque fuit.* Hanc puto veram eſſe lectionem. Quid enim τὸ *quoque* hic referret, niſi verba eſſent omiſſa? quomodo τὸ *quoque* poneret Livius, cum nihil prae-

 ceſ-

in armis fuiſſe: [11] vetuſtiſque aurium inſignibus [12] novum vittae diſcrimen adjecit. Permiſit quoque his [13] purpurea veſte & [14] aureis uti ſegmentis. [15] Super haec aedem & aram Fortunae Muliebri [16] eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, [17] faciendam curavit, memorem beneficii animum ſuum [18] exquiſito religionis cultu teſtando.

Quem

ceſſiſſet? hunc locum lector ipſe ſecum perpendat velim. GLAREAN. Ex antiquis Edd. hauſerit iſta verba Oliverius, quae nunc a Livii Editionibus exulant. Hinc & J. Fr. Gronovius, pro *monumento quoque* legit *monumentoque.*

10. *Uti faeminis ſemita viri cederent*] Iidem, *de ſemita.* Plautus: *cedam ego illi de via, de ſemita.* LIPS. Etiam hic praepoſitionem *de* omnes noſtri, praeter Periz. ignorant. Scripti etiam & typis expreſſi, *ut faeminis* quod Pighius in *uti* mutavit.

11. *Vetuſtiſque aurium*] Lipſius ad III. Annal. Taciti legit *crinium inſignibus.* cui nondum ſubſcribo. Inaures intelligit quarum uſus perantiquus & haud dubie à Graecis. Dependebant margaritae & uniones. Abuſus poſtea mirus, & magna luxuriâ earum profluxit. de quo Plinius libro nono, capite trigeſimo quarto, & libro undecimo, capite trigeſimo ſeptimo, Tertullianus de cultu Faemin. *Scrupuloſa Deus auribus vulnera intulit, & tanti habuit vexationem operis ſui & cruciatus infantiae tunc primum dolentis, ut ex illis ad ferrum nati corporis cicatricibus, grana neſcio quae, penderent.* Similiter Cyprianus de habitu Virgin. Et hi quidem ſancti & graviſſimi viri ad imitationem Pauli Apoſtoli, qui ad Timotheum objurgandus ſcribit: *Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετ᾽ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν αὐτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν ἢ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ* Per margaritas nihil aliud quam inaures intelligendum ſcilicet. Elenchos etiam appellabant. Gloſſae veteres *μαργαρῖται μεγάλοι Margaritae, Elenchi.* Juvenalis, Cenſorius ille vates:

—— —— —— *& cum*

Auribus exterſis magnos commiſit Elenchos.

Plinius ita deſcribit: *Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribus foeminarum gloria eſt.* COLER. *Vetuſtis aurium inſignibus.* Male Pighius monet in margine, pro *aurium* legendum fortaſſe *inaurium.* Aurium enim inſignia ipſae inaures ſunt. Sed nec illud placet quod Lipſius ad lib. III. Annal. Tac. ſcribit, legendum eſſe *vetuſtis crinium inſignibus.* Quaſi uſus inaurium non ſat antiquus ſit. Sane aetate Plinii magna jam inaurium luxuria fuit, ut ex IX. 35 Nat. Hiſt. intelligi licet VORST. *Vetuſtiſque aurium inſignibus novum vittae diſcrimen adjecit.* Sic quidem omnes Codd. mallet tamen Lipſ. *crinium inſignibus* quia ſcilicet dubitabat an jam uſitata fuerint illo tempore illa aurium ornamenta: quod non demonſtrat Colerus, qui ſe Lipſio opponit, ut neque Vorſtius. qui maxime ridiculus eſt, dum contra Lipſium ait, uſitatas fuiſſe antiquis inaures patere ex Plinii loco; qui earum faciat mentionem: quaſi Lipſius negarit Plinii tempore Romanis cognitas fuiſſe inaures, ſed non erant illa *inſignia aurium,* ſed ornamenta, & agitur hic de inſignibus, quibus noſci poterant, unde mox dicit *vittae diſcrimen.* Legendum igitur omnino, vel *Vetuſtiſque earum inſignibus.* Vel ſecundum Pighii marginalem ſecundae editionis conjecturam, cui accedit etiam Rupertus, *Vetuſtiſque inaurium inſignibus. Inaurium inſignia* ut *vittae diſcrimen. Inaurium* ſaepe mentio fit a Plauto. *ἐνώτια μακρὰ* habuerunt etiam antiquiſſimae Graecae mulieres. Aelian. I. 18. ubi Scheff. Vorſtius tamen hic argutat, quia aetate Plinii, ut, quum jam tum magna Inaurium luxuria fuerit, credibile ſit eas jam diu in uſu fuiſſe.

Liv. ſaepe *inſigne capitis* dicit de diademate. L. XXVII. c. 31. *Populariter dempto capitis inſigni, purpura atque alio regio habitu aequaverat ſe caeteris.* Ut forte nihil inde in hoc loco mutandum ſit. XLV. 19. nomen regium & praecipuum capitis inſigne. PERIZON. *Aurium* retinent MSS. omnes. Liv. L. XXXIV. 9. *Mundiciae, & ornatus, & cultus, haec foeminarum inſignia ſunt,* quibus ſcilicet inſignior ſplendor alii prae alia additur. Quamquam vero credibile non eſt Antiquiſſimis illis temporibus matronas Romanas lapillos aut uniones ex auribus pendentes habuiſſe, tamen veriſimile videri poſſit, cum *abundanti auro uſae ſint, & capillos, quae formam concinniorem redderent, cinere rutilarint,* ut dixit auctor L. II.

I. 5.

Quem ſecundi etiam belli Punici tempore exhibuit. [19] Cum enim à Ann. urb.
Fulvio Capua obſideretur, ac duae Campanae mulieres benevolentiam er- 541. Livius XXVI.
ga Romanos dimittere ex animis noluiſſent, [20] Veſtia Opidia materfamilias, & [21] Cluvia Facula meretrix; quarum altera quotidie pro ſalute noſtri

I. 5. habuiſſe ſaltem eas aureum aliquod etiam in auribus ornamentum: ad quem morem a ſuo ſeculo diverſum reſpiciens auctor ea vocat *vetuſta inſignia*, tanto majori jure, quoniam ejus tempore uniones matronis pro lictore erant, facerentque ut ſubmoto incederent, ut alicubi loquitur Seneca. Lipſii Conjecturam, ſi libris antiquis niteretur praeferret Oct. Ferrarius L. III. de Re Veſt. C. 17.

12. *Novum vittae*] Ad diſcrimen puto earum, quibus virgines nubentes & Veſtales utebantur. Ovidius de Sylvia lib. III. Faſt.

Ignibus Iliacis aderam, cum lapſa capillis
Decidit ante ſacros linea vitta focos.

De vitta nuptiali intelligo illud Iſidori lib. XIX. cap. 31. *Vitta eſt qua corona vincitur.* COLER. *Novum vittae diſcrimen.* In veteribus typis expreſſis, & Brand. MSS. eſt *novum vitae diſcrimen.* Sed *vittam* intelligi nihil dubium eſt. Ediderùntque ita Pighius atque Lipſius: & hic quidem ad lib. III. Ann. Taciti, ubi locum hunc citat. Sed & Pithoeus in cap. 15. lib. I. Adverſ. ita legendum monuit. Ceterum diſcrimen illud vittae conſtitiſſe videtur in eo, ut vittae matronarum à virginum nubentium & Veſtalium vittis differrent. VORST. *Vitae* habent etiam multi e MSS. noſtris, pro quo recte *vittae* viri docti reſcripſerunt. Dicit autem *Vittae diſcrimen* non tam, ut a virginibus nubentibus aut Veſtalibus matronae diſcernerentur, quam ut a mulieribus libertinis, ac inhoneſtis differrent. Hinc Ovid. L. I. de Arte amandi 31.

Eſt e procul vittae tenues, inſigne pudoris,
Quaeque tegis medios inſtita longa pedes:
Nos Venerem tutam conceſſaque furta canemus.

Vide Ferrar. de Re Veſt. L. III. 17. & quos citat elegantiſſimi Vir Ingenii J. Broukhuſius ad Prop L. IV. II. 34.

13. *Purpurea veſte*] Diu hoc nobiliorum faeminarum geſtamen Romae fuit. Artemidorus: Καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκὴ, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει· εἰ δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν· εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτῆ. COLER.

14. *Aureis ſegmentis*] *Segmenta* monilia & ornamenta diſſecta ſunt. Juvenalis Sat. II. *Segmenta & longos habitus & flammea ſumit.* *Segmentatae* veſtes Plauto & Martiali memoratae. VORST. Haec bona fide deſcripta ſunt ex Fabri Theſauro. Sane monilia *ſegmenta* appellari teſtatur Servius ad Virg. L. I. Aeneid. 654. Rectius vero Ferrarius loco citato, hic de ipſa veſte accipit, dicitque faſcias ſeu virgas aureas intelligi, quae veſti ad ornamentum inſuerentur, taleque gutturis ornamentum intellexiſſe Servium ſtatuere videtur, cum ejus locum ad hoc probandum citat. Minime vero probandus Oliverius, qui *Segmenta*, etiam redimicula ſeu facias, quibus mulieres nobiles capita circumdederint, vocari ſcribit. Nonnulli vero Codices *tegmentis*, *tegimentis*, vel *tegumentis* hic exhibent.

15. *Super haec aedem & aram Fortunae muliebri*] Aedis Fortunae muliebris mentionem facit & Livius lib. II. & ſolius quidem; non & praedictorum ornamentorum. Leid. ſext. *Inſuper aedem*, ſept. *Inſuper al' ſuper haec.* Edd. Ven. & reliquiae eas ſecutae *ſuper hoc.* Sed *ſuper haec.* Mog. & Mediol. retinent. Leid. prim. cum Ed. Mog. *Fortunae muliebris.* & ita a manu ſecunda Leid. ſeptimus.

16. *Eo loco*] Via latina, ad quartum miliare. Valerius ſupra lib. I. cap. 8. COLER. *Eo loco.* Via Latina puta, ad quartum milliarium. Vide ſupra I. 8. 6. ubi & ſimulacri Fortunae muliebris tum temporis facti, quod non ſemel, ſed bis locutum ſit, fit mentio. VORST. Copeſ. *In quo Coriolanus.*

17. *Faciendam curavit*] Sic edidit Vorſtius, conſentientibus MSS. octo. ceteri cum Editis *faciundum*, vel *faciendum curavit.* Quod ex antiquitate retineri poſſe cenſuit Sanctius in Min. L. III. C. 8. Equidem cum alterum potior pars MStorum praeferat, cur ſemel ita loqui Valerium voluiſſe credamus, cauſſam nullam video.

18. *Exquiſito religionis cultu*] Cop. Leid. quint. ſext. Harl. Ultr. prim. cum Edd. Ven. Ald. Aſc. Col. Gryph. Steph. *Exquiſitae religionis.* Sed Mog. & Med. cum reliquis MSS. *exquiſito ſervant.*

19. *Cum enim a Fulvio*] *Enim* abeſt a Bit. primo. Tum Med. ſec. *Capuanae.* Leid. ſept. *Benevolentiam erga nos.*

20. *Veſtia Opidia*] Liber Daniel. *Oppia.* La-

ver-

noſtri excercitus ſacrificavit, altera captis militibus Romanorum [22] alimenta ſubminiſtrare non deſtitit: urbe illa oppreſſa, ſenatus his [23] & libertatem & bona reſtituit; & ſi quid amplius praemii petiiſſent, libenter ſe daturum aſſeveravit. [24] Vacaſſe [25] in tanto gaudio patribus conſcriptis duabus humilibus feminis referre gratiam, nedum tam prae ſe tuliſſe, mirandum.

Ann. urb. 543. Livius XXVI.

2\. Quid illa quoque juventute Romana gratius, [26] quae C. Nautio & Minucio coſſ. ultro nomina ſua militari ſacramento obtulit, [27] ut Tuſculanis

Ann. urb. 295. Livius III Dionyſ. X.

vernianus: *Veſtigia Opidia.* An ſcribendum: *Veſtilia.* Veſtiliae cujuſdam Romanae mulieris meminit Plinius lib. VII. Paulo poſt ex libro Dan. lege: *mater familiae.* COLER. uterque codex Brand. *Veſtigia Oppida.* Et Colerus teſtatur, Codicem Lavernii habere *veſtigia Opidia*, librum autem Danielis pro *Opidia*, *Oppia.* Conjicit igitur Colerus legendum eſſe *Veſtilia.* Veſtiliae enim cujuſdam mulieris Romanae mentionem facere Plinium. VORST. *Veſtigia opida* Leid. prim. ſec. *oppida.* Leid. quart. Ult. prim. *oppidia.* Barb. prim. Copeſ. *Veſtigia opidia* a manu prim. ſed correctum *Veſtia Oppia.* ut etiam in Leid. ſept. ita Med. ſec Periz. *Veſcia Oppia.* Bit. prim. *Opia.* Mog. Ed. *Veſticia opida*, quomodo habet Ultr. ſec. *Veſtiam* nomen muliebre fuiſſe patet ex inſcriptionibus apud Gruterum p. 416. 9. ut & *Veſtidiam* p. 926. 1.

21\. *Cluvia Facula*] Med. ſec. *Duna facula*, prim. cum Harl. *Duma.* Barb. prim. & Cop. *Divinia.* Leid. quint. ſext. *Divina.* Sed correctum in quinto. Leid. tert. quart. Ultr. prim. *Clunia.* ceteri *Cluvia.*

22\. *Alimenta ſubminiſtrare*] MSS. novem *Miniſtrare* cum Ed. Mog. ut fortaſſe ſignificaverit, eam non ſolum facultatibus ſuis, ſed etiam opera in exhibendis alimentis captorum militum gregi uſam fuiſſe. Proprium enim hoc verbum eſt, de miniſtrantibus ad menſam. Liv. L. XXIV. 16. *Alii accubantes, alii ſtantes: qui ſimul miniſtrabant veſcebanturque.* Vide viros eruditos ad Petron. Cap. 31. Et alioquin *miniſtrare* pro ſubminiſtrare, ſatis eſt frequens.

23\. *Et libertatem, & bona reſtituit*] Nam, Nobiles Campani fere in carcerem conditi; multitudo alia civium venundata fuit. Liv. L. XXVI. 16. poſtea Oliverius, *eo amplius.* Periz. *pretii.*

24\. *Vacaſſe in tanto gaudio*] MSS. duodecim delent praepoſitionem.

25\. *Vacaſſe in tanto gaudio Patribus Conſcriptis duabus humilibus faeminis referre gratiam, nedum tam prae ſe tuliſſe, mirandum*] Sententiam haud malam ex his elicias. cum tamen in veteribus duobus legam, *nedum tam propter ſe tuliſſe:* ambigo an non ſcribendum *nedum tam properiter retuliſſe.* Celeritas enim beneficii, beneficium auget. LIPS. *Prae ſe tuliſſe.* Lipſius: *tam properiter retuliſſe.* cum in veteribus ſcriptum eſſet: *tam propter.* Facile adſentior. COLER. Lipſius in duobus Codicibus legit, *Tam propter ſe tuliſſe.* Unde ille conjiciendum legit *Tam properiter retuliſſe?* quia beneficii celeritas beneficium augeat. Habet ita & uterque cod. Brand. VORST. Utrum *properiter retuliſſe.* an *propter ſe tuliſſe?* Hoc credo. Nam prius nuſquam invenio. *Propter ſe* exſtat in ſex noſtris. *Properiter* vero ut admittam adduci non poſſum, quum auctor noſter id alibi non uſurpet, nec, quod ſcio, alius quiſquam. Multo malim *Nedum tam promte retuliſſe.* Guyetus legit *Tantum prae ſe tuliſſe*, & exponit *faire ſemblant.* Enimvero dum dicit auctor, *mirandum, vacaſſe in tanto gaudio p. c. gratiam referre*, ſatis explicuit adhibitam in referendo feſtinationem, dum illud non in aliud tempus prae gaudio rejecerunt; addit igitur, alterum admiratione dignum, nempe illos eam *gratiae relationem prae ſe tuliſſe*, i. e, palam oſtentaſſe tanquam omnino laudabilem, quod eo magis mirandum, quia referebatur *humilibus feminis*, ad quae verba videtur hic omnino reſpicere. *Tantum* vero nullus Codex agnoſcit, ſed quidam delent *tam*, quod vulgo omittebatur ante Pighium. Eodem modo dixit de Antiocho L. IV. 1. Ext. 9. *Gratias agere Po. Ro non diſſimulanter tulit.* an, *nedum eam prae ſe tuliſſe?*

26\. *Quae Quintio & Minutio conſulibus*] Perperam: non enim collegium hoc conſulum eo ſaeculo reperitur. At in Campenſi recte; *Nau-*

tio

his, [28] quorum fines Aequi occupaverant, praeſidium ferrent; quia paucis ante menſibus conſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani populi defenderant? Ergo quod auditu novum eſt, ne patriae grata voluntas ceſſaſſe videretur, exercitus [29] ſe ipſe conſcripſit.

[30] Magnum grati populi ſpecimen in Q. Fabio Maximo [31] enituit. nam cum [32] quinque conſulatibus ſalutariter reip. adminiſtratis deceſſiſſet, certatim aes contulit, quo major ac ſpecioſior ejus funeris pompa duceretur. Elevet aliquis praemia virtutis, cum animadvertat fortes viros felicius ſepeliri, quam vivere ignavos. 3. Ann. urb. 464. circiciter. A. Victor XXXII.

33. Fa-

tio & Minutio, Et in aliis exemplaribus ejuſdem nominis remanent reliquiae. Nam in Atrebatenſi & Colonienſi, *Nuncio*, in Wincheliano, *Nattio*, & in aliis *Genutio* legitur, pro *C. Nautio*. Sed diſcrepat in hiſtoria Valerius à Livio & Dionyſio, alios forte ſequutus annales; hi enim triennio poſtea Tuſculanis datum auxilium tradunt, verum his coſſ. juventutem ultro arma cepiſſe contra Sabinos ſcribit Livius. Quod etiam in Annalibus magiſtratuum ſuo loco annotavi. PIGH. *Nantio & Minucio Coſſ.* Manuſcriptus Dan. *Nautio & Minucio* Nautius is fuit Sp. F. Sp. N. Rutilus. COLER. Recte Pighius e codice Campenſi *Nautio* reſtituit, cum Aldus edidiſſet *Quintio*. Veſtigia ejus lectionis ſunt & in Codd. Brand. unus enim habet *Nuntio*, alter *Mincio*. VORST. *Minoio* habet Cop. Ultraj. prim. & Med. prim. *Mucio* Bit. & Barb. prim. *Quintio* Med. & Leid. ſecundi: & ſext. *Genucio* Leid. prim. & Ult. ſec. *Nevio* Periz. *Nactio* Leid. quart. *Nautio* quint. *Mucio al' Naucio*. Leid. ſept. *Que Genutio & Numitio conſulibus*. Ed. Mog.

27. *Ut Tuſculanis praeſidium ferrent*] Factum hoc & Liv. L. III. & Dionyſ. L. X. Sed triennio poſt referunt, Romulio puta & Veturio conſulibus. Ceterum Nautio & Minucio Coſſ juventutem ultro arma cepiſſe contra Sabinos ſcribunt. VORST. Dicit Livius benigne plebem contra Sabinos arma cepiſſe, quod agri eorum infeſta populatione erant foedati; & terror urbi injectus. quare non auſcultabant tribunis delectum impedire conantibus: hac vero de re, quam Valerius narrat, agens addit, *Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii*. Vides ab eo *recens meritum* vocari, quo Valerius eos *Paucis ante menſibus imperium* ab iis defenſum tradit, ut haec diſcrepantia inde forſan ſit orta.

28. *Quorum fines Aequi occupaverant*] Leid. ſec. Med. prim. *Aquiculi*, ut edi ante Pighium ſolebat. Mog. tamen cum ſcriptis reliquis *Aequi* praeferunt.

29. *Seipſe conſcripſit*] Liber Dan. *eduxit*. Lavernianus & Colmarienſis: *Conduxit*. quod non abjicio. Hoc enim prope eſt, ultro ſua nomina militari ſacramento offerre. Plautus duplici compoſitione dixit *Adconducere*. Servius Danielis: *Plautus Pyrgopolinice: Rex Seleucus me opere oravit maximo, Ut ei adconducerem latrones & conſcriberem.* Nota, *Pyrgopolinicem* vocari hic fabulam, quae vulgo, *Miles glorioſus*. COLER. Med. prim. *Combuſſit*, al' *conſcripſit*, al' *obtulit*. Periz. Bit. Leid. quart. *Conduxit*, & ſic Leid. quint. ſed in eo emendatum eſt. Ultr. ſec. *ſe ipſum*. *Conducere* vero de milite Romano, qui mercede ſane non militabat, non probem.

30. *Magnum grati populi ſpecimen*] Plinius de Viris Illuſtribus tale quid de Q. Fabio Rutiliano prodidit. At Oliverius de Verrucoſo intelligit, fortaſſis quia proxime ejus Magiſter equitum Minucius ſequitur. Accedit etiam locus ille praecedenti habitus libro de Liberalitate, ubi Fabius Cunctator inops patrimonium habuiſſe narratur, ob pecuniam Hannibali pro captivis, inconſulto ſenatu, promiſſam, ſolvere coactum. GLAREAN.

31. *Enituit*. Copeſ. *Emicuit*. Vide ſupra ad L. I. 6. 1. *ſalutariter* reſcripſit Pighius e MSS. habentque ita Codices Brandeburgici. Veteres typis expreſſi *ſalubriter*. VORST. ſex MSS. *ſalubriter*. reliqui cum Mog. Ed. *ſalutariter*. ſimiliter variant C. 3. Ext. 2 h. l. *leges ſalutariter excogitatae*. in fine *viros* omittit Copeſianus.

32. *Quinque conſulatibus ſalubriter reip. admini-*

4. Ann. urb. 536. Livius XXII Plut. in Fab. [33] Fabio autem etiam incolumi ſumma cum gloria gratia relata eſt. Dictatori ei magiſter equitum Minucius [34] ſcito plebis, quod nunquam antea factum fuerat, aequatus, partito exercitu ſeparatim in Samnio cum Annibale conflixerat. Ubi temere inito certamine peſtiferum habiturus exitum, ſubſidio Fabii conſervatus, & ipſe eum *patrem* appellavit, & [35] à legionibus ſuis *patronum* ſalutari voluit: ac depoſito aequalis imperii jugo, magiſterium equitum, ſicut par erat, dictaturae ſubjecit: imprudentiſque vulgi errorem gratae mentis ſignificatione correxit.

5. Ann. urb. 552. Livius XXX 45. L. XXXVIII. Plut Apoph. Q int. Decl. IX. Tam hercle probabiliter, quam Q. Terentius [36] Culeo praetoria familia natus, & inter paucos ſenatorii ordinis ſplendidus, optimo exemplo Africani

niſtratis] Veteres libri legunt, *Salutariter*. Vocabulum Ciceroniano ſaeculo non inuſitatum. PIGH.

33. *Fabio autem etiam incolumi*] Legendum, *Fabio alteri etiam incolumi*. alioquin enim Rulliano, cujus ante meminit, haec adſcribi videbuntur. PIGH. *Fabio autem etiam incolumi*. *Incolumi* pro *vivo*. Ceterum Pighius, ut Fabium hunc diverſum ab eo cujùs ante mentio facta, intelligatur, legendum putat *Fabio alteri etiam incolumi*. alioqui Q. Fabio Maximo Rulliano haec adſcribi videri poſſe. Codices tamen Brand. habent *Fabio autem*; & veteres item typis expreſſi. Nec putem aliquid hic mutandum. VORST. Pighius ex conjectura inſeruit τὸ *alteri*, ne hoc exemplum de ſuperiore Fabio, de quo proxime egit, intelligatur. Vorſt. ait Codd. Brandebb. habere ut & veteres typis expreſſos. *Fabio autem etiam incolumi*. nec putat aliquid hic eſſe mutandum, itaque proinde edidit, licet nullam ſuae ſententiae aliam rationem adferat. MS. Copeſianus habet *Fabio etiam alteri*. Sed praefero ego Brandeb. & aliorum ante Pighium editionum, ut ex ipſius Pighii notis patet, ſcripturam. Senſus autem eſt. *Verum etiam Fabiae gentis homini incolumi gratia relata eſt*. *Fabius* enim hic non praeciſe ad ſuperiorem referendum, ſed denotat quemcumque Fabium, Fabiae gentis hominem; & ſane per ſe patere exiſtimavit Valerius intelligi hic alium Fabium, quia cum proximo exemplo nullius fecerit mentionem, niſi Q. *Fabii Maximii Rulliani*, ſcilicet hic, ſi de eodem loqueretur, dicendum foret *eidem*. Nec vero quicquam aliud addidit, quia quod de ipſo refert, adeo celebre & omnibus notum erat, ac jam antea ab ipſo relatum, ut omnes inde facile ſcire poſſent, de quo Fabio loqueretur. Interea lege. *Dictatori enim* n. Illi Fabio. Sic enim habet MS. Copeſ. quamvis etiam *Ei* retineri poſſit. Sed ſolet plerumque per *nam* vel *enim* ad narrationem accedere, ut ſuperiore exemplo ac ex. 8. ubi omnino ita legendum, non *etiam*, quod edidit Pighius. Sic v. 3. 2 *Quinque igitur Cornelii totidem ſunt ingratae patriae exempla* i. e. Corneliae gentis homines. Sic *Genucius quidam*. VII. 7. 6. ſimiliter ib. ex. 4. ex MS. videtur legendum *cuidam Publicio ſeni*. PERIZON. in MSS. Quatuordecim τὸ *alteri* non comparet. Duo *Fabio autem incolumi*, quinque cum Mog. *Fabio autem etiam incolumi*. Reliqui. *Fabio etiam incolumi*. *Enim* pro *ei* habet quoque Med. ſec. Periz. & ſic edebatur ante Pighium. ceterum, quamvis frequenter ad narrationem per hanc particulam ſoleat accedere, id tamen non ſemper obſervare eum ſupra jam monuimus.

34. *Scito plebis*] Lib. Dan. ut ſupra: *Scito plebei*. COLER. *Scito plebis aequatus*. In cod. P. Dan. ut Colerus teſtatur, eſt *ſcito plebei*: ut ſit Genitivus antiquus à Nominativo *plebes*, quo Saluſtius utitur. Eſt autem verius quod hic legitur, ſcito plebis magiſtrum equitum aequatum dictatori fuiſſe, quam quod ſupra III, 8, 4. ipſum ſenatum dictatori magiſtrum equitum aequaviſſe. VORST. *Scito plebis* propemodum omnes noſtri retinent.

35. *A legionibus ſuis patronum ſalutari voluit*] Multi MSS. *Ab legionibus*. Similiter etiam exercitus obſidione Sabinorum a Quintio Cincinnato liberatus *proficiſcentem eum patronum ſalutavit*. Liv. L. III. 29.

36. *Culeo*] Liber Dan. *Culleo*. Ita & Nonius ſcribit. Gloſſarium: *Culleus*. COLER. Geminato

nato

ſuperioris 37 currum triumphantis, quia captus à Carthaginienſibus, ab eo fuerat recuperatus, 38 pileum capite gerens, ſecutus eſt. Auctori enim libertatis ſuae, 39 tanquam patrono, accepti beneficii confeſſionem, ſpectante populo Romano, merito reddidit.

At 40 Flaminini 41 de Philippo rege triumphantis currum, non unus, ſed duo millia civium Romanorum 42 pileata comitata ſunt; 43 quae Punicis bellis intercepta, & in Graecia ſervientia, cura ſua collecta, in priſtinum gradum reſtituerat. 44 Geminatum ea re decus imperatoris, à quo ſimul & devicti hoſtes, & conſervati cives ſpectaculum patriae praebuerunt. Illorum quoque ſalus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperaverunt. 6. Ann. urb. 559. Livius xxxiv. Plut. in vita.

45 Me-

nato *l* ſcribunt etiam decem noſtri. Cop. *Me hercle.* Barb. prim. *oportuno exemplo.*

37. *Currum triumphantis*] haec duo delet Harl. Si abeſſet τὸ *triumphantis*, ſaltem ſuo loco hic non poſitum, equidem non deſiderarem. Nec juvat quod mox loquitur eodem modo. Ibi enim praecedit *de Philippo Rege.*

38. *Pileum capite gerens*] *Pileus* ſignum factae manumiſſionis, donataeque libertatis erat. Jam non manumiſerat quidem Scipio Culeonem; ſed victoriis tamen ſuis fecerat, ut libertatem ille recuperaret: atque ita idem effectus fuit, qui manumiſſionis. Paulo poſt duo millia eadem ex cauſa *pileata* inceſſiſſe memorat. VORST. Multi MSS. ſcribunt duplici *ll*, *pilleum*, & ſtatim *pilleata.*

39. *Tanquam patrono*] Liberti eos a quibus manumiſſi erant *patronos* vocabant. Tacitus I. Hiſt. 2. *Odio & terrore corrupti in dominos ſervi, in patronos liberti.* Quia igitur Q. Terentius Culeo a Scipione hoſti ereptus ac in libertatem aſſertus erat, perinde eum colebat ac ſi ſervus ejus atque ab eodem manumiſſus fuiſſet. VORST. Barb. & Med. primi, Leid. ſec. *Jamque patrono.*

40. *Flaminini*] Plerique MSS. cum ante vulgatis *Flaminii.* Ultrj. prim. *Flaminii Quincii.*

41. *De Philippo rege*] Plutarchus de Nabide, ſed male. Cum Valerio ſentit Livius, Eutropius lib. IV. cap. I. Oroſius lib. IV. cap. 18. COLER.

42. *Pileata comitata ſunt*] Idem fecere Placentini & Cremonenſes in triumpho Cn. Cornelii apud Liv. L. XXXIII. 34. PERIZON.

43. *Quae Punicis bellis intercepta*] Ante Pighium legebatur, *Quae his Punicis bellis intercepta*, & ſic fere exſtat in MSS. niſi quod nonnulli habent *hiis.* Quod utrumque demonſtrativum, quum locum habere non poſſet quod de uno tantum bello Punico praeceſſiſſet mentio, Pighius illud expungendum, credo, putavit. & forte deerat in aliquo MS. ut in Periz. Mihi mollior medicina placet. Nam cum *hiis* ſaepe pro *iis* in MSS. occurrat, veriſimile eſt Auctorem ſcripſiſſe, *Quae is Punicis bellis intercepta.* ut habet. Harl. cum Barb. primo.

44. *Geminum ea re decus imperatoris*] Correctius haec in Wincheliano, & Colonienſi, *Geminatum ea die decus imperatoris.* Aſtipulantur & alia exemplaria quamvis depravate ſcripta. PIGH. *Geminatum ea die decus imperatoris.* Ita Pighius ex cod. Wincheliano & Colon. At Aldus, *Geminum ea, re decus.* Priori lectionis veſtigium in uno quoque cod. Brand. eſt, *geminarum*: & in vet. editione Chalcocond. *geminaverunt.* Vetus autem editio Mart. Herbip. manifeſte *geminatum ea re* habet. VORST. Periz. Ultr. prim. *Geminum ea re.* Leid. ſec. quint. ſext. Bit. prim. *geminum re ea.* Med. prim. *Geminarum ea.* Leid. quart. *Geminum ea re ad decus.* tert. *geminum l*, *gmvrt ea re ad decus.* Ultr. ſec. *geminatum ea re.* Sic Mog. ſed Harl. Barb. prim. Med. ſec. *Geminaverint ea.* Oliverius *geminaverunt ea.* Leid. ſept. *geminumque decus.* ut τὸ *die* quod Pighius dedit in Noſtris non occurrat. Placet, *geminatum ea re.* item quod quidam exhibent cum Ed. Mog. & Mediol. *Imperatori.* in fine Med. ſec. habet *Exoptate libertatis ſtatum.*

45. *Metellus vero Pius*] Plinius lib. VII. cap. 43.

7. Ann. urb. 673 Cic. p. Planc. 29.

[45] Metellus vero Pius [46] pertinaci erga exulem patrem amore, [47] tam clarum lacrymis, [48] quam alii victoriis, cognomen aſſecutus, non dubitavit conſul pro [49] Q. Calidio praeturae candidato ſupplicare populo, quod tribunus plebis legem, [50] qua pater ejus in civitatem reſtitueretur, tulerat. Quin etiam patronum eum domus & familiae ſuae ſemper dictitavit. Nec hac re de principatu, quem proculdubio obtinebat, [51] quicquam decerpſit; quia non humili, ſed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam ſummittebat dignitatem.

8. Ann. urb. 651. Cic. p. Balbo. Plut. in vita & Apopth.

[52] Jam C. quidem Marii non ſolum praecipuus, ſed etiam praepotens gratae mentis fuit impetus. [53] Duas enim Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes, in ipſa acie, [54] adverſus conditionem foederis civitate donavit. Quod quidem factum & vere & egregie excuſavit,

43. & 44. Solinus cap. 7. Paterculus libro II. COLER.

46. *Pertinaci erga exulem patrem*] Ultraj. prim. *circa exulem patrem.*

47. *Tam clarum lacrymis, quam alii victoriis cognomen*] Patris, Metelli Numidici, per injuriam in exilium pulſi, reditum continuis lacrymis & precibus efflagitando cognomen *Pii* ſortitus eſt: ut Aurel. Victor c. 63. ſcribit. VORST. MSS. ſeptem habent *aliis*, & ſic etiam Mog. editio. Reliqui ut recte emendavit Pighius *Alii.* Sed ita dederat quoque Oliverius, eumque ſecutus Aſcenſius addita vera explicatione.

48. *Quam aliis victoriis cognomen aſſecutus*] Non puto Q. Metellum victoriis aliquod cognomen aſſecutum fuiſſe, ut hic Valerius videtur dicere, ſed Numidici patris per injuriam pulſi reditum: continuis lachrymis & precibus efflagitando Pii cognomen meruit, velut etiam auctor de Viris illuſtrib. cap. 63. ſcribit. Legendum igitur, ut in Campenſi, aliiſque manuſcriptis habetur, *Tam clarum lachrymis, quam alii victoriis cognomen aſſecutus.* PIGH.

49. *Q. Callidio praetore candidato*] *Q. Calidio praeturae candidato*, recte in Camp. PIGH. *Praetore* delet Leid. ſext. Ceteri cum omnibus editis *Praetore candidato.* quod Aſcenſius explicat; qui in Candida toga praeturam petit. Verum ille *praetor candidatus* dici non poteſt, ſed *praeturae*, ut bene Pighius. *Calidio* etiam plerique MSS. nonnulli etiam *Quintio.*

50. *Qua pater in civitatem reſtitueretur.* In manuſcriptis, *pater ejus.* PIGH. *Ejus* additum invenio etiam in longe maxima parte MSS. & Mog. Editione. pauci *in civitate reſtitueretur.*

51. *Quidquam decerpſit*] Priſcus codex *arceſſit.* Poſſis legere, *abſceſſit.* LIPS. *Quicquam decerpſit.* Notat Lipſius in vetere cod. legiſſe ſe *arceſſit*; indeque colligit, legendum eſſe *abſceſſit.* Eſt & in uno cod. Brand. *arceſſit*; ac in altero *accerſit.* Quid ſi legamus *deceſſit?* Terentius Adelph. v. 3. 30. *De ſumma nihil decedet.* Sane illud *deceſſit* nec a τῷ *decerpſit* multum abludit. Ceterum neque Metellus de ſuo ipſius principatu nihil decerpſiſſe commode dici videtur. De alterius rebus aliquid decerpere aliquem, recte dicitur. Cicero pro Marc. *Nihil ſibi ex iſta laude centurio decerpit.* Plinius in epp. *Decerpere aliquid ex dignitate alterius.* Quae cum ſcripſiſſem, animadverto Theophilum quoque Chalcocondylem pro *decerpſit* legendum judicaſſe *deceſſit.* VORST. Alii *arceſſit*, unde Lipſ. *Abſceſſit.* Vorſtius mallet *deceſſit*, & ſic plane habet Codex Copeſianus: ſed hic retineo *deſcerpſit* propter ea, quae ipſe Vorſtius adducit. PERIZON. *Arceſſit*, vel *accerſit*, Leid. prim. *Acceſſit.* Sed cum Copeſiano conſentit Periz. Leid. ſept. *Arceſſit al' decerpſit, al' imminuit.* Cic. L. II. de Orat. C. 56. *Ne quid jocus de gravitate decerperet.* i. e. imminueret.

52. *Nam C. quidem*] Rectius. Dan. *Jam C. quidem Maris* COLER. *Jam C. quidem Marii.* Ita recte Colerus ex cod. P. Dan. Ante editi habent *Nam.* Illud *jam* elegans particula eſt connectendi: uſuſque eo noſter eſt ſaepius. VORST. Utitur Auctor utraque particula, & ea ſubinde confuſa ſunt in MSS. Major pars hic *Nam* exhibet. Ultraj. ſec. & Leid. ſext. *Tam.*

ſit, dicendo *inter armorum ſtrepitum verba ſe juris civilis exaudire non potuiſſe*. 55 Et ſane id tempus tunc erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat.

C. Marii veſtigia ubique L. Sylla certamine laudis ſubſequitur. 56 Dictator enim Pompejo etiam privato & caput adaperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit: *eaque ſe libenter facere* in concione praedicavit; memor ab eo duodeviginti annis nato 57 partes ſuas exercitu paterno adjutas. Multa inſignia Pompejo; ſed neſcio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii, 58 ſui oblivíſci Syllam coëgit. 9. Ann. urb. 672. Plut. Pomp.

Sit aliquis 59 in ſummo ſplendore etiam ſordibus gratis locus. M. Cornuto praetore funus Hirtii & Panſae juſſu ſenatus locante, 60 qui tunc Li- 10. Ann. urb. 710.

53. *Duas enim Camertium cohortes*] Voculam *enim* reſtituo e codd. Brand. Aldus, *Duas etiam*: quem Pighius, Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. *Camertes* populus Italiae in ſexta regione, ut Plinius III. 16. refert. Livius IX. 36. *Camertes Umbros* vocat. VORST. *Enim* exhibent MSS. decem cum Mog. Ed. & Mediolanenſi.

54. *Adverſus conditionem*] Foedus illud Camertinum aequiſſimum & ſanctiſſimum fuiſſe dicit Cicero. COLER.

55. *Et ſane id tempus erat*] Sic Pighius. At ſcripti noſtri & editi una voce auctiores, *Et ſane id tempus tunc erat*: quod reſtituendum curavi, illorum auctoritate, non quod putem deſiderari.

56. *Dictator enim privato Pompejo*] Lege ut in Cauchiano & Wincheliano, *Dictator enim Pompejo etiam privato*. PICH. *Etiam privato*. Salluſtius III. Hiſtor. *Quibus de cauſis Sullam Dictatorem in victoria equo deſcendere, ſibi uni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum*. COLER. *Pompejo etiam privato caput adaperuit*. Ita legi vult Pighius e cod. Cauch. & Wincheliano. Alii tam typis expreſſi, quam MSS. habent, *privato Pompejo & caput adaperuit*. Et ſane vocula *&* non omittenda videtur; quod eadem bis adhuc ſequitur. VORST. Juvare nonnihil Pighium videtur Leid. quint. exhibens *privato & Pompejo caput adaperuit*. ceteri cum typis expreſſis conſentiunt. Deinde duo *ſella ſurrexit*.

57. *Partes ſuas exercitu paterno adjutas*] Pater Cn. Pompeji partes Syllanas ſecutus fuerat. Idem ergo & filius fecit: eaque re ad victoriam Syllae multum contulit. VORST. Vide Vell. Pater. L. II. 29. Qui dicit ipſum ſub adventum Syllae in Italiam ex agro Piceno, qui totus fere parentis ejus clientelis refertus erat, firmum contraxiſſe exercitum, quo nempe Syllam juvaret.

58. *Sui oblivíſci Syllam coëgit*] Syllam cetera ſaevum & arrogantem induxit, ut humanitati ſerviret. VORST. Leid. prim. *Sui ſemet Syllam oblivíſci coëgit*.

59. *In ſummo ſplendore etiam ſordibus gratis locus*] In Campenſi & Colonienſi, *ſordidis*. Recte. PIGH. *Sordidis*. Spuria lectio. vel abſque libro Dan. eſſet, legerem: *ſordibus*. COLER. *Sordibus gratis locus*. Ita veteres typis expreſſi, & Brand. MSS. Pighius ex aliis codd. legi vult *ſordidis gratis*. Sed nihil novi eſt abſtracta pro concretis poni. *Sordes gratae* hic ſunt homines ſordidam quidem operam praeſtantes; ſed grati tamen. Paulo poſt eoſdem illos *contemptum gregem* vocat. VORST. *Sordidis* non invenio in MStis. Sed uno & altero *ſordidus*, reliqui *ſordibus* habent. Sed quum *ſordes gratae* minus recte dictum videretur, maluerunt librarii poſteriorem vocem cum *loco* conjungere, ſcribentes *ſordibus gratus locus*. Sed ut *ſplendorem ſummum* ponit pro hominibus ſplendidiſſimis (quare peſſime in Ultraj. primo additur *gratitudinis*) ita *ſordes* pro hominibus ſordidis i. e. contemptiſſimis poſuit. Notum eſt Ciceronis illud in Piſon. C. 26. *O tenebrae, o lutum, o ſordes*!

60. *Qui tunc Libitinam exercebant*] Pollinctores & veſpelliones: qui & *Libitinarii* dicebantur. *Libitina* Dea funerum apud Romanos. Deinde

Libitinam exercebant, [61] cum rerum ſuarum uſum, [62] tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt; quia hi pro republica dimicantes occiderant; [63] perſeverantique poſtulatione extuderunt, ut [64] exequiarum apparatus ſeſtertio nummo ipſis praebentibus addiceretur. [65] Quorum laudem adjecta lege conditio auget magis, quam extenuat: quoniam quidem quaeſtum contempſerunt, nulli alii rei quam quaeſtui viventes.

Externa.

Pace cinerum ſuorum Reges gentium exterarum [66] ſecundum hunc tam contemptum gregem referri ſe patientur: qui aut non attingendus, [67] aut non niſi in ultima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. [68] Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non intercidant, licet

cet

de ipſum quoque funera curandi munus; uti hoc loco. VORST.

61. *Cum rerum ſuarum uſum*] MSS. fere omnes, & Editiones Pighiana antiquiores, *Tum rerum ſuarum.*

62. *Tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt*] Sic recte & convenienter MSS. reſtituit Pighius, cum vulgo ederetur *gratuito*. Sed *gratuitum* retinent etiam antiquiſſimae editiones.

63. *Perſeveranti poſtulatione extuderunt*] Ita unus quoque cod. Brand. Aldina & aliae veteres editiones *excuderunt*. VORST. Sex MSS. *Excuderunt*, duo *extulerunt*, ceteri *Extuderunt*. Sed *Excuderunt* habent Ed. Mog. Ven. Mediol. Aldi. Colin. contra *Extuderunt* Aſcenſ. Gryphii, R. Stephanus. ſupra L. I. 4. 4. *Vixque extuderunt ut domum rediret.* De hoc verbo Vide Bentlej. ad Hor. L. II. S. 2. 14. allatis exemplis docentem illud pro *obtinere*, *impetrare*, *extorquere* poni.

64. *Exſequiarum apparatus*] Lib. Dan. *paratus.* ut ex ſuo codice annotaverat olim in Notis Vellejanis Jacobus Schegkius JCtus nuper peſſimo litterarum denatus. COLER. Vide Schegkium ad Vell. L. II. c. 62. ubi praeterea apparet a libro ipſius abfuiſſe τὸ *praebentibus*, idque ab eo probari. Harl. habet *ipſis petentibus*. Sed fere omnes praeter Med. ſec. *praebentibus* retinent. Unde Perizonius conjiciebat legendum *praebendus*. Non male profecto! Etiam *apparatus* exſtat in longe plurimis. Multi etiam *adjiceretur*. Sed verum propriumque in tali re eſt verbum *addicere*.

65. *Quorum laudem adjecta lege conditio auget magis quam extenuat*] Quae haec conditio adjecta lege? fruſtra quaeras. Scribe, *abjecta*. Haec eſt mens Valeriana: Libitinarii, inquit, etſi lege & more abjectum ac vile id genus, tamen, &c. Sane in vilibus habiti ſemper: ideoque mox etiam appellat, *Contemptum gregem*. LIPS. *Quorum laudem.* Lipſius malit: *abjecta lege*. COLER. *Quorum laudem adjecta lege conditio auget.* Lipſius pro *adjecta* legendum conjicit *abjecta*: ut ſenſus ſit, veſpillonum lege ac moribus Romanorum abjectam conditionem, eorundem laudem augere. VORST. Lege cum Lipſio *abjecta*. PERIZON. Velim doceri qua lege abjecta fuerit Veſpillonum conditio. Nondum enim reperi eorum conditionem, quemadmodum hiſtrionum, aliqua lege fuiſſe infamatam. Hoc ſentiens, credo, Lipſius aſtute addidit *moribus*, quibus ſciebat, pro contempto & ſordido genere eos haberi. Interea minus etiam capio vulgatum: nec quidquam juvant MSS. ſi ſolum excipias Perizonianum, qui ita ſcribit. *Quorum laudem adjecta laude conditio auget magis quam extenuat.* Plana enim ſunt omnia, ſi legas *laudi*, i. e. ſi poſt commemorationem illius laudabilis facti, addatur illud factum a Veſpillonibus, hominibus in ſordido quaeſtu vitam agentibus.

66. *Secundum hunc tam contemptum gregem*] Poſt libitinarios & veſpillones. *Secundum* pro *poſt* ſaepe uſurpatum & Livio, aliiſque. VORST.

67. *Aut non niſi in ultima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit*] Copenſ. Periz. duo Med. Harl. Bit. & Barb. prim. *Collaudandus fuit*. Sic etiam Mog. Ed. *collocandus* praefero.

68. *Sed*

cet ſeparatum locum obtineant: [69] ut nec his adjecti, nec illis praelati videantur.

Darius privatae adhuc fortunae, amiculo [70] Syloſontis Samii delectatus, curioſiore contemplatione fecit, ut ultro ſibi, & quidem à cupido, daretur. Cujus muneris quam grata aeſtimatio animo ejus eſſet allapſa, regno potitus oſtendit. totam namque [71] urbem & inſulam Samiorum Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei aeſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata; magiſque à quo donum proficiſceretur, quam ad quem perveniret, proviſum. 1. Herod. 3. Strabo xiv. Aelian. Var. hiſt. iv 5. Julian. Ep. 29

Mithridates quoque rex magnifice gratus apparuit: quoniam pro Leonico, acerrimo ſalutis ſuae defenſore, à Rhodiis navali pugna excepto, omnes hoſtium captivos permutavit. ſatius eſſe exiſtimans [72] ab inviſiſſimis [73] circumveniri, quam bene merito gratiam non referre.

Li-

68. *Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi memoria non intercidant*] Abeſt veteri, *auctus*: & poſt, *infimis*, inſerit, *eſtis*. Eo legam: *dum honeſti etiam ab infimae ſortis editi memoria non intercidat*. Dummodo rei honeſtae, inquit, etiamſi a vilibus editae memoria duret, &c. Statim etiam malim, *ut nec illis adjecti, nec his praelati*: ordine mutato & cur malim, vides. LIPS. Quod a veteri libro *Actus* abeſſe, & inſeri *eſtis* poſt *infimis*, teſtatur Lipſius, idem ego teſtor de variis noſtris, & Mog. Alii, habent *Sed dum honeſti actus etiam ab infimis ſunt editi*, plerique: *memoria intercidat*, & paulo poſt, *obtineat*. unus autem alter cum Mog. *intercedat*. Periz. *etiam ab infinitis* & *ſeparatim*. Lectio Lipſii minus convenit iis, quae ſequuntur, *ut nec his adiecti &c.* & praeterea nimium, quam pro ſtilo Valerii, eſt conciſa. An? *ſed dum honeſti actus, etiamſi ab infimis ſint editi, memoria non intercidant. Intercidere memoria*, dixit ut Liv. L. II. 8. *Credo, quia nulla res geſta inſignem fecerit conſulatum, memoria intercidiſſe.*

69. *Ut nec hic adjecti, nec illis praelati videantur*] *His*, ad remotius, *illis* ad propinquius pertinet: ut ſup. II, 7. 12. & 15. III. 2. 1. IV. 7. ext. 1. Quod ſi obſervaſſet Lipſius, non hic de emendando cogitaſſet. VORST. Vide ad L. I. 8. Ext. 4.

70. *Syloſontis*] Sunt qui *Siloſuntis*, multi *Silophontis* habent. Deinde MSS. novem, ut ante Pighium edebatur, *Curioſa contemplatione*.

71. *Urbem & inſulam*] πόλιν ἔρημον ei à Dario traditam, ſcribit Herodotus. Strabo vero ob Syloſontis ſaevitiam deſertam fuiſſe auctor eſt. COLER. *Urbem & inſulam Samiorum fruendam tradidit*. Voluit inviolatam & incolumem tradere, uti Syloſon petierat. Verum tradidit ἔρημον; quod Samii auctore & duce Maeandrio deditionem, quemadmodum initio promiſerant, facere noluiſſent. Vide Herodotum lib. III. VORST. Tradidit urbem & inſulam Samiorum ei fruendam, cum conceſſit illi, ut reditus iſtius urbis & inſulae ipſe perciperet, ut iis pro lubitu ſuo frueretur. Sic Nep. de Themiſtocle. *Domiciliumque Magneſiae ſibi conſtituit. Namque hanc urbem ei Rex donaverat his uſus verbis, quae panem ei praeberet. (ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant) Lampſacum, unde vinum ſumeret: Myuntem, ex qua obſonium haberet.* de quo more regum Perſarum pluribus egit Barn. Briſſonius de Regn. Perſ. pag. 103. Vide & J. Fr. Gronovium ad Gell. L. IX. 1. 2.

72. *Ab inviſiſſimis circumveniri*] Ita Aldus & Chalcocondyles. Nec aliter unus cod. Brand. Alter, *circumiri*: quomodo librum quoque P. Dan. habere teſtatur Colerus. Sed idem hic tamen mavult *circumſcribi*; quod Pighius ut diverſam lectionem in margine notarat: idemque & in textum recepit. VORST. Sex MSS. cum Mog. habent *circumiri*, octo, *circumvenire*, e nullô notatum invenio *circumſcribi*: quod ut facile reciperem, ſi MSS. auctoritate fulciretur, ita non minus recte ſe habet τὸ *circumvenire*, quod ſaepe ponitur pro dolis

 deci-

3. Ann. urb. 620. Livius LVIII. Plin. XXXIII. 11.

Liberalis populus Rom. magnitudine muneris, quod Attalo regi Aſiam dedit dono. [74] Sed Attalus etiam [75] teſtamenti aequitate gratus, qui eandem Aſiam populo Rom. legavit. Itaque nec hujus munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari poteſt, [76] quot ampliſſimae civitates vel amice datae, vel pie redditae ſunt.

Ceterum neſcio an praecipue Maſiniſſae regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum. [77] Beneficio enim Scipionis, & Romanorum amicitia, & pervaſi regni modo [78] liberaliter auctus, memoriam inclyti muneris ad ultimum vitae

decipi, fraudari, opprimi. Aliquot Codd. *Inimiciſſimis*, quod vero in Editionibus quibuſdam ante Pighium eſt *invictiſſimis*, in ſcriptis non reperio.

73. *Circumveniri*] Lib. Dan. *Circumiri*: alii plerique *circumſcribi*. quod ſane non ab illis in doctis librariis, ſed ab erudito pectore, hoc eſt, ab ipſo Valerio videtur. *Circumſcribi* ſignificat, circumvenire, decipi, minui. Gloſſarium vetus: *ητίαθεις circumſcriptus*. Cicero: *Ne omnino Patres conſcripti circumſcripti putentur.* Aliud eſt *circumſcribere* apud Jureconſultos. Apud Ciceronem II. Catil. *Circumſcriptorem* interpretor falſarium, & qui nonnulla in teſtamento deleat. locus ille eſt: *Quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor?* Nam *circumſcribere* interdum ſignificat ſuo arbitrio ſcribere & emendare. Ita Tertul. eſt locutus lib. I. adverſus Marcionem: *O Deum veritatis praevaricatorem, ſententiae ſuae circumſcriptorem.* COLER.

74. *Sed Attalus etiam teſtamenti aequitate gratus*] Errat Valerius duos Attalos confundens. PERIZON. Attalus enim cui donata eſt Aſia, avus ejus fuit Attali, a quo eadem teſtamento Pop. Rom. eſt legata.

75. *Teſtamenti*] Ita Vellejus lib. II. Oroſius lib. V. cap. 6. Epitome Liviana LVIII. Juſtinus lib. XXXVI. Strabo lib. XIII. Florus libro II. cap. 20. qui hanc hereditatis aditionem *inuſitatam & incognitam quandam felicitatem* non dubitat appellare. Non poſſum quin emendem Plinii illum locum: *Eadem Aſia donata multo etiam gravius afflixit mores, inutiliorque victoria illa hereditas Attalo rege mortuo fuit.* Ita legunt, qui catos & doctos audire ſe poſtulant. At mihi verius eſt: *Eadem Aſia domata.* Evincunt praecedentia & ſequentia verba. COLER.

76. *Quot ampliſſimae civitates vel amice datae vel pie redditae ſunt*] Cop. *Vel amico.* Nonnulli *Quot ampliſſimae civitati vel amice data, vel pie reddita ſunt.* Quidam *civitates vel amicitiae datae vel pietati redditae ſunt.* Sic Mog. & ſic correctum in Leid. ſept. ac videtur a Valerii ſtilo non abhorrere.

77. *Beneficio enim Scipionis & perſuaſu regni modo liberius auctus*] Locus eſt mutilus, ut exemplar Cauchianum demonſtrat, in quo ſic. *Beneficio enim Scipionis, & Romanorum amicitia, & Perſei regnis liberaliter auctus.* In aliis vero exemplaribus habetur, *Pernaſi regni modo liberius.* Mendoſe utrobique, non enim Perſei, ſed Syphacis regno auctus Maſſaniſa fuit. Quare legendum arbitror, *& perampli regni modo liberaliter auctus.* PIGH. *Romanorum amicitia.* Lib. Dan. & Lavernii: *Romanorum amicitia & pervaſi regni modo.* Varii etiam miris modis codices Pighii. Mihi arridet lectio, quam adſcripſi, prae caeteris omnibus. Etenim quis Pighii correctionem toleret? aut illud admittat, *Perſuaſu?* vel quis denique Perſei nomen huc loci intruſum non rideat? Perſuadere vero Maſſaniſſae, ut regnum acciperet quid opus fuit? *Pervaſum* itaque *regnum* rectius dicetur, quod aſſiduis bellorum incurſionibus penetratum & vexatum. Hinc in Jure noſtro *Pervaſiones.* de voce jam ad Caſſiodorum diſſeruit eruditiſſimus Fornerius. COLER. *Et Romanorum amicitia, & pervaſi regni modo liberaliter auctus.* Verba *& Romanorum amicitia,* in pleriſque codd. deſiderantur; & reſtituit ea Pighius e cod. Cauchiano. Quae deinde ſequuntur *pervaſi regni modo*, ſunt ex lib. Dan. & Lavernii: in quibus legit ea Colerus. Pighius quoque in quibuſdam codd. legerat quod non multum abludit, *pernaſi regni modo.* Sed idem tamen legendum putat *perampli regni modo.* Ceterum Colerus *pervaſum regnum* cenſet illud dici, quod aſſiduis bellorum incurſionibus penetratum, vexatumque ſit: unde & *pervaſiones* in Jure civili dicantur. Quid ſi legamus *pervaſti regni modo?* *Pervaſtum regnum* idem hic eſſet quod *peramplum:* quam quidem

vitae finem, longa etiam à diis immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit. Adeo ut eum non ſolum Africa, ſed etiam [79] cunctae gentes ſcirent amiciorem Corneliae familiae, atque urbi Rom. [80] quam ſibimetipſi ſemper fuiſſe. Ille, cum gravi Carthaginienſium bello premeretur, [81] ac vix tutelae imperii ſui ſufficeret, tamen [82] Scipioni Aemiliano, quia nepos Africani erat, [83] bonam magnamque partem Numidici exercitus, [84] quem Lucullo conſuli, à quo ad auxilia petenda miſſus fuerat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit, praeſentique periculo reſpectum priſtini be- Ann. urb. 620. App. Iberica.

vocem legi hic vult Pighius. *Modus* eſt pro eo quod vulgo quantitatem dicunt. Ceterum regnum, quo auctus fuit Maſiniſſa, fuerat ante Syphacis. VORST. Primum *Et Romanorum amicitia* deſiderantur in omnibus noſtris. qui partim *pervaſi*, partim *perſuaſu*, unus *pernaſi* exhibent. Perizonius conjiciebat legendum eſſe. *Et P. R. juſſu.* Certe *pervaſi*, quod Colerus defendit, nihili eſt. An facit quidquam ad amplificandam populi Romani liberalitatem, quod regnum dederit Maſiniſſae *pervaſum*, id eſt, ut ipſe explicat bellorum incurſionibus vaſtatum? Quid? ſi nihil mutemus, & dicamus *beneficio & perſuaſu* Scipionis illum regno auctum fuiſſe, dum Scipio non tantum illi regnum donarit, ſed etiam effecerit, ut iſta donatio patrum auctoritate & populi juſſu confirmaretur. Vide Liv. L. xxx. 44. & L. xlv. 13. *Maſiniſſam meminiſſe regnum a populo Romano partum, auctumque & multiplicatum habere.* Quae loca adſcripſerat Perizonius, ut oſtenderet, credo, non ſolius Scipionis hoc donum fuiſſe. Imo & Sall. in B. Jug. c. 5. *Pop. Romanum, quaſcumque urbes & agros manu ceperat, regi dono dediſſe*, tradit.

78. *Liberaliter auctus*] A Pighio hoc eſt, & in ſolo exſtat Med. ſec. Vulgo edebatur *Liberius*, quod in pleriſque exſtat MSS. unde Perizonius adſcripſit an *uberius*? Nonnulli *Liberalius*. Neque hoc ſpernendum; quamquam Perizonii conjectura non diſplicet.

79. *Cunctae gentes ſcirent amiciorem Corneliae familiae atque urbi Rom*] Harl. *ſcierint*. Leid. quart. *Amiciorem eum.* Aliquot *Amiciciorem*. Leid. quart. *Corneliae genti & familiae.* Leid. prim. *urbi noſtrae.*

80. *Quam ſibimet ipſi ſemper fuiſſe*] *Ipſi* additum eſt a Pighio. Nam ſuperiores edd. omnes *ſibimet ſemper fuiſſe*, praeter Mog. Quae habet, *quam ſibimet ſi ſupereſſet*, quod in undecim invenio MSS. & e veteri exemplari etiam ita caſtigandum notavit Oliverius. Tres codd. *Quam ſibimet ſupereſſet* Leid. ſept. *quam ſibimet ſi ſupereſſe*, a manu prima, ſecunda adſcripſit, *ipſi*, an ſcripſit? *quam ſibimet ipſi ſupereſſe*? ut ſententia ſit, cunctas gentes tunc ſciviſſe illum vivere ad tantam ſenectutem magis amicum Pop. Rom. & familiae Corneliae, quam ſibimet ipſi, & *ſupereſſe* potius dixerit quam *vivere*, quia longa ſenectute a Diis donatus diutius quam ceteri fere mortales ſolent, fuit ſuperſtes. An potius? *Quam ſibimet ſic ſupereſſe*? ut gratus ille animus, illa infatigabilis pietatis ſeries, qua ſe ad centeſimum extendit annum, conſideretur veluti cauſſa quaedam, cur Dii illum tamdiu ceteris ſupereſſe, & in vivis vellent reſtare. Sed nihil affirmo, quum vulgata lectio ſenſum ſatis commodum exhibeat; pro qua tamen legi etiam poſſit. *Quam ſibimet ſemper eſſe.* id eſt omni occaſione illum ſe amiciorem familiae Corneliae, & urbi Rom. quam ſibimet praeſtare.

81. *Ac vix tutelae ſui regni ſufficeret*] Neſcio quid moverit Pighium, ut ſic mutaret, pro eo quod in omnibus editis exſtabat *ſui imperii*, id quod confirmari video omnibus noſtris MSS. ſed hoc ordine *imperii ſui*.

82. *Scipioni Aemiliano, quia nepos Africani erat*] Scipio Africanus ſuperior, filium Pauli Aemilii adoptarat: qui inde Scipio Aemilianus vocabatur, atque ita utriuſque patris nomen referebat. Ceterum *nepos* Scipionis Africani dicitur, uti hic viciſſim ejus avus v. 1. 7. VORST. Supra ſatis caſtigatus hic Vorſtii error. Ceterum MSS. octo, cum Ed. Mog. *Quia nepos Africano erat.*

83. *Bonam magnamque partem Numidici exercitus*] *Bona pars* idem quod *magna pars*. Horatius l. 1. ep. 1. *At bona pars hominum decepta cupidine falſa.* Sed ſubinde ipſum *magna* adjicitur, quaſi ἐξηγήσεως cauſa. Ad hunc modum & Florum ſcribere memini, *bona magnaque*

Ann. urb. 605. Livius L. App. Libyca. Cic. in ſomn. Scipionis. Zonaras.

beneficii antepoſuit. Ille, cum jam aetate deficiente, [85] magnas regni opes, quatuor & [86] quinquaginta filiorum numerum relinquens, in lectulo laberetur, [87] M. Manilium, [88] qui proconſule Africam obtinebat, literis obſecravit, ut ad ſe Scipionem Aemilianum, ſub eo tunc militantem, mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextrae ejus ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet. Ille adventum Scipionis fatis ſuis praecurrentibus, haec uxori, liberiſque praeceperat: *unum in terris populum Romanum, & unam in populo Romano Scipionis domum noſſe:* [89] *integra omnia Aemiliano reſervare: eum dividendi regni arbitrum haberent; quod is ſtatuiſſet,* [90] *perinde ac teſtamen-*

pars. Item Terentium Eun. I. 2. 43. *Hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.* Vide & lib. de Latinit. f. ſuſp. p. 32. VORST.

84. *Quem ad Lucullum conſulem &c. duceret*] MSS. fluctu aut inter *quem* & *quam*, hoc tamen plures exhibent. duo *ut in Hiſpaniam.* Editiones Aldum ſecutae *in Hiſpania.* Deinde ſciendum denuo refinxiſſe Pighium *ad Lucullum conſulem*, quum ederetur *Lucullo conſuli*, quod omnium MSS. & editionis Mog. auctoritate confirmari cum cernerem, repoſui.

85. *Magnas regni opes 54. filiorum numerum relinquens in lectulo laberetur*] MS. *Numero.* Forte etiam *dilaberetur.* Qua voce in eodem ſenſu ſupra uſus eſt de Alexandro §. I. Ext. I. *Quamquam violentia morbi dilabebatur.* PERIZON. *Numero* exſtat in MSS. novem & Edd. Mog. Ald. Gryph. Colin. R. Steph. ut dicatur *reliquiſſe magnas regni opes tanto numero filiorum.* ſed non reliquit iis omnibus regni opes. ut ita mutari non debeat. tum duo *in lectulum.* unus *laboretur.* Non diſplicet *in lectulum laberetur*, ut eum miſiſſe arceſſitum Scipionem ſignificet ſtatim, quum deficiente aetate lapſus eſſet in lectum.

86. *Quinquaginta quatuor filiorum*] Med. prim. *Quadraginta quatuor.* Appianus *legitimos* tres, illegitimos complures reliquiſſe eum ſcribit, in Punic. p. 64. Ed. Steph. Polyb. legitimos quatuor. p. 147. Ed. Amſt. cum Appiano conſentit Sall. B. Jug. c. 5. *Deinde Micipſa filius regnum ſolus obtinuit, Manaſtabale & Guluſſa fratribus morbo abſumptis.* Quod video notaſſe jam Valeſ. ad Excerpta Peireſc. p. 174.

87. *M. Manilium*] Plerique Codices M. appellant, multi etiam *Manilium*, quomodo in Epit. L. Livii appellatur. *Man. Manilius*, & apud Cic. in Bruto c. 15. de qua varietate hoc nomen ſcribendi egit Pigh. in Ann. ad A. U. c. 604. *Man. Manilius*, praeferens. Vide etiam viros eruditos ad Flor. L. III. 15. 7.

88. *Qui proconſule*] Multi MSS. *qui proconſul Africam obtinebat*, ut ſunt haec fere perpetuo confuſa. tum Med. prim. *Literis ſupplicavit.*

89. *Integra omnia Aemiliano ſe ſervare*] Lege cum MSto. *Aemiliano reſervare.* Nempe *Praeceperat filiis*, a quo ſolo verbo regitur hic infinitivus. Voluit enim filios non dividere regnum & opes ante adventum Aemiliani, ſed omnia integra ei reſervari. Liv. Ep. L. *cum pater dividere eos regnum arbitro Scipione juſſiſſet.* Appian. p. m. 48. in Libycis Ἐπέσκηπτε τοῖς παισὶ πείθεσθαι τῷ Σκιπίωνι ὡς ἂν αὐτοῖς διαιρῇ τὰ ὄντα. Liv. L. XLIV. c. 28. *juſſit Theſſalonicam devehere, & primo quoque tempore ad claſſem deverti, Phanis ſe eos exſpectaturum.* Sed ſolent deinde ſequentia ſaepe mutari, ut neceſſe ſit intelligi *dixit.* certe prorſus rejiciam vulgatum maxime propter ſequentia, & maxime, quia ait *perinde ac teſtamento cautum.* Videtur igitur his verbis dicere, *ſe quidem teſtamentum non facere, ſed omnia integra reſervare Aemiliano.* Vide Liv. XLI. 14. ubi Muretus interponit *mandatum* neſcio an recte. Vide & Flor. IV. 2. 16. Liv. L. XXXIX. 29 *Placere cognitionem ſenatui reſervari.* PERIZON. *Se ſervare* eſt a Pighio. Reliquae edd. cum duodecim MSS. *Reſervare.* MS. Periz. *unum in curis pop. Rom.* deinde, *Noſce.*

90. *Perinde ac teſtamento cautum*] Nonnulli MSS. cum Vulgatis Edd. *perinde ut teſtamento.* Ultraj.

mento cautum & *immutabile ac ſanctum obtinerent.* Tot tamque variis rebus ſe Maſiniſſa infatigabili pietatis ſerie [91] ad centeſimum extendit annum. His, & horum ſimilibus exemplis, beneficentia, generis humani nutritur atque augetur. Hae ſunt ejus faces, hi ſtimili, propter quos juvandi & emerendi cupiditate flagrat. Et ſane ampliſſimae & ſpecioſiſſimae divitiae ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri. [92] Quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus, nunc neglectum, ſugillandi gratia, quo ſit gratior, referemus.

Ultraj. prim. *Perinde ſi teſtamento.* ſec. pro *cautum*, *tantum*, pro *ſanctum*, *ſacrum.* prim. *ſanctae* exhibet. Med. ſec. *Tot & talibus exemplis.* Aliquot numero *Haec ſunt ejus faces.* Periz. *Facies.* *Et ſpecioſiſſimae* delet Harl. *potentiſſimae* Med. prim.

91. *Ad centeſimum extendit annum*] Amplificandi cauſſa numerum hunc elegit, cum Maſiniſſa tantum nonageſimum annum expleverit, quippe qui filium quadriennem reliquerit, quem octogeſimo ſexto aetatis anno genuerat. Vide Auctorem L. VIII. 13. Ext. 1. & Polyb. p. 1472. Ed. Amſt.

92. *Quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus*] Imo vero *inſtitimus.* Jam enim dixit de Gratitudine & locum eum velut peragravit. LIPS. Poteſt explicari *docuimus*, *imperavimus.* Infra V. 10. 2. *Nec ideo inſtitutum deorum cultum omiſit.* Plaut. Moſt. 1. 2. 2. *Argumenta multa in pectus inſtitui.* PERIZON.

CAPUT III.

[1] DE INGRATIS.

1. *Senatus Romani in Romulum.*
2. *Populi Rom. in M. Camillum & alios.*
3. *P. Sextilii in C. Caeſarem oratorem.*
4. *Cn. Popilii in M. Ciceronem.*
5. *Cn. Pompeji Magni in Cn. Carbonem.*

EXTERNORUM.

1. *Carthaginienſium in Annibalem.*
2. *Spartanorum in Lycurgum.*
3. *Athenienſium in Theſea & alios.*

[2] Urbis noſtrae parentem ſenatus [3] in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit: nec duxit nefas ei vitam adimere, qui ae-

1. Ann. urb. 37. Livius 1. Dionyſ. 11. Plut. in vita.

1. Hujus capitis inſcriptionem itidem mutavimus. Eam Pighius & hunc ſecuti Colerus & alii talem fecere, *De ingratitudine.* At libri MSS. Brandeb. habent, *De ingratis.* Verum ut inſcriptionibus capitum ceteris convenienter facta videatur, faciendam ſic puto *De animo ingrato:* Nimirum vocabula hic non concreta, ut vocant, ſed abſtracta, ſunt uſurpanda; ut ad principium capitis ſuperioris dixi. Jam *ingratitudo* vox nihili eſt, & apud nullum paulo antiquiorem auctorem reperitur. Pro qua ergo cum Cicerone & aliis dicamus *animus ingratus:* & inſcriptionem quoque capitis faciamus talem *De animo ingrato.* VORST. Etiam hic omnes MSS. noſtri *De Ingratis* exhibent.

2. *Urbis noſtrae parentem*] Romulum intelligit: quem & Livius lib. 1. ita appellat. *Urbs* pro civitate noſtro frequentiſſimum eſt: quomodo & Graecum πόλις utrumque ſignificat, &-

aeternum Romano imperio ſpiritum ingeneraverat. Rude nimirum illud & ferox ſaeculum; quod [4] conditoris ſui cruore foede maculatum, [5] ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.

[6] Hunc ingratum lapſae mentis errorem, [7] conſentanea noſtrae civitatis poenitentia ſequitur. Virium Romanarum & [8] incrementum laetiſſimum, &
2. tutela certiſſima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem ſuam tueri non
Ann. urb. 362 Livius v. Plutarch. valuit; cujus ipſe ſalutem ſtabilierat, felicitatem auxerat. [9] A. L. enim Apulejo, tribuno pl. tanquam peculator Vejentanae praedae reus factus, duris atque, ut ita dicam, [10] ferreis ſententiis in exilium miſſus eſt. [11] Et quidem eo tempore, quo optimo juvene filio ſpoliatus, ſolatiis magis alle-

& ipſam multitudinem domuum moenibus cinctam, & civitatem. VORST.

3. *In Ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus*] *In* adſcriptum eſt alia manu in Leid. ſept. *Ab eo* abeſt a Barb. prim. & Gudio videtur optime abeſſe. Mihi vero videtur omnino requiri. Revera enim ille ſenatum legerat: & auget hoc eorum ingrati animi crimen, quo vitam illi ademerunt, cui ſuam dignitatem debebant.

4. *Conditoris ſui cruore foede maculatum*] Pighius vocem tacite expunxit, quae in omnibus editis exſtabat, & in omnibus invenio MSS. qui ita exhibent. *Rude nimirum illud & ferox ſeculum, quod conditoris ſui cruore foede maculatum, ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.* ubi Aſcenſius bene monuit ſupplendum, *fuit. Rude nimirum fuit illud* &c. Quod non aſſecutus Pighius *quod* expellendum putavit. Copeſ. *Rude nimirum opus & ferox ſeculum.* Cop. *commaculatum.*

5. *Ne ſumma quidem poſteritatis pietas*] Utut poſteri maxime pii ſint in majores, hoc tamen illorum facinus minime diſſimulare poſſunt. VORST.

6. *Hunc ingratum lapſae mentis errorem*] Leid. prim. ſept. Ultr. prim. *ingratae lapſae.* Med. ſec. *ingratae & lapſae.* An pro *Ingrate lapſae*?

7. *Conſentanea noſtrae civitatis poenitentia ſequitur*] i. e. Romuli caedem ſequitur Camilli vexatio. εἰρωνικῶς poenitentiam vocat. Quod Romani, quos ob necem Romuli poenitere decebat, in alium errorem id eſt vexationem Camilli inciderint. Haec notata invenio inter variantes lectiones Gudianas. Aſcenſius *poenitentiam* accipit pro facto poenitendo, pro peccato, cujus Romanos poenituit. vel, cujus ut poeniteret eos fuerit conſentaneum. uterque ad duo facta reſpici putat. Et per *hunc ingratum lapſae mentis errorem* intelligit caedem Romuli, per *conſentaneam poenitentiam*, culpam in ejiciendo Camillo commiſſam. Ego arbitror de ſolo agi Camillo, & id velle auctorem *Hunc* (quem jam relaturus ſum) *errorem ingrati animi ſecuta eſt poenitentia conſentanea.* Dum Pop. Rom. ab exilio revocavit Camillum, quem ingrata ejecerat, & cujus rei meruerat ut poenitentiam ageret.

8. *Incrementum latiſſimum*] *Laetiſſimum* in manuſcriptis. Eleganter ſane. Sic *laetas ſegetes* etiam ruſtici dicunt, ut Cicero de Oratore. PIGH. *Virium Rom. & incrementum laetiſſimum.* Ita Pighius reſcripſit ex MSS. Et habet quoque ita uterque cod. Brand. vetuſque typis expreſſus Mart. Herbip. At editiones Aldi & Chalcocond. *increm. latiſſimum.* Alterum illud *increm. laetiſſimum* dictum fere, ut *laetae ſegetes.* Porro *vires Romanae* nihil aliud quam exercitus & copiae Rom. De qua vocis ſignificatione egimus ſup. ad 1. 1. 15. VORST. unus & alter *virium Romanorum.* Tum *Laetiſſimum* firmant etiam MSS. noſtri & Mog. Ed. Sed neſcio, quid moverit Vorſtium ut per *Vires Romanas* nihil aliud quam *exercitus & copias* intelligat, cum eas non adeo auxerit Camillus, quam ipſum imperium, & potentiam Romanam victoriis ſuis. Pro *Tutela certiſſima* Harl. *fortiſſima.* Ultr. prim. *Et felicitatem auxerat.*

9. *A Lucio enim Apulejo*] Cauchii liber recte, *Siquidem a L. Appulejo.* PIGH. *Siquidem à L. Appulejo.* Uterque cod. Brandeb. *A L. enim Apulejo*: quomodo & Aldus ediderat. VORST. Cum Codd. Brand. tredecim noſtri con-

levandus, quam cladibus onerandus erat. Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filii damnationem patris junxit. [12] At, inquit, aerario abeſſe tribunus plebis querebatur quindecim millia aeris. [13] tanti namque poena finita eſt. Indignam ſummam, propter quam populus Romanus tali principe careret. [14] Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exſurgit. Africanus ſuperior, non ſolum contuſam & confractam belli Punici armis Rempubl. ſed pene jam exſanguem atque morientem, [15] Carthaginis dominam reddidit. cujus clariſſima opera injuriis penſando [16] cives vici eum ignobilis ac [17] deſertae paludis accolam fecerunt: Ann. urb. 551. Livius XXXVIII. Polyb. Sen. Ep. LXXXVI. Appian. Ann. urb. 566. Livius.

conſentiunt, Periz. *a Lucio autem Appulejo.* Itaque plus fidei hac in re ſoli Cauchiano codici, quam ceteris omnibus non habendam putavi.

10. *Ferreis ſententiis*] Rigidis, immutabilibus. Sic *Ferrea Fata* apud Prudentium contra Symmach. lib. II. *quos ferrea Fata cogunt ad facinus.* Ovidius lib. XV. Metamorph.

—— —— intres licet ipſa ſororum
Tecta trium; cernes illic molimine vaſto
Ex aere & ſolido rerum tabularia ferro. COLER.

11. *Et quidem eo tempore*] MSS. ſeptem *Equidem.* Barb. prim. *damnationem patris adjunxit.* paulo ante Seb. Gryphius dedit *alleviandus*, quod eſt in Harl. & Med. primo. Sed male. proprium enim verbum hac in re *allevare*, alterum nihili. Curt. L. IV. 15. 11. *Allevare animum moerore.* & paſſim alii.

12. *At, inquit, aerario*] Lege, *inquis.* LIPS. *At, inquit.* Lipſius legi vult, *inquis.* Nobis vero nihil mutandum videtur. Habent ita codd. Brandeb. MSS. omneſque typis expreſſi veteres. Gronovius in Notis ad XXXIV. 3. Livii de hoc uſu verbi *inquit* ita: *Obſervavimus Scriptoribus antiquis, ante alios Senecae, perpetuam formulam proponendae adverſationis eſſe,* inquit, *ſic abſolute: ut intelligere videantur, aliquis ex iſto numero, aliquis contradicturus;* Multa deinde exempla ſubjicit ex Seneca. Sed & in Livii eo loco ſic legendum monet. VORST. *Inquit* defendunt omnes noſtri, praeter Med. ſec. qui habet *inquiunt.* Cur vero hic non poſſit intelligi *Pop. Romanus*, de quo agitur, *Inquit.* ſc. ad defenſionem ſui, non video.

13. *Tanti namque poena finita eſt*] Alii dicerent, *Tanti lis aeſtimata eſt.* Nepos. I. 7. 6. *Ea lis quinquaginta talentis aeſtimata eſt.* VORST.

14. *Priore querela vibrante*] Participium activum paſſive uſurpatum. Ut *volventia plauſtra, vehens equo.* VORST. Vigente, ἀκμαζούσης, GUYET. Sen. in Phoen. 439.

—— —— Omnium ferrum latet,
Ceſſatque tectum, vibrat in fratrum manu.
Val. Flac. L. II. 341.
Tyrio vibrat torus igneus oſtro

15. *Carthaginis dominam*] Immo *Africae*, ut in Pulmanniano & Suſiano. PIGH. *Carthaginis dominam.* Pighius in duobus codd. reperit *Africae dom.* quod idem & in textum recepit. Antiquiores typis expreſſi, & uterque Brand. MS. habent *Carthaginis.* Quod non video, quare mutandum ſit. Quia Carthago domina fuerat Africae, facile intelligitur, Romam, cum domina Carthaginis facta eſt, & Africae factam eſſe. Scioli librarii diſerte exprimendum putarunt, *Africae* dominam redditam fuiſſe. VORST. *Carthaginis* habent tam ſcripti noſtri omnes, quam omnes ante Pighium editi, quod recte reſtituit Vorſtius. Paulo ſuperius pro *contuſam*, Leid. ſec. & ſext. *concuſſam.* ſed bene *contuſam.* de quo verbo vide Broukhuſ. ad Tib. L. III. 6. 14.

16. *Civitatis ignobilis eum ac deſertae paludis accolam fecerunt*] In Campenſi, Cauchiano, Colonienſi, & Atrebatenſi, *Cives ignobiles eum.* In Wincheliano. *vici ignobilis eum.* Utrinque mutile. Legendum itaque, *Cives vici ignobilis eum ac deſertae paludis accolam fecerunt.* Non enim civitas Liternum, ſed Campaniae vicus obſcurus alioquin. PIGH. *Cives vici eum ignobilis ac deſertae paludis accolam fecerunt.* Ita hunc locum reſtituit Pighius; cum Aldus edidiſſet, *civitatis ignobilis eum ac. deſ. pal. acc. f.* & Chalcocondyles, *vici ignobilis eum.* Vox *cives* abeſſe non poteſt propter verbum num. plur. quod ſequitur. Et reperit eam Pighius in quatuor codd. Sed & unus codicum Brandeb.

runt: ejuſque [18] voluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, ſepulcro ſuo inſcribi jubendo, *INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABES.* Quid iſta aut neceſſitate indignius, aut querela juſtius, aut ultione moderatius? Cineres ei ſuos negavit, [19] quam in cinerem collabi paſſus non fuerat. [20] Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi [21] urbs Roma ſenſit: majorem mehercule Coriolani violentiâ. Ille enim
Ann. urb. 566. Livius XXXVIII. metu patriam pulſavit, hic verecundia. [22] De qua ne queri quidem, (tanta eſt verae pietatis conſtantia) niſi poſt fata ſuſtinuit. [23] Talia paſſo, credo, quae fratri ejus accidere, ſolatio eſſe potuerunt. cui rex Antiochus devictus, & Aſia imperio populi Rom. adjecta, ſpecioſiſſimuſque triumphus,

ut

eam habet. Rurſus tum à cod. Brand. tum à quatuor illis quos Pighius inſpexit, abeſt vox *vici.* Reperit autem eam Pighius in cod. Wincheliano; egoque in uno cod. Brand. Ceterum appellatione *vici ignob.* & *deſertae paludis* deſignatur hic villa illa Liternina, in qua Scipio provectae jam aetatis egit. Vide ſup. II. 10. 2. Sed ipſum Liternum tamen vicus ille ignobilis eſſe non poteſt, ut quod Strabo lib. V. πόλιν appellat, ſed vicum quendam prope Liternum intelligi oportet. Porro *accolam vici ignobilis & deſertae paludis* Scipionem fecerunt cives ſui, quod adeo indigne eum tractarunt, ut in urbe degere ipſum pigeret; idemque ſua ſponte quaſi in exilium iret, dum in villam ſuam Literninam ſe contulit. Quam ob cauſſam mox & *voluntarium exilium* appellatur. VORST. Videtur legendum cum Atrebatenſi Codice aliiſque, *cives ignobilis eum ac deſertae paludis accolam fecerunt*, in Liternina villa ſcilicet ſe tenentem. PERIZON. Sic Leid. quartus. ceteri fere *civitatis ignobilis.* Periz. *Vici ignobilis.* quod alia manu eſt in marg. Bit. primi & Leid. ſept. Ultr. prim. *cives ignobilis.* Ceterum ut *Liternum* Strabo πόλιν vocat, ita quoque Mela & Plinius inter oppida recenſent, & coloniam eo deductam memorat Liv. L. XXXIV. 45. ut *civitatis* videatur poſſe retineri, ſi aliud nil obſtaret.

17. *Deſertae paludis*] Silius lib. VI. de Literno, Scipionis nido:

Hic dum ſtagnoſi ſpectat templumque domoſque Literni. COLER.

18. *Voluntarii exſilii*] Verba exeuntis ita Seneca concepit epiſt. LXXXVII. *Nihil volo derogare legibus, nihil inſtitutis, aequum inter omnes cives jus ſit: utere ſine me beneficio meo patria. Cauſſa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, ſi plus quam tibi expedit, crevi.* COLER. *Ejuſque voluntarii exilii acerbitatem.* Cop. Bit. Barb. Med. prim. Leid. ſec *Voluntariam.* idem Leid. ſec. *Tacitam.* Leid. prim. *ſcribi jubendo.* ſept. a manu prima *Inſcribens.*

19. *Quam in cineres collabi paſſus non erat*] MSS. tredecim cum Ed. Mog. *In cinerem.* Ovid. Ep. I. Heroid. v. 24.

Verſa eſt in cinerem ſoſpite Troja Viro:

ut illic e ſeptem MSS. Nic. Heinſius reſtituit.

20. *Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma ſenſit majorem me hercule Coriolani violentia &c.*] Ergone Scipionis vindicta major fuit Coriolani violentia, cum is metu patriam pulſaverit, hic tantum verecundia. quis non videt legendum eſſe *major me hercule Coriolani violentia. i. e. m. p. p. h. v. de qua ne queri quidem (tanta verae pietatis conſtantia!)* ſic enim haec quoque conſtituenda omnino ſunt, *niſi poteſt fata ſuſtinuit.* ſic. VI. 2. 3. *Univerſus populus iterum ab uno contumelioſe correptus erat (quantus eſt honos virtutis!) & tacuit.* PERIZON. Praeter Harl. & Leid. quint. qui habent *Major eſt me hercule*, & Periz. cum Mog. *majorem m. h. Cor. violentiam.* omnes MSS. *Majorem* retinent. Quod explicari poteſt; Senſit majorem vindictam per violentiam Coriolani. ut violentia ſit ſexti caſus. niſi hoc ſit, omnino ſenſit Valerius verecundiam fuiſſe, Romanis graviorem, quam metum. atque adeo vindictam Scipionis majorem violentia Coriolani. Bene vero quod Perizonius *Tanta verae pietatis conſtantia* parentheſi includit. certe Leid. ſept. cum Med. ſec. exhibent *tanta eſt verae pietatis conſtantia*, quod probo. Etiam parentheſi a reliquis ſeparaverat Seb. Gryphius.

21. *Urbs*

ut peculatus reus fieret, & in carcerem duci juberetur, cauſſam praebuit. Ann. urb. 624 Livius LIX. Vellejus. Plut. Gracch.
[24] Nihilo virtute minor fuit poſterior Africanus: ſed ne exitu quidem felicior. Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Rom. imminentibus, [25] ex rerum natura depulſis, [26] raptorem ſpiritus domi invenit: Ann. urb. 620. Cic. p. Flacc. App. Civil. 1. Plut. Gracch.
[27] mortis punitorem in foro non reperit. Quis ignorat tantum laudis [28] Scipionem Naſicam toga, quantum armis utrumque Africanum, meruiſſe? Qui peſtifera Ti. Gracchi manu [29] faucibus oppreſſam rempublicam ſtrangulari paſſus non eſt. Sed is quoque propter iniquiſſimam virtutum ſuarum apud cives aeſtimationem, ſub titulo legationis Pergamum ſeceſſit, & quod vitae ſuperfuit, ibi ſine ullo ingratae patriae deſiderio peregit.

In

21. *Urbs Roma ſenſit*] Mog. Ed. cum MSS. ſeptem, *Urbs Romana*, quomodo ſaepius loquitur noſter. nonnulli *Urbs Ro.*

22. *De qua ne queri quidem*] fere omnes MSS. cum Ed. Mog. *De qua re ne queri*, vel *nec queri quidem.* pauculi *non niſi poſt fata.* Sed tamen nihil mutandum judico. *De qua* referendum eſt ad praecedens *patriam.*

23. *Talia paſſo, credo, quae fratri ejus acciderunt, ſolatio eſſe potuerunt*] Haec κατ' ἀντίφρασιν accipienda, i. e. Talia ſolatio eſſe non potuerunt. Sic notatum inter variantes Gudii lectiones. Etiam Oliverius ironice dictum cenſuit. Sed Aſcenſius accipiendum putat ſecundum id: *Solatium eſt miſeris ſocium habere in poenis.* Ego ita capio: potuit ſolari Africanus ſortem ſuam, & benigne ſecum actum exiſtimare, quia non tam gravia paſſus eſt, quam frater ſuus. Barb. prim. *Potuerunt.*

24. *Nihilo virtute minor fuit poſterior Africanus*] Male in Aliquot MSS. & Mog. *Nihilo virtute poſterior Africanus aut minor.* Periz. Leid. prim. Med. ſec. *Nihilo virtute poſterior Africanus minor*, deleto *fuit.* Quod ſaepe a noſtro ſolet omitti. ante Pighium edebatur *Nihilo virtuti minor poſterior Africanus.*

25. *Ex rerum natura depulſis*] Harl. *Extra rerum naturam.*

26. *Raptorem ſpiritus domi invenit*] Epitome lib. LIX. Liv. *Cum fortis ac validus pridie domum ſe recepiſſet* (P. Scipio Africanus poſterior) *mortuus in cubiculo inventus eſt.* VORST. Med. ſec. *Raptorem ſpiritus ſui domui invenit.*

27. *Mortis punitorem in foro non reperit*] Epit. Liv. *De morte tamen ejus nulla quaeſtio acta.* VORST. Ammian. Marc. L. XV. in fine. *Cumque huic & Aemiliano Scipioni exitus ſimilis eveniſſet, ſuper neutrius morte quaeſtionem comperimus agitatam.* PERIZON. Vell. Pater. L. II. 4. 6. *Mane in lectulo repertus eſt mortuus, ita ut quaedam eliſarum faucium in cervice reperirentur notae. De tanti viri morte nulla habita eſt quaeſtio.*

28. *Scipionem Naſicam*] Hoc exemplum cum Badius, tum Oliverius de eo Scipione Naſica intelligunt, qui matrem Idaeam e Peſſinunte allatam ſuſceperat ſecundo bello Punico, & optimus vir a Senatu judicatus fuerat. Sed is longe ante periit, quam Tib. Gracchus ab optimatibus caeſus eſt. Cui facto dux fuit Scipio Serapion, nepos ejus, qui matrem Idaeam ſuſceperat. Conſulatus primi Naſicae fuit anno 563 Serapionis autem 616. differentia 53. anni. His duobus interfuit Scipio Naſica Corculum, Serapionis pater, bis conſul. GLAREAN.

29. *Faucibus oppreſſam rempublicam*] Opinor legendum eſſe, *faucibus apprehenſam.* In Campenſi legitur *apprenſam.* quam vocem ſcioli imperite mutarunt in *oppreſſam.* PIGH. *Faucibus apprehenſam remp. ſtrangulari paſſus non eſt.* Non dubito quin recte ſe habeat emendatio Pighii, pro *oppreſſam* ſcribentis *apprehenſam.* Et reperit ſane ille in cod. Campenſi *apprenſam*; unde *oppreſſam* natum videri poteſt. Notum autem, Ti. Gracchum, cum iterum tribunus plebis dividundo agro creari vellet, auctore P. Cornelio Naſica ab optimatibus in Capitolio occiſum eſſe. Vide Epit. lib. LVIII. Liv. VORST. MSS. omnes *oppreſſam* retinent. *Apprehenſam* firmat Flor. L. III. 17. 8. *Sed apprehenſum faucibus viator non ante dimiſit, quam ſanguis in ora & oculos redundaret.* Verum cum *faucibus apprehendi* maxime dicantur, qui obtorto collo in jus & vincula trahuntur, *premi* vero *fauci-*

In eodem nomine verſor, necdum Corneliae gentis querelas exhauſi. [30] Namque P. Lentulus, clariſſimus & amantiſſimus reipublicae civis, [31] cum in Aventino C. Gracchi nefarios conatus, & aciem pia ac forti pugna, [32] magnis vulneribus exceptis, fugaſſet, proelii illius, quo leges, pacem, libertatemque in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe noſtra moreretur. Siquidem invidia & obtrectatione compulſus, legatione à ſenatu libera impetrata, habitaque concione, qua a diis immortalibus petiit, ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus eſt, ibique perſeveranter morando compotem ſe voti fecit. [33] Quinque igitur demum Cornelii totidem ſunt notiſſima ingratae patriae exempla. Atque horum quidem ſeceſſus voluntarii.

Ann. urb. 632. Cic. Catil. iv.

[34] Ahala vero, cum magiſter equitum Sp. Melium [35] regnum affectantem occidiſſet, [36] cuſtoditae libertatis civium exilio ſuo poenas pependit.

Ann. urb. 317. Livius iv. Cic. Catil i. & in orat. pro domo.

Ce-

cibus, quos quis cupit ſtrangulare, ut ex ſententia Valerii Gracchus voluit Remp. *oppreſſam*, hic cum MSS. retinendum arbitror. Cic pro Cluent. c. xxxi. *cum faucibus premeretur.* Juven. Sat. xiv. 221.

Elatam jam crede nurum, ſi limina veſtra
Mortifera cum dote ſubit. Quibus illa premetur
per noctem digitis.

30. *Nam P. Lentulus clariſſimus*] Cum Florus Lib. lxi. in Livii Epitome C. Gracchi oppreſſionem commemoret, cujus L. Opimium ducem facit, hujus Lentuli ne uno quidem meminit verbo, ſed nec in ſua Epitome. Sicut & Livius Lib. iv. Servilii in Sp. Melium actionem commemorat, ceterum de ejus exilio nihil prorſus. Sed neque Plinius neque Cicero, quod ſciam. P. autem Sextilium, Cic. Lib. iii. de Oratore, non ita longe ab initio non dignatus eſt nominare; ubi tum C. Julii Caeſaris, de quo hoc loco, tum de L. Caeſare ejus fratre flebiliter diſſerit. GLAREAN. *Nam P. Lentulus.* MSS. omnes & Editi ante Pighium, *Namque P. Lentulus.* idem enim innuit Periz. *Nam Q. P. Lentulus.* Mog. *P. namque Lentulus.* Periz. & Cop. *Nec Corneliae gentis querelas exhauſi.* Leid. ſec. delet *Et Amantiſſimus.*

31. *Cum in Aventino*] Nonnulli Codd. *qui cum in Aventino.* item. *In Aventinum*, vel *Adventinum.* tert. & quart. Leid. *Pia ac forti manu.*

32. *Magnis vulneribus acceptis*] Harl. *Ac magnis vulneribus acceptis.* deinde aliquot. *Ne in urbe noſtra moraretur.*

33. *Quinque igitur Cornelii*] Sic Pighius, antea legebatur *Quinque igitur deinde Cornelii*, quod eſt in quibuſdam MSS. vel *ergo deinde* in aliis. vel, *quinque deinde.* vel, *quicumque igitur Cornelii*, vel, *quinque igitur demum*: ut eſt in Ultraj. ſec. Med. ſec. Harl. Copeſ. Ed. Mog. Optime, ſi quid judico. Reſpicit ad id quod praecedit. *In eodem nomine verſor necdum Corneliae gentis querelas exhauſi*, convenienter huic propoſito concludit, *Quinque igitur demum Cornelii* &c.

34. *Hala vero cum magiſter equitum Sp. Maelium*] Lego ſic; *Ahala vero, cum magiſter equitum.* Ipſe enim magiſter equitum non Sp. Maelius erat. In Colonienſi vocatur *Habala.* PIGH. *Ahala.* MSS. fere *Hala*, vel *Halla.* aeque mendoſe, quam deinde multi *Magiſtrum equitum.* Sed legendum eſſe *Magiſter equitum* jam dudum monuerat Aſcenſius. Periz. *Spurium magnum Melium.*

35. *Regnum affectantem*] Sp. Melius ex equeſtri ordine, cum caritas annonae eſſet, frumento ex Etruria coëmpto largitiones frumenti facere inſtituit, perque plebem hoc munere delinitam primo conſulatum, mox & regnum affectavit, ut ex lib. iv. Livii apparet. VORST.

36. *Cuſtoditae libertatis*] Nonnulli *cuſtodiae libertatiſque.* Med. ſec. *cuſtodia libertatis.*

37. *Le-*

Ceterum ut ſenatus populique mens in modum ſubitae tempeſtatis concitata, [37] leni querela proſequenda eſt, ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt: quia potentes conſilii, cum utrumque ratione perpendere liceret, ſcelus pietati praetulerunt. [38] Quo *Ann. urb.* enim nimbo, qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur, *666. Cic. de orat.* [39] quod C. Caeſarem, à quo [40] cum ſtudioſe, tum etiam feliciter *III. Livius LXXX.* graviſſimi criminis reus defenſus fuerat, Cinnanae proſcriptionis tempore profugum, praeſidium ſuum in fundo Tarquinienſi cladis conditione implorare, beneficii jure repetere coactum, à ſacris perfidae menſae, & altaribus nefandorum penatium avulſum, truculento victori jugulandum tradere non exhorruit. Finge accuſatorem ejus fortuna publica in ſupplicis nomen converſum, [41] tam luctuoſam illum opem genibus annixum oraſſe; crudeliter tamen repulſus videretur: [42] quia etiam quos injuriae invi-

37. *Leni querela*] MSS. novem habent, ut legebatur ante Pighium, *levi querela.* Leid. quart. *proſcribenda.*

38. *Quo enim nimbo, qua procella verborum*] Nimbum verborum neſcio an quis dixerit. Malo itaque legere ut in Atrebatenſi, *Quo enim jambo, qua procella verborum.* Nam ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν dicitur, id eſt, à proſcindendo. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Horat. PIGH. *Quo enim Jambo, qua procella verborum.* Haud diſplicet de *Jambo*; nec item quod in veteribus, *nimbo.* LIPS. *Jambo.* Ita Pighius princeps correxit. At nihil ego mutarim. Ecquis enim vel in medio Latio erubeſcat dicere *nimbum ac procellam verborum?* COLER. *Quo enim nimbo, qua procella verborum.* Ita codices Brand. Pighius ex mera conjectura pro *nimbo* reſcripſerat *Jambo*, quod dubitaret, *nimbus verborum* an quiſquam dixerit. Verum ſi maxime non ſic locuti ſint alii, tamen noſtrum ita locutum negari non debet. Forſan neque eſt qui dixerit *procella verborum.* Ideone vero dubitandum, an locutus ita ſit noſter? Fit interdum ut metaphora hac vel illa ſcriptor aliquis primus utatur: nec in talibus ſuffragium ſemper populi expectari ſolet. Conſtat tamen Statium epicedio in patrem dixiſſe, *effreno nimbos aequare profatu.* Vocem *nimbo* video & Gronovium in lib. de pec. vetere vindicaſſe. VORST. *Nimbo* ſervant omnes mei, & probarunt Gruterus atque Gevartius cum J. Fr. Gronovio Diat. ad Stat. cap. 53. Quia Statius ſimiliter Epicedio in patrem. v. 103.

——— ——— ——— *ſive orſa libebat*
Aoniis vincire modis, ſeu voce ſoluta
Spargere, & effreno nimbos aequare profatu.

Et hoc ſane multo rectius convenit cum verbo *obruere*, & *procella*, quam Pighianum *Jambo.* Et nihil frequentius, quam Metaphoras ducere a Meteoris in re eloquentiae. Hinc Pericles, *tonare, fulgurare*, dictus: & ſic Demoſthenem comparabat Longinus περὶ ὕψους. c. 12. σκηπτῷ τινι ἢ κεραυνῷ. Mirabatur igitur merito Gudius, Pighianum commentum *jambo* videri placuiſſe Guyeto.

39. *Quod L. Caeſarem*] *C. Caeſarem*, Manuſcripti codices appellant. Recte. fuit enim *C. Caeſar* orator à cliente ſuo proditus, & in villa occiſus, cum aedilis curulis tantum fuiſſet, frater *L. Caeſar* conſularis & cenſorius ad buſtum Varii occiſus eſt, ut idem noſter libro IX. cap. 2. aſſerit; utriuſque capita C. Marius victor in roſtris exponi juſſit, ut Cicero de oratore tertio, & Appianus civil. primo PIGH. *C. Caeſarem* appellant etiam plerique noſtri.

40. *Cum ſtudioſe*] Denuo hic plerique MSS. *tum.* ut aliquoties etiam ſupra notavimus, & ita hic omnes ante Pighium excuſi. Deinde aliquot *Penatum*, ut antea fere edebatur.

41. *Tam luctuoſam illum opem genibus annixum oraſſe*] Sic. Mediol. ceterae ante Pighium vulgatae, *Tam luctuoſam illam opem*, quod in novem invenio MSS. *illum*, deeſt in Periz. Multi etiam *adnixum*. Quod verbum cum plerumque intentam operam & ſummum ſtudium ali-

viſos faciunt, gratioſos miſeriae reddunt. Verum Sextilius non accuſatorem, ſed patronum ſaeviſſimae inimici violentiae ſuis manibus objecit: [43] ſi metu mortis, vita indignus: ſi praemii ſpe, morte digniſſimus.

4. Ann. urb. 710 Livius cxx App. Civil. iv. Plutarch. Sed ut ad alium conſentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero [44] C. Popilium Laenatem, Picenae regionis, rogatu M. Coelii, non minore cura quam eloquentia defendit: [45] eumque cauſſa admodum dubia fluctuantem, ſalvum ad penates ſuos remiſit. [46] Hic Popilius poſtea [47] nec re, nec verbo à Cicerone laeſus, ultro M. Antonium rogavit, *ut ad illum proſcriptum perſequendum & jugulandum mitteretur*: impetratiſque deteſtabilis miniſterii partibus, gaudio exultans Cajetam cucurrit, & virum, [48] omitto quod ampliſſimae dignitatis, [49] certe ſalutis ejus auctorem, ſtudio etiam praeſtantis officii privatim ſibi venerandum, jugulum praebere juſſit: ac protinus caput Romanae eloquentiae, & pacis clariſſimam dexteram, per ſummum & ſecurum otium, amputavit; eaque ſarcina, tanquam opimis ſpoliis, alacer in urbem reverſus eſt. [50] Neque enim ſceleſtum portanti onus

aliquid perficiendi ſignificet, dubitare licet, an non auctor ſcripſerit *genibus adfixum*. i. e. Genibus Sextilii ita advolutum, ut ea firmiter complecteretur, ab iiſque repelli vix poſſet. Quo ſenſu fere Silius de Saguntinis. L. I. 677

Submiſſi palmas, lacerato tegmine veſtis
Affigunt proni ſquallentia corpora terrae.

Quomodo non proſtraviſſe modo eos humi corpora, ſed in eo ſtatu diu permanſiſſe, & inhaeſiſſe terrae ſignificat. Non enim opus videtur, ut ibi cum Gifanio ac Bentlejo emendetur *Affligunt*. Cum alterum ſenſum praeſtet commodum, & ita hoc verbum uſurpari ſatis probatum ſit a viris eruditis.

42. *Quia etiam*] Aliquot MSS. cum pleriſque ante Pighium *Quinetiam*, ſed illud tamen multo plures.

43. *Si metu mortis vita indignus*] MSS. tres *Vita dignus* Med. prim. *Sed metu victoris vita dignus*. Reliqui vulgatum recte ſervant. Mog. *Si ſpe praemii digniſſimus morte.*

44. *C. Popilium*] Harl. Copeſ. Leid. quart. *C. Pompilium.* Med. ſec. *Cn. Popilium.* quomodo habent typis ante Pighium expreſſi praeter Moguntinam.

45 *Eumque cauſſa admodum dubia fluctuantem*] MS. *Eaque*, Forte *Eoque*. PERIZON. Ceteri vulgatum ſervant. *Eoque*, explicuerit credo Vir Cl. *in Picenam regionem*. Sed nihil credo mutandum putaſſet cognito ceterorum MSS. conſenſu.

46. *Hic Popilius*] Sic & reliqui. Solus Plutarchus homicidium hoc Herennio centurioni adtribuit. COLER.

47. *Nec re nec verbo a Cicerone laeſus*] MS. omittit *Nec re.* Optime. *Nec verbo* enim per ſe poſitum hoc ſatis indicat, & ſufficit. PERIZON. Ceteri retinent.

48. *Omitto quod ampliſſimae dignitatis*] ſuſpecta vox *quod.* τὸ *Omitto*, ſimile eſt *non dicam:* PERIZON. Leid. ſec. *omitto quem.* Barb. ſec. *Merito quidem, ampliſſimae dignitatis al' omitto, quod.* Bit. prim. *Mitto quo.* Leid. quart. *Mitto quod* Ultraj. prim. *Cajetam occurrit.*

49. *Certe ſalutis*] Liber Danielis & edit. Veneta: *Certae ſalubritatis ſtudio praeſtantis officii.* COLER. *Certe ſalutis ejus auctorem, ſtudio etiam praeſtantis officii privatum ſibi venerandum.* Recte omittit MS. τὸ *Etiam*, nec enim duo diverſa hic traduntur, ſed omnia uno ſenſu & contextu. Forte etiam legi poſſet. *ſtudioſe pro tantis officiis.* Sed tamen MSti lectio retineri poteſt. PERIZON. Fr. Fabricius in Vita Ciceronis Anno aetatis ejus 64. legere jubet ex MSS. *Certe ſalubri ſtudio praeſtantis officii privatim ſibi venerandum.* Quod video eſſe in Med. ſec. Barb. prim. *ſalubri ſtudio* al' *ſalubritatis ſuae auctorem.* Ed. Ven. Mediol. Aſc. *Salubritatis ejus auctorem.* quomodo Harl. Leid. quart.

&

onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalidae ad hoc monſtrum ſugillandum literae: quoniam qui talem Ciceronis caſum [51] ſatis digne deplorare poſſit, [52] alius Cicero non extat.

Quo te nunc modo, Magne Pompei, attingam, neſcio. Nam & amplitudinem fortunae tuae, quae quondam omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupaverat, intueor; & ruinam ejus majorem eſſe, quam ut manu mea attentari debeat, memini. [53] Sed nobis tamen quoque tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens [54] de paternis bonis in foro dimicans protectus es, juſſu tuo interempti mors animis hominum obverſabitur, non ſine aliqua reprehenſione: quia tam ingrato facto plus L. Syllae viribus, quam propriae indulſiſti verecundiae. 5. Ann. urb. 671. Plut. Pomp. App. Civil. 1.

Externa.

At ne noſtra confeſſis alienigenae urbes inſultent, Carthaginienſes Anniba- 1.

& ſext. ſed Periz. *ſalubritatis auctorem ſuae.* Uterque Ultraj. Leid. ſec. Med. prim. *Salubritatis ſtudio praeſtantis officii*, ſic Mog. Bit. prim. *ſalubritati ſtudio praeſtantis.* *Etiam* ubique fere deeſt. Leid. prim. & ſept. certe *ſalubritatis ſtudio & praeſtantis officii.* Unde poſſis conjicere *certe ſalubris artis ſtudio & praeſtantis officii.* ut dicat Ciceronem Popilio privatim venerandum, propter ſalubrem artem & officium praeſtans, quae pari ſtudio in eo defendendo exhibuit, ut ſupra dixit, *non minore cura, quam eloquentia defendit.* *Privatim* in quibuſdam ſcriptis codicibus omittitur.

50. *Neque ei ſceleſtum onus portanti*] MSS. ſeptem *Neque enim ſceleſtum onus portanti.* Quod praefert etiam Ed. Mog. Ven. Mediol. Aſcenſ. *Ei* ab Aldo eſt. *Enim* magis placet.

51. *Satis digne*] In Leid. ſeptimo *ſatis* adſcriptum eſt recenti manu. Med. ſec. *deplorare queat.*

52. *Alius Cicero*] Aemulatus eſt illud de Cicerone elogium Livii Patavini: *Si quis tamen virtutibus vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.* COLER.

53. *Sed nobis tamen tacentibus*] MS. Melius *Sed tamen nobis quoque tacentibus.* PERIZON. Non Copeſianus modo, ſed omnes ita habent MSS. omnes typis expreſſi. τὸ *Quoque* primus expunxit Pighius. Indecore.

54. *De paternis bonis*] Copeſ. *De patriis.* Paulo poſt, ſex Codices ſcripti cum Mog. Ed. *obſervabitur.* Periz. *obſervatur.* Omnes hoc ordine. *Non ſine aliqua reprehenſione obſervabitur.* Ordo recipi potuiſſet; verbum non eſt mutandum. Vide ſupra L. 1. 7. 7. ubi idem illud ſaepe de ſomniis uſurpari monuimus. Non minus tamen frequens eſt de vigilantibus, quorum animis alicujus rei cogitatio praeſens ſubinde adeſt, ut eam veluti oculis intueatur.

55. *Tot imperatores, totque exercitus noſtros*] Med. prim. cum Periz. *Tot imperatores, tot exercitus noſtros.*

56. *Quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet*] MSS. Quinque *Quot gregarios milites hoſtium occidiſſe.* Quod non diſplicet. Curt. L. VI. 3. *Egregium me Hercule opus, & inter prima gloriae veſtrae numerandum poſteritati famaeque tradetis, Darii quoque hoſtis finito poſt mortem ejus odio parricidas eſſe vos ultos.* Periz. *Hoſtium occidiſſet.* Deinde ſunt qui delent *e*: item, *ſuo*: multi omittunt in-

Ann. urb. 558. Livius XXXIII. Corn. Nep. Annib.

balem, qui pro illorum incolumitate & victoria, 55 tot imperatores, totque exercitus noſtros trucidaverat, 56 quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet, magnae gloriae foret, è conſpectu ſuo ſubmovere in animum induxerunt.

2. Herod. I. Plut. in vita. Stob. Ser. XVII. Aelian. XIII. 23.

Neminem Lycurgo aut majorem aut 57 utiliorem virum Lacedaemon genuit; utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti reſpondiſſe fertur, 58 *Neſcire ſe utrum illum hominum, an deorum numero aggregaret.* Huic tamen 59 neque vitae ſumma ſinceritas, neque conſtantiſſimus erga patriam amor, neque 60 leges ſalutariter excogitatae auxilio eſſe potuerunt, quo minus infeſtos cives experiretur. Saepe enim lapidibus petitus, aliquando

in Ultraj. prim. *Conſpectu ſuo ſubmovere animo induxerunt.* ſec. *E conſpectu ſuo ſubmoveri in animum induxerunt.*

57. *Utiliorem virum*] De hoc multa Plutarchus, Herodotus, Dionyſius, Juſtinus libro III. & XVIII. Strabo libro VIII. & X. Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Auguſtinus libro ſecundo, capite decimoſexto. Vellejo quidem Paterculo eſt *Diſplicinae convenientiſſimae vir.* id eſt, utiliſſimae. unde & Valerius ait ejus leges *ſalutariter excogitatas* eſſe. Non immerito igitur hic Σωτὴρ civium ſuorum dictus: ſicut Ariſtides δίκαιος, Epaminondas θεὸς, teſte Epicteto. COLER.

58. *Neſcire ſe utrum*] Med. ſec. & Leid. ſept. a manu prima delent *ſe*.

59. *Neque vitae ſumma ſinceritas*] MSS. aliquot *Neque vitae ſummae ſinceritas*, vel *ſinceritas ſummae.*

60. *Leges ſalutariter excogitatae*] Ita MSS. Reſtituit Pighius. ante edebatur *ſalubriter.* quod in primo Leid. exſtat. Ed. Mog. *ſalutariter.* Vide etiam L. V. 2. 3.

61. *Privatus oculo*] Servius aliter. ſcribit enim ob injuriam vitibus ſive Baccho inlatam à Jove elufcatum eſſe, ſed iſthaec fabulae ſint. COLER. Colerus hic turpiter confundit hunc Lycurgum, cum eo de quo fabulae agunt eumdem putans. PERIZON. Periz. Med. prim. *Furore ejectus publico, furore etiam privato.* Leid. ſec. *Aliqua ejectus furore publico, furore etiam privato.* Leid. ſec. *Aliquando furore ejectus publico, etiam furore privatus.* Ultraj. prim. *Furore ejectus publico, etiam privatus.* In quatuor aliis deeſt *oculo.* in quibus, quin aliud lateat, mihi non dubium eſt. Primum apparet librarios exiſtimaſſe opponi *furorem publicum & privatum*; quod nihili eſt. Deinde cum ſimpliciter dicatur *furore ejectus publico*, unde, quaeſo, ex communi loquendi conſuetudine ejectus intelligetur, niſi ex civitate? ſed tunc addi non poterat, *Ad ultimum ipſa patria pulſus eſt.* Lego veritati convenienter. *Aliquando foro ejectus furore publico, etiam oculo privatus.* Plut. p. 45. Ed. Franc. in Lycurgo. Τέλος δὲ βαλλόμενος ὑπὸ πολλῶν ἐξέπεσε τῆς ἀγορᾶς δρόμῳ. & tum addit ab Alcandro acrius ipſum inſequente baculo oculum ipſi eſſe excuſſum.

62. *Ad ultimum ipſa patria pulſus eſt*] Ex ſententia Juſtini non tam pulſus eſt a civibus, quam in voluntarium profectus exilium, poſtquam jurejurando obligarat cives ſuos, nihil eos de ejus legibus mutaturos, priuſquam reverteretur, ſimulans ſe ad oraculum Delphicum proficiſci conſulturum, quid addendum mutandumque in legibus videretur. Juſt. Lib. III. 3.

63. *Quid aliae faciant urbes, ubi etiam illa*] *Ubi* pro *ſi*, vel *cum.* Nepos XV. 7. 4. *Animadvertebat, ubi id feciſſet, totum exercitum periturum.* Graecos quoque ſuum ὅπου ſic uſurpare memini. VORST. MSS. nonnulli *facient.* ut edebatur vulgo. Sed plures & meliores rectius *faciant*, ut emendavit Pighius.

64. *Ille vicatim diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit*] In veteribus eſt, *ille locatim.* Neutra vox ad verum, & facile ex hac inconſtantia odoror ſuppoſitas illas pro germana iſta, *pagatim.* Athenienſes enim ante Theſea in pagis habitarunt. Plutarchus. & clariſſime Livius lib. XXXI. *Delubra ſibi fuiſſe* (Athenienſes loquuntur) *quae quondam pagatim habitantes in parvis illis caſtellis viciſque conſecrarint.* Idem de iiſdem: *Templa deum quae pagatim ſacrata habebant.* Adde, quae mox addam. LIPS. *Ille vica-*

do furore publico ejectus, etiam [61] privatus oculo, [62] ad ultimum ipſa patria pulſus eſt. [63] Quid aliae faciant urbes, ubi etiam illa, quae conſtantiae & moderationis, & gravitatis eximiam ſibi laudem vindicat, tam ingrata adverſus tam bene meritum extitit?

Detrahe Athenienſibus Theſea: nullae, aut non tam clarae Athenae erunt. 3.
ſiquidem [64] ille vicatim diſperſos [65] cives ſuos in unam urbem contraxit, Cic. de leg. 2.
[66] ſeparatimque & agreſti more viventi populo ampliſſimae civitatis for- Plut. in vita.
mam atque imaginem impoſuit. Idem ſaeva [67] potentiſſimi regis Minois imperia vixdum aetate pubeſcente repulit. Idem [68] effrenatam Thebarum

vicatim diſperſos. Ita Aldus, Chalcocondyles, & hos ſecutus Pighius. Monet autem Lipſius, in antiquis MSS. pro *vicatim* eſſe *locatim.* Quod tamen & ipſum is non probat, ſed legendum pro eo putat *pagatim*, ad quem modum Livius l. XXXI. de iiſdem Athenienſibus ſcripſerit, *Delubra ſibi fuiſſe, quae quondam pagatim habitantes in parvis illis caſtellis vicisque conſecrarint.* Item, *Templa Deum, quae pagatim ſacrata habebant.* Contra Salmaſius in Exercitationibus in Solinum, p. 139. illud *locatim* defendit; quia in codd. MSS. id obſervarit, & *locus* Latinis idem quoque ſit quod κώμη & *pagus*: ut quod Plinius dicit *locus Pharae, loca Bupraſium, Hermione, locus Mantinea.* Vide l. IV. c. 5. Nat. Hiſt. Et ſane uterque etiam cod. Brand. & ex antiquioribus typis expreſſis ille, quem Martinus Herbip. curavit, *locatim* habet. VORST. *Locatim* invenio in omnibus MSS. niſi quod unus *locati*, alius *locatum*; item cum Ed. Mog. *Leucatim*, habent. *Vicatim* alia manu additum eſt in Leid. ſept. Quare *locatim* omnino videbatur eſſe praeferendum vel ex conſenſu MStorum, ſed cum vox ea alibi, quantum ſcio, non occurrat, eam recipere auſus non fui. *Vicatim* eſt, quod Iſocrates dicit κατὰ κώμας in Helenae Encom. p. 340. Ed. Cantab. καὶ πρῶτον μὲν τὴν πόλιν σποράδην, καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν εἰς ταὐτὸν συναγαγὼν, τηλικαύτην ἐποίησεν.

65. *Cives ſuos in unam urbem contraxit*] Cop. Periz. Harl. Barb. Med. Leid. prim. *In ſuam urbem.* uterque Ultraj. quatuor Leid. Med. ſec, Barb. prim. *In ſuam unam urbem.* Id eſt, εἰς ἄστυ, in eam urbem ſolam, quam ipſe inhabitabat. Quae inde etiam Θησέως πόλις vocatur in Inſcript. apud Sponium Tom. II. p. 334. ut Perizonius adnotaverat.

66. *Separatimque*] Alii: *Sparſimque.* Vere Danielis: *Paſſimque:* Vetus Gloſſarium: *Vagerasin* Σποράδην. lego: *Vage, paſſim.* Iterum: *Paſſim:* Πανταχοῦ, Σποράδην, Ἀνέδην, Λελυμένως, Ἀθρόως. Salluſtius: *Sedibus incertis vagabantur.* Et in Jugurth. *Vagari paſſim.* Remotior conjectura Lipſii: *pagatim.* quam tamen confirmem illo Thucydidis loco libro primo de Lacedaemoniorum urbe: Κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης. Hanc tamen habitandi conſuetudinem maxime Athenienſibus uſitatam fuiſſe idem ſcribit libro. II. COLER. *Separatimque & agreſti more viventi populo.* Ita codices Brand. vetereſque typis expreſſi. Colerus cum in uno cod. P. Dan. reperiſſet *paſſim*, ſupponendum hoc pro *ſeparatim* putavit. VORST. *Separatim* exſtat in MSS. tredecim & omnibus Editis. *Paſſim* habet Leid. quint. *ſeparatim, al' ſparſim, al' paſſim.* Leid. ſept.

67. *Potentiſſimi regis Minois imperia*] Minos, rex Cretae, Athenienſes adegerat, ut quotannis ſeptem juvenes in Cretam ſe miſſuros reciperent, qui Minotauro objicerentur. Anno tertio igitur Theſeus, Aegei regis Athenienſis filius, forte miſſus fuit: qui Minotauro occiſo fuga evaſit. Palaephatus in lib. περὶ ἀπίστων ſcribit, quod cum Minos Theſeum hoſtem cepiſſet, ad Taurum tanquam moriturum eum ablegaverit. Quod intelligentem Ariadnen, Minois filiam, gladium in carcerem praemiſiſſe, quo Minotaurum Theſeus interficeret. VORST. *Idem ſaeva potentiſſimi regis.* Barb. prim. *Idem etiam ſaepe.* Harl. *Idemque ſeva.*

68. *Effrenatam Thebanorum inſolentiam*] Quod Thebani Graecorum qui in bello ceciderant cadavera ſepulturae mandari prohiberent, mortuorumque uxores & liberi ad Theſeum confugerent, Thebanis Theſeus bellum intulit, eoſque caeſorum corpora ſepelienda dare coëgit.

rum inſolentiam domuit. Idem [69] opem liberis Herculis tulit, & [70] quicquid ubique monſtri aut ſceleris fuit, virtute animi ac robore dextrae comminuit. Hujus tamen ſummoti ab Athenienſibus, [71] Scyros exule minor inſula, oſſa mortui cepit. Jam Solon, qui tam praeclaras, tamque utiles Athenienſibus leges tulit, ut, ſi his perpetuo uti voluiſſent, ſempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti eorum imminentem recuperavit: qui Piſiſtrati tyrannidem primus vidit orientem, & [72] ſolus armis opprimi debere, palam dictitare auſus eſt; ſenectutem Cypri profugus exegit: neque ei in patria, de qua

Plut. in vita Juſtin. 11. Laërt. Solone. Cic. de Sen. Poliaen. I. 20. I.

git. VORST. *Effrenatam Thebanorum inſolentiam domuit.* Ovid. II. Heroid. 71.

Et domitae bello Thebae, fuſique bimembres,
Et pulſata nigri regia caeca Dei. PERIZON.

Thebarum reſcripſi ex auctoritate omnium MSS. & editionum, pro *Thebanorum*, quod dederat Pighius. Omnia vero haec. *Idem effrenatam Thebarum inſolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit.* omiſſa ſunt in Harl. Inſolentia qua in re conſtiterit, exprimit Statius Theſea ita inducens alloquentem proſtratum Creonta L. XII. Theb. 779.

Jamne dare exſtinctis juſtos, ait, hoſtibus ignes?

Jam victos operire placet.

69. *Opem liberis Herculis tulit*] Cum Hercules multos tyrannos & latrones ſubegiſſet, orta inde liberis ejus invidia. Hi igitur cum mortuo patre non ſatis praeſidii haberent, Athenas ſe ad aram Miſericordiae, quam Theſeus conſtituerat, contulere, atque ab omni injuria ibi tuti fuere. VORST.

70. *Quicquid ubique monſtri ac ſceleris fuit*] Res geſtas Theſei breviter recenſet Ovidius in ſeptimo Metamorph.

——— ——— *Te, maxime Theſeu,*
Mirata eſt Marathon Cretei ſanguine Tauri &c. VORST.

71. *Scyros exule minor inſula*] MSS. quinque *exulis*. Forte quia librarii capere non poterant, quomodo *inſula minor exule* fuerit. Ut per egregium, ſi Diis placet, acumen loqui amavit Valerius. Ed. Mog. *Tiros inſula minor exulis oſſa mortui cepit. Tyros* etiam Periz. nonnulli *ciros*, vel *chiros*, vel *cyros*.

72. *Solus armis opprimi debere palam dictitare*] Solon cum Senatum Piſiſtrato ſtudere, ſeque nihil proficere videret, poſitis ante curiam armis, Ὦ πατρὶς, inquit, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ; atque ita in Aegyptum Cyprumque navigavit: ut Diog. Laërtius in vita ejus refert. VORST. *Primus vidit orientem, & ſolus armis opprimi debere palam dictitare auſus eſt.* Potiſſima pars MStorum haec ita exhibet. *Primus vidit orientem, ſolus armis opprimi debere palam dictitare auſus.* quod probem. Mog. Ed. habet *auſus eſt*, ſed delet *&*. unus & alter addit, *prius*.

73. *Poſt trecenta millia Perſarum*] Juſtinus ducenta millia barbarorum in ea pugna cecidiſſe ſcribit. Herodotus κατ' ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας. Videtur ſane hic myriacum numerum omiſiſſe. COLER.

74. *Si in exilium protinus miſiſſent ac non in carcere mori coëgiſſent*] MS. Neſcit *Protinus*, & ſane videtur locum habere, ſi longo tempore prius carcere maceratum, deinde in exilium miſiſſent: nunc vero in carcere etiam mortuus eſt. Sed tamen & infra v. 4. 7. *Non protinus ſtrangulavit.* id eſt illico, ſimul ac facere poterat, & tamen numquam poſtea ſtrangulavit. Similiter hujus loci ſenſus eſt, ſi illico poſt damnationem in exilium miſiſſent. PERIZON. *Protinus* deeſt in Barb. prim. Sed melius additur hoc vocabulum. Intelligo autem; non protinus poſt damnationem, ſed poſt victoriam. Si hanc victoriae reportatae gratiam illi retuliſſent, ut protinus miſiſſent in exilium.

75. *Ut puto hactenus ſaevire adverſus optime meritum abunde duxerunt*] Falſa atque imperfecta eſt ſententia, ſed aliquanto melior in Suſiano & Pulmanniano; *Sed, ut puto, hactenus ſaevire adverſus optime meritum, ſatis abunde duxerunt.* Conſtabit omnino ſi per negationem finiatur, altero adverbio, quod ſuperfluum eſt,

qua optime meruerat, humari contigit. Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum 73 poſt trecenta millia Perſarum Marathone devicta, 74 in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coëgiſſent. Sed, 75 ut puto, hactenus ſaevire adverſus optime meritum abunde duxerunt. Imo ne corpus quidem ejus, ſic expirare coacti, ſepulturae prius mandari paſſi ſunt, 76 quam filius ejus Cimon eiſdem vinculis ſe conſtringendum traderet. 77 Hanc haereditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipſe aetatis ſuae dux maximus, ſolam ſe creviſſe, 78 catenas & carcerem, gloriari potuit. Ariſtides etiam, 79 quo totius Graeciae

Nep. in vita. Herod. VI. Juſtin. II. Infr. V. 4. ext. 2.

Plutarch. & Nepos in vit.

eſt, abjecto; ſic; *Sed ut puto, hactenus ſaevire adverſus optime meritum abunde non duxerunt.* PIGH. *Abunde non duxerunt.* Negatio abeſt veteri: & tollenda. LIPS. *Sed, ut puto, hactenus ſaevire adverſus optime meritum abunde duxerunt.* Voculam *ſed* adjecit Pighius e duobus codd. Brandeburgenſes non habent. Neque adeo opus ea. Ceterum falſam atque imperfectam ſententiam eſſe judicat Pighius, niſi vocula negativa adjiciatur, legaturque *abunde non duxerunt:* quam proinde audacter & adjecit. retinueruntque Colerus & alii. Nobis temere illud factum, verbaque Valerii ſine vocula *non* optime ſibi conſtare videntur. Sed intelligenda ſunt cum ironia: ut ſenſus ſit, non putare Valerium, Athenienſes ſatis habuiſſe praedicto modo adverſus Miltiadem ſaevire. Cujuſmodi ironiae in auctoribus frequentes ſunt. Cicero pro Arch. *Itaque credo, ſi civis Romanus Archias legibus non eſſet, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit.* Vult & Cicero, ſe non credere, non putare. VORST. MS. Ignorat τὸ *Sed.* lege *At, puto.* ſic ſupra *Talia paſſo, credo.* Male vero Pighius negativam interpoſuerat, idque conſtat ex ſequenti *Imo.* Ter. Phor. V. 9. 42. *at, meo merito, credo.* Vide Riv. Ovid. Ponto. I. 2. 43. Sic. I. 4. 47. PERIZON. *Sed,* & *non,* quae Pighius adjecit, ignorant etiam MSS. noſtri. Niſi quod *ſed* exſtat in Ultraj. prim. placet emendatio Perizonii.

76. *Quam filius ejus Cimon iiſdem ſe vinculis conſtringendum traderet*] MSS. quinque *Quam Cimon filius ejuſdem ſe vinculis.* in Leid. ſext. deeſt *iiſdem.* Periz. *Filius ejuſdem iiſdem ſe vinculis.* Ultraj. prim. *Quam Cimon filius iiſdem eiſdem ſe.*

77. *Hanc haereditatem paternam ſolam ſe ſortitum*] Optime vetus & ex veteri formula, *ſolam ſe creviſſe. Hereditatem cernere* pernota jam & notata aliis dictio. LIPS. *Se ſortitum.* Liber Danielis: *Solam ſe creviſſe.* quomodo & Cujacius emendaverat libro IV. Obſervat. capite 14. Modius eandem lectionem produxerat ex lib. Bambergenſi. COLER. *Hanc heredit. paternam ſolam ſe creviſſe.* Aldus & Chalcoc. *ſolam ſe ſortitum.* Quam lectionem retinuit & Pighius. Colerus tamen reſcribere auſus eſt *creviſſe;* quod & Lipſius in vetere codice, & Modius in cod. Bambergenſi, & ipſe denique Colerus in cod. P. Danielis ita ſcriptum obſervarat. Et addo ego, quod uterque etiam codex Brandeb. vetuſque typis expreſſus Mart. Herbip. ita habeant. Ut nihil amplius dubitandum de ea lectione videatur. *Sortitum,* quod Aldus habet, explicationis gratia prius in margine poſitum fuiſſe, deinde vero in textum irrepſiſſe videtur. Dicebant utique veteres *hereditatem cernere.* Plinius lib. X. ep. ad Traj. *Julius Largus rogavit teſtamento, ut hereditatem ſuam adirem, cerneremque.* Feſtus: *Crevi ſignificat modo hereditatem adii.* Sed & ipſe Cicero ea phraſi non raro utitur. Vide de ea & Briſſonium lib. VII. de Form. p. 600. VORST. *Creviſſe* habet uterque Ultraj. Med. ſec. Leid. ſext. Cop. Periz. Barb. ſec. Leid. prim. *meruiſſe.* Nec dubitandum, quin *creviſſe* non ſit ab indoctis librariis. De formula illa *cernere haereditatem,* multis erudite egit Perizon. ad Sanctii Minervam, contra Kuſter. de Verbo; *Cerno. Sortitum eſſe* jam ante Aldum edidit Oliverius.

78. *Catenas ſcilicet & carcerem*] Editiones ante Aldum ignorant τὸ *ſcilicet,* & abeſſe jubent omnes MSti: quibus parui. Duo habent, *ad catenas & carcerem.* Leid. ſept. *catenas & carceres.*

79. *Quo totius Graeciae juſtitia cenſetur*] *Cenſeri*

ciae juſtitia cenſetur, continentiae quoque eximium ſpecimen, [80] patria excedere juſſus eſt. [81] Felices Athenas, quae poſt illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem ſui civem potuerunt; cum quo tunc ipſa ſanctitas migravit! Themiſtocles eorum, qui ingratam patriam experti ſunt, celeberrimum exemplum, cum illam incolumem, claram, [82] opulentam, principem Graeciae reddidiſſet, eouſque ſenſit inimicam, [83] ut ad

Nepos. Plutarch. Aelian. III. 47.

ſeri pro aeſtimari. Juſtinus IX. 2. 9. *Scythas virtute animi & duritia corporis, non opibus cenſeri.* VORST. Supra c. 2. in fine. *Et ſane ampliſſimae & ſpecioſiſſimae divitiae ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri.*

80. *Patria excedere*] Plutarchus, Probus, Cicero pro Sextio & Tuſculan. quinto. Officior. libro III. Juſtinus libro II. Muſonius apud Stobaeum περὶ ξένης. COLER.

81. *Felices Athenas, quae poſt illius exilium*] Inter Var. Lect. Gudii haec notantur. An ſcribendum? *Infelices Athenas! quem poſt illius exilium invenire aut virum bonum aut amantem ſui civem potuerunt, cum quo tunc ipſa ſanctitas migravit.* Ego vulgatum longe accommodatius arbitror. Invenerunt enim poſt exilium Ariſtidis Athenae, & viros bonos, & amantes ſui cives; quare eas felices dicit auctor. cum iſta emendatio innueret, eas infelicitatem in ſe arceſſiſſe, quia poſtea invenire tales cives non potuerunt. Cop. *Sanctitas migraverit.*

82. *Opulentam principem Graeciae*] Ultraj. prim. *Ac opulentam ac principem Graeciae.* Tum Nonnulli MSS. cum Mog. *Themiſtodes.* Med. ſec. *Cum illa incolumem.* Leid. ſept. *al' ille.*

83. *Ut ad Xerxis non debitam ſibi miſericordiam confugere neceſſe haberet*] Nepos Thucydidem ſecutus ad Xerxis filium Artaxerxem confugiſſe ſcribit. VORST. Bit. prim. *Profugere.* Leid. ſept. *haberet al' habuerit.* Adſcripſit etiam Perizonius. Imo filii *Artaxerxis.*

84. *Quae ad pariendum honorem potentiſſimae judicantur, clementia & liberalitate inſtructiſſimus*] In Campenſi & Atrebatenſi, *ad pariendum hominem.* In Pulmanniano, & Suſiano, *ad pariendum hominum genus.* mendoſe. Sed in Wincheliano legitur, *ad patiendum hominem.* Hinc puto reſtitui poſſe; *ad pacandum hominem.* Deinde, pro *clementia & liberalitate*, Campenſis liber habet *eloquentia & integritate.* quas virtutes in Phocione laudant mirifice Plutarchus & Probus, aliique auctores. Liberalis, mehercle, non potuit eſſe, cum pauperrimus ſemper fuerit. PIGH. Diſplicet jure, *pacandum:* & falſum ſcio: Veteres duo, *pariendum*, tertius, *peirendum.* Tentem ex eo, *Parcendum homini.* Etſi malim *pertegendum*, aut ejus ſententiae verbum propinquius. LIPS. *Ad pacandum hominem.* Ita veriſſime Pighius emendavit. Similiter locutus eſt Valerius libro IX. capite 3. *C. autem Figulum manſuetiſſimum, pacato juris civilis judicio celeberrimum.* Fruſtra eſt conjectura Lipſii. COLER. *Quae ad pacandum hominem potentiſſimae.* Aldus & Chalcocond. ediderant, *Ad pariendum honorem.* Verum codices Brandeb. & quos Pighius & Lipſius inſpexere, *ad pariendum hominem*, vel *ad pariendum hominum genus*, habent. Cum igitur τὸ *hominem* in antiquis libris omnibus appareat, cogitandum fuit de voce *pariendum* emendanda. Et Pighius quidem ex conjectura ſcripſit *ad pacandum hominem*: id quod apprime & Colero placet. Quid ſi amplius *ad placandum hominem* legatur. VORST. Nonnulli etiam ad *Paciendum.* Forte *Ad capiendum hominem.* vel quia non videtur id convenire *integritati & manſuetudini* Phocionis. leg. forte ut eſt in MSto. *Phocion vero non his dotibus*, tum ſequentia hoc modo. *Quae a. c. h. p. habentur, ſed eloquentia & integritate.* Objiciet aliquis, *Eloquentiam* vel maxime valere ad capiendos homines. Sed ſciendum ſi homines turbulenti & verſuti eloquentia praeſtent, eos vehementer quidem ductare populum, ſed non ita homines bonos & integros, & manſuetos, quantumvis eloquentes. Et poſſimus *capere* exponere per *decipere* aſtu & fallaciis capere. F. leg. *Phocion vero non his dotibus, quae ad c. h. p. j. ſed integritate inſtructiſſimus*, ut *eloquentia*, ſit expoſitionis gratia addita, ut quod potentiſſimum ſit ad capiendos homines. Infra. VIII. 9. Ext. 1. *oratione capti.* imo totum illud caput de vi eloquentiae agit. An ſcripſit *ad parcendum*? ut τὸ *hominem* additum ſit, poſtquam per errorem legi coepit *patiendum.* Sed pro *eloquentia & integritate* reponendum videtur quod habent codd. *clementia & liberalitate.* nec eſt quod neget Pigh. *liberalem* eum potuiſſe fuiſſe cum pauper fuerit.

ad Xerxis, quem paulo ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet. Phocion vero his dotibus, [84] quae ad pacandum hominem potentiſſimae judicantur, [85] clementia & liberalitate inſtructiſſimus, [86] tantum non in eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt; [87] ſed certe poſt obitum [88] nullam Atticae regionis, quae oſſibus ejus injiceretur, glebulam invenit; juſſus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat. [89] Quid abeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtimanda, ſummo con- Nepos. Plutarch.

rit. nam & ſupra III. 8. 2. Ext. *placidos & miſericordes & liberales, & omni ſuavitate temperatos mores*, tribuit illi Auctor. PERIZON. MSS. noſtri, etiam Baſ. teſte Klokkio, *Ad pariendum hominem*, vel, *Ad periendum hominem* exhibent. Solus Med. ſec. *ad periendum hominum genus.* ut Pighius teſtatur eſſe in Pulmanniano & Suſiano. *τὸ genus* poſſit videri additum, quia librarii inveniebant *hominum*, nec ſubſtantivum eſſet, unde regeretur iſte genitivus. Rectius forte ſuppleviſſent ſcribentes. *Ad pariendum amorem hominum.* Qualis ſententia deſideratur. Interim reſtitui *Clementia & liberalitate*, ut erat in omnibus ſcriptis, & editis ante Pighium, & hae virtutes efficiunt bonitatem, a quo cognomen boni habuit Phocion. quo reſpicit etiam in fine hujus paragraphi, quum eum *optimum civem vocat.*

85. *Eloquentia & integritate*] Teſtes ſunt Plutarchus & Probus. Hinc illa vox Demoſthenis concionantis: *ἡ τῶν ἐμῶν λόγων σφύρα καὶ κοπὶς ἔρχεται*). *Orationis meae malleus & aſcia adventat.* Auctor Jamblichus, apud Stobaeum. COLER.

86. *Tantum non in eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt*] Rarior verbi *Imponere* conſtructio. Nec deſunt tamen apud alios ejus exempla. Cic. de Nat. Deor. *In cervicibus noſtris ſempiternum dominium impoſuiſtis.* Quintil. prooem. L. I. *Summam manum imponere in re aliqua.* Uſitatior conſtructio eſt, *Imponere alicui*, & *in aliquid.* VORST. Locus Quinctiliani huc nihil facit, dicit enim. *Nam ceteri fere, qui artem orandi literis tradiderunt, ita ſunt exorſi, quaſi perfectis omni alio genere doctrinae, ſummam in eloquentia manum imponerent.* ubi apparet *imponere* conſtrui cum tertio caſu *Imponerent perfectis &c. ſummam manum in eloquentiâ.* i. e. dum tradunt illis eloquentiam. Niſi cum Cl. Burmanno malis legere, *eloquentia imponeret.* Melius huc faciunt loca Plauti & Hygini, quae citavit Daviſ. ad Cic. L. I. de Nat. D. c. 20. Liv. L. I. 18. *Tum lituo in laevam manum tranſlato, dextera in capite Numae impoſita.* Sed ibi MSS. fere tamen habent *in caput.* Invenitur etiam junctum cum ablativo ſine praepoſitione. Sed quae loca etiam ſuſpecta ſunt, & merito, viris doctis. Vide ad Petron. c. 116. & Suet. in Caeſ. c. 66. in Ner. c. 50. Ceterum pro *tantum non*, MSS. quinque habent *ad tantum*, decem cum editis ante Colerum *non tantum.* Recte autem ille reſtituit *tantum non.* Parum enim abfuit, quin tormentis laceratus fuiſſet Phocion. Plut. in vita ejus. p. 258. *Ἀναγνωσθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος, ἠξίουν τινὲς προσγράφειν, ὅπως καὶ στρεβλωθεὶς Φωκίων ἀποθάνοι, καὶ τρόχον εἰσφέρειν, καὶ τοὺς ὑπηρέτας καλεῖν προστάττειν.*

87. *Sed certe poſt obitum*] Med. Bit. & Ultraj. primi. Periz. Leid. quint. omittunt *ſed.* quod probem. Sic Curt. L. VI. 3. 13. *Qui ultimum auſus ſcelus, regem ſuum externae opis egentem, certe cui nos victores peperciſſemus, quaſi captivum in vinculis habuit.* Lib. IX. 4. 25. *Sed metune, an ſeditione oborta inter ipſos ſubito profugerunt barbari. Certe avios montes & impeditos occupaverunt.* Harl. Cop. Med ſec. Bit. prim. poſt *obitum*, addunt *ejus.*

88. *Nullam Attica regionis, quae oſſibus injiceretur, glebulam invenit.*] De hoc more vide Aelian. V. H. 4. 7. ibique Schefferum, Magium ad Nep. in Themiſt. c. 10. & notas ad Phoc. c. 4. PERIZON. Projiciebantur proditores *εἰς τὴν ὀργάδα*; ſic enim *ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τοῖν θεοῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ Μεγαρίδος.* ut ex Helladio Bezantinoo docuit Henr. Valeſius ad Mauſſaci notas in Harpocrationem p. 314.

89. *Quid abeſt igitur quin publica dementia ſit exiſtimanda*] Lege cum MSto *quid abeſt igitur.* Liv. L. XXXVI. *Quid abeſt igitur, quin ab &c.* vide Gron. infra VI. 9. init. *Quid oberit, quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus.* ubi MS. *Quid haberit.* Coler. ex lib. Dan. & Lipſ. ex ſuo recte ibi proinde le-

conſenſu maximas virtutes, quaſi graviſſima delicta, punire, [90] beneficiaque injuriis rependere? Quod cum ubique, tum praecipue Athenis intolerabile videri debet: [91] in qua urbe adverſus ingratos actio conſtituta eſt. Et recte: quia [92] dandi & accipiendi beneficii commercium, [93] ſine quo [94] vix vita hominum conſtat, perdit & tollit, quiſquis bene merito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehenſionem merentur, qui cum [95] aequiſſima jura, ſed iniquiſſima haberent ingenia, moribus ſuis, quam legibus uti maluerunt? quod ſi qua providentia deorum effi-

Supr. II. 6. 6.

legunt, *quid aberit.* qua occaſione etiam Colerus hoc loco L. v. 3. Ext. 7. legit *quid abeſt.* ſed per errorem citat v. 8. pro 3. Vorſtius quoque eum ſecutus illic quoque in uno Brandeb. & veteri Ed. Chalcocondylae & Mart. Herbip. invenit, itaque edidit. Sed addidit etiam Valerium ita loqui v. 8. *Quid abeſt igitur quin.* Maluit ſcilicet typographi errorem ſequi, quam non exſcribere, quae in Colero invenerat. PERIZON. Omnes MSS. & omnes typis ante Pighium expreſſi *abeſt* clare exhibent, quod reſtitui. Liv. L. VIII. 4. *Quid abeſt quin proditis Sidicinis, non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque, dicto, pareamus.* L. X. 16, *Nihil abeſſe, ſi ſit animus Etruſcis, qui Porſenae quondam, majoribusque eorum fuerit, quin Romanos omni agro cis Tiberim pulſos dimicare pro ſalute ſua, non de intolerando Italiae regno cogant.*

90. *Beneficiaque injuriis rependere*] Med. ſec. *Beneficiiſque injurias rependere.* Cop. & Barb. prim. *Beneficia injuriis rependere*, deleta copula. Tum MSS. quinque cum Mog. Ed. *Quod cum ubique, tamen praecipue Athenis, intolerabile videre debet.*

91. *In qua urbe adverſus ingratos actio*] Huc pertinet quod ſupra II. 6. 6. convictum a patrono libertum ingratum jure libertatis exui ſcribit.

92. *Dandi & accipiendi*] Seneca: *Beneficium ſit vel datur.* COLER.

93. *Sine quo vix vita hominum extat*] In Campenſi, Suſiano, & aliis, *vita hominum conſtat.* Melius. PIGH. MSS. duo *Dandi & recipiendi beneficii.*

94. *Vix vita*] Valerius infra capite 5. *Merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe.* Democritus: ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων. *Lex dandi & accipiendi beneficii commercium humanae vitae imponit.* PIGH. *Sine quo vix vita hominum conſtat.* Ita ſcripſit Pighius ex cod. Camp. & aliis. cum Aldus edidiſſet *vita hom. exſtat.* Verbi *Exſtat* veſtigia ſunt in Codd. MSS. Unus Brandeburg diſerte illud habet; ſed diverſa ut videtur manu ſcriptum: & explicationis gratia ſcriptum ſupra *conſtat.* Alter habet *expers tollit.* quod corruptum ex *Exſtat, perdit & tollit.* Simile mendum in vetere editione Mart. Herbip. eſt. Niſi quod ipſum quoque verbum *conſtat* in ea reperitur. VORST. Ultr. Barb. primi *Exſtat tollit.* Bit. prim. *exſtaret tollit.* cum quo conſentit Leid. quint. *Conſtat tollit* habet Cop. cum Bit. ſec. Sed Med. prim. *ſine quo vix ita hominum expers tollit, al' quo vix vita hominum conſtat perdit & tollit.* Periz. *ſine quo vex vita hominum expers tollit.* Ed. Mog. *ſine quo vix vita hominum conſtat expers tollit.* An ſcripſit, *Quia dandi accipiendique beneficii commercium, ſine quo vix vita hominum conſtat, ex parte tollit.* Nam accipere quidem vult ingratus beneficium, ſed recuſat aut negligit reddere, atque adeo *ex parte* tollit. *par* autem & *per*, eodem modo in MSS. ſcribi per *p.* linea tranſverſa per inferiorem partem ducta, nemini ignotum eſt, niſi qui ſcriptos codices numquam tractaverit.

95. *Aequiſſima jura*] Ultraj. prim. *Exquiſitiſſima.* Sed apparet *aequiſſima*, & *iniquiſſima* inter ſe opponi. Deinde Bit. prim. *Quorum modo caſus leviter retuli.*

96. *Ingenioſum & garrulum*] Salluſtius Catilin. *Athenienſium res geſtae, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplae magnificaeque fuerunt; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem, Atheninienſium facta pro maximis celebrantur.* Ad haec lege Auguſtinum libro decimo octavo, capite ſecundo. De Civitate Dei. COLER.

97. *Mutum atque elinguem hac poſtulatione reddidiſſent*] Accuſatione hac effeciſſent ut populus

effici poſſet, ut excellentiſſimi viri, quorum modo caſus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam ſuam in jus ad aliam civitatem pertraherent, nonne [96] ingenioſum & garrulum populum, [97] mutum atque elinguem hac poſtulatione reddidiſſent? [98] Diſcordes foci tui, [99] pagiſque dividua tuguria, [100] Graeciae facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis tropaeis: [1] Salamis & Artemiſium Xerxis naufragia numerantur: praevalidis manibus [2] exhauſta moenia, pulchrioribus operibus con-

pulus Athenienſis reſpondere nihil potuiſſet. Et ſequitur deinde oratio ipſa, quam excellentiſſimis illis viris Graeciae tribuit. VORST.

98. *Diſcordes foci tui, paciſque dividua tuguria Graeciae facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis trophaeis*] Locus eſt valde incorrectus & obſcurus, cujus veram lectionem ex ſcriptis exemplaribus quodammodo elicimus. Nam in Cauchiano, *pauciſque* ſcribitur. pro *paciſque.* Deinde in eodem & Suſiano aliiſque, pro *Graeciae* habetur, *O Graecia.* Itaque legendus eſt locus hoc modo, diſtinguenduſque quemadmodum tres ſcripti codices demonſtrant, *Diſcordes foci tui paucis dividua tuguria o Graecia facta ſunt. Columen lucet Marathon Perſicis trophaeis, &c.* PIGH. *Diſcordes foci tui, paucis dividua tiguria, o Graecia facta ſunt. Columen lucet Marathon*, &c. Curvus locus. quem tentaſti, Pighi, dirigere: ſed tentaſti. Nos, niſi fallor, propitio Phoebi filio ſanamus. Vetus unus habet, *& paucis.* alii aliquot, *& pacis.* Lego, *& pagis.* Hoc primum. Sane quin referenda haec ſint ad Theſeum, qui pagatim habitantes Athenienſes (ſupra doctum ſatis: & hic locus priori illi firmando item valeat) in urbem conduxit, nemo ambiget ex catenata hac priorum repetitione. Jam ſequentia ex priſco libro ſic concinno: *& pagis dividua tuguria tua, Graeciae facta ſunt columen. Lucet Marathon*, &c. Athenienſes ipſos adfantur & increpant. Per nos, inquiunt, tua tuguria & pagi exculti, in caput Graeciae verterunt. LIPS. *Diſcordes foci tui.* Ignes tui diſperſi, domus tuae ſeparatae, Athenae. Paulo ante. *Separatimque & agreſti more viventi populo ampliſſimae civitatis formam impoſuit.* VORST.

99. *Paucis dividua*] Libri Manuſcripti: *Pacis dividua tuguria.* Lipſius: *Et pagis dividua tuguria Graeciae facta ſunt columen. lucet.* &c. Quid poſſum ad hoc magni viri judicium, niſi illud Horatianum exclamare, *Pulchre, bene, recte?* COLER. *Et pagis dividua tuguria.* Ita hunc locum reſtituit Lipſius; cum codices haberent vel *Pacis dividua* vel *paucis dividua*, & congruit emendatio cum eo quod paulo ante ſcripſit noſter. *Ille vicatim* (vel, ut alii Codd. habent, *locatim*) *diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit.* VORST. Lege cum Lipſio, *Et pagis dividua tuguria Graeciae facta ſunt columen.* PERIZON. Omnes MSS. *Paciſque dividua tuguria.* Quare malim legere *Pagiſque dividua tuguria*, ut edidit Ant. Gryphius. Mediol. *pauciſque dividua tuguria.*

100. *Graeciae facta ſunt columen*] Optime itidem haec interſtinxit Lipſius: male vero *columen* cum ſequentibus conjunxit Pighius. Ipſa quae pagis dividua fuerant tuguria Graeciae columen, id eſt, Athenas, facta eſſe vult. VORST. Ut Lipſius ita interſtinxerant & Pighio vetuſtiores, praeter Sebaſt. Gryph. 1541. & Ant. Gryph. 1576. quum hic recte diſtinxiſſet in Ed. 1566. Ille itidem in Ed. 1547.

1. *Salamis & Artemiſium Xerxis naufragia*] Victus enim Xerxes ab Athenienſibus apud inſulam Salamina, & apud Artemiſium, promontorium Euboeae. VORST. MSS. Med. prim. *Sylamin.* ſic Ven. & Mediol. Leid. prim. *Salaminum.* tredecim *Salamina*, vel *Salemina.* cum Mog. quae habet etiam *Artemiſia.* Juſt. L. XLIV. 3. 2. *Teucrum morte Ajacis fratris inviſum patri Telamoni, quum non reciperetur in regnum, Cyprum conceſſiſſe. atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidiſſe.* ubi tamen Juntae *Salamina*, edidere. Cic. L. I. Tuſc. IV. 46. *Ante Salaminam ipſam Neptunus obruet.* ubi vide Daviſium.

2. *Exhauſta moenia*] Liber Danielis: *Exuſta.* Nihil muto. Oroſius libro ſecundo: *Nihil Athenienſibus praeter inanem urbem reliquit.* COLER. *Praevalidis manibus exhauſta moenia.* Liber-

conſurgunt. harum rerum auctores [3] ubi vixerunt? [4] ubi jacent? reſponde. [5] Nempe [6] Theſea parvulo in ſcopulo ſepeliri, & Miltiadem in carcere mori, & Cimona paternas induere catenas, & [7] Themiſtoclem victorem victi hoſtis genua complecti, [8] Solonemque cum Ariſtide, & Phocione penates ſuos ingrata fugere coëgiſti; [9] cum interim cineribus noſtris foede ac miſerabiliter diſperſis, [10] Oedipodis oſſa, caede patris, nuptiis

Sophocles Oedipo Colon.

ber P. Dan. ut Colerus teſtatur *exuſta.* Sed magis placet *exhauſta:* quod uterque etiam cod. Brandeb. habet. Quid quod moenia rectius *exhauriri*, quam *exuri* dicuntur? Alludit autem ad illud, quod moenia Athenienſium Xerxes diruit, Themiſtocles vero reficienda curavit. VORST. *Exuſta* nuſquam invenio, niſi alia manu in Leid. ſept. verum quidem eſt Athenas a Xerxe incendio fuiſſe deletas; ſed quum addat *praevalidis manibus*, potius *exhauſta* huc convenire videtur, & auctor reſpicere moenia proprie dicta, quae aſtu Themiſtoclis, Lacedaemoniis munitionem urbis impedire conantibus, ſunt reſtituta.

3. *Ubi vixerunt? ubi jacent? reſponde*] In Atrebatenſi, & aliis ita; *Ubi vixerint, ubi jacent reſponde.* Placet magis, ſine tot interrogatiunculis. PIGH. *Ubi vixerunt?* Ita Aldus & Chalcoc. At Pighius maluit *ubi vixerint:* & retinet tamen, *ubi jacent.* Verum, ſi *ubi jacent*, legendum, legendum item, *ubi vixerunt.* VORST. *Vixerunt*, retinent etiam ſcripti noſtri decem. Periz. cum quatuor aliis & Ed. Mog. *ubi vixerint.* quod tamen ſeſe mihi non approbat. Adſcripſit Perizonius Ter. Phor. v. 9. 50.

Quo ore illum objurgabis? reſponde mihi.

4. *Ubi jacent*] Ita de ſepultis antiqui. Idem de Philaenis: *Feliciter jacent.* Horatius: *Omnes compoſui felices.* COLER. *Ubi jacent? reſponde. Jacere* de ſepultis. Ita infra v. 6. ext. 4. de fratribus, *Bene jacent.* VORST. *Jacere* de mortuis inſepultis & ſepultis dici ſolet. Prop. L. 1. 7. 23.

Nec poterunt juvenes noſtro reticere ſepulcro,
Ardoris noſtri magne poëta jaces.

Quod bene ibi defendit Broukhuſius, etiam de inſepultis adferens exempla.

5. *Nempe Theſea parvulo in ſcopulo ſepeliri*] Perizonio ſuſpecta erat vox *nempe.* Retinent tamen eam Codices ſcripti.

6. *Theſea parvulo in ſcopulo ſepeliri*] In parva inſula, Scyro puta. Paulo ante, *Scyros, exule minor inſula, oſſa mortui cepit.* Quidam ſcopulum ab inſula diſcernunt, ut qui inſulae nomen vix mereatur. Plinius IV. 11. *Aegeo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium verius quam inſula.* Mela l. III. *In ipſo mari monumentum Geryonis ſcopulo magis quam inſulae impoſitum.* Vide & Brodaei Miſcell. x. 23. VORST.

7. *Themiſtoclem victoris genua complecti*] Ed. Mog. *Themiſtoclea*, tres MSS. *Themiſtodea.* De terminatione Graeca vide Gron. ad Liv. L. 1. 18. Ultr. prim. *victo hoſti.* Leid. prim. *victi hoſpitis.*

8. *Solonemque cum Ariſtide & Phocione penates ſuos ingrata fugere coëgiſti*] Parum fuiſſet ſi Athenienſes in exilium modo ejeciſſent Phocionem, quum in odium ipſorum extremis temporibus perveniſſet ad annum uſque octogeſimum proſpera fortuna uſus, & non etiam inde brevi poſt reverſum capitis damnaſſent, quod ſupplicium ſubiit cicuta in carcere bibenda. Videndus Plutarch. in Phoc. p. 758. & Aelian. Lib. XII. V. H. 49. item Nepos in Phocione.

9. *Cum interim cineribus noſtris*] *Veſtris*, in Pulmanniano & aliis. Recte. PIGH. *Cum interim cineribus noſtris.* Ita legendum; non, ut Pighius vult, *cin. veſtris.* Loquentes enim inducit excellentes illos viros Graeciae. VORST. *Noſtris* placebat ob eandem cauſſam Perizonio. *Veſtris* eſt in MSS. ſept. Ed. Mog. Mediol. Sed reliquae cum Venetis fere *noſtris* exhibent. Quod mihi quoque magis arridet.

10. *Oedipodis oſſa*] Utpote externi & alienigenae, Thebani ſcilicet. Paulo poſt, *Aliena mala tuis bonis gratiora ſunt.* Illud de Oedipo exprobravit & Epaminondae Calliſtratus; ut eſt apud Nepotem XV. 7. 2. VORST. Vide Pauſ. in Attic. c. 28.

11. *Inter ipſum Areopagum*] Pro *in ipſo Areopago. Inter* pro *in* & ſupra non ſemel obſervatum. *Areopagus* ipſe hic locus eſt judicii Athenienſis: qui Graece Ἄρειος πάγος, id eſt, Martius collis, dictus fuit. Deinde ipſi quo-

ptiis matris contaminata, [11] inter ipſum [12] Areopagum, divini atque humani certaminis venerabile domicilium, & [13] excelſis praeſidiis Minervae arcem, [14] honore arae decorata quaſi ſacroſancta colis. Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora ſunt. Lege itaque legem, quae te jurejurando obſtrictam tenet: & quia benemeritis debita reddere praemia noluiſti, lae-

quoque judices qui in Areopago conſederunt, eodem nomine inſigniti fuere. VORST.

12. *Areopagum*] Pauſan. lib. I. Apulejus lib. X. Metam. *Martium judicium* appellat. Juvenalis *Curiam Martis.* quia à Marte dictum illi putabant. Sed Suidas ſcribit: Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἄρειος πάγος, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ, καὶ ἐν ὕψει δικαστήριον. De hujus judicii integritate tantum non Proverbia ſunt ſublata. In cauſis perorandis neque Exordia audiebantur, neque commiſerationum affectus illi admittebantur, cujus rei initium fecerat Hyperides Orator, ut ſcribit Quintilianus libro II. capite 17. & libro VI. cap. I. Cicero gravitatem & conſtantiam ſenatus Romani σχηματικῶς Areopagum appellat lib. I. ad Atticum: *Senatus Ἄρειος πάγος, nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* COLER.

13. *Excelſis praeſidiis*] Mitalerius legit, *& excelſam praeſidis Minervae arcem.* Significat autem Minervae πολιούχου templum vetuſtiſſimum Athenis. COLER. *Et excelſis praeſidiis Minervae arcem.* Placet conjectura Mitallerii, putantis legendum eſſe *excelſam praeſidis Minervae arcem.* Minerva πολιοῦχος; & ab ipſa illa Dea Athenae nomen ſunt ſortitae. VORST. Guyetus legebat cum Mitallerio, *Et excelſam praeſidis Minervae arcem.* Cui correctioni non favet ullus Codex manu exaratus. Aſcenſius *excelſis praeſidiis* explicat *divinis.* Nam Dea ipſa arcem ſuam defendere credebatur, ut patuit Lib. primo Cap. de ſimulata religione per Piſiſtratum. Hactenus ille. Sed *excelſa praeſidia* proculdubio dixit reſpiciens τὴν ἀκρόπολιν, quae erat Minervae ſacrata, in qua erat etiam ſignum illius, quod coelo delapſum eſſe fama ferebat. Pauſan. in Attic. c. 26. Ἔστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει. Φήμη δὲ ἐς αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Quare etiamſi hic nihil juvent MSS. concinnius videtur cum Mitallerio legere *Excelſam praeſidis Minervae arcem.* quum etiam inde Minerva dicta fuerit πολιοῦχος, & πολιάς. de qua appellatione agit Cl. Perizonius ad Aelian. L. II. V. H. 9. Fortaſſe cum Librarii ſcriptum invenirent *praeſidiis* pro *praeſidis*, praecedens adjectivum ad eamdem formam mutandum duxerint. Liv. L. XLV. c. 28. *ſacrificio Minervae praeſidi arcis in urbe facto.* L. XXXI. 30. *Eodem enim ſcelere urbem colentes deos, praeſidemque arcis Minervam petitam.* Quae loca Perizonius notaverat.

14. *Honore arae decoratos cineres; ſacroſanctiores colis*] *Cineres* in nullo veterum librorum habetur. Atqui haec emendatiſſime in Suſiano & Pulmanniano; *Honore arae decorata, quaſi ſacroſancta colis.* Oedipi enim oſſa intelligit, ἡρῷον intra ſeptum Areopagi, & oſſa eo Thebis tranſlata fuiſſe ſcribit & Pauſanias in Attica. PIGH. *Honore arae decorata, quaſi ſacroſancta colis.* Vetus unus, *ſacroſanctiores colis*: alii, *ſacroſanctiora.* & omittunt τὸ, *quaſi.* An legendum, *decorata, ſacra ſanctione colis?* quod eſſet, ſacra quadam lege & decreto colis. LIPS. *Honore arae decorata quaſi ſacroſancta colis.* Ita ſcriptum reperit Pighius in Cod. Suſiano & Pulman. Alii Codices, interque eos ambo Brandeb. *quaſi* non habent. Deinde pro *ſacroſancta* unus habet *ſacroſanctiora*, alter *ſacroſanctiores*, qui idem & *decoratos* habet: quomodo cum Aldus atque alii edidiſſent monuit Chriſtianus Rufus in ſuis antexegematis, vel mutandam lectionem eſſe, vel Valerium Soloeciſmum admiſiſſe. VORST. *Honore arae decorata, quaſi ſacroſancta colis.* MS. *Hon. arae decorata ſacroſanctiones colis.* Sic ſupra *ratiocinatio, opinatio.* ſic *Rebellatio* infra VII. 3. ext. 9. VII. 4. 7. *Opinatio.* IX. 9. 3. *Tumultuatio* VII. 4. 4. *Fluctuatio.* VII. 4. 5. F. Etiam *Sacrificatione.* PERIZON. Quod Pighius in Suſiano & Pulmanniano invenit, exſtat etiam in Ultraj. ſec. & Mog. Edit. *Decorata ſacroſanctiora* habet Ultraj. prim. *Decorata ſacroſanctiora*, Leid. quart. Reliqui *decoratos ſacroſanctiores.* Sed Leid. ſept. al, *decorata ſacroſanctiores.* Ed. Med. *Decoratos ſacroſancta colis.* Satis concinna eſt lectio Pighiana. *Laeſis juſta macula exſolve.* Multi MSS. *Exſolviſti.*

15. *Tacent mutae umbrae fati neceſſitate conſtrictae. At immemores beneficiorum Athenae reprehenſione, lingua ſermone licenti ſoluta, non vacent*]

laeſis juſta piacula exſolve. [15] Tacent mutae illorum umbrae fati neceſſitate conſtrictae: at immemores beneficiorum Athenae reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta, non carent.

cent] Locus hic etiam corruptus atque luxatus ſciolorum inſcitia, cujus duplex reperitur in libris veteribus lectio, quarum altera in Pulmanniano haec: *Tacent mutae illorum umbrae, fati neceſſitate conſtrictae; at immemores beneficiorum Athenae reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta non caret.* Altera Cauchiani libri eſt, quae mihi quidem videtur elegantior: *Tacent mutae illorum umbrae fati neceſſitate conſtrictae, at immemores beneficiorum Athenas omnis lingua ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta non tacet.* Atque hujus lectionis veſtigia quaedam in aliis etiam exemplaribus remanſere. PIGH. *At immemores beneficiorum Athenae reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta, non carent.* Ita e cod. Pulmanniano, quem inſpexit Pighius, locum hunc legendum cenſeo. Pighius aliam lectionem praefert, quam quidem in Codice Cauchiano obſervavit. *At immemores beneficiorum Athenas lingua ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta non tacet.* Ad alteram illam codicis Pulmanniani lectionem proxime accedunt veteres typis expreſſi, & Brandeb. MSS. Omnes enim habent *Athenae*, caſu recto. Deinde voci *Athenae*, proxime adjungunt *reprehenſione*, quod & ipſum non incommodum eſt. Perinde enim eſt, ſive dicas Athenas reprehenſore non carere; ſive dicas eaſdem non carere reprehenſione. Denique pro *non carent* editio Aldina habet, *non vacent*, id quod ab altero illo parum diſcrepat. In aliis libris eſt *non tacet*: Idque a vero maxime diſcrepat, nec ullo modo ferri poteſt, quia in iiſdem libris caſus rectus *Athenae* antecedit. VORST. *At immemores beneficiorum Athenas.* MS. *At imm. ben. athenae reprehenſione lingua licenti ſermone ſoluta non tacent.* Et ſic fere plerique alii. F. *At imm. ben. Athenae reprehenſione linguae ſermone licenti ſolutae non tacent.* vel *dignae lingua ſ. l. ſoluta non tacent.* Sane *ſermone licenti ſolutum eſſe* de populo quem paulo ante garrulum vocavit dixiſſe videtur. Poſſis forte etiam legere. & proximum *At immemores beneficiorum Athenas reprehenſiones* (ſcil. illorum virorum) *lingua ſermone l. ſoluta non tacent.* vel *Reprehenſione lingua l. ſ. ſ. n. vacent.* vel *in reprehenſionem lingua ſ. l. ſ. non tacent. licentiore accuſatione perſtringere.* IX. 2. 3. Hoc eleganter Jacobus C. I. 26. dicit χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτῦ. Plin. in Paneg. *Frenatam tot malis linguam reſolvemus.* PERIZON. MSS. quinque *At immemores beneficiorum Athenae reprehenſione lingua ſermone ſoluta non tacet.* deleto *licenti*, quod addunt Leid. prim. & ſec. cum Mog. & Venet. Edd. addit etiam Ultraj. uterque & exhibet *tacent.* Leid. quart. & ſept. *carent*; ſed in ſept ſuperſcriptum eſt *tacent*, & in margine habet, *al' reprehenſore lingua.* Periz. *At immemores beneficiorum Athenae reprehenſionis lingua ſermone licenti ſoluta non tacet.* An auctor acumen quaeſivit perſonam faciendo ex *Reprehenſione*? Certe *tacet* videtur retinendum. Manifeſte enim nimis *linguam ſolutam* & quidem *ſermone licenti* opponit *mutis umbris fati neceſſitate conſtrictis*; & id vult. Quamvis illis excellentibus Viris jam non detur copia ingratum patriae animum exprobrandi, tamen non deeſſe ipſis reprehenſionem, quae licenti ſermone exagitet immemorem beneficiorum in Athenienſibus animum. Itaque ex veſtigiis Perizoniani Codicis levi mutatione legi poſſet. *At immemores beneficiorum Athenas reprehenſionis lingua ſermone licenti ſoluta non tacet.* Quod ſi minus placet, Pulmanniani codicis lectionem praeferendam cenſeo, cum quo conſentit Margo Leid. ſeptimi. Porro, quod alii monere neglexerunt, editiones ad exemplar Aldi excuſae habent, *Tacent mutae umbrae*, cum in ceteris ut & MSS. inveniatur, *Tacent mutae illorum umbrae.*

CAPUT IV.

DE PIETATE IN PARENTES.

CUJUS EXEMPLA ROM. SUNT.	EXTERNA.
1. *Cn. Marcius Coriolanus.*	1. *Pero filia patrem mamma nutriens.*
2. *P. Scipio Africanus major.*	2. *Cimon Athenienſis.*
3. *T. Manlius Torquatus.*	3. *Duo fratres Hiſpani.*
4. *M. Aurelius Cotta.*	4. *Cleobis & Biton: Amphinomus & Anapus.*
5. *C. Flaminius trib. pl.*	5. *Scythae.*
6. *Claudia virgo Veſtalis.*	6. *Croeſi regis filius mutus.*
7. *Filia matrem in carcere mamma nutriens.*	7. *Pulto Pinnenſis juvenis.*

[1] Sed omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. [2] aliquanto enim ſatius eſt favorabili, quam inviſae rei vacare. Venite igitur in manus noſtras proſpera [3] parentum vota, felicibus auſpiciis propagatae ſuboles: quae efficitis ut & genuiſſe juvet, & generare libeat.

Coriolanus maximi vir animi, & altiſſimi conſilii, optimeque de republica 1.
meritus, iniquiſſimae damnationis ruina proſtratus, ad Volſcos infeſtos tunc Ann. urb.
Romanis confugit. Magno ubique pretio virtus aeſtimatur. [4] Itaque quo 262. Livius II.
latebras quaeſitum venerat, [5] ibi brevi ſummum adeptus eſt imperium. Dionyſ. VIII. Plutarch.
Evenitque, ut quem pro ſe ſalutarem imperatorem cives habere noluerant, pene peſtiferum adverſus ſe ducem experirentur. Frequenter enim
fuſis exercitibus noſtris, victoriarum ſuarum gradibus, aditum [6] juxta moe- Ann. urb.
nia urbis Volſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſus ille in aeſtimandis 265. Livius II. Dionyſ. Plutarch.
bo-

1. *Sed omittamus ingratos*] In ſcriptis & editis ante Pighium paragraphus hic uſque ad *generare libeat*, ſuperiori capiti cohaeret.

2. *Aliquanto enim ſatius eſt*] Leid. prim. & ſec. *ſanctius.*

3. *Parentum*] Lib. Dan. *Parentium.* Et ita hoc libro bis terve. COLER. Qui proinde etiam *parentium* edidit, ſed non firmant hoc ſcripti noſtri. Deinde Cop. *Quae efficitis ut genuiſſe juvet.*

4. *Itaque quo latebras quaeſitum venerat*] Barb. prim. Periz. Leid. ſec. *Itaque qui latebras quaeſitum venerat.*

5. *Ibi breviſſime ſummum adeptus eſt imperium*] In manuſcript. *Ibi brevi ſummum.* PIGH. Bit. Barb. prim. Med. prim. & ſec. delent *ſummum.* Bit. Leid. ſec. ſept. Periz. Cop. uter. Ultraj. Ed. Mog. *breviſſimum adeptus eſt.* ceteri *brevi ſummum;* quod recte ita reſtituit quidem Pighius; nam ejus aetate editiones vulgatiores occupabat *breviſſime ſummum*, cum Mediolanenſes tamen expreſſiſſent, *brevi ſummum*, & pariter etiam Aſcenſius.

6. *Juxta moenia*] Guyetus mallet *ad moenia.*

7. *Miſſi &c. legati nihil perfecerunt. miſſi*

 dein-

bonis ſuis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus eſt ſupplicare. [7] Miſſi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt. Miſſi deinde ſacerdotes cum inſulis, aeque ſine effectu redierunt. Stupebat ſenatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia, Coriolani mater, Volumniam uxorem ejus, & liberos ſecum trahens caſtra Volſcorum petiit. [8] Quam ubi filius aſpexit, *Expugnaſti*, inquit, *& viciſti iram meam, patria*, [9] *precibus hujus admotis: cujus utero te, quamvis merito mihi inviſam, dono:* continuoque Romanum agrum hoſtilibus armis liberavit. Ergo pectus dolore acceptae injuriae, ſpe potiundae victoriae, [10] verecundia detrectandi miniſterii, [11] metu

deinde ſacerdotes aeque ſine effectu redierunt. ſtupebat. Lege cum MS. *perfecerant, redierant.* Eſt enim deſcriptio temporis quando Veturia iverit ad filium, ſcil. poſtquam haec omnia facta erant, & ſenatus jam ſtupebat. PERIZON. Singularis hic eſt cod. Copeſ. ceteri enim retinent, *Perfecerunt*, & *redierunt.* Quae ut haud male mutari poſſent, ita tamen neceſſe non eſt. Med. ſec. omittit *deprecandum.*

8. *Quam ubi filius aſpexit (proprie ut amens matris complexum petiit. Illa ex precibus in iram verſa ait. Sine, ut priusquam complexum accipiam, ſciam an ad hoſtem, an ad filium venerim: captivane an mater in caſtris tuis ſim. In hoc me longa vita, & infoelix ſenecta traxit, ut exulem, deinde te hoſtem viderem? Potuiſti populari hanc terram quae te genuit, atque aluit? niſi peperiſſem Roma non oppugnaretur. Multaque inſuper addidit, quib. & uxoris, ac parvulorum fletibus motus, matrem complexus) Expugnaſti inquit, &c.*] Haec omnia duobus ſemicirculis incluſa nugator aliquis è Livio quaſi ad verbum deſumpta Valerio intexuit, quae in melioribus libris manuſcriptis non habentur, in aliis poſtea in margine adjuncta ſunt. Atqui prius mihi videbatur tam verboſa haec altercatio Veturiae matris ab exempli brevitate diſcedere, atque ad demonſtrandam Coriolani pietatem non admodum requiri, verum ut veteribus libris penitus excludi, atque non Valerii, ſed fere Livii ipſiſſima eſſe verba animadverti, hinc prorſus eliminanda putavi, tanquam quae ſedes alienas occuparant. PIGH. *Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patriae, precibus hujus*, &c. Confuſa haec, male. Scribo: *viciſti iram meam patria, precibus hujus admotis. cujus utero te*, &c. O patria, ait, jam animum meum viciſti telo hoc maternarum precum. LIPS. *Quam ubi filius aſpexit, Expugnaſti, inquit.* Ante verbum *Expugnaſti* editio Aldina pluſcula habet, quae Pighius expunxit; quia in codd. quibuſdam MSS. non extant, & ad verbum à ſciolo quodam deſcripta videntur ex Livio. Neuter item cod. Brand. habet; niſi quod in uno deſcripta ad marginem tanquam varia lectio ſunt. VORST. Ea quae expunxit Pighius addita erant in Leid. quarto & Copeſ. ceteri ignorant cum Ed. Mog. ſed habet jam Veneta 1478. & inde reliquae editiones.

9. *Precibus hujus admonitus, cujus utero conceptus ſum, te, quamvis merito mihi inviſam dono*] Dicit ſe donare patriam, ſed non cui, vel quanam re. Haec item verba ſane infarcito gloſſemate ſunt depravata, quae pure atque eleganter ita in manuſcriptis omnib. *Precibus hujus admotis, cujus utero te, quamvis merito mihi inviſam, dono.* PIGH. Non item in omnibus noſtris ita legitur, ut in ſuis legi affirmat Pighius. Copeſ. enim & Periz. cum Ultraj. prim. & quatuor aliis ſic ſcribunt. *Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam patriam precibus hujus admotis, cujus utero delatus ſum, quamvis merito mihi inviſam dono.* Quibus verbis alloquitur matrem hoc modo. *expugnaſti & viciſti iram meam, o mater, dono patriam precibus admotis hujus, cujus utero delatus ſum, quamvis merito mihi inviſam.* Sed credo, per ſe apparet, haud paulo elegantius eſſe & concinnius, quod praetulit Pighius, & in ceteris codicibus ac Mog. edit. reperitur.

10. *Verecundia detrectandi miniſterii*] ſignificabit proculdio hoc, pudore non perficiendi quod in ſe ſuſceperat, non fideliter adminiſtrandi miniſterii. Interea ſeptem MSS. habent

tu mortis refertum, totum ſibi pietas vacuefecit: uniuſque parentis aſpectus bellum atrox ſalutari pace mutavit.

Eadem pietas viribus ſuis inflammatum Africanum ſuperiorem, [12] vixdum annos puerilitatis egreſſum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. Conſulem enim eum [13] apud Ticinum fluvium adverſis auſpiciis cum Annibale pugnantem graviter ſaucium interceſſu ſuo ſervavit: neque illum aut aetatis infirmitas, aut militiae tirocinium, aut infelicis proelii etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus interpellare valuit, quo minus [14] duplici gloria conſpicuus coronam, [15] impera- 2. Ann. urb. 535. Livius XXI. Plin. XVI. 4. Sen. III. de benef. 33.

ra-

bent *Verecundia non detrectandi.* Quaſi vellet, puduiſſe illum jam, quod illud miniſterium non detrectaverat, ſibi imponi ſiverat. Praefero prius, ac longe quidem. Nam is ſenſus videtur poſtulare *detrectati.* Et debet eſſe verecundia, quae ſola pietate erga parentem vincitur. Qualis eſt pudor oriturus ex eo, quod in gratiam matris abjicit ſuſceptum miniſterium, & victoriam, quam in manibus habere videbatur, amittit. Porro aliquot ſcripti habent *detractandi.*

11. *Pectus metu mortis refertum*] Metuendum enim erat, ne, ſi urbem oppugnare deſiſteret, ab ipſis illis, quorum imperator erat Volſcis, interimeretur. Cicero in Laelio ipſum ſibi mortem conſciviſſe ſcribit. VORST. Guyeto *metu mortis*, videbatur inſiticium. Sed bene explicuit Vorſtius; & nullus ſcriptorum codicum iſtius vel minimum favet ſuſpicioni.

12. *Vix dum annos pubertatis ingreſſum*] Praefero calculis omnibus Wincheliani ac Colonienſis exemplaris lectionem; *Vix dum annos puerilitatis egreſſum.* Cujus adhuc manent item veſtigia in aliis libris. Nam Campenſis & Atrebatenſis, *puerilitatis ingreſſum*, produnt; & è contra, Suſianus *pubertatis egreſſum.* Utrobique perperam. M. Varro de liberis educandis, puerilitas dixit, pro pueritia, cujus verba citat Marcellus. *Velim me hercules* (*inquit*) *ipſe uſu magno puerilitatis formulam audire.* PIGH. *Vixdum annos puerilitatis egreſſum.* Ita Pighius è cod. Wincheliano & Colon. legendum cenſet. At Aldus, *Vixdum annos pubertatis ingreſſum.* Sic & Chalcocond. Martinus autem Herbip. *annos puerilitatis ingreſſum*: quomodo & uterque cod. Brand. habet; & Campenſis item atque Atrebatenſis, quos inſpexit Pighius. Suſianus contra & Pulmannianus, quos idem Pighius inſpexit, *pubertatis egreſſum.* Praefert ergo idem ille *puerilitatis* & *egreſſum*: quae in duobus codd. ut dixi, & conjuncta reperit. Ceterum *puerilitatem* & pro *pueritia* poni docet verbis Varronis, quae citat Nonius, *Velim inquit me hercules ipſe uſu magno puerilitatis formulam audire.* VORST. Vide Schot. Obſ. I: 4. Sic *Virilitas.* Idem jactat de ſe Alexander apud Curt. VIII. I. 24. *Debilitatum* (*patrem*) *vulnere, quod in ea conſternatione acceperat, jacuiſſe non alias, quam ſimulatione mortis tutiorem, ſe corpus ejus protexiſſe clypeo ſuo, ruenteſque in eum ſua manu occiſos.* PERIZON. *Pubertatis* habent Leid. ſext. Cop. Med. ſec. Venetae & poſt ſecutae editiones. Leid. ſept. *ingreſſum al' pubertatis egreſſum.* Sed cum *puerilitatis*, habeant, *ingreſſum* tamen retinent Ultraj. uterque. Leid. quint. Periz. Ut fere dubites, an non *annos pubertatis ingreſſum*, auctor ſcripſerit. praeſertim cum rarior uſus ſit *& puerilitatis* pro aetate pueri. Nam quem locum Nonius ex Varrone citat, ſatis manifeſte illud non probat. Imo, ſi quid ſentio, *audire puerilitatis formulam*, magis mores puerorum, quam aetatem reſpicit. *Formula* enim *puerilitatis*, erit quaſi lex & praeſcriptum, ſecundum quod agant, quatenus ſunt pueri, quod modum ponat luſibus & ineptiis pueritiae propriis.

13. *Apud Ticinum fluvium*] Apud Trebiam dicit Plin. L. XVI. 4. PERIZON. MSS. duodecim apud *Ticinum flumen.* De errore Plinii vide quae notarunt Viri docti ad Flor. L. II. 6. 10.

14. *Duplici gloria conſpicuus coronam*] Rectius, *conſpicuam*. legi poterit ut in Campenſi. PIGH. *Duplici gloria conſpicuus coronam mereretur.* Ita legere malim, quam ut Pighius ex uno cod. Camp. ſcripſit, *conſpicuam.* Rectius enim ipſe Scipio duplici gloria conſpicuus dici videtur, quam corona. Uterque etiam cod. Brand. ha-

ratore ſimul & patre ex ipſa morte rapto, mereretur.

3. [16] Auribus iſta tam praeclara exempla Romana civitas accepit: illa vidit oculis. [17] L. Manlio Torquato diem ad populum Pomponius tribunus pl. dixerat, [18] quod occaſione bene finiendi [19] belli ductus, [20] legitimum obti-

Ann. urb. 391. Livius VII. Cic. Offic. III. Sen. III. de Benef. 37.

habet *conſpicuus*, & omnes item veteres typis expreſſi. Ceterum coronam, quam adeptus Scipio tum fuit, oportet quernam fuiſſe, civicamque appellatam. Nam, ut ex Gellii l. V. c. 6. conſtat, *civica* dicebatur, & *querna* erat, quam civis civi à quo ſervatus in proelio erat, teſtem vitae ſalutiſque perceptae dabat. VORST. *conſpicuus* ſervant etiam omnes noſtri MSS. etiam Ed. Mog. Recte autem, & circumſpecte, addit noſter *mereretur coronam*. Quoniam Africanus de patre accipere noluit, teſte Plinio loco citato.

15. *Imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto*] Aliquot MSS. *Imperii ſimul & nomen patre ex ipſa morte rapto.* Et ſic Mog. Ed. Duo Leid. *Imperio ſimul & patre.* Quaſi librarii caecutientes intellexerint, ipſum ſimul *coronam* & *nomen imperii* meruiſſe, patre ex ipſa morte rapto. Leid. ſext. *nomen patriae.* idem *iſta vidit*, deleto oculis.

16. *Auribus iſta*] At de Coriolano videre etiam potuit. PERIZON.

17. *L. Manlius Torquatus*] Quia de pietate filiorum erga parentes hic titulus ab auctore inſtitutus eſt, *T* pro *L* legendum, ſaltem pro exempli inſcriptione puto. At initio exempli *L. Manlio Imperioſo* legendum, non *L. Manlio Torquato.* Fuit *A. Manlius* Tribunus mil. cos. poteſtate anno ab U. C. 384. hujus filius *L. Manlius*, qui fit Dictator anno ab U. C. 392. Hunc, inquam L. Manlium Imperioſum dictum, Livius aſſerit. Patris titulum non admodum plauſibilem, filiusne Titus habuerit, haud equidem ſcire poſſum. Ipſe hercle filius Torquatus dictus a torque Gallo detracto, quem provocatus ſingulari certamine vicerat. Valerius autem (niſi codices fallant, quod equidem puto) perinde atque pater etiam Torquatus dictus fuerit, recitat hoc exemplum. Quod neque Livius Lib. VII. ab U. C. neque Cicero tertio Officiorum memoriae prodiderunt: nequaquam omiſſuri cognomina, ſiquidem ita eſſent. Quapropter in hoc exemplo paulo poſt legendum, *Eoque effectum eſt, ut Imperioſus cauſam diceret.* GLAREAN. *L. Manlio Torquato diem ad populum.* Temere hic ex gloſſulis ineptis contextui ingeſtum eſt Torquati cognomen, quod nunquam L. Manlii fuit, qui Capitolinus & Imperioſſus vocabatur. Nec ipſe filius Titus, cum hoc exemplum pietatis ederet, Torquati cognomen habuit, poſtea ſingulari victoria ſibi ſuiſque illud adeptus. Quapropter ipſa veritas efflagitat, ut hoc falſum ac ſuppoſititium nomen hiſtoriae eximamus. Conſtat autem diligenter advertentibus, ex Ciceronis Officiorum III. hujus exempli filum à Valerio tractum eſſe, qui patrem L. Manlium A. F. vocat. Livius & Capitolina marmora L. Manlium Imperioſſum, quod cognomen imprimis loco Torquati reponendum hic arbitror, atque etiam poſtea ubi legitur perperam, *Eoque effectum eſt, ne Torquatus cauſam diceret.* PIGH. *L. Manlio Torquato.* Ita in omnibus codd. eſt; neque in ullo cod. quod quidem ego ſciam, obſervatum eſt aliud. Pighius tamen legi vult *L. Manlio Imperioſſo:* quia notum ſit, non L. Manlium, ſed filium ejus Titum, cognomen *Torquati* nactum fuiſſe. Ego nihil mutandum puto; ac potius μνημονικὸν ἁμάρτημα ipſius auctoris quam aberrationem librariorum hic eſſe dixerim. Omnes codd. ut dixi, habent *Torquati.* Nec ſemel modo, ſed omnino bis in hac hiſtoria illud habent. Mirum autem eſt quod de nomine *Torquati* Pighius hoc loco dubitare potuit; cum infra V. 8. 3. ipſe legerit ac retinuerit, *Imperioſſi illius Torquati*, atque ita ipſi Manlio Imperioſſo nomen quoque Torquati tributum à noſtro agnoſcat. VORST. *L. Manlio Imperioſo.* MS. *Torquato.* Rejicit hoc Pigh. & illud ſubſtituit nullo codicum conſentiente, licet revera non *Torquatus* ſed *Imperioſus* appellatus ſit L. Manlius. Cum vero omnes Codd. tam impreſſi quam ſcripti habeant *Torquatus*, recte illud recepit Vorſtius, rejecta Pighiana emendatione, & potius μνημονικὸν ἁμάρτημα ipſius auctoris, quam aberrationem librarii hic eſſe dixit. Sed quod ad Pighium ſugillandum addit. mirum eſſe quod Pighius de nomine *Torquati* hic dubitare potuit, cum V. 8. 3. ipſe legerit ac retinuerit *Imperioſi illius Torquati*, atque adeo ipſi Manlio *Imperioſo* nomen quoque *Torquati* a noſtro tributum eſſe agnoſcat, in eo graviter errat. Gravius adhuc errat

obtinendi imperii tempus exceſſiſſet: [21] quodque filium optimae indolis juvenem, ruſtico opere gravatum publicis uſibus ſubtraheret. [22] Id poſtquam Manlius adoleſcens cognovit, protinus Urbem petiit, & ſe in Pomponii domum prima luce direxit. Qui exiſtimans in hoc eum veniſſe, ut patris crimina, à quo plus juſto aſpere tractabatur, deferret, excedere omnes

errat Vorſtius ad v. 8. 3. ubi injuſte ipſum Valerium iterum erroris accuſat his verbis. *mirum quod Pighius nomen Torquati hic ferre potuit, cum ſupra v. 4. 3. ubi idem nomen eidem tribuebatur, illud expungendum putarit. Sed mirum tamen & illud, quod eidem Manlio cui nomen Imperioſi & recte tribuit noſter etiam Torquati nomen tribuit. conſtat enim ex hiſtoria filium demum L. Manlii Imperioſi praenomine Titum, Torquati cognomen natum eſſe. vide Liv.* VII. 10. *fuerit omnino illud de nomine Torquati inter παρορώματα noſtri munerandum.* Ingens hominis error, cum Valerius hic loquatur de *Tito* illo *Torquato*, qui *Imperioſus* a patre dicebatur, & vere ac proprie *imperioſus* erat propter caedem filii, quem reſpicit Valerius. Sic *Imperioſus* ſimpliciter appellatur hic filius a Plin. XXII. 5. & Μάλιος ὁ ἐπιτάκτης ἐπικληθεὶς Plut. parel. XII. de Torquato. PERIZON. Vide eumdem Anim. Hiſt. p. 352. MSS. etiam noſtri *Torquato* retinent. Sed multi omittunt praenomen.

18. *Quod occaſione benefaciendi belli*] Inepta ac Sorbonica locutio, benefacere bellum. In Atrebatenſis collegii libro habetur, *beneficiendi belli.* ſed opinor legendum eſſe, *bene conficiendi*, vel *bene finiendi*, ut eſt in Gemblacenſi. PIGH. *Occaſione bene finiendi belli.* Ita legere malim è cod. Gemblacenſi, quem Pighius inſpexit, quam, ut idem ex mera conjectura ſcripſit, *conficiendi belli.* Ceterum veteres typis expreſſi; itemque MSS. inque his uterque Brand. habent *occaſione bene faciendi belli.* Quam quidem locutionem Pighius ineptam & Sorbonicam appellat. Sed non cogitavit ille, quanta ſit varietas phraſium, quarum pars eſt verbum *facere.* Dicunt ſane *proelium facere* & *pugnam facere.* Quidni ergo etiam dicant *bellum facere*? Et parum aberat quin ipſum *faciendi*, quod Aldus ediderat, hic reſcriberem. VORST. conjecturae Pighianae *bene finiendi* favet nonnihil Bit. prim. exhibens *beneſiendi*, ceteri vero omnes *bene faciendi* retinent. Liv. L. I. 14. *Fidenates nimis vicinas prope ſe convaleſcere opes rati, occupant bellum facere.* Juſt. L. III. 5. 5. *Sed nec Lacedaemonii quievere, qui cum Meſſeniorum bello occupati eſſent, Peloponnenſes immiſere, qui Athenienſibus bellum facerent.* Idem L. XXXII. 3. 5. *Feciſſetque Romanis grave bellum.* In quibus locis, quum ſatis aperte, *facere bellum*, ponatur pro *inferre bellum*, *concitare*, *movere bellum*, quemadmodum & apud Flor. L. III. 7. 1. *Bellum Creticum, ſi vera volumus noſcere, nos fecimus, ſola vincendi nobilem inſulam cupiditate*, ea locutio hic locum habere videtur non poſſe. Quare dubito, an ſcripſerit. *Quod occaſione perficiendi belli*, ut Liv. L. XXVI. 1. *Perficere belli reliquias.* & L. XLIII. 39. *ut bellum per quadriennium tractum perficeret.* Quem locum adſcripſerat Perizonius, ut & ab Appiano in Eclogis *Samniticum bellum* dici.

19. *Belli ductus*] Videtur hoc profectum ab Aldo; Antiquiores enim habent cum MSS. tredecim *inductus.* quod verbum cum frequens ſit de iis, qui vel ab aliis, vel opinione ſua in errorem ac fraudem impelluntur, cur hic non reſtituerem, cauſſam eſſe non putavi.

20. *Legitimum obtinendi imperii tempus exceſſiſſet*] Multae editiones *Obtinendi legitimum imperii tempus.* Sed priore modo rectius MSS. cum Mog. Sed Periz. *Legitime obtinendi.* De re ipſa conferendus Nepos in Epamin. C. 7. & Perizon. ad Aelian. L. XIII. Var. Hiſt. c. 42.

21. *Quodque filium juvenem ruſtico opere gravatum publicis uſibus ſubtraheret*] MS. *publicibus ſubtraheret.* Solet quidem duas voces corrupte contrahere. ut ex. 1. *breviſſimum* pro *brevi ſummum*, & hic *ci* & *ſi* videntur cauſam erroris praebuiſſe, alioquin legendum forte eſſet *Publicitus.* i. e. publico. PERIZON. Nihil mutandum. *Publicis uſibus* ſervant MSS. reliqui.

22. *Id poſtquam*] Leid. prim. *Quod quum.* deinde tres, *tectus.* omnes *Torquatus.*

23. *Qui ad eum diligendum*] Sic reſtitui, cum Pighius & eum ſecuti edidiſſent *quia.* Sed *qui* eſt in vetuſtioribus & MSS. duodecim. Leid. ſext. *quia*, & ſept. al' *quia.* alterum convenientius eſt, certe tale, ut mutari non opus fuerit.

24. M.

omnes juſſit cubiculo, quo licentius remotis arbitris indicium perageret. Nactus occaſionem opportunam propoſito ſuo juvenis, gladium, quem tectum attulerat, deſtrinxit, tribunumque minis ac terrore compulſum jurare coëgit, à patris ejus accuſatione receſſurum: eoque effectum eſt, ne Torquatus cauſſam diceret. Commendabilis eſt pietas, quae manſuetis parentibus praeſtatur: ſed Manlius, quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus ſubvenit, [23] qui ad eum diligendum praeter naturalem amorem, nullo indulgentiae blandimento invitatus fuerat.

4. Ann. urb. 687. Diod. XXXVI. Hanc pietatem aemulatus [24] M. Cotta, [25] eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem, [26] protinus ut è Capitolio deſcendit, [27] Cn. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, poſtulavit: [28] peractumque reum judicio afflixit, & ingenium & adoleſcentiam praeclaro opere auſpicatus.

5. Ann. urb. 521. Cic. de Invent. II. & in Bruto. Apud [29] C. quoque Flaminium [30] auctoritas patria aeque potens fuit. Nam cum tribunus pl. legem de Gallico agro viritim dividendo, invito

24. *M. Cotta*] Multi MSS. *Cocta*. Vide Nic. Loënſ. Epiphyl. L. VI. 20.

25. *Eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem*] Anno aetatis XVII. Sumebatur autem in Capitolio depoſita praetexta. VORST. Suet. in Claudio c. 2. *Et togae virilis die, circa mediam noctem, ſine ſolenni officio, lectica in Capitolium latus eſt*. Sed ſumebant & alibi, in ipſis etiam municipiis & provinciis. Vide Cic. L. IX. ad Att. Ep. 6. & L. V. Ep. 20.

26. *Protinus ut e Capitolio deſcendit*] Leid. quatuor. *A Capitolio*.

27. *C. Carbonem à quo pater ejus damnatus fuerat*] In manuſcriptis omnibus *Cn. Carbo* vocatur, & ex temporum ratione videtur filius *Cn. Carbonis* ter conſulis. In Dionis tamen XXXVI. *C. Carbo* legitur, ſed fallere poteſt hoc unicum exemplar in praenominum notis, atque ideo multorum conſenſus praeferri debet. PIGH. MSS. quatuordecim aut *Gneum*, aut *Cneum* exhibent. Copeſ. *G.* ſed *Cneum* habent etiam Ed. Mog. Ven. Mediol. Aſcenſ.

28. *Protractumque reum judicio afflixit*] In Campenſi *Peractumque*. Recte. Peragitur namque reus cum tandem damnatur. Et ut cenſet Paulus JCtus, Deſtitiſſe is videtur, qui intra definitum accuſationis à praeſide tempus reum ſuum non peregerit. Sic Livius lib. IV. *Vos autem ſi reum perago, quid acturi eſtis?* Vide Budaeum. PIGH. Fere omnes MSS. cum Edit. vetuſtiſſimis habent *Pertractumque reum*. Med. ſec. *protractumque*. Periz. *tractumque*. De *protrahere* & *pertrahere* vidimus ad L. I. I. 21. hic vero dubitari non poteſt, quum recte Pighius reſtituerit *Peractumque*. L. VI. 2. 4. *Eorum alterum lege peregit*.

29. *C. Flaminium*] Eumdem illum qui conſul cecidit ad lacum Thraſimenum. Cic. in Bruto c. 14.

30. *Auctoritas patria*] Harl. *paterna*. tum MSS. decem & Ed. Mog. *adverſum ſe*. Periz. *conſtricto*.

31. *Legem jam referenti pater manum injecit*] Legem de agro Gallico viritim dividendo Flaminius jam ante tulerat. Cum autem eam referret, pater ei manum injecit, id eſt, auctoritate ſua eum adduxit, ut à lege denuo ferenda deſiſteret. *Manum injicere* dicitur is quoque qui non externam vim infert, ſed animum flectit. Cicero pro Q. Roſc. *Ipſa mihi veritas manum injecit, & paulisper conſiſtere & commorari coëgit*. Sed ea ſignificatio figurata eſt. Propria apparet infra VI. 2. 2. *ut etiam L. Craſſo manum injici juberet*, per lictores puta. VORST. Neſcio quid per *legem ferre*, & *referre* ſeu *denuo ferre* intellexerit Vorſtius. an id vult, bis illum eamdem legem tuliſſe? ſic videtur. Quum Valerius tantum dixerit, eum promulgaſſe legem id eſt more ſolito publice primum per trinundinum inſpiciendam cognoſcendamque eam propoſuiſſe, ut deinde, cum aderat comitiorum dies populum rogaret, an vellet juberetque eam legem ratam eſſe. Id quod hic vo-

to & repugnante ſenatu, promulgaſſet, precibus miniſque ejus acerrime reſiſtens, ac ne exercitu quidem adverſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeveraret, abſterritus, poſtquam pro Roſtris ei [31] legem jam referenti pater manum injecit, privato fractus imperio, deſcendit è Roſtris, ne minimo quidem murmure deſtitutae concionis repre-henſus.

Magna ſunt haec virilis pietatis opera; ſed neſcio an his omnibus [32] valentius & animoſius [33] Claudiae Veſtalis virginis factum. Quae cum [34] patrem ſuum triumphantem è curru [35] violenta tribuni plebis [36] manu detrahi animadvertiſſet, mira celeritate utriſque ſe interponendo, ampliſſimam poteſtatem inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in aedem Veſtae duxit. Nec diſcerni potuit, utri plus laudis tribueretur; [37] cui victoria, an cui pietas comes aderat. 6. Ann. urb. 610. Cic. pro M. Caelio. 15. Suet. Tiber.

Ignoſcite [38] vetuſtiſſimi foci, veniamque aeterni date ignes, ſi à veſtro

vocat *referre legem.* pro quo Leid. prim. habet *deferenti*, quart. *ferenti*: ceteri *referenti*, quod inſolens mihi videtur. Quare conjicio legendum, *legem jam perferenti*, i. e. cum jam populus legem juberet, cum jam fere lex eſſet perlata, ſive a populo accepta. Ut pater diſtulerit poteſtate ſua uti, quamdiu ambiguum quodammodo erat, quo populi ſuffragia eſſent inclinatura, cum vero apparuit ſine dubio legem illam probatum iri, tum ſtatim filio manum injecerit, de temploque eum deduxerit. Cic. pro Domo. c. 10. *ſi quae, tum promulgaſti, conſtituiſti, promiſiſti, vendidiſti, perferre potuiſſes.* Sed cui ignotus hic uſus verbi *perferre?* quare exempla omitto. Pro *fractus*, Bit. prim. *ſtratus* exhibet. Leid. quint. *prnum numen* & ſept. *numen* quoque exhibet recenti manu.

32. *Valentius & animoſius*] Ultraj. prim. *Et valentius & animoſius.*

33. *Claudiae*] Haec illa ipſa eſt, de cujus pudicitia alibi Valerius & Plinius libro VII. cap. 35. Auguſtinus libro X. capite 16. De Civitate Dei. COLER. De Claudia vide Colerum, quem puto errare. credo Claudium eſſe eum, qui de Salaſſis triumpho negato, ſuis ſumptibus triumphavit. PERIZON.

34. *Patrem ſuum*] Suetonius ſcribit fratrem fuiſſe, ſed cum Valerio Cicero quoque ſentit pro Caelio. COLER. *Quae cum patrem ſuum triumphantem.* Suetonius in Tiberio ſcribit, Claudiae fratrem fuiſſe. Sed cum noſtro facit Cicero in Or. pro Cael. VORST.

35. *Violenta trib. plebis manu*] Copeſ. ſine *pl.* & recte, poteſt enim ſatis intelligi. PERIZON. Idem confirmant MSS. tredecim cum Ed. Mog. Leid. quint. *violentia tribuni.* Ultraj. prim. *E curru triumphali violenta.*

36. *Manu detrahi animadvertiſſet*] MSS. Novem *Manu trahi animadvertiſſet.* & ſic Mog. Editio. Ultraj. prim. delet *detrahi.* Deinde Ultraj. *utrique ſe interponendo.* Periz. *imponendo.* Med. prim. & Periz. *In aedem Veſtae induxit.*

37. *Cui victoria, an cui pietas comes aderat*] Pighius adjecit alterum *an*, ſcripſitque *an cui victoria:* eumque Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. Verum antiqui typis expreſſi eam voculam non habent. Et abeſt item ab utroque cod. Brand. Neque uſus illud fert, ut *an* geminetur; ſed ſolet *utrum* antecedere, & *an* deinde ſequi. Cicero lib. I. ep. 7. *Multum intereſt, utrum laus minuatur, an ſalus deſeratur.* Saepe tamen *utrum* omittitur, & apparet ſolum *an*; ut hoc loco. Vide & caput 18. libri de Latinit. met. ſuſp. extremum. VORST. Abeſt etiam a Copeſiano. Liv. L. II. 40. *Ad hoſtem, an ad filium venerim.* PERIZON. Nec invenitur in ullo noſtrorum MStorum. Vide Cellarii Curas poſteriores p. 161.

38. *Vetuſtiſſimi foci, aeterni ignes*] Aedis

ſtro ſacratiſſimo templo [39] ad neceſſarium magis, quam ſpecioſum urbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunae, nullis ſordibus pretium charae pietatis evileſcit. Quin etiam eo certius, quo miſerius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem

7. praetor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, [40] triumviro in carcerem necandam tradidit. [41] Quo receptam, is qui cuſtodiae praeerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulavit. Aditum quoque ad eam filiae, ſed diligenter excuſſae, [42] nequid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurum, ut inedia conſumeretur. Cum autem jam dies plures intercederent, ſecum ipſe quaerens, quidnam eſſet, quod tamdiu ſuſtentaretur, curioſius obſervata filia, animadvertit illam [43] exerto ubere famem matris [44] lactis ſui ſubſidio lenientem. Quae tam admirabilis ſpectaculi novitas ab ipſo ad triumvirum, à triumviro ad praetorem, [45] à praetore ad conſilium

Plin. VI. 36.

Veſtae puta; cujus paulo ante mentio facta. VORST.

39. *Ad neceſſarium magiſque ſpecioſum urbis locum*] Multo rectius in manuſcriptis, *Ad neceſſarium magis, quam ſpecioſum urbis locum.* Carcerem namque vult dicere. PIGH. Sic certe & MSS. noſtri. Leid. ſept. *Quam ad ſpecioſum.* Sed ita ut *ad* expunctum ſit. Deinde Leid. quart. *vileſcit*,

40. *Triumviro in carcere necandam tradidit*] *Triumviri* apud Romanos non unius generis fuerunt. Alii enim *capitales*, alii *menſarii*, alii *nocturni*, alii *monetales* erant. Hic *capitalis* intelligitur: qui quidem conſtitutus erat, ut curam carceris haberet, utque is, qui cuſtodiae praeerat, ad ipſum referret. Quod vel ex eo apparet, quod ſequitur, rem ab eo, qui cuſtodiae praefuit, ad triumvirum, à triumviro ad praetorem perlatam fuiſſe. VORST. L. VI. I. 10. *C. Peſcennius triumvir capitalis Cornelium &c. publicis vinculis oneravit.*

41. *Quam receptam*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi ac Colonienſi: *Quo receptam.* PIGH. *Quo receptam. Quo* reſcripſit Pighius è codd. MSS. Et habent quoque ita codd. Brand. VORST. *Quo* habent etiam Leid. prim. ſec. quint. ſext. ſept. Ultraj. ſec. Copeſ. Bit. prim. Sex alii *quam.* Sed recte etiam Ed. Mog. *quo* retinet. Obſervandum porro, quod magis iſtam lectionem confirmat, MSS. omnes cum Ed. Mog. exhibere *in carcerem necandam tradidit*, quod reſtituendum duxi, pro *in carcere.*

42. *Ne quid cibi inferret*] Barb. prim. *Deferret.* Bit. *Referret.* Nonnulli *Nequid ſibi.* Paulo ante *Ad eam*, delet Ultraj. prim. Copeſ. *transgulavit.*

43. *Exerto ubere*] Harl. *Extractoque.* Barb. prim. *Extracto*, al' *exerto.* Ultraj. prim. *extento.* & paulo ante plerique *plures jam dies.* Med prim. *plerique jam dies.* Ed. Med. *jam dies plaerique.*

44. *Lactis ſui ſubſidio*] *Sui* delet Bit. prim. *Lactis ſui praeſidio*, Leid. quint.

45. *A praetore ad conſulum judicium*] In manuſcriptis: *ad conſilium judicum.* Optime. PIGH. *Ad conſilium judicum.* Ita uterque cod. Brandeb. Aldus ediderat, *Ad conſulum judicium.* Alteram lectionem obſervavit & Pighius in codd. MSS. eandemque optimam judicat. VORST. Pighius edidit *concilium judicum.* ſed rectius eſt in MSS. *conſilium.* Vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. XLIV. 2.

46. *Remiſſionem poenae mulieri impetravit*] Multo diſertius Periz. Harl. Barb. ſec. Med. prim. *Remiſſionem poenae matri impetravit.* Barb. ſec. & Cop. *Culpae.* Med. ſec. *poenae mulieri* omittit.

47. *Putaret aliquis*] Barb. prim. Leid. ſec. & ſext. Cop. *Putaverit.* Harl. Bit. prim. Periz. uterque Ultraj. *Putarit.* & ſic Ed. Mog. & Med. Reliquae ante Pighium *Putaverit.*

48. *Diligere parentes*] Hierocles Parentes δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς θεοὺς vocitabat. COLER.

49. *Idem praedicatum de pietate eius exiſtimetur*] Variant hic admodum exemplaria. Campenſe; *de pietate prius.* male. item in Atrebaten-

lium judicum perlata, 46 remiſſionem poenae mulieri impetravit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quae in carcere ſervandae genitricis novam rationem invenit? Quid enim tam inuſitatum, quid tam inauditum, quam matrem natae uberibus alitam? 47 Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum; niſi 48 diligere parentes prima naturae lex eſſet.

EXTERNA.

49 Idem praedicatum de pietate Perus exiſtimetur, quae 50 patrem ſuum Cimona conſimili fortuna affectum, parique cuſtodiae traditum, jam ultimae ſenectutis, velut infantem pectori ſuo admotum aluit. Haerent ac ſtupent hominum oculi, cum hujus facti pictam imaginem vident, 51 caſuſque antiqui conditionem, praeſentis ſpectaculi admiratione renovantes

tenſi, *rius*. At in Wincheliano alia eſt lectio; *Idem feciſſe pero praedicatur*. Atque eadem eſt annotata in Campenſis libri margine paulo aliter; *Idem de pietate Perus exiſtimetur*. Quod vulgatae lectioni magis convenit. Nomen hoc apud Propertium legimus lib. II. atque Homerum Odyſſ. XI. PIGH. *Idem de pietate.* Convenit lib. Danielis fere cum Pighianis: *Idem praedicatum de pietate alterius exiſtimetur.* Cimonis nomen huc adſcendiſſe perperam ex inferiori exemplo vero ſimile eſt. COLER. *Idem praedicatum de pietate Perus exiſtimetur.* Pighius *praedicatum* expunxit, quod ab uno cod. id abeſſe videret: & pro *ejus*, quod Aldus ediderat, reſcripſit *Perus*; quia in margine unius cod. reperit, *idem de pietate Perus exiſtimetur:* & in alio libro, *idem feciſſe Pero praedicatur.* Jam nomen *Perus* reſcribendum hic fuiſſe non negem; praeſertim cum quidam codd. pro *ejus* & *prius* habeant: at *praedicatum* expungendum eſſe Pighio non aſſentior. Habent illud veteres typis expreſſi, & ambo MSS. Brandeb. Nomen *Perus* vetus quoque editio Mart. Herbip. habet. Sed perperam in ea ſcriptum eſt *de Pietate Pero* pro *de piet. Perus.* Prope etiam accedit unus cod. Brand. ut qui habet *de pietate prius.* VORST. *praedicatum* tuentur plerique MSS. Leid. quart. *Idem feciſſe Perio praedicatur.* Harl. *de pietate Pero exiſtimetur.* &c. ſic Ed. Mog. Periz. *de pietate ruis.* Sic. Ven. Leid. ſept. *perus* habet, quo deleto in margine reſcriptum *alterius.* ceteri fere *ejus.* Perizonius adſcripſit. *Pero* etiam fuit filia Nelei, ſoror Neſtoris Homer. Odyſ. λ. v. 286. & videnda Scholia ad verſ. 289. Hyginus Fab. 254. filiam vocat *Xanthippen*, patrem *Mycona.* Haec ille. Munkero vero inſuper corrigendus ex Hygino videtur Valerius, & hic reſcribendum *Mycona.* Hoc enim nomen ex ſequenti exemplo corruptum cenſet. Quod ſi verum eſt, certe cauſſa non erit cur ſtatuamus hanc mulierem *Pero* fuiſſe a Valerio appellatam, quae ab Hygino dicitur *Xanthippe.* ut fortaſſe Valerii exemplum ab eo, quod Hyginus refert, fuerit diverſum, quemadmodum ab utroque, quod narrat Feſtus in v. *pietati aedem. Pietati aedem ab Acilio conſecratam ajunt, eo loco, quo quondam mulier habitaverit, quae patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit, ob hoc factum impunitas ei conceſſa ſit.*

50. *Patrem ſuum Cimona*] Notat Pighius in margine, diverſam lectionem eſſe *Conona.* Et Colerus exiſtimat, nomen Cimonis perperam huc ex proximo ſequente exemplo aſcendiſſe. VORST.

51. *Caſuſque antiquam conditionem*] Forte *cognitionem*: PERIZON.

52. *Quod neceſſe eſt animo quoque evenire, aliquanto efficaciore pictura litterarum: vetera pro recentibus admonitos recordari*] Locum habes, Pighi, inter mutilos: ego inter malos. Emendari poſſe cenſeo nonnulla admonitiuncula libri, qui habet *vetera prodentibus.* Unde ego, *vetera a prudentibus admonito recordari.* Diſpi-

Ooo 2

novant; in illis mutis membrorum lineamentis viva ac ſpirantia corpora intueri credentes. [52] Quod neceſſe eſt animo quoque evenire, aliquanto efficaciore pictura literarum, vetera pro recentibus admonito recordari.

2. Nepos in vit. Juſtin. m. Supr. v. 5. ext. 3. Ne te quidem, [53] Cimon, ſilentio involvam, qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi maximo tibi poſtea & civi, & duci evadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere, quam in curia, aſſecutus es. Ceterae enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.

Vos quoque, fratres, memoria complectar, quorum animus origine fuit no-

ſpice, nec fugiet te ſententia. Involuta autem hujuſmodi multa in Valerio: nec miror ſaepe in tam tenebroſis ſententiis offendiſſe exſcriptores. LIPS. *Vetera pro recentibus admonito recordari.* Ita locum hunc emendandum cenſeo. Eſtque ita ſententia convenientiſſima; animo idem evenire, quod evenit oculis, pictura ſcilicet literarum vetera pro recentibus admonito recordari. Ipſe, inquam, animus pictura literarum, id eſt, literis ipſis, admonetur vetera pro recentibus recordari; quemadmodum haerent atque ſtupent oculi, cum imaginem pictam vident. Pighius edidit, *vetera pro recentibus admonitos recordari:* quomodo ſane editiones quoque veteres Theoph. Chalcocondylae & Martini Herbip. itemque unus cod. Brand. habet. Verum nullus commodus ex his ſenſus elici poteſt. quod cum & Pighius animadverteret ſuſpicatus eſt vocem aliquam hic deeſſe, & quidem *faciente.* At quanto concinnius eſt unam literam *ſ* expungere, uti nos fecimus! videnda tamen adhuc alia lectio. Pro *pro recentibus* quidam codices habent *prodentibus.* Unde Lipſius legendum cenſet *Vetera a prudentibus admonito recordari.* Quae ſuſpicio & Gronovio probatur, ut ex hujus L. IV. Obſ. c. 19. apparet. & legitur, ſic itidem *admonito,* ut nos volebamus. VORST. Lege *admonito,* cum Lipſio & Vorſtio. PERIZON. *Admonitos* ſervant fere MSS. unus Ultraj. *admonitis.* Med. prim. *admonites.* Sed *Admonito* dedit Aſcenſ. Gryph. Rob. Steph. *Vetera prodentibus admonito recordari* Aldus, & Colinaeus. *prodentibus* Barb. Ultraj. & Med. primi. Leid. ſec. *prodeuntibus.* Probo *admonito;* ſed retineo *pro recentibus.* Tum enim imprimis efficax eſt pictura literarum, cum admonetur animus vetera ita recordari, tamquam ſi ſint recentia. Sal. Bel. Cat. c. 8. *Atheniensium facta pro maximis celebrantur.*

53. *Cimon*] De quo vide & J. Rutgerſ. p. 42. Var. Lect. PERIZON. Nonnulli MSS. *&* delent ante *civi.* unus atque item alter, *meretur.* Leid. quart. delet, *aliquanto.*

54. *Pro parentum alimentis ſpiritum erogando*] Pighius maluit *erogantes.* Sed *erogando* uterque cod. Brand. habet, & omnes item typis expreſſi veteres. VORST. Idem ſervant omnes MSS. noſtri, & ſupra vidimus ſuper omnes alios auctorem noſtrum hoc gerundium amaſſe.

55. *A filiis Patietis pacti eſtis*] Hic denuo gloſſula irrepſit. nam in vetuſtioribus libris ſic; *A Paciacis pacti.* juvat & interlinearis annotatio libri Campenſis, *Paciacis,* id eſt, ea parentela. At Atrebatenſe exemplar, quod in propriis nominibus fere correctius eſſe reperio, habet à *Paciaecis.* Aliquis ſciolus, ut minus obſcura haec eſſent, non ſolum nomen verum corrupit, ſed & intermiſcuit & ſuas gloſſulas ſcribens, *A filiis patietis pacti eſtis.* Eſt autem Paciaecorum familia etiamnum nobiliſſima apud Hiſpanos. quam & olim C. Caeſaris tempore fuiſſe illuſtrem, Epiſtola Ciceronis ad Leptam familiarum 6. docet, in qua Paciaeci cujuſdam meminit, qui bello civili Pompejanas partes ſecutus videtur. *De Hiſpaniis (inquit) novi nihil, magnum tamen exercitum Pompejum habere conſtat. nam Caeſar ipſe ad nos miſit exemplum Paciaeci literarum, in quo erat, illi undecim eſſe legiones.* Quo etiam loco corrigendum hoc modo nomen illud eſſe exiſtimo. PIGH. *Filiis Paciaecis.* Duo libri Pighii: *Paciacis.* quam lectionem vindicat Mitalerius ex Plutar. & Cicerone. COLER. *A Paciaecis*

nobilior. Siquidem admodum humiles in Hiſpania nati, 54 pro parentum alimentis ſpiritum erogando, ſpecioſo exitu vitae inclaruiſtis. Duodecim enim millia nummûm, quae poſt mortem veſtram his darentur, 55 à Paciaecis pacti, ut eorum patris interfectorem Epaſtum; gentis ſuae tyrannum, occideretis: neo auſi ſolum inſigne facinus eſtis, 56 ſed etiam ſtrenuo ac forti exitu clauſiſtis. Iiſdem enim manibus Paciaecis ultionem, 57 Epaſto poenam, genitoribus nutrimenta, vobis 58 glorioſa fata peperiſtis. Itaque tumulis etiamnunc vivitis, quia parentum ſenectutem tueri, quam veſtram expectare, ſatius eſſe duxiſtis.

Notiora ſunt fratrum paria, 59 Cleobis & Biton, 60 Amphinomus & Ana-

cis pacti. Pro *Paciaecis* quidam codices, interque hos unus Brand. habet *Paciacis:* quam lectionem ex Plutarcho & Cicerone probat Mitalerius. Cicero lib. VI. ep. 19. alicujus *Paciaeci* mentionem facit, qui literas ſcripſerit ad Caeſarem, quibus ſignificarit, quot legiones Pompejus haberet. VORST. Longe major MSS. pars habet *Patietis* vel *pacietis*, item *paciaetis.* Leid. quint. *paciacis.* in MSS. novem retinetur *filiis.* Ed. Mog. *A filiis pacinetis.* certe cur *filiis* expelli debuerit non video, niſi forte quis dixerit, ſubintélligi illud ſatis per ſe. *Eſtis* etiam in aliquot noſtris apparet, ſed in pluribus omittitur.

56. *Sed etiam ſtrenuo ac forti exitu claruiſtis. Eiſdem enim manibus Patietis ultionem, Epaſti poenam, genitoribus nutrimenta*] Haec ita elegantius atque correctius. In Wincheliano, Suſiano, Atrebatenſi & aliis; *Sed etiam ſtrenuo & forti exitu clauſiſtis. Hiſdem enim manibus Paciaecis ultionem, Epaſto poenam, genitoribus alimenta, vobis glorioſa fata peperiſtis.* PIGH. *Sed etiam ſtrenuo ac forti exitu clauſiſtis.* Ita legendum cenſet Pighius è quibuſdam codd. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus pro *clauſiſtis* habet *claruiſtis.* Quod minus commodum videtur; quia praecedit *inclaruiſtis.* At *clauſiſtis* conſentaneum ei, quod praecedit, *ſpiritum erogando.* Nimirum cum Epaſtum fratres iſti interfeciſſent, & ipſi deinde oppreſſi ſunt. *Exitus* hic pro morte eſt; ut variis quoque aliis locis. Vide v. I. 5. VORST. *Claruiſtis* habent Cop. Ultraj. ſec. Periz. Leid. prim. ſext. ſept. Med. duo & omnes editi, ante Pighium. Ultraj. prim. Leid. quint. & ceteri ſcripti *clauſiſtis.* quod mihi quoque magis placet. Badius *exitu* exponit effectu, inepte. Vide ſupra, L. I. 6. 10.

57. *Epaſto poenam, genitoribus nutrimenta.* Male Aldus, *Epaſti poenam. Epaſto* unus quoque cod. Brand. habet. Pro *nutrimenta* Pighius è quibuſdam codd. repoſuit *alimenta.* Verum *nutrimenta* uterque etiam cod. Brand. habet. Et videtur auctor orationem variare voluiſſe: quod *alimentis* jam praeceſſit. VORST. Ultraj. primus *Epaſto.* Reliqui *Epaſti* ſervant. quod inde ortum videtur, quia *pacietis* acceptum etiam fuit pro ſecundo caſu, & nomine ejus, qui ab Epaſto fuerat interfectus, quomodo explicuerunt etiam Oliverius & Badius. Recte quoque Vorſtius defendit *τὸ nutrimenta*; quod in tredecim inveni MStis, & omnibus Editionibus, atque ideo revocavi.

58. *Glorioſa fata*] Leid. quart. *Glorioſa nomina.* Harl. Med. ſec. Leid. prim. *Sanctius eſſe duxiſtis.*

59. *Cleobis & Biton*] Argivi natione: quos Solon apud Croeſum non uno nomine beatos praedicavit; ut eſt apud Herodotum. Hi cum apud Argivos feſtus dies Junonis eſſet, oporteretque matrem eorum ſacerdotem bobus junctis ad templum vehi; boves vero ex agro juſto tempore praeſto haud eſſent, ipſi jugum ſubeuntes per XLV. ſtadia plauſtrum traxere. VORST. Vide & Hygin. Fab. 254. Serv. ad Virg. L. III. Georg. v. 532. Claud. Epig. 35. Sen. L. III. de Ben. 37. Stob. LXXVII. Frag. Aeliani. PERIZON.

60. *Amphinomus & Anapus*] Vide praeter Strabonem & Pauſaniam Aelianum in variis, qui tamen Φιλόνομον & Καλλίαν vocat, citante etiam Stobaeo. Solinus capite II. ſcribit Catanenſes adſerere Anaphium & Amphinomum: Syracuſanos, Aemathiam & Critonem. Ego illam litem ambitioſam pendere ſino. In edit.

 Ve-

Herod. 1. Cic. Tuſc. 1. Plut. Solone. Solin. 11.

Anapus: [61] illi, quod ad ſacra Junonis peragenda matrem vexerunt: hi, quod [62] patrem & matrem humeris [63] per medios ignes Aetnae portarunt: ſed neutris pro ſpiritu parentum expiare propoſitum fuit.

5\. [64] Nec ego Argivam detrecto laudem, [65] aut Aetnaei montis gloriam involverim: verum obſcuriori propter ignorantiam pietati notitiae lumen admoveo. Sicut [66] Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo. Dario enim [67] totius regni ſui viribus [68] in eorum regiones ſubinde impetum facienti, paulatim cedentes, [69] ad ultimas Aſiae ſolitudines pervenerant. [70] Interro-

Venet. legitur *Anaphias.* ſed Anaphium Claudianus quoque celebrat:

Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anaphi? COLER.

Amphinomus & Anapus. Salmaſius in Exercitat. ad Solin. p. 110. legendum cenſet *Anapis:* monetque fratrum iſtud par, quomodo & proximum ſuperius, in tabellis columnarum templi Apolloniadis, Eumenis & Attali regum matris, apud Cyzicum fuiſſe. Elegans de his fratribus epigramma extat Claudiani, in quo inter cetera haec ſunt:

Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi.
Aeternum Siculus templa dicavit honos? VORST.

Scripti mei quatuordecim exhibent *Anaphas.* Sed major in ſcribendo priore nomine occurrit variatio. Habent enim *Phynomus, Naphinenius, Amphionus, Amphionis, Amphinonius. Amphionomus.* Celebratum autem hoc factum horum fratrum, etiam nummis fuit, & locus ſepulcri eorum, CAMPUS PIORUM dictus eſt. Videndus Olearius ad Philoſtrat. in vita Apollonii Tyanei L.v. 17.

61\. *Illi quod ad ſacra*] Leid. ſec. *Illi primi quod ad ſacra.* ubi *primi* proculdubio e gloſſa eſt. Deinde quinque, *vexerint*, & iidem *portarint.* Quomodo & Copeſianus.

62\. *Patrem & matrem*] Aelianus πατέρας. Solinus: *Parentes.* COLER.

63\. *Per medios ignes Aetnae portarint.* In undecim MSS. noſtris vox *Aetnae* deſideratur: nec agnoſcit Ed. Mog. ſed Med. ſec. & Leid. ſept. *per medios ignes portare etne partarint.* Mihi valde videtur veriſimile, illam vocem a Valerio additam hic non fuiſſe: quippe qui poſtea ſatis declarat, quos ignes intelligat, cum dicit *Aetnaei montis gloriam non involverim*, quemadmodum Argivos fuiſſe Cleobin & Bitona indicat, addens. *Nec ergo Argivam detrecto laudem.* Voluit ergo locorum nomina in ipſa narratione ſupprimere, ut illis ornaret tranſitionem ſequentem.

64\. *Nec ergo Argivam detrecto laudem*] Cleobis & Biton, uti dictum, Argivi fuere. VORST. MSS. Novem habent ut edebatur ante Pighium, *Nec ego Argivam detrecto laudem.* Quod videtur ἐμφαντικώτερον.

65\. *Aut Aetnaei montis gloriam involverim*] pro *involverim* in cod. Brandeb. eſt *minuo*: in aliis & *minuerim.* Eſt autem *Aetnei montis gloria* par iſtud fratrum, Amphinomus & Anapis. VORST. *Minuo* exſtat in MSS. ſept. *minuerim* in utroque Ultraj. Praeterea notandum omnino, in Barb. prim. Med. prim. Leid. tert. ſept. Periz. & Copeſ. in quibus eſt *involverim*, ſequens *verum* omitti. Et deinde ſcribi, *obſcuriori tamen propter*, vel *ſed obſcuriori.* Jam vero cum *minuo* optime reſpondeat τῷ *detrecto*, & poſterior pars *erim* ei adhaeſiſſe poſſit videri ex ſequenti *verum*, quae ideo omittitur in iis, qui habent *involverim*, & verbum *involvere* fere poſtulet ſibi addi aliquod ſubſtantivum, ut exemplo proxime praecedenti: *Ne te quidem Cimona ſilentio involvam*, imo etiam illud potius *tegere, famae ſubtrahere* ſignificet, quam non ſtatuere illi ſuum pretium, (qui ſenſus hic deſideratur) credo Valerium ſcripſiſſe. *Nec ego Argivam detrecto laudem, aut Atnaei montis gloriam minuo. verum.* Porro pro *Aut Aetnaei* Ultraj. ſec. habet, *aut nec Atnaei*, quomodo editum fuit Moguntiae: Etiam uterque Ultraj. habet *Aetnae montis.* Perizon. legebat *obſcuriori tantum propter ignorantiam pietati notitiae lumen admoveo.*

66\. *Scythis libenter*] Juſtiſſimi enim a veteribus habiti ſunt. Idem de his ſcribit Nicolaus περὶ ἐθῶν. Homerus: Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. COLER. *Sicut Scythis libenter pie-*

rogati deinde ab eo per legatos, *quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi factuři eſſent*, reſponderunt, *Se nec urbes ullas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Ceterum cum* [71] *ad parentum ſuorum monumenta veniſſent, ſciturum quemadmodum Scythae proeliari ſolerent.* [72] Quo quidem uno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni ſe feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quae nullo vocis miniſterio, nullo uſu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? [73] ut politiora ſcilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam

pietatis teſtim. reddo. Unus cod. Brand. *Sic Scythis lib. p. teſt. reddo.* VORST. In margine Coleri additur, *al' Forte ſi.* Copeſ. habet *ſic & Scythis.* Hinc *ſicut & Scythis* legebat Perizonius. Quod poſſit ſane non diſplicere.

67. *Totius regni ſui viribus*] Sic mutavit Pighius, cum antea legeretur, *totis regni ſui viribus*; quod etiam in undecim exſtat MStis. Leid. quint. habet *totius*, ſed expunctum eſt *u.* Curt. L. III. I. 10. *Undique omnes copias contrahit, totis viribus tanti belli diſcrimen aditurus.* Juſt. L. XXVI. 2. I. *In ſpeciem caſtrorum parva manu adverſus ceteros relicta, adverſus Gallos totis viribus proficiſcitur.* Phaed. L. I. Fab. II.

——— ——— ——— *Hic auritulus*
Clamorem ſubito totis tollit viribus.

& ſic legendum etiam Perizonius viderat.

68. *In eorum regiones ſubinde impetum facienti*] *Regiones* reſcripſit Pighius, cum ceteri omnes edidiſſent *regionibus.* quomodo, ſi forte unum aut alterum excipias, habent omnes noſtri MSS. pro *ſubinde.* Cop. Leid. ſext. Harl. Med. ſec. & Perizon. habent *ſubitum.* Et ſemel tantum Darius hanc expeditionem ſuſcepit. Quare vel *ſubitum* reſcribendum, vel *ſubinde* explicandum, quia *ſubinde* caſtra ulterius promoverit in eorum regionibus, dum illi paulatim cederent.

69. *Ad ultimas jam ſolitudines pervenerant*] In Campenſi, Wincheliano, Colonienſi, & Atrebatenſi; *Ad ultimas Aſiae ſolitudines.* PIGH. *Ad ultimas Aſiae ſolitudines. Aſiae* habent & codices Brand. Aldus, *Ad ultimas jam ſolit.* VORST. MS. *Ad ultimum jam ſolitudinis.* Non male, & eleganter. *Solitudinem* enim habitabant, & eam nondum exceſſerant, cum Darius bellavit cum Europaeis Scythis. PERIZON. *Ad ultimum jam ſolitudinis* habet etiam Barb. prim. Harl. *ad ultimas jam ſolitudinis partes.* Leid. quint. & ſext. ut edidit Aldus & alii, *ad ultimas jam ſolitudines.* Periz. *ad ultimum Aſiam ſollitudinis*, & ſic videtur etiam habere Med. prim. Reliqui cum editione Mog. *ad ultimas Aſiae ſolitudines.* Certiſſimum tamen eſt, Darium, ut obſervavit Perizonius, bellum totis regni viribus contra Scythas Europaeos geſſiſſe; quippe hanc Scythiam cum exercitu ſeptingentorum millium, ex omnibus nationibus, quae ſub ipſius ditione erant, ingreſſus eſt. Jam vero licet inde turpi fuga ſubmotus fuiſſe dicatur a Juſt. L. II. 3. 2. & L. II. 5. 9. Idque parum videatur convenire cum eo, quod noſter auctor tradit, *eos receſſiſſe in ultimum ſolitudinis*, tamen ex Herodoto L. IV. ſatis manifeſtum eſt, Scytharum pleroſque, quantum poterant, ſubduxiſſe ſe verſus Septentrionem, & Darium inopia magis, & Scythiam perdomandi deſperatione, quam armis Scytharum ſubmotum fuiſſe. Neque credibile eſt, ſi ſimilem etiam in Scythiam Aſiaticam expeditionem feciſſet, nullam ejus mentionem apud Scriptores, ne Herodotum quidem, qui ſatis multis res ab eo etiam in Aſia geſtas commemorat, fuiſſe ſuperfuturam. Ut adeo, ſi *ultimas Aſiae ſolitudines* retineamus, illud quoque annumerandum fere ſit Valerii ἁμαρτήμασι μνημονικοῖς. Quod ne faciam, Perizonio potius accedo.

70. *Interrogati deinde*] Bit. prim. *Interroganti.*

71. *Ad parentum ſuorum monumenta veniſſent*] Malo *veniſſet.* PERIZON.

72. *Quo quidem uno tam pio dicto*] MSS. octo. Cum Mog. *Tam pio dictu* totidem cum Mog. *feritatis diſcrimine.* Barb. prim. *Redimit.*

73. *Ut politiora, ſed non ut meliora fiant ingenia;*

niam quidem 74 ſolida virtus naſcitur magis, quam fingitur.

6. Herodot. I. Gell. v. 9. Sen. Contr. 20. 75 Quis enim plauſtris vagos, & ſilvarum latebris corpora ſua tegentes, in modumque ferarum laniatu pecudum viventes, Dario ſic reſpondere docuit? Illa nimirum, quae etiam Croeſi filium loquendi uſu defectum, ad protegendam patris incolumitatem miniſterio vocis inſtruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum unus è numero Perſarum, ignarus viri, in caedem ejus 76 concitato ferretur impetu: velut oblitus, 77 quid ſibi naſcenti fortuna denegaſſet, 78 *ne Croeſum regem occideret*, proclamando, pene jam impreſſum jugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis factus eſt.

7. Ann. urb. 664. Eadem charitas Italico bello 79 Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporiſque robore armavit, ut cum obſeſſae urbis ſuae clauſtris praeſideret, & Romanus imperator patrem ejus captivum, 80 in conſpectu ipſius conſtitutum, deſtrictis militum gladiis circumdediſſet, *occiſurum ſe* minitans, *niſi irruptioni ſuae iter praebuiſſet*, ſolus è manibus ſenem rapuerit; duplici pietate memorandus, quod & patris ſervator, nec patriae fuerit proditor.

nia; quoniam quidem ſola virtus naſcitur] Manuſcripti libri, *Ut politiora ſcilicet, non ut meliora fiant ingenia; quoniam quidem ſolida virtus, &c.* PIGH. In MSS. etiam noſtris eſt *ut politiora ſcilicet, non ut meliora*, quomodo legitur etiam in Ed. Moguntina.

74. *Solida virtus naſcitur magis*] Aldus & qui eum ſecuti ſunt, *Sola virtus*. Sed Antiquiores cum longe meliore & majore parte MSS. ut reſtituit Pighius *Solida virtus*.

75. *Quis enim plauſtris vagos*] Harl. Bit. prim. Leid. quatur *paluſtres*. Ultraj. uterque *plauſtres*. Leid. ſext. *paluſtribus*. De *plauſtris* notum. Hor L. III. 24.

Campeſtres melius Scythae,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.

adde Juſt. L. II. 2. *Uxores, liberoſque ſecum in plauſtris vehunt.* & 6. *Quippe ſine tecto munimentoque pecora & armenta inter ſilvas habentibus, quid ſalvum eſſet, ſi furari liceret?*

76. *Concitato ferretur impetu*] Copeſ. *Incitato.* Leid. ſept. *ferretur ſpiritu, al' impetu.*

77. *Quid ſibi naſcenti fortuna denegaſſet*] MSS. *Natura* quod praefero. Hujus enim partes in pariendo & formando homine. *Fortunae* vero in iis, quae deinde homini ſuperveniunt. Sed tamen & VI. I. I. *maligno errore fortunae muliebre corpus contigit.* PERIZON. Favent Copeſiano uterque Med. cum Perizon. Harl. & Barb. primo. *Sibi* ante *vixerat* delet Leid. quintus.

78. *Ne Croeſum*] Ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, ut habet Herodotus. COLER.

79. *Pinenſem juvenem, cui Plutoni erat cognomen*] Atrebatenſis collegii codex aliique veteres legunt, *Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen.* Recte. Pinnenſes Plinius Veſtinorum dicit eſſe, & in quarta Italiae regione collocat lib. III. c. 12. PIGH. *Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen.* Sic & codd. Brand. Aldus *Pinenſem* & *Plutoni.* *Pinnenſes* Plinius III. 12. in quarta regione Italiae ponit: dicitque Veſtinorum eos gentem eſſe. VORST. Harl. *Premenſem.* Bit. prim. *Prienenſem.* Leid. prim. *Picenenſem.* Leid. ſext. *Privernenſem.* quint. *Piumenſem.* Ultraj. prim. *Panienſem.* Reliqui ut & Ed. Mog. *Pinnenſem.* Leid. ſext. & Bit. prim. *Plutoni.* Med ſec. & duo Leid. *Pulton.* Leid. quart. *Pulto.* idem pro *Robore, vigore.*

80. *In conſpectu ipſius conſtitutum &c*] Med. ſec. *conſtitueret occiſurum ſe minitans.* deletis his. *diſtrictis militum gladiis circumdediſſet.* Nonnulli poſt *manibus* addunt, *eorum.* Leid. ſept. *duplicique pietate.* Quidam *rapuit.* Undecim vero, *Nec patriae fuit proditor.* Quaſi totum hoc. *Duplici pietate memorandus &c.* ſit Epiphonema a praecedentibus verbis ſeparatum. Et ſic edebatur ante Pighium.

CA-

CAPUT V.

[1] DE BENEVOLENTIA FRATERNA.

1. *P. Africani majoris.*
2. *M. Fabii Vibulani Cos.*
3. *Ti. Caeſaris Auguſti.*
4. *Militis cujuſdam.*

[2] Hanc caritatem proximus fraternae benevolentiae gradus excipit. Nam ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe: ita proximum judicari debet ſimul accepiſſe. Quam copioſae enim ſuavitatis illa recordatio eſt! In eodem domicilio antequam naſcerer, habitavi: in iiſdem incunabulis infantiae tempora peregi: eoſdem appellavi parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Cara eſt uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: [3] ſed poſtea cognitis nulla benevolentia accedere debet, quae priorem exhauriat.

Atque hoc teſte [4] Scipione Africano loquor, qui tametſi arctiſſima familiaritate Laelio junctus erat, attamen ſenatum ſupplex oravit [5] *ne provinciae* 1. Ann. urb. 563. Livius xxxvii. Cic. Phil. ii. Uſſer. p. 295.

1. *De Benevolentia fraterna*] A Pighio hoc eſt. Ceterae editiones cum pleriſque MSS. *De pietate erga fratres.*

2. *Hanc pietatem*] Etiam hoc nullo jure mutavit Pighius, cum ſcripti ad unum omnes, & omnes editi habeant *hanc caritatem.* Quod melius etiam. *benevolentiae* reſpondet, quam *pietatem.* Maxime enim in hac praefatione ipſum reſpicit amorem. diſerte in initio Cap. 6. huc reſpicit. *Fraterna quoque caritas aequo animo ac libenti cedit.* Quare *caritatem* reſtitui. Poſtea MSS. aliquot quoque, fere ut ſemper, habent *benivolentiae.* Ultraj. prim. *cunabulis.* & ſic habent quinque Leidenſes cum Periz.

3. *Sed poſtea cognitis nulla benevolentia accedere debet*] Forte, *accidere.* PERIZON. ſic Cod. Periz.

4. *Scipione Africano*] Multa in his noſtris annotationibus lubens tranſilio, quae commentatores non ſatis exacte referunt, quae a mediocriter in hiſtoriis exercitato emendari poſſunt. Ut quod Oliverius hic de majore Africano & C. Laelio ſcriptum prodidit inſigne par amicorum fuiſſe, intelligens id quod Cicero in Catone ſuo introducit. Atqui Cicero ibidem de poſteriore Scipione loquitur Aemiliano. Apud Catonem enim ſenem non poterat loqui Scipio ſuperior & Laelius, de quibus hic Valerius. Quippe qui ambo majores natu ipſo Catone erant, apud quem juvenes duo loqui introducuntur, nempe poſterior Africanus ac C. Laelius, inſigne amicorum par, cum ambo Scipiones fratres P. & L. jam defuncti fato eſſent. Hi commentatorum lapſus ex temporum ratione non conſiderata contingunt. GLAREAN. *Scipione Africano.* Harl. delet *Scipione.* Med. prim. *Africano.* deinde Copeſ. *vinctus erat.* & ſic Leid. ſept. Med. ſec. *Victus erat.*

5. *Ne provinciae ſors fratri ſuo erepta*] Nimis haec exaggerat auctor. Ex his enim verbis quivis intelligeret, ſenatum diffidentem virtute L. Scipionis voluiſſe extra ordinem illam provinciam Laelio decernere, ab eoque propoſito revocatum non fuiſſe, niſi precibus Africani. Quod multo aliter narrat Liv. L. xxxvii. 1. hoc modo. *Multum Laelius in Senatu poterat. Is quum Senatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe provincias conſules juſſiſſet, elegantius facturos dixit, ſi judicio patrum, quam ſi ſorti eam rem*

ciae ſors fratri ſuo erepta, ad eum transferretur: [6] legatumque ſe L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit; & major natu minori, [7] & fortiſſimus imbelli, & gloria excellens laudis inopi, &, quod ſuper omnia eſt, [8] nondum Aſiatico, jam Africanus. Itaque clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, [9] alterum dedit; [10] triumphique praetextam [11] hujus excepit, illius tradidit: [12] miniſterio aliquanto major, quam frater imperio.

2. Ann. urb. 272 Livius II. Dionyſ. IX. [13] M. vero Fabius conſul [14] inclyta pugna Etruſcis & Vejentibus ſuperatis, delatum ſibi ſummo ſenatus populique ſtudio triumphum ducere non

permiſiſſent. Scipio reſponſo ad hoc dato cogitaturum, quid ſibi faciendum eſſet, cum fratre uno locutus, juſſuſque ab eo permittere audacter ſenatui, renunciat collegae, facturum ſe quod is cenſeret. Quum res aut nova, aut vetuſtate exemplorum memoriae jam exoletae, relata, exſpectatione certaminis ſenatum erexiſſet, P. Scipio Africanus dixit, ſi L. Scipioni fratri ſuo provinciam Graeciam decreviſſent, ſe legatum iturum. Haec vox magno aſſenſu audita ſuſtulit certamen. Periz. *Ne prona conſors.* Med. *Ne prona cum ſors*, ſed expungitur *cum*.

6. *Legatumque ſe L. Scipioni in Aſiam iturum*] P. Scipio imperator jam fuerat, cognomenque Africani habebat. Nihilo tamen ſecius, ne fratri ejus L. Scipioni Graecia atque Aſia negaretur, eidem ſe legatum iturum profeſſus fuit. VORST.

7. *Et fortiſſimus, & belli gloria excellens, laudis inopi*] In Campenſi, Gemblacenſi, & Cauchiano haec ita; *Et fortiſſimus imbelli, & gloria excellens laudis inopi.* Venuſta collatione Africanum fratri praefert, PIGH. *Et fortiſſimus imbelli.* Ita è tribus codd. reſcripſit Pighius. Nec multo aliter unus cod. Brand. habet; videl. *fortiſſimus imbecilli.* Aldus edidit, *Fortiſſimus & belli gloria excellens laudis inopi.* Verum lectio prior ſine dubio praeferenda. VORST. Quod ante Pighium edebatur, illud in duodecim invenio ſcriptis. Leid. quart. cum Ultraj. ſec. *Et fortiſſimus imbecilli, & gloria excellens.* Etiam mihi placet, *Et fortiſſimus imbelli.* Et placuit, opinor, Perizonio, qui adſcripſit. ſic Liv. XLIV. 38. *Fortiſſimus imbellem vicerit.* pro *& natu major minori*, nonnulli Codd. *Et natu major juniori.* Guyeto bis *&* ante *major* & ante *gloria*, delendum videbatur, ſed fruſtra.

8. *Nondum Aſiatico*] Cum ſuperatus eſſet Antiochus, imperator L. Scipio nomen *Aſiatici* nactus fuit; quomodo frater Publius nomen *Africani* ſortitus fuerat, cum viciſſet Africam. VORST.

9. *Alterum dedit*] P. Scipio, cum nomen Africani virtute propria acquiſiviſſet, fecit, ut frater nomen Aſiatici adipiſceretur; dum eidem belli non adeo perito legatus ivit. VORST.

10. *Triumphique praetextum hujus accepit, illius tradidit*] Vult dicere, P. Scipionem unius triumphi, & ejus quidem, quem ipſe egit, praetextam ipſum excepiſſe; alterius autem, & quidem ejus, quem egit frater, praetextam eidem conciliaſſe. Sed *praetexta* an habitus fuit triumphantium? Scripſit ea de re Lipſius epiſtolam ad Nicol. Florentium. Barthius lib. XLII. Adv. c. 28. per praetextam indicari putat Scipionis modeſtiam, qui cultu ſenatorio etiam triumphans contentus fuerit. Senatorum enim habitum utique praetextam fuiſſe. Imo vere *praetextam* pro conſulari trabea dixiſſe Senecam cap. 19. de vitae brevit. Quin & triumphantium eundem plane habitum fuiſſe, qui fuit conſulum, quod quidem ad praetextam attinet, id apparere è verbis Livii, quae ſunt in libro ejus XXX. *Ibi Maſiniſſam primum regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli eburnea, ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem, neque magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatum eſſe.* Vide & Animadverſiones Barthii in Claudianum, pag. 51. VORST. *praetexta* ponitur hic pro veſtitu & cultu magno, ut nonnunquam apud poëtas accipitur. ſic Lib. VII. I. de Metello. *Speciosiſſimi triumphi praetextam largitus eſt.* Graevius ad Suet. in Tib. 17. monente Perizonio. Etiam de ornamentis atque inſigni-

non ſuſtinuit: quia eo proelio Q. Fabius, frater ejus, conſularis fortiſſime dimicans occiderat. Quantam in eo pectore [15] pietatem fraternae charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quam ampliſſimi honoris tantus fulgor extingui potuit?

Hoc exemplo vetuſtas, illo ſaeculum noſtrum ornatum eſt: cui conti- 3.
git [16] fraternum jugum Claudiae prius, nunc etiam Juliae gentis intueri Ann. urb. 744 Livius
decus. Tantum enim amorem princeps, parenſque noſter inſitum animo ult. Dion. LV. Plin.
fratris Druſi habuit, ut cum Ticini, quo victor hoſtium ad complecten- VII. 20. Tac. Ann.
dos III. 5.

ſignibus triumphi interpretatus eſt Salmaſ. ad Vopiſc. p. 406. Ed. Pariſ.

11. *Hujus excepit*] MSS. undecim cum Edit. Mog. & Mediol. *Hujus cepit.* Copeſ. *accepit.* Leid. ſext. *Excepit.* cur ſpretum eſt *cepit*? Ter. in Eun. II. 3. 78.

Capias tu illius veſtem.

12. *Miniſterio aliquanto major*] Ultraj. ſec. auctior. *Miniſterio fratris aliquanto major.*

13. *M. vero Fabius*] Liv. Lib. II. *Vejens hoſtis Hetruſcique eo magis propere agere*, quaſi dicat *principes Vejentes aliique Hetruſci.* Valerius invertit, *Hetruſcis & Vejentibus ſuperatis.* Quaſi Vejentes non ſint Hetruſci. Locus tamen apud Livium male habet in praecedentibus, quem jure increpavit Sabellicus. GLAREAN.

14. *Inclyta pugna Hetruſcis & Vejentibus ſuperatis*] Veteres libri obſcura veſtigia verae lectionis retinent. Suſianus enim & Atrebatenſis ita: *& amicis & Vejentibus.* Winchelianus aliique duo; *Et Amiclis & Vejentibus.* mendoſe ſemper. In Campenſi autem legitur, *& amiculis*, ſed corrigendum eſſe opinor, *& Aequicolis*, bellum enim tunc temporis continuum fuiſſe cum Aequis etiam, ex Livii & Dionyſii hiſtoria conſtat; cum Etruſcis tamen cruento illo proelio fuiſſe pugnatum jam dicti quoque ſcribunt. PIGH. *Etruſcis & Vejentibus.* Lib. Danielis: *Et amicis & Vejentibus.* Forte legendum: *Etruſcis Vejentibus.* Sed Oroſius quoque *Vejentes & Hetruſci* lib. II. capite 4. COLER. *Etruſcis & Vejentibus ſuperatis.*. Ita Aldus & Chalcocondyles. Et retinuit eadem Pighius. Sed monet tamen, in quibuſdam codd. eſſe *& amicis & Vejentibus*; in aliis *& Amiclis & Vejentibus*; in uno denique *& amiculis:* putatque legendum eſſe *& Aequiculis*; quia tunc temporis continuum bellum Romanis cum Aequis fuerit, ut ex Livio & Dionyſio conſtare poſſit. Codicum Brandeb. unus *amiculis*, alter *amicis* habet; quomodo vetus quoque editio Mart. Herbip. VORST. Uterque Ultraj. & Ed. Mog. *Et amicis.* Leid. quint. & Barb. prim. *& amiclis.* ſext. *Amiclis.* quart. *Et Amiclis in Vejentanis.* prim. *Amideis & Vehientibus.* Med. ſec. *Et Amiculis.* Med. prim. Harl. Bit. ſec. *Et Aruncis & Vejentibus* Leid. tert. *Aruncis & Vejentanis.* Periz. *& Ernicis.* Certe cum *Auruncis*, & cum *Hernicis* frequentia ſatis bella Romanis fuiſſe nemo ignorat, ut poſſit videri alterutrum nomen ab auctore fuiſſe profectum. Quin tamen cum Etruſcis & Vejentibus hoc bellum geſtum fuerit, non eſt dubium, diſerte nimis hoc narrante Livio L. II. 46. & Dion. Hal. L. IX. 13.

15. *Pietatem fraternae charitatis*] Bit. prim. *Fraternae pietatis charitatem.* Cop. *pietatem fraternae pietatis.* poſtea MSS. ſeptem & Ed. Mog. *Ampliſſimi honoris fulgor exſtingui potuit.* deleto *tantus.* Med. ſec. *Exſtinctus eſt.*

16. *Fraternum jugum*] Alibi dixit *aequali jugo.* Paulinus ad Auſonium:

——— *vix Tullius & Maro tecum ſuſtineant aequale jugum.*

Theocritus alicubi: ἴσῳ ζύγῳ. COLER. *Fraternum jugum Claudiae prius, nunc etiam Juliae. Jugum* vocat mutuum & aequalem amorem Tiberii Neronis & fratris ejus Druſi. *Gentem Claudiam* autem, ac *Juliam*, fratres eos vocat, quia ex gente Claudia, patre quidem Tiberio Nerone, Appii Claudii Caeci filio, nati; cumque hujus uxorem Liviam Octavius Caeſar duxiſſet, ab hoc adoptati, inque gentem Juliam, in quam Octavius & ipſe aſcitus per adoptionem fuerat, aſciti fuerunt. VORST. Graviſſime errat Vorſtius, dum tradit Tiberium & Druſum natos patre Tiberio Nerone filio Appii Caeci. PERIZON. Quis ad talem errorem non obſtupeſcat? quum Appius

 ille

dos parentes venerat, gravi illum & [17] periculoſa valetudine in Germania fluctuare cognoſſet, [18] protinus inde metu attonitus erumperet. [19] Iter quoque quam rapidum & praeceps velut uno ſpiritu corripuerit, eo patet, quod Alpes Rhenumque transgreſſus [20] die ac nocte [21] mutato ſubinde equo, [22] ducenta millia paſſuum, per modo [23] devictam barbariem, [24] Antabagio duce ſolo comite contentus, evaſit. [25] Sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumque [26] frequentia deſectum, ſanctiſſimum pietatis numen, & dii fautores eximiarum virtutum, & [27] fidiſſimus Romani imperii cuſtos Jupiter comitatus eſt. [28] Druſus quoque, quamquam fato jam ſuo, quam ullius officio propior erat, vigore

ille Caecus longe plus quam ducentis annis patrem Tiberii & Druſi anteceſſerit. In fraudem induxit incautum Vorſtium Oliverius. Qui dicit, Eos prius natos e Claudia gente ex Tiberio Nerone Appii Caeci filio. Sed errat praeterea Vorſtius explicans *fraternum jugum*, mutuum & aequalem amorem Tiberii Neronis & fratris ejus Druſi. Quum ipſum *par fratrum* ſignificet. ut Cic. Phil. XI. 2. *Quaſi vero non unum idemque bellum ſit contra hoc jugum impiorum nefarium.* ubi bene explicuit Ferrarius. ſic ζεῦγος τρυγόνων in Euang. Lucae. II. 24. *Jugum boum.* Noſter VII. 1. 2. Curt. VII. 8. 17. Sed de his proprium eſt, unde ad cetera transfertur.

17. *Periculoſa illum valetudine in Germaniam fluctuare*] Epitome lib. CXL. Livii: *Ipſe* (Druſus) *ex fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, trigeſimo die quam acciderat, mortuus eſt.* Veteres typis expreſſi habent *in Germania*; & unus quoque cod. MS. Brand. Pighius tamen maluit *in Germaniam*; ex libris itidem MSS. credo. Quod ſane nec ſine exemplo eſſet. Vide ſupra Notas ad 1. 6. 3. VORST. omnes MSS. noſtri nabent *in Germania.* Quod nihil admonens mutavit Pighius. Multi ſcribunt *Valitudine.* item pro *cognoſſet*, *cognoſceret*, vel, *cognoviſſet.* *In Germania* reſcribebant Guyetus & Gudius.

18. *Protinus inde metu attonitus erumperet*] MSS. Uundecim cum Ed. Mog. *Protinus idem metu attonitus.* Leid. ſec. *Protinus inde mentem attonitus.* Quod forſan non fuerat ſpernendum. Leid. quart. *Erumpens.*

19. *Iter quoque quam rapidum & praeceps*] Harl. *Idem quoque rapidum iter & praeceps.* Leid. ſec. *Idem quoque quam rapidum inter & preces.* Periz. & Coneſ. *Iter quoque quam rapidum quam & praeceps.* Unde conjeceram auctorem ſcripſiſſe. *Idem quoque quam rapidum iter & quam praeceps.* Sed jam minus arridet illud *idem*; certe ſupervacuum eſt. Repetitio tamen *&* *quam* haud inelegans videtur.

20. *Die ac nocte*] MSS. Cop. Ultraj. ſec. Med. prim. Leid. tert. & quart. *Die ac noctu.* Vide L. 1. 4. 4. Periz. ad Sanct. Min. L. 1. 9. 3. Sed nimis antiquus ille ablativus, quam ut hic admitti poſſit. Plin. quoque *Nocte ac Die*, uno videlicet.

21. *Mutato ſubinde equo*] Plinius: *tribus vehiculis.* Id eſt, tribus equis. De eodem illud memorabile: *Druſum fratrem in Germania amiſit, cujus corpus pedibus toto itinere praegrediens, Romam uſque pervexit.* Suetonius in Tiberio COLER. Mihi nequaquam idem videtur *tribus vehiculis* & *tribus equis.* vehiculis proprie dictis uſus, credo, fuit Tiberius, illis videlicet. quae modicis intervallis per militares vias diſpoſuerat Auguſtus, quo celerius, & ſub manum annunciari cognoſcique poſſet, quid in quaque provincia gereretur. Suet. in Aug. c. 49.

22. *Ducenta millia paſſuum*] Ante Pighium legebatur, *Ducentis millibus paſſuum.* ut eſt in Harl. Sed reliqui cum Ed. Mog. favent emendationi Pighianae.

23. *Devictam barbariem*] ſic correxit Pighius; ſcripti tamen fere cum antiquitus editis, *Barbariam* exhibent.

24. *Antabagio duce*] MSS. octo *Namantabagio*, vel *Nam Antabigio.* Harl. *Nabantabagio.* Ultraj. prim. *Naucabagio.* Leid. prim. *Antabio.* Mog. Ed. *Antabagio.* & ſic ceterae. Sed Mediol. *Autabagio.*

25. *Sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum*] Harl. uterque Bit. Med. Ultraj. & Barb.

gore ſpiritus, & corporis viribus collapſus, 29 eo ipſo tamen, quo vita & mors diſtinguitur, momento, *legiones cum inſignibus ſuis fratri* 30 *obviam procedere* juſſit, *ut imperator ſalutaretur*. Praecepit etiam 31 *dextra in parte praetorium ei ſtatui, & conſulare & imperatorium nomen obtinere* voluit. Eodemque tempore, & fraternae majeſtati ceſſit, & vita exceſſit. His ſcio equidem nullum aliud 32 quam Caſtoris & Pollucis ſpecimen conſanguineae charitatis convenienter adjici poſſe.

Sed omnis memoriae clariſſimis imperatoribus profectò 33 non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem ſuum pietas huic voluminis parti ad- 4. Ann. urb. 666. Livius LXXVII.

Barb. primi *cum maximo*. Quaſi eſſet ex *cum maxime*.

26. *Frequentia defectum*] Lib. Danielis *Adfectum*. An reſcribendum? *Mortaliumque infrequentia adfectum*. Sed vulgata lectio per me ſtare poteſt. *Defectus frequentia* dictum, ut *defectus annis* apud Phoedrum & *defectus pilis*. de quibus copioſe nuper Nic. Rigaltius. cujus benedictis addo illud ex vetere Juvenalis interprete Terentianum: *Uſque ambo defecti ſumus*. non, ut vulgo *defeſſi ſumus*. COLER. *Mortaliumque frequentia defectum*. Liber P. Dan. ut Colerus notat, *frequentia affectum*. Et ſic unus quoque cod. Brand. habet. Suſpicatur ergo Colerus, legendum eſſe *infrequentia affectum*. Verum *frequentia defectum* omnes veteres typis expreſſi habent; & unus quoque Brandeb. MS. Eſt autem *defectus* pro *deſtitutus*. Ut ſup. v. 4. ext. 6. *loquendi uſu defectus*. VORST. Harl. *Mortalium quoque frequentia*. Leid. quart. & ſept. *affectum*. ut in libro P. Danielis invenit Colerus, ſed mendóſe. Frequens dictio *defectus aliqua re*. Vide Notas Virorum doctorum ad Phaed. L. I. 21.

27. *Fidiſſimus Romani imperii cuſtos*] MSS. novem cum Ed. Mog. *Fideliſſimus*.

28. *Druſus quoque quamquam fatò jam ſuo, quam ullius officio propior erat*] Poſtquam expoſuerat amoris indicia, & officia Tiberii in Druſum, nunc quid a ſua parte Druſus fecerit, quamquam morti jam proximus narrat, & quibus officiis exceperit Tiberium. Omnino igitur legendum eſt, *quam ulli officio*. hoc ſenſu. *Quamvis fato ſuo jam propior quam ut ullum officium poſſet praeſtare, deque eo cogitare*, tamen juſſit legiones fratri obviam procedere, imperatorem ſalutare &c. PERIZON. Idem in mentem venerat Guyeto. MSS. faciunt ut dubitem, an recte. Quippe uterque Med. cum Leid. prim. & quint. ſext. ſept. Cop. habent, ut ante Pighium legebatur, praeterquam in Mog. *illius officio*. in qua nimis diſerta eſt oppoſitio inter *ſuo* & *illius*, quam ut negligi debeat; ſignificat, quamquam *fato ſuo* propior eſſet, quam ut de officio *illi*. i. e. fratri praeſtando poſſet cogitare.

29. *Eo ipſo tamen*] Eſt, in quo deſiderantur *ipſo tamen*. in Bit. ſec. ſolum *tamen*.

30. *Obviam procedere juſſit, & ut imperator ſalutaretur, praecepit, & in dextra parte praetorium ei ſtatui*] Haec meliore ordine in manuſcriptis; *Obviam procedere juſſit, ut imperator ſalutaretur. Praecepit etiam dextera in parte, &c.* PIGH. Diſtinguendus aliter locus. *Leg. fr. ob proc. juſſit, & imp. ſal. praecepit. Etiam dextra in parte &c. voluit*. PERIZON. Med. ſec. *conſalutaretur*.

31. *Dextra in parte*] MSS. octo *dextram in partem*. deinde Barb. prim. *Adduci*, Med. prim. *adduci*. Harl. *adipiſci poſſe*.

32. *Quam Caſtoris & Pollucis ſpecimen*] Alludit ad fabulam, quod unus eorum jam immortalis, alterum adhuc mortalem immortalitatis ſuae participem facere voluit. Virgilius VI. Aen.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. VORST.

Etiam haec ex Oliverio deſcripta ſunt.

33. *Non erit ingratum*] Plerique ſcripti hoc ordine *Ingratum non erit*. Item *Huic parti voluminis*. Poſtea Copeſ. *Jacentemque deſpoliaret*. ut apud Cic. L. III. in Verr. 21. *Dux iſti quondam & magiſter ad deſpoliandum Dianae templum fuit*, Verum hic non opus eſt verbo, cujus aucta eſt per praepoſitionem *de* ſignificatio; & milites occiſos a ſe hoſtes *ſpoliare* potius dicuntur, quam *deſpoliare*, quod praedatoribus videtur.

adhaeſerit. Is namque in caſtris Cn. Pompeji ſtipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius ſibi in acie inſtantem cominus interemiſſet, jacentemque ſpoliaret: ut fratrem germanum eſſe cognovit, multum ac diu [34] convitio deos ob donum impiae victoriae inſecutus, prope caſtra transtulit, & pretioſa veſte opertum, rogo impoſuit. Ac deinde ſubjecta face, protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus ſuum transverberavit: ſeque ſuper corpus fratris proſtratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiae beneficio innocenti vivere: ſed ut ſua potius pietate, quam aliena venia uteretur, comes fraternae neci non defuit.

tur magis convenire. Vulgo ante Pighium. *In aciem inſtantem* non probantibus MStis pleriſque.

34. *Convitio deos ob donum impiae victoriae inſectatus*] Copeſ. *convicio ſuperos.* pro *Inſectatus* vero habet *inſecutus*, cum decem aliis ſcriptis codicibus & omnibus ante Pighium Editis, quod revocavi. Cic. pro Sulla C. 29. *Vitae ejus turpitudinem in ſummis ejus periculis non inſequebantur.* Pro Sextio c. 11. *Hi non modo negando, ſed etiam irridendo ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebantur.* Nepos. in Att. c. 9. *Familiares inſequebantur, uxorem Fulviam omnibus rebus ſpoliare cupiebant.* Eſt enim *inſequi* quaſi ad puniendum, & ulciſcendum perſequi. ut bene explicuit Graevius ad Flor. L. 1. 10. 8.

CAPUT VI.

DE PIETATE ERGA PATRIAM.

1. *L. Junii Bruti primi Cos.*
2. *M. Curtii eq. Rom.*
3. *M. Genutii Cipi praet.*
4. *Q. Aelii Peti praetoris.*
5. *P. Decii Q. F. Cos.*
6. *P. Decii P. F. Cos.*
7. *P. Africani majoris.*
8. *Civium Romanorum.*

EXTERNORUM.

1. *Codri regis Athenienſium.*
2. *Thraſybuli Athenienſis.*
3. *Themiſtoclis Athenienſis.*
4. *Philaenorum fratrum.*
5. *Ariſtotelis Stagiritae.*

Arctiſſimis ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit: reſtat nunc ut patriae exhibeatur. Cujus majeſtati, etiam illa, quae deorum numinibus aequatur, auctoritas parentum [1] vires ſuas ſubjecit: fraterna quoque caritas

1. *Vires ſuas ſubjicit*] Hieroc. *ἐστὶ γὰρ ὡσανεὶ δεύτερός τις θεὸς αὕτη νὴ Δία, πρῶτος καὶ μείζων γονεύς.* Cicero patriam antiquiorem parentem, id eſt, majorem appellat lib. 1. De Republica, quem locum quia in Parergis minus curatum dedi, una nunc fidelia duos parietes dealbabo: *Sed quoniam plura beneficia continet patria, & eſt, ut ita dicam, antiquior parens, quam is qui creavit: major profecto ei, quam parenti debetur gratia.* illa verba (*ut ita dicam*) conſulto adjeci, quae in vulgatibus Nonii editionibus deſiderantur. Sic idem Cicero 11. de Natura Deorum: *Seminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator atque altor eſt*

tas [2] aequo animo ac libenti cedit; ſumma quidem cum ratione. [3] Quia everſa domo, intentatus reip. ſtatus manere poteſt: [4] urbis ruina, penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt. Verum quid attinet verbis iſta complecti? quorum tanta vis eſt, [5] ut aliqui ea ſalutis ſuae impendio teſtati ſint.

Brutus conſul primus [6] cum Arunte Tarquinii Superbi, regno expulſi, filio in acie ita equo concurrit, ut pariter illatis haſtis, [7] uterque mortifero vulnere ictus exanimis proſternetur. [8] Merito adjecerim populo Romano libertatem ſuam magno ſtetiſſe.

I. Ann. urb. 244. Livius II. Dionyſ. V. Plutarch. Poplicola.

[9] Cum

eſt mundus. Reliqua in Parergis capite 34. COLER.

2. *Aequo animo ac libenti*] complures MSS. ut eſt in editis ante Pighium *aequo animo ac libenter cedit.*

3. *Quia everſa domo interdum reip. ſtatus manere poteſt*] Aliqui codices, *interdum*, omittunt, ac vera Cauchiani libri eſt lectio; *Quia everſa domo intemptatus reip. ſtatus manere poteſt.* In Atrebatenſi & Gemblacenſi quidem incorrecte habetur, *Inteſtatus reip. ſtatus*, ſed veteris lectionis aliquam notam prae ſe fert vox, *inteſtatus*; licet mendoſa. PIGH. *Quia everſa domo, intemptatus reip. ſtatus manere poteſt.* Placuit ita tibi Pighi, è Cauchiano. At in duobus meis eſt, *interdum proprius reip. ſtatus.* non male certe. Quod ſi Cauchiana ſcriptura praeferenda eſt: malim ex ea tamen, *intemeratus.* LIPS. *Intentatus.* Lipſius ex duobus veteribus: *Interdum proprius.* In edit. Veneta: *Interdum Reipublicae.* Haeſito. COLER. *Everſa domo intentatus reip. ſtatus manere poteſt. Intentatus* ſcripſit Pighius, cum in cod. Cauchiano reperiſſet *intemptatus*; & in duobus aliis *inteſtatus.* Lipſius malit *intemeratus.* Ceterum veteres typis expreſſi & Brand. MSS. habent ſic, *Everſa domo interdum reip. ſtatus manere poteſt.* VORST. omnes mei codices retinent *interdum*, Leid. tert. & quart. ut in duobus Lipſianis erat addunt *proprius.* in MSS. vero cum fere ſcribatur *int'duȝ*, cogitavi an non rectius inde refingeretur. *Intactus.* Quod ſaepe pro *integro*, nulla parte imminuto, aut violato ponitur. Curt. L. IX. 7. 13. *Intactis viribus jugum excipere.* Hor. L. III. 24.

Intactis opulentior

Theſaurus Arabum, & divitis Indiae

4. *Urbis ruina penates omneis ſecum trahat neceſſe eſt*] Lege ex v. c. *Penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt.* PIGH. *Penates omnium.* Ita è codd. MSS. emendavit Pighius. Nec aliter habent codd. Brand. Aldus ediderat *penates omnes.* VORST. *Omnium* omnes ſcripti noſtri praeter Ultraj. prim. *omnium*, habet quoque Mog. & Mediol.

5. *Ut aliqui ſalutis ſuae impendio teſtati ſint*] In Cauchiano aliiſque, *Ut aliqui ea ſalutis ſuae, &c.* Melius. PIGH. Omittunt *ea* omnes, quas inſpexi, editiones. Praeterea MSS. undecim habent. *Ut alii ſalutis ſuae impendio teſtati ſint.* & ſic Ed. Mog.

6. *Cum Arunte Tarquinii ſuperbi regno expulſi filio in acie ita equo concurrit*] Malim *Arunte Tarquinio ſuperbi &c. filio.* Deinde MSS. lectio haec eſt. *In aciem ita concurrit* Non male forſan, quamvis etiam exiſtimari poſſit *equo* excidiſſe propter ſequens *con.* PERIZON. *Equo*, deſideratur etiam in plurimis & optimis MSS. atque Ed. Mog. & Mediol.

7. *Uterque mortifero vulnere ictus*] Quatuor veteres libri *mortifico vulnere*, legunt. Sic à Virgilio dictum *Vulnificuſque chalybs.* Aeneid. VIII. PIGH. *Mortifero vulnere.* Ita veteres typis expreſſi, & Brand. MSS. Pighius in aliquot MSS. reperit *mortifico vulnere:* itaque & ſcribendum putavit. Verum quia *mortiferum* uſu receptum; *mortificum* autem alibi vix reperitur, tutius retineri putem prius. VORST. In MSS. decem eſt *mortifero.* Periz. Barb. ſec. Med. prim. Leid. prim. & Ed. Mog. *Mortifico.* Ut admodum dubitem, an merito illud ex hoc uno loco inter proba retulerit Cellarius in curis poſterioribus p. 287. certe, niſi aliunde probetur, non erit imitandum.

8. *Merito adjecerim*] Ita Pighius. Aldus ediderat, *merito objecerim:* quod fortaſſe & rectius. Certe uterque etiam cod. Brand. ita habet.

2. Ann. urb. 391. Livius VII. Oroſ. 3. 1. Aug. de Civ. V. 18.

9 Cum autem in media parte fori, vaſto ac repentino hiatu terra ſubſideret, reſponſumque eſſet, *ea re* [10] *illum* [11] *tantummodo compleri poſſe, qua populus Rom. plurimum valeret:* Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus Urbem noſtram virtute armiſque praecipue excellere, militaribus inſignibus ornatus, [12] equum conſcendit, eumque vehementer admotis calcaribus praecipitem in illud profundum egit. ſuper quem univerſi cives honoris gratia certatim [13] fruges injecerunt, continuoque terra [14] priſtinum habitum recuperavit. Magna poſtea decora in foro

bet. VORST. *Merito adjecerim Po. Ro. libertatem ſuam magno ſtetiſſe.* MS. *Objecerim.* & ſic quoque Brandebb. & Aldi editio. Ideoque dubitat Vorſtius an non retinendum ſit, quod plane cenſeo. Senſus verborum enim eſt. *Merito objecerim* Pop. Ro. qui nunc libertatem adeo contempſit & peſſundedit, eam tamen ipſam illi olim magno ſtetiſſe. clarius enim, utpote adulator, & qui vixit principatu Tiberii, libertatis contemptum exprobrare noluit, nec ejus interitum deplorare. ſic infra VI. 3. 4. pro *objecit* MS. habet *abjecit.* ſic alibi pro *obeſt* habet *abeſt.* ut appareat promiſcue haec ſcribi. ſic infra VI. 3. 1. *Quantum ergo odii adverſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum & tectorum ruinis teſtantur.* Ubi dum antiquos laudat ſatis oſtendit, quid ſentiat de ſui temporis neglectu libertatis, & ſic carpit triumviros L. VII. c. 3. 8. PERIZON. *Objecerim* habent etiam octo mei, & omnes editiones praeter Mog. Nihil tamen mutaverim.

9. *Cum autem in mediam partem fori*] *In media parte*, melius in manuſcriptis. PIGH. *Cum autem in media parte fori.* Quidam codices, inque iis Brandenburgenſes, *in mediam partem fori.* Atque ita Aldus ediderat. Neque eſt res ſine exemplo, quarto caſu motum quoque in loco deſignari. VORST. Quartum caſum retinent octo ex meis. Sed Ed. Mog. cum ceteris *in media parte.*

10. *Illam*] Liber Dan. *illum.* Intellige hiatum. COLER. *Ea re illum tantummodo compleri poſſe.* Ita correxi, cum Pighius & ceteri ipſius exemplo dediſſent. *Re illum tantummodo compleri poſſe.* Sed *ea* omittunt ſoli Ultrajectini cum Ed. Mog. duo Leid. *Illa re.* ceteri cum omnibus aliis edd. *ea re.* Scio pronomen demonſtrativum ex relativo ſatis intelligi. Hic tamen melius addi cenſeo. Bit. prim. *Hiatum compleri*, deleto *tantummodo.* Med. prim. *& terrae illum.*

11. *Illum compleri poſſe*] MS. *Illud* cum reſpectu ad ſenſum, ut paulo poſt *Praecipitem in illud profundum egit.* PERIZON.

12. *Equum conſcendit*] Barb. prim. Copeſ. *adſcendit.* & ſic Leid. quint. a prima manu. ſuperſcriptum eſt *con.* Deinde Copeſ. *Decora foro Romano.*

13. *Fruges injecerunt*] Quia Tellurem Cererem eſſe credebant. Hanc autem frugibus placabant. Ovidius II. Faſt. COLER.

14. *Priſtinum habitum*] Minutius: *Teſtis & Curtius, qui equi ſui vel mole vel honore hiatum profundae voraginis coaequavit.* Falſum igitur, quod Feſtus prodit, de lacu Curtio. COLER.

15. *Hodie*] Reſcribo ex libro Danielis, *Hodieque.* COLER. *Nullum tamen hodieque. Hodieque* ſcribendum putavit Colerus e cod. P. Dan. Habetque ita unus quoque cod. Brand. & vetus typis expr. Mart. Herbip. Alii, *hodie.* VORST. *Hodieque* habent etiam multi e meis. Leid. ſext. *hodie eſt quod.* Leid. tert. *hodie vel honore quod.* Pighius dederat. *Nullum tamen hodie quod pietate Curtii.* verum *quod* non agnoſcitur a MStis, ſi duos, quos commemoravi Leid. excipias. *Hodieque* habet etiam Ed. Mog. quod defendit ut aurea etiam aetate uſurpatum J. Fr. Gronovius ad Liv. L. v. 26. *Hodieque* etiam Perizonius probabat, deleto *quod.*

16. *Obverſatur exemplum*] Uterque Ultraj. & Leid. prim. *obſervatur.* quart. *obſervatum.* ſext. *obſervetur, al' obſervant vel obſervatum.*

17. *Genitio Cippo praetori*] Legendum, *Genucio Cipo.* Nam ita ſcribitur cognomen in argenteis bigatis antiquiſſimis M. CIPI. M. F. Vide Annales noſtros. Atque idem confirmant vetuſti codices, Atrebatenſis, Gemblacenſis & Colonienſis. PIGH. *Genucio Cipo.* Ita ſcribendum,

foro Romano fulſerunt: nullum tamen [15] hodieque pietate Curtii erga patriam clarius [16] obverſatur exemplum: cui principatum gloriae obtinenti conſimile factum ſubnectam.

[17] Genucio Cipo praetori paludato portam egredienti, novi & [18] inauditi generis prodigium incidit. 3. Namque in capite ejus ſubito [19] veluti cornua emerſerunt: Ann. urb. 515. Ovid. [20] reſponſumque eſt *regem eum fore, ſi in urbem revertiſſet.* Metamorph. xv. Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium. Plin. II. 37. Dignam pietatem, quae, quod ad ſolidam gloriam attinet, [21] ſeptem regibus praeferatur. Cujus teſtandae rei gratia [22] capitis effigies aerea, portae qua

dum eſſe; non *Cippo*, Pighius e duobus numis argenteis antiquiſſimis docet. Eſtque ita & in utroque cod. Brand. VORST. Vide & notas in Feſt. v. *Non omnibus dormio.* & Ant. Borremans. Var. Lect. C. 19. p. 245. PERIZON. *Cipo*, vel *cypo* habent plerique e noſtris. Nempe antiquiſſimis temporibus conſonantes non geminabant, unde poſteriores etiam *Cippum* dixiſſe fatetur Pighius in Annal. ad A. DXV. *Cipus* reſcripſit etiam apud Ovid. Nob. Heinſ. ad L. xv. Met. 565. MSS. fere *Genicio*, vel *Gemicio*.

18. *Inauditi*] Non plane inauditi. Cornutus etiam Actaeon fuerat, quem & Plinius adjungit Cippo. COLER.

19. *Veluti cornua emerſerunt*] In Campenſi & Atrebatenſi legitur *erepſerunt*. in aliis *eruperunt*. PIGH. *Namque in capite ejus ſubito veluti cornua emerſerunt.* Vacillant valde libri. Alii, *cornua eruperunt:* alii, *erepſerunt*. meus palam, *erexerunt*. nove, ſed vere. *Erexerunt*, abſolute ea forma dictum, qua ante notavi *direxerunt*. Sic *Minuerunt*, *Auxerunt*, *Sedarunt*, *Poſuerunt:* id eſt, minuta, aucta, ſedata, poſita ſunt, veteres paſſim dixere. LIPS. *Cornua emerſerunt.* Vere Lipſius ex libr. vet. *erexerunt*. pro erecta ſunt, ſurrexerunt. COLER. *Veluti cornua emerſerunt.* Ita Aldus. Alii codd. interque hos Brandenburgenſes, *erepſerunt*. In quibuſdam eſt & *eruperunt*. Denique Lipſius in uno reperit *erexerunt:* quod ille dictum putat pro *erecta ſunt*. VORST. MS. *Erexerunt*. Quomodo in ſuo etiam invenit Lipſius & probat. Sed quia in multis eſt *Erepſerunt*, & ſaepiſſime in hoc codice *x* pro *ſ* ſcribitur, credo *Erexerunt*, ex *Erepſerunt* eſſe ortum, itaque legendum. *Erepſerunt in capite*, ut apud Liv. XLIII. 13. *Palma enata in area*, & dein, *in impluvio*. PERIZON. Uterque Ultraj. Bit. ſec. Barb. prim. Med. ſec. Leid. ſext. Ed. Mog. *Erepſerunt*. Bit. prim. *Repſerunt*. Leid. ſec. Periz. *Erexerunt*. in quinto eſt *erepſerunt*; & expunctis prioribus literis ſuperſcribitur *Emerſ.* Leid. ſept. *Erepſerunt*, al' *Eruperunt*, al' *emerſerunt*. Leid. prim. *Eruperunt*. Med. prim. *Erumperunt*. Si *Eruperunt* pluribus niteretur codicibus, poſſit illud prae ceteris placere. Sic Sil. Ital. L. XIII. 332. *Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte.* Verum ad eum locum N. Heinſius cenſet, hic emendandum *erepſerunt*, vel *ſe exſeruerunt*. *Erepere* licet maxime dicatur, de iis, qui per ardua & confragoſa, vel lento gradu procedunt, ut liquet ex locis a J. Fr. Gron ad Sen. in Phoen. v. 112. & Drakenb. ad Sil. L. III. 528. citatis, hic tamen commode de his cornibus dici poteſt, quae clam ipſum Genucium ex fronte ejus erant enata. Certe huic correctioni favet maxima & optima MSS. pars.

20. *Reſponſumque eſt regem eum fore*] Med. prim. delet. *Eum*. Nec ſi alii Codices adſtipularentur, multum deſideres.

21. *Septem regibus praeferatur*] Leid. prim. *ſeptem regibus praeferatur gloriae.* quam vocem credo adhaeſiſſe e gloſſa alicujus explicantis τὸ *ſeptem regibus* i. e. gloriae ſeptem regum. Forma dicendi ſimilis eſt apud Juſt. L. I. 7. 14. *Fuere Lydis multi ante Croeſum, reges variis caſibus memorabiles; nullus tamen fortunae Candauli comparandus.*

22. *Capitis effigies aereae portae, qua exceſſerat, inluſa eſt, dictaque Rauduſculana, quod olim rauda aera dicebantur*] In Cauchiano & Campenſi; *Capitis effigies aerea.* Recte. non enim aerea fuit porta, ſed aere vincta, ut ait Feſtus, vel aerata, ſicut Varro. Huic aſtipulatur Ovidius:

Cornuaque aeratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt.

 Me-

qua exceſſerat incluſa eſt: dictaque [23] *Rauduſculana*, [24] quod olim aera *raudera* dicebantur.

[25] Genucius laudis hujus, qua major excogitari vix poteſt, ſucceſſionem [26] Aelio

Metamorphoſ. xv. *Aes infectum* ait Cincius de verbis priſcis *ruduſculum* dici. *Jacuiſſe apud aedem Apollinis aes conflatum, id autem rudus appellaſſe veteres.* M. Varro quidem & Feſtus aes omne *raudus* vel *rodus* appellari, & in aeſtimatione cenſoria aes infectum *rudus.* Jam vero Valerius noſter, ut vulgo legitur, olim *aera rauda* dici ſolere ſcribit: ſed manuſcripta exemplaria uno conſenſu *raudera* produnt; Quam optime. Fruſta enim aeris, aut etiam aſſes, ſignative nummi aerei, *raudera* vel *rudera* vocarunt antiqui; quod Livii auctoritate probabo; nam lib. xxvi. *Aeris acervi* (inquit) *quum rudera milites religione inducti jacerent, poſt profectionem Annibalis magni inventi.* Non refragor, *rauda* etiam hic legi poſſe; ſed conſenſus exemplarium nonnihil hic vincere videtur. PIGH. *Aereae.* Lego: *aeratae.* Ovidius libro decimoquinto Metamorph.

Cornuaque aeratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt, longum manſura per aevum.

Vulgo & quod miror in edit. Antverpiana excuditur: *auratis.* Ea porta & Rauduſcula dicta Varroni libro IV. de L. L. Feſto Rauduſculana, quod raudo, id eſt aere vincta. Vetus Gloſſarium: *Raudus* Βῶλος, χῶμα, καὶ χαλκὸς ἀνέργαστος, καὶ γῆς σωρός. COLER. *Capitis effigies aerea.* Ita legendum docuit Pighius; non, ut Aldus ediderat, & quidam codd. habent, *aereae:* ut referatur hoc ad *portae*, quod ſequitur. Habet quoque ita editio Chalcocond. Porta ipſa non *aerea* fuit; ſed *aerata*, ut Varro, & *aere vincta*, ut Feſtus ait. Colerus non quidem *aereae*, ſed *aeratae* tamen legere velit; ut ſcil. ad portam id referatur: quia Ovidius l. xv. Metam. eadem de re agens *aeratos poſtes* vocet, iiſque cornua inſculpta dicat. VORST. Periz. & Leid. quint. habent *Effigies aerea.* Ceteri *effigies aereae portae, qua exceſſerat.* Jam vero cum ipſos *poſtes aeratos* dicat Ovidius, Varro *portam aeratam*, & ea nomen habeat *ab aere*, videtur omnino melius ipſa *porta aerea* dici, quam effigies; quae ſi ſola ex aere fuerit in illa porta, mirum eſt eam dictam fuiſſe *Rauduſculanam* i. e. aeream. Nam ipſa *porta Rauduſculana* fuit dicta, non effigies ejus, ut quivis ex Valerii verbis uti vulgo leguntur, conjiceret. Quis enim illa duo, *incluſa eſt; dictaque* ad idem non referet ſubjectum? Ego ſic exiſtimo, portam illam aere fuiſſe ornatam, & inter alia ornamenta praecipuum fuiſſe, & maxime inſigne caput Cipi. Unde, quod haec praeter ceteras portas aere effulgeret, illud nomen illi adhaeſerit, Lego itaque. *Capitis effigies aereae portae, qua exceſſerat, incluſa eſt, dicta quae Rauduſculana, quia olim aera raudera dicebantur.* Pro *Rauduſculana*, MSS. *Roduſculona; Roduſculana, Roduſcolana, Rauduſcolona, Ruduſculana.*

23. *Rauduſculana*] Feſtus: *Roduſculana porta videtur appellata, quod rudis & impolita ſit relicta; vel, quia aere vincta fuit, nam aes, ut Varro ait in lib. antiquitatum, raudus dicebatur.* VORST.

24. *Quod olim aera raudera dicebantur*] Congruit plane cum Varrone. Ex hoc enim Feſtus, ut modo oſtendimus, non ipſius tempore Varronis, ſed antea ita dictum fuiſſe, declarat voce *dicebatur.* Vide & verba Cincii apud Feſtum. VORST. *Quod* in compluribus deeſt MSS. qui etiam fere omnes *dicebatur* exhibent. Multi *erarandera*, Harl. *Ea raudera.* Bit. ſec. *ara raudera.* Barb prim. *acrandera.* Leid. quint. *Herandera*, al *Hexandora.* Vulgatae ante Pigh. edd. *rauda aera dicebantur.* Sed Mog. *olim autem Ernnidora dicebatur.* Ven. 1478. *Dictaque Rauduſculana, olim raudaera dicebatur.* Aſcenſ. *Quod olim rauda ara dicebatur.* Cl. Perizonius adſcripſit margini libri ſui. *Liv. ubi Hannibal Romam deſerit.* Reſpexit credo haec Livii verba ex L. xxvi. 11. *Aeris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, poſt profectionem ejus magni inventi.*

25. *Genitius laudis hujus ſucceſſionem Aelio praetori tradidit*] In Campenſi, Wincheliano, Gemblacenſi, Colonienſibus & Atrebatenſi ſuppletur locus truncatus hoc modo; *Genutius laudis hujus, qua maj r excogitari vix poteſt, ſucceſſionem Aelio praetori tradidit.* Quae verba librarios quoſdam ſcribendi taedio praeteriiſſe opinor. PIGH. *Qua major.* Verba illa: *Qua major excogitari vix poteſt* in perantiquo & optimo libro Danielis inducta & circumſcripta eſſe teſtor. Quid quod & in edit. Veneta prorſus ſunt omiſſa. Erunt ergo ab inepto aliquo librario, cujus impudentia major excogita-

[26] Aelio praetori tradidit. [27] Cui jus dicenti cum in capite picus conſediſſet, [28] aruſpexque affirmaſſet, *conſervato eo fore* [29] *domus ipſius ſtatum feliciſſimum, reip. miſerrimum; occiſo,* [30] *in contrarium utrumque ceſſurum:* [31] eveſti- Ann. urb. 534. Plin. x. 8. Front. 4. 5.

gitari non poteſt. COLER. *Laudis hujus, qua major excogitari vix poteſt.* Verba *Qua maj. excog. vix. pot.* reſtituit Pighius ex pluribus codd. MSS. cum Aldus & Chalcoc. omiſiſſent. Brandenburgenſes habent itidem; ſed nonnihil corrupta tamen, & quidem hoc modo, *Qua aliorum excogitari vix poteſt:* quomodo vetus quoque editio Mart. Herbip. habet. Unde conjicio veram lectionem eſſe *qua alia major excogitari vix poteſt.* Comparativis ſaepe *aliud* adjicitur. Ut *Fama malum, quo non aliud velocius ullum.* VORST. *Qua major excogitari vix poteſt.* Haec deſiderantur in Leid. tribus, Bit. ſec. Med. prim. Ceterum Ultraj. uterque & Periz. cum quinque aliis. *Quam aliorum excogitari vix poteſt.* Leid. ſept. *Quam quae aliorum*, quemadmodum in Ultraj. ſec. *que* ſuper *quam* erat adſcriptum. Mog. Ed. *que aliorum.* An fuit, *Qua major aliorum excogitari vix poteſt?* ſed non opus mutatione.

26. *Aelio praetori*] Hunc praetorem Plin. Lib. x. c. 18. L. Tuberonem vocat. Frontinus autem Lib. IV. Strategematum cap. 5. *Caelium.* nonnulli *Laelium.* Sed haud dubio errore codicum. Integra denominatio erat *L. Aelius Tubero.* Ex *L. Aelio Laelium* fecerunt, omiſſo in medio puncto, ut fieri ſolet. Quod etiam in numiſmatis L. Aelii Caeſaris vidimus, quem Hadrianus imperator ſibi adoptaverat, *Ceionium* antea dictum. Idem Plin. L. II. cap. 37. non longe ab initio *Genucium* hunc *Cippum*, cujus hic fit mentio, fabuloſum ait, ut apud Graecos Actaeona. Ovidius ſane Libro ultimo inter μεταμορφώσεις meminit. GLAREAN. *Aelio praetori tradidit.* MSS. ſex cum Mog. *tradit.* Propemodum omnes hoc ordine, *Tradidit Aelio praetori.*

27. *Cui jus dicenti, cum in capite picus conſediſſet*] Bona item priſca lectio, *Cujus jus dicentis.* LIPS. *Cui jus dicenti.* Lipſius concinne: *cujus jus dicentis.* COLER. *Cui jus dicenti cum in capite picus conſediſſet.* Notat Lipſius, veterem quendam cod. habere *cujus jus dicentis:* quam lectionem probat & in textum recipit Colerus. Et congruit fere unus cod. Brandeb. in quo eſt *cujus dicentis.* Mihi tamen altera lectio magis placet; quod *cujus-jus* κακοφωνίαν habere, eamque Valerius vitare voluiſſe videatur. Ceterum pro Genitivo ſubinde Dativum uſurpari notum eſt. Ut *Natura tu illi pater es.* Et *Crus ei fractum eſt.* De quibus & Priſcianus monuit. VORST. Sunt qui delent *jus*, alii *cujus dicentis.* pars *cujus jus dicentis*, ſed plures & meliores *cui jus dicenti*, quod praefert etiam Ed. Mog. & videtur probaſſe Perizonius, adſcripſit enim Tennulium male deletum velle *jus* apud Frontinum, & *cujus* haud dubie ortum videri ex *cui jus*, citatque Varronem L. III. de Vita Pop. Rom. apud Non. Marc. in v. *Picumnus* p. 518. *Et ſedens in ſella curuli jus diceret populo.*

28. *Aruſpiceſque affirmaſſent*] Sic dedit Pighius, ſequentibus eum ceteris, & habet ita Ultraj. prim & pro varia lectione Leid. ſept. Reliqui MSS. omnes cum omnibus editis *Aruſpexque adfirmaſſet*, niſi quod Leid. quart. cum Periz. *confirmaſſet* ſcribunt. Itaque cur abiretur a recepta lectione, cauſſa idonea non erat. Nam quod Plin. dicit *vates reſpondiſſe*, & Frontinus *Aruſpices*, id non vetat, quo minus de uno locutus fuerit noſter. Sic Vellej. L. II. 57. 2. *Haruſpices praemonuiſſe Caeſarem, ut diligentiſſime Iduum Martiarum caveret diem.* cum Suet. in Jul. c. 8. dicat. *Et immolantem haruſpex Spurinna monuit.*

29. *Domus ipſius ſtatum feliciſſimum*] Veteri, *factum fideliſſimum.* probem, *fatum feliciſſimum.* LIPS. *Statum feliciſſimum.* Lipſius in quodam cod. reperit *factum fideliſſimum.* Unde legendum conjicit *fatum feliciſſ.* Et ſane *fatum* diſerte uterque cod. Brandeb. habet. VORST. *Fatum* invenio ego etiam in noſtris novem. Barb. prim. *factum:* ex quibus ſeptem habent *fideliſſimum.* Sed undecim *Fore ipſius domui.* Unde Moguntiae quoque editum eſt. *Fore ipſius domui ſtatum feliciſſimum.* Quod ferri poteſt. poſtea quatuor ſcripti, *Pico occiſo.*

30. *In contrarium*] Aliter Plinius: *Reſpondere vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Praetori. Et ille autem protinus concerpſit.* Ubi tranſiens emendo: *Et ille avem protinus.* Sic Valerius: *Eveſtigio picum morſu.* COLER.

31. *Eveſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necavit*] Mira profecto res, quod morſu potiſſimum hunc picum necare voluit.

 Quod

ſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necavit. [32] Decem & ſeptem milites ſuae familiae, eximiae fortitudinis viros, Cannenſi proelio amiſit: reſp. procedente tempore ad ſummum imperii faſtigium exceſſit. Haec nimirum exempla, Sylla, & Marius, & Cinna [33] tanquam ſtulta riſerunt.

5\. Ann. urb. 413. Livius VIII. Zonoras. Supra I. 7. 3. Sen. Ep. IX. 4. Aug. de Civ. D. V. 28.

[34] P. Decius, qui conſulatum in familiam ſuam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem [35] inclinatam & pene jam proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute reipublicae devovit: ac protinus concitato

Quod quis credat? Mihi ſane non ſit veriſimile, Aelium avem vivam ut neci daret, dentibus eam laceraſſe, Nihil tamen hic nos juvant Codices ſcripti. Cogitabam primum, an auctor dediſſet *manu ſua*. Sed diſplicebat hoc, quamvis ſententiae multo convenientius, quia librarii illud non videbantur mutaturi. Nunc mihi pro certo perſuadeo Valerium ſcripſiſſe. *E veſtigio picum Marti ſuo in conſpectu ſenatus necavit.* Diſerte Varro apud Non. in *Picumnus*. *Aelius Paetus quum eſſet praetor urbanus, & ſedens in ſella curuli jus diceret populo, Picus Martius advolavit, atque in capite ejus aſſedit.* ibid. Hyginus. *Eſt parra Veſtae, Picus Martis.* Fabius Pictor. *Et ſimul videbant Picum Martium.* Ea cur Marti ſacra fuerit docemur ab Ovid. L. III. Faſt. v. 37.

Martia Picus avis gemino pro ſtipite pugnant
Et lupa, tuta per hos utraque palma fuit.

Et addidit fortaſſe Aelius inter necandum ſe hunc Picum Marti ſuo necare.

32\. *Decem & ſeptem militum familiam eximiae fortitudinis viros*] Depravatus eſt locus, qui varie item legitur in libris veterib. In Campenſi: *Decem & ſeptem milites familiam.* mendoſe. In Suſiano & Pulmanniano; *Is decem & ſeptem eximiae fortitudinis viros cum familia.* Non adeo male. At quae in Wincheliano, Colonienſi & Atrebatenſi, vulgatae lectioni magis accedit, *Decem & ſeptem milites cum familia eximiae fortitudinis viros.* Puto tamen legendum eſſe: *Decem & ſeptem milites ſuae familiae eximiae fortitudinis viros.* Nam idem fere ſcribit Frontinus: Ipſe cum ſeptemdecim Aeliis, ex eadem familia, in proelio eſt occiſus. PIGH. *Decem & ſeptem milites ſuae familiae.* Ita partim è codd. MSS. partim ex conjectura ſcripſit Pighius. At Aldus & Chalcoc. ediderant *decem & ſeptem militum familiam:* quomodo uterque etiam cod. Brand. habet; niſi quod in uno eſt *familia.* Quidam codd. ut teſtatur Pighius, *decem & ſept. milites cum familia.* Quid ſi legatur, *decem & ſeptem milites ejus familia amiſit?* Certe de domus & familiae Aelii futuro ſtatu miſerrimo praedictum fuerat. Recte ergo ſequetur, non Aelium, ſed ejus domum & familiam tot milites Cannenſi proelio amiſiſſe. Et caſus recti vox *familia* in quibuſdam libris manifeſte apparet. VORST. Non ipſe ſuperſtes eos amiſit, ſed cum iis & quidem praecipue interiit teſte Frontino & Plinio. Lego igitur *ſua familia*, non *ejus* ut legi vult Vorſtius, quod longius recedit a *cum familia*, unde Pigh. & Vorſt. ſuam lectionem exſculpunt. Liv. XLII. 10. *Sicubi populo Romano ſua fortuna labet.* Liv. XLI. 18. *Nec hoſtes occiſum ſenſerunt, & ſuorum pauci.* PERIZON. *Decem & ſeptem milites eximiae fortitudinis viros cum familia Cannenſi proelio amiſit.* Sic habent Harl. Leid. tert. quart. pro varia lectione ſept. Sed Bit. ſec. Med. prim. *Decem & ſeptem milites familia.* Leid. & Ultraj. ſec. *Militum familia.* Barb. prim. Leid. ſept. in Bit. prim. & Med. ſec. *militum familie*, quod correctum in *familiam.* Reliqui ut antiquitus edebatur. *Decem & ſeptem militum familiam.* Ex qua inconſtantia ſuborta mihi ſuſpicio eſt, ſcripſiſſe Valerium. *Decem & ſeptem milites tum familia Aelia eximiae fortitudinis viros Cannenſi proelio amiſit.* *Tum* id eſt prope illud tempus, brevi poſt hoc factum. *Aelia* videtur excidiſſe propter ſimiles literas praecedentes. confer. Ext. 6. *Decios duces.* Hinc cum nata quaedam eſſet obſcuritas, an intelligendum eſſet *familia amiſit*, & *quaenam*, alii, ut Med. prim. addiderunt, *is*, alii mutarunt in *familiam*, alii addiderunt *cum.* *Tum* quoque expulſum, quia deſignatum videbatur tempus, τῷ *Cannenſi proelio.* Hinc *milites*, alii *militum*, corrupte ex *milites tum*, exhibuerunt. An non videtur auctor hoc ipſum

to equo, in medium hoſtium agmen, patriae ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit: factaque ingenti ſtrage, plurimis telis obrutus, ſuper corruit. Ex cujus vulneribus & ſanguine inſperata victoria emerſit.

36 Unicum talis imperatoris ſpecimen eſſet, niſi animo ſuo reſpondentem filium genuiſſet. Is namque in quarto conſulatu patris exemplum ſecutus, 37 devotione ſimili, aeque ſtrenua pugna, conſentaneo exitu 38 labantes perditaſque vires urbis noſtrae correxit. Itaque dignoſci arduum eſt, 6. Ann. urb. 451. Cic. Catone. Livius x. Zonaras.

ipſum tempus reſpicere ſupra L. IV. 4. 8. *Quid Aelia familia, quam locuples? ſexdecim eodem tempore Aelii fuerunt &c.*

33. *Tamquam ſtulta riſerunt*] Forte *Riſerint.* Sic. L. VI. 3. 5. *Hoc aliquis in fine ſeveritatis & ſaevitiae ponendum dixerit.* PERIZON. Ed. Mog. *Arriſerunt*, quod eſt in Ultraj prim. Leid. quart. & reliquae editiones *Irriſerunt*, praeter Mediol. quae *Riſerunt*, habet. Quod non muto. Revera enim *Riſerunt* haec exempla Sylla, Marius, & Cinna, dum iis ſe revocari ab opprimenda Rep. non ſunt paſſi. Pro *Exceſſit.* Med. ſec. habet *Evaſit.*

34. *P. Decius*] Libet hic mirari cur Valerius ac Livius illius tertii Decii nullam faciant mentionem, qui Pyrrhi bello ſe pro legionibus Romanis exemplo avi patriſque devovit, ut Cicero Lib. I. Tuſc. Quaeſt. tradit. Atqui licet magis mirari ipſum Ciceronem, qui duorum frequentius meminit, quam trium. an, quia diverſos ſecutus eſt auctores? an alii negligentia id omiſerunt? Mihi plane iſte tertius fabuloſus videtur. Maxime quod nec Florus uſpiam illius meminit. Verum talia plurima ſunt in hiſtoria Romana indiligenter tractata, & nomina mire corrupta. quod neceſſe fuit in tot praenominibus, nominibus, ac cognominibus, ut proximo patuit exemplo, de ſuperiore Africano, ubi L. Metelli eſt mentio. atque ita etiam in Livii codicibus legitur Lib. III. de ſecundo bello Punico. Id praenomen Valerius ſupra Lib. II. cap. 4. ubi de M. Attilio Regulo ac L. Furio cenſoribus *Marcum* exhibet: hic vero *Quintum.* Livius, ut dictum ex Lib. III. *Lucium*: at Lib. IV. ejuſdem decados *Marcum.* Ita videmus quantum difficultatis Romanis hiſtoriis ingeſſerit iſta ambitio, & affectata nomenclatura. Quamquam non omnia temporum injuria ea accidiſſe credam, ſed authorum Latinorum indiligentia, qui nihil propemodum penſi habuerunt, quicquid ſcriberent, ut ut caderet. Quod in tanta rerum varietate ac exemplorum multitudine, tum Livio, tum Valerio accidiſſe vidimus. Itaque tranſeo ubique ejuſmodi, qualia hic de Codro narrat Valerius, *Codrum ipſum petiiſſe ab Apolline oraculum.* cum Juſt. Lib. II. *Dorienſes*, hoſtes ejus petiſſe ſcribat. Philaenas autem fratres quanto praeconio ad finem ejus exempli celebrat, praeferens toti Carthagini: cum tamen initio fere exempli perfidiae eos arguerit. Qui commentarios ſcribunt haec indicare debebant. noſtrum inſtitutum eſt, duntaxat locos taxare temporum injuria depravatos. GLAREAN. *P. Decius.* Miror quid ſit quod Pighius, & hunc ſecuti Colerus & Thyſius, praenomen Publii hic omittunt. Habent ſane illud codd. Brand. & veteres typis expreſſi. Supra I. 7. 3. ipſe quoque Pighius non negligendum putavit. VORST. omittit praenomen e noſtris ſolus Leid. quint. in ſexto *Paulus* ſcribitur.

35. *Inclinatam & pene jam proſtratam videret*] Mog. Ed. *Indiſciplinatam.* Quomodo peſſime in ſeptem ſcriptis exhibetur. Ante edebatur *pene jam & proſtratam*, quo ordine etiam MSS. haec fere collocant, ſed Harl. & Leid. prim. delent *jam.* Copeſ. *Romam indiſciplinatam.*

36. *Unicum talis imp. ſpecimen eſſet*] Sambuci codex, *ſectamen eſſet.* Anne *ſpectamen*? LIPS. Recte *ſpecimen* defendunt omnes noſtri, inter quos ſex tamen praeferunt *talis imperii.* prout amat ſic adjuncta pro ſubjectis uſurpare L. I. c. 2. *Religionique ſummum imperium ceſſit.* Hic tamen durius mihi videtur, imo omnino improbandum.

37. *Devotione ſimili*] Cicero lib. I. Tuſc. tertium etiam addit, qui vitam pro patria fortiter pugnando fuderit. Alii tantum duorum meminere, ut & Servius ad I. Aeneid. Horum alter Italico, alter Gallico bello ſe devovit pro Republica. Nonius citat Attium Aeneadis ſive Decio.

eſt, utrum Romana civitas 39 utilius habuerit Decios duces, an amiſerit: quoniam vita eorum ne vinceretur obſtitit; mors fecit ut vinceret.

7. Non eſt extinctus pro rep. ſuperior Scipio Africanus: ſed admirabili virtute, ne reſpub. extingueretur, providit. Siquidem cum afflicta Cannenſi clade urbs noſtra nihil aliud quam 40 praeda victoris eſſe Annibalis videretur: ideoque reliquiae proſtrati exercitus, deſerendae Italiae, 41 auctore L. Metello, conſilium agitarent: tribunus militum admodum juvenis, ſtricto gladio mortem unicuique minitando, jurare omnes nunquam ſe relicturos patriam coëgit: pietatemque non ſolum ipſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem revocavit.

Ann. urb. 537 Livius XXII. 53.

8. Age, ut à ſingulis ad univerſos transgrediar, quanto, & quam aequali amore patriae tota civitas flagravit! Nam 42 cum ſecundo Punico bello exhauſtum aerarium, ne deorum quidem 43 cultui ſufficeret, publicani ultro aditos cenſores hortati ſunt, *ut omnia ſic locarent, tanquam reſpublica*

Ann. urb. 539. Livius XXIV.

Vim Gallicam obduc contra in acie exercitus
Paratum hoſtili fuſum ſanguen ſanguine.
Eſt & illud Attii: *Patrio exemplo me dicabo: animam devorabo hoſtibus.* Formulam ſive carmen devotionis hujus, immenſo exemplo ſua aetate duraſſe teſtatur Plinius libro vigeſimooctavo, cap. 2. COLER.

38. *Labantes perditaſque vires*] MSS. quindecim cum Ed. Mog. & Venet. *labentes.* Vide ſupra L. IV. 1. 4. Ext. L. IV. 8, in fine L. IV. 6. 6.

39. *Utilius habuerit Decios, an amiſerit*] Manuſcripti libri; *Utilius habuerit Decios duces, an amiſerit.* PIGH. Etiam Ed. Vetuſtiſſimae Mog. Ven. Mediol. cum majore parte noſtrorum MSS. habent utrumque & *Decios duces*, ſed fere hoc ordine. Utrum Romana civitas *Decios utilius habuerit duces an amiſerit.* Jungit Periz. In quibuſdam omittitur *Decios*, in aliis, *duces.*

40. *Praeda victoris eſſe*] Ultimam vocem pauculi delent MSS.

41. *Auctore L. Metello*] Sic appellatur etiam a Livio L. XXII. 53. Sed omnes libri MSS. & ante Pighium editi eum *Q. Metellum* vocant. Deinde Periz. Harl. Leid. quint. Copeſ. Barb. prim. *Diſtricto gladio.* Tum Leid. ſec. *jurare eos*, & *pleniſſime exhibuit.*

42. *Cum ſecundo Punico bello exhauſtum aerarium*] Omnes veteres editiones cum MSS. duodecim habent, *Nam cum ſecundo Punico bello.* Quod reſtitui mutatum ſine cauſſa a Pighio.

43. *Cum non ſufficeret & publicani hortati ſunt*] Dele omnino cum MSto τὸ *Et*, ut ortum ex ultimis praecedentis vocabuli literis, & quod ſenſum perturbat. vel lege in ſequentibus *dominique.* malim tamen delere &. PERIZON. Suadent hoc MSS. tredecim & omnes editiones; additum enim fuit a Pighio.

44. *Seque praeſtituros cuncta*] MSS. quindecim cum Mog. Ed. *Seque praeſtaturos cuncta.* Quod plurimis exemplis probavit Voſſius de Anal. L. III. 20.

45. *Domini quoque ſervorum*] Omnes MSS. & multis ex editis ante Pighium hic habent *Domini quoque eorum ſervorum, quos.* Quod tamquam ſupervacuum rejecit Pighius, ego conſenſum MSS. ſequendum duxi. & ſolet ita noſter. Sic L. V. 7. 3. *Ei ſe neci quam evaſerat obtulit.* L. V. 8. 3. *Videbat enim ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati ſeveritate conſpicua imago poſita erat.* & ſic ſaepius alibi.

46. *Non eques, non centurio ſtipendium dari ſibi deſideravit*] Gronovius lib. III. de pec. vet. pag. 272. teſtatur in codd. MSS. bonae notae legiſſe ſe, *Non eques impendium, non centurio ſtipendium:* eamque genuinam lectionem eſſe exiſtimat. Habetque ita vetus quoque typis expreſſus codex Mart. Herpib. In codd. Brandeb. eſt, *non eques, non centurio impendium.* Ut

blica pecunia abundaret, [44] *ſeque praeſtaturos cuncta; nec ullum aſſem, niſi bello confecto, petituros* polliciti ſunt. [45] Domini quoque eorum ſervorum, quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnam Beneventi manumiſerat, pretia ab imperatore exigere ſuperſederunt. In caſtris etiam [46] non eques, non centurio ſtipendium dari ſibi deſideravit. Viri atque feminae, quicquid auri argentive habuerunt; item pueri inſignia ingenuitatis, ad ſuſtentandam temporis difficultatem contulerunt. Ac ne beneficio ſenatus, [47] qui his muneribus functos tributi onere liberaverat, quiſquam uti voluit; ſed inſuper id omnes promptiſſimis animis praeſtiterunt. Non ignorabant enim captis Vejis, cum decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi ejus facultas eſſet, [48] matronas ornamenta ſua in aerarium retuliſſe: ſimiliterque audierant, [49] mille pondo auri, [50] quae Gallis obſidione Capitolii promiſſa debebantur, earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis admoniti, nulla ſibi in re ceſſandum exiſtimaverunt.

Ann. urb. 358. Livius v. Plut. Camill.

Ann. urb. 363. Livius v.

Ex-

Ut adeo & hic verae lectionis ſint veſtigia. Tantum *impendium* non juſto loco poſitum eſt; & *ſtipendium* plane omiſſum. Eques, cum & impendium, & ſtipendium ei deberetur, non tantum ſtipendio, ſed & ipſo impendio aequo animo caruit. Centuriones autem, quibus ſolum ſtipendium debebatur, & ipſi hoc requirere ſuperſederunt. VORST. Quod J. Fred. Gronovius teſtatur ſe in bonae notae codicibus legiſſe, invenio etiam in Ultraj. ſec. uno Leid. atque Ed. Mog. in ceteris eſt, *Non eques, non centurio impendium dari ſibi deſideravit.* Sed in Leid. ſept. additur *al. ſtipendium.* Non diſplicet Gronovii lectio. Nec diſplicuit credo Perizonio. Notari enim juſſit *τὸ impendium*, & videri Feſtum in *Hordearium aes, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.*

47. *Qui muneribus functos tributi onere liberaverat*] MSS. omnes *Qui his muneribus functos.* Quod mutavit Pighius. Vellem docuiſſet quare, & *quibus muneribus functos* ſenatus tributi onere liberarit. Noſter videtur indicaſſe eos liberatos fuiſſe, qui ſuperius commemorata munera jam Reip. praeſtiterant. Quare *his* repoſui.

48. *Matronas ornamenta*] Neſcio an huc pertineat Varronis fragmentum libri I. De Civitate pop. Romani: *Auri pondo duo millia acceperunt ex aedibus ſacris & matronarum ornamentis, à quibus poſtea id aurum & torques aureae multae relatae Romam atque conſecratae.* COLER. Feſt. in v. *Pilentis. Pilentis & carpentis per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod cum aurum non reperiretur ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt.* Idem in v. *Matronis. Matronis aurum redditum cum legitur, hoc ſignificare videtur, quia matronae contulerant ornatus ſui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberandum, quibus poſtea eſt redditum a populo Romano.* ubi vide Ant. Auguſtini notas. & Torrent. ad Suet. in Caeſ. 6. PERIZON. MSS. quatuor. *In aerarium detuliſſe.* Liv. L. XXVI. 36. *Caeterum omne aurum, argentum, aes ſignatum ad triumviros extemplo deferamus.*

49. *Mille pondo auri earum cultu expleta*] MS. *Expletum.* Recte, quod perperam mutarunt. intelligitur enim, *negotium mille pondo auri*, ut ſaepe alias. PERIZON.

50. *Quae Gallis obſidione Capitolii promiſſa*] Codices Brand *pro obſidione Capitolii promiſſa.* Atque ita plane Aldus ediderat. Mirum igitur quod Pighius, & hunc ſecuti Colerus & Thyſius voculam *pro* neglexerunt. Intelligendum autem, pro obſidione ſolvenda pecuniam promiſſam Gallis. VORST. *Expletum* reperio in MSS. tredecim; in ſeptem etiam, *quod debebatur*: Ultraj. ſec. exhibet, quod eſt in Mog. Ed. *Quod Gallis pro obſidione Capitolii promiſſo*

EXTERNA.

1\. Juſtin. II. Vell. I. 2. Poliaen. I. 18.

[51] Sed & externa ejuſdem propoſiti exempla attingam. Rex Athenienſium Codrus, cum ingenti [52] hoſtium exercitu [53] Attica regio debilitata, [54] ferro ignique vaſtaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perque legatos ſciſcitatus eſt, *quonam modo illud tam grave bellum diſcuti poſſet.* Reſpondit deus, *ita finem ei fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet.* [55] Quod quidem non ſolum totis Athenienſium in caſtris, ſed etiam contrariis percrebruit. Eoque factum eſt, ut ediceretur, *ne quis* [56] *Codri corpus vulneraret.* Id poſtquam cognovit, depoſitis inſignibus imperii, [57] famularem cultum induit, [58] ac pabulantium hoſtium globo ſeſe objecit: unumque ex his [59] falce percuſſum, in caedem ſuam compulit. Cujus interitu [60] ne Athenae occiderent, effectum eſt.

Ab

miſſo debebatur, earum cultu expletum Malim, *Quod Gallis pro obſidione Capitolii omiſſa debebatur.* Med prim. *permiſſa.* delet Leid. quart.

51\. *Sed & externa ejuſdem propoſiti exempla attingam*] MSS. tredecim omittunt *attingam.* tres *age externa*, totidem *at externa*, Ed. Mog. cum Leid. quinto, & Ultraj. ſec. *ſunt & externa ejuſdem propoſiti exempla.* Leid. ſept. *Age, ſunt externa ejuſdem propoſiti exempla.* Quid, ſi ſcripſerit? *Age, ſunt & externa ejuſdem propoſiti exempla.*

52\. *Hoſtium*] Peloponenſium juxta Pauſaniam & Oroſium lib. I. c. 18. Paterculus adſerit Lacedaemonios. Dorienſes Herodotus lib. V & Juſtinus lib. II. COLER.

53\. *Attica regio*] Lib. Danielis: *Matrica regio.* quod non capio. Cetera lege apud Servium ad illud Eclog. V. *Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri* COLER. ſimiliter Leid. ſept. ſed *m.* expunctum eſt.

54\. *Ferro ignique vaſtaretur*] *Que* deeſt fere in omnibus Codicibus MSS. quorum aliqui habent *ferro & igni*, quidam *&* ſuperſcriptum; ſed plures omnino omittunt, ut facit etiam Ed. Mog. Tum plerique ſcripti *tam grave illud bellum*, cum eadem editione.

55\. *Quod quidem non ſolum totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrariis percrebruit*] In Cauchiano, & Gemblacenſi libro ſic, *Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam contrariis percrebruit.* Quae lectio non rejicienda eſt. PIGH. *Non ſolum totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrariis.* Ita veteres typis expreſſi, & uterque etiam Brand. MS. Pighius è duobus codd. ſcripſerat, *Non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam contrariis.* VORST. Quod Pighius ediderat, id habet ſolus Ultraj. prim. ceteri *totis Athenienſium caſtris* (vel *in caſtris*) *ſed etiam contrariis.* cum omnibus editis.

56\. *Codri corpus vulneraret*] Ultraj. ſec. *violaret*, quod probat Cl. Drakenborchius ad Sil. L. X. 261. & ſic habet etiam Ed. Mog.

57\. *Familiarem cultum*] Rectiſſime ſcribitur in libro Daniel. *Famularem cultum*, id eſt, ſervilem, obſoletum, & ut Juſtinus in hac ipſa re *pannoſum.* Sic infra de Sulpitia Valerius: *Nihilominus famulari veſte ſumpta.* Et libro IX. cap. 8. *Servilem veſtem.* Ovid. lib. XV. Metamorph. *Famularia jura:* & Salluſt. *famulares copias* extulit, ſi dextre ibi cenſui. COLER. *Famularem cultum induit.* Ita reſcripſit Colerus ex cod. P. Danielis. Eſtque ita in utroque etiam cod. Brandeb. Aldus ediderat *familiarem.* Quod Pighius & retinuit. Ceterum & infra VI. 7. 2. noſter dicit, *famulari veſte ſumpta.* Et Ovidius l. XV. Metam. *Famularia jura.* VORST. *Famularem* invenio in Ultraj. prim. in margine Leid. ſept. & ſic emendatum in Leid. quint. reliqui habent *familiarem*; pro quo Cl. Burmannus malit legere *manipularem*, ad Vell. L. I. 2. 2. Diverſis modis rem narrant

Ab eodem fonte pietatis [61] Thraſybuli quoque animus manavit. [62] Is cum Athenienſium urbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, parvaque manu maximae rei molem aggrederetur, & quidam è conſciis dixiſſet: *Quantas tandem tibi Athenae per te libertatem conſecutae, gratias debebunt?* reſpondit: *Dii faciant, ut quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe.* [63] Quo affectu inclytum deſtructae tyrannidis opus laude cumulavit. 2. Diod. Sic. xiv. Juſtin. v. Pauſ. Att.

Themiſtocles autem, [64] quem virtus ſua victorem, injuria patriae imperatorem Perſarum fecerat, ut ſe ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum patera [65] tauri ſanguinem hauſit, & ante ipſam aram, quaſi quaedam Pietatis clara victima concidit. Quo quidem tam memorabili ejus exceſſu, ne Graeciae altero Themiſtocle opus eſſet, effectum eſt. 3. Plutarch. Suidas.

Se-

rant ſcriptores. De habitu humili & vili ſatis conſentiunt, ut *famulari* rejicere non auſim. Potuit *ligna ſecuiſſe* non tamquam pabulatum miſſus cum falce, ſed tamquam domini juſſu, vel conductus mercede habitu a ſervili nihil diſcrepante. Et ſic ſimiliter variant ſcripti L. vi. 7. 3. *Nihilominus, famulari veſte ſumpta, cum duabus ancillis totidemque ſervis ad eum clandeſtina fuga pervenit.* ubi vide. Val. Flac. L. ii. 268.

Ipſa ſinus hederiſque ligat famularibus artus.

Famulari etiam Perizonio non diſplicuiſſe video.

58. *Ac pabulantium hoſtium globo*] Ejuſdem codex. *palantium.* LIPS. Harl. *pululantium,* tres alii *perambulantium.*

59. *Falce percuſſum*] Graece δρέπανον apud Poliaen. quod ſignificat *cultrum incurvum.* PERIZON.

60. *Ne Athenae occiderent*] Cop. *Exciderent.* Forte *Exciderentur.* PERIZON.

61. *Thraſybuli quoque*] De hoc Juſtinus lib. v. Diodor. Siculus lib. xiv. Xenophon ἑλληνικῶν β. Pauſanias Atticis. Nominatus hic fuit Τυειδὴς. Notior eſt, quam hic Thraſybulus Mileſius. COLER.

62. *Is cum*] Cop. & Leid. quint. *Iſte dum. dum* etiam eſt in Barb.

63. *Quo affectum inclytum deſtructae tyrannidis opus &c.* MS. *Effectu* forſan, *Effato.* Id eſt *dicto.* Nam affectus ejus in ipſo opere quoque & vel praecipue apparuit. Sed tamen uni Codici non temere credendum. Claud. Epiſt. ad Olybrium. *Quid rear affatus quod non mihi dirigis ullos.* PERIZON. *Effectum* habent Harl. Tredecim cum Vulgatis edd. *quem affectum.* ſed uterque Ultraj. cum Mog. *quo affectu.* Equidem, *quem affectum* praefero. Quaſi dicat, quem affectum ingens laus ex deſtructa tyrannide eſt ſecuta. Hoc affectu erga patriam cum eſſet, contigit ipſi inſignem laudem ex deſtructa tyrannide reportare. Harl. *exſtinctae tyrannidis,* & hoc etiam ſuperſcriptum eſt in Leid. quinto.

64. *Quem injuria patriae imperatorem Perſarum fecerat*] Themiſtocles quod a ſuis civibus in exilium pulſus, ac deinde & proditionis damnatus fuit, neceſſe habuit ad regem Perſarum ſe conferre, eique opprimendae Graeciae ſpem facere. VORST.

65. *Tauri ſanguinem*] Plin. lib. xxviii. c. 9. *Taurinus quidem* (ſanguis) *recens inter venena eſt.* Idem hujus rei cauſſam explicat alio loco. De obitu ejus Plutarch. Probus, Thucydides, Anthologia lib. iii. COLER. *Ut ſe ab ea oppugnanda abſtineret, tauri ſanguinem hauſit.* Thucydides, & ex hoc Nepos, ſcribit famam fuiſſe, venenum ſua ſponte ſumpſiſſe, cum, quae regi de opprimenda Graecia pollicitus eſſet, praeſtare ſe poſſe deſperaret. De *ſanguine taurino* ſcribit & Plinius l. xxviii. c. 9. quod recens inter venena ſit. VORST. Pro fabula, quod de *taurino ſanguine* traditur, habuit, & a Clitarcho & Stratocle Rhetoribus fictum, ut hanc mortem rhetorice, & tragice ornare poſſent, putavit Cic. in Bruto c. 12. Idem de Mida refert etiam Strabo L. i. p. 61. Ed. Pariſ.

66. *In-*

4. Salluſt Jug. LXXIX. Pomp. Mela. I. 7. Sequitur ejuſdem generis exemplum. Cum [66] inter Carthaginem, & Cyrenas de [67] margine agri pertinaciſſima contentio eſſet, ad ultimum placuit [68] utrinque eodem tempore juvenes mitti, & locum, in quem ii conveniſſent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum Carthaginienſium duo fratres nomine Philaeni, perfidia praecucurrere, [69] citra conſtitutam horam maturato greſſu in longius promotis terminis. Quod cum intellexiſſent Cyrenenſium juvenes, diu de fallacia eorum queſti, poſtremo [70] acerbitate conditionis injuriam diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque, *ſic eum finem ratum fore*, [71] *ſi Philaeni vivos ſe ibi obrui paſſi eſſent.* Sed conſilio eventus non reſpondit. illi enim nulla interpoſita mora, corpora ſua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriae, quam vitae ſuae longiores terminos eſſe maluerunt, [72] bene jacent, manibus & oſſi-

66. *Inter Carthaginem*] Nonnulli *Inter Carthaginienſes.*

67. *Margine agri*] Lib. Dan. *magro agri.* Quod mihi pro monſtro. Erat in margine codicis ſcripti adjectum *modo.* ut Horat.

—— *modus agri non ita magni.*

Timide aliquid contra vulgatam lectionem adſeruerim. Iſidorus: *Margo eſt pars cujuslibet loci.* Atqui *Margus* quoque ſive *Margos* dixiſſe Latinos monet vetus Gloſſarium. *Margo & Margos* Κρηπίς. Ad hoc proxime accedit lib. Dan. *Marga agri* pro margine. Hodieque Germani certum agri modum ſive menſuram vocitamus *Margen* ſive *Morgen.* Paulo poſt lege ex manuſcript. *praecurrere* COLER. *De margine agri.* Unus cod. Brandeb. *de modo agri:* quod & Colerus in margine cujuſdam cod. ſcripti adjectum vidit. Horatius: *Modus agri non ita magni.* Eſt autem *modus* in talibus pro eo quod vulgo quantitatem dicunt. Vide & Ind. in Nep. Mela l. I. c. 7. ſcribit, bellum de finibus geſtum fuiſſe. VORST. *Modo* habet etiam Ultraj. prim. Leid. ſept. *margine al' magno.* Vell. L. II. 73. *Magnum modum legionum effecerat.* Curt. L. V. 6. *Veſtis ingens modus.* vide Indicem Freinshemii. pro termino uſurpat Sen. in Herc. Fur. 1140.

—— *numquid Heſperii maris*

Extrema tellus hunc dat oceano modum.

Non tamen ideo quidquam mutandum. Plin. Lib. XII. 20. *Extremoque in margine imperii, qua Rhenus alluit, vivit in alveariis apum ſata.* Ovid. L. II. Triſt. v. 200.

Haeret in imperii margine terra tui.

68. *Utrinque eodem tempore*] Sic plerique MSS. & Ed. Mog. Ven. Mediol. Aſc. Sed Aldus, & eum ſecuti dederunt *utrique*, Civitati videlicet Carthaginis & Cyrenarum. Multi etiam MSS. cum vetuſtiſſimis editionibus habent *Eodemque tempore.* Quod vero Colerus ex manuſcripto monet legendum *praecurrere*, id non firmant noſtri.

69. *Citra conſtitutam horam maturato greſſu*] Sic conſtanter habent omnes ſcripti codices, valde tamen dubito, an non rectius *egreſſu* legeris. In eo enim conſiſtit eorum perfidia, quod ante tempus conſtitutum ex urbe egredi maturarunt.

70. *Acerbitate conditionis injuriam diſcutere*] Crediderunt Cyrenenſes, ſi conditionem Carthaginienſibus duriſſimam ferrent, eos à pactis reſulturos. VORST. Rectius conſilium eorum intelligas ex Sall. Jug. 79. *Graeci optionem Carthaginienſium faciunt, uti vel illi, quos finis populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros.*

71. *Si Philaeni vivos ſe ibi obrui paſſi eſſent*] Quod cum factum eſſet, in honorem eorum poſitae ibi ſunt arae: quae ut Mela l. I. c. 7. ſcribit, nomen ex Philaenis fratribus traxere. Vide & Plinium l. V. c. 4. & Solinum c. 30. VORST.

72. *Bene jacent*] *Jacere* pro ſepultum eſſe dixit & ſupra. Martialis lib. XI. *Aeolidon Canace jacet hoc tumulata ſepulcro.* VORST. Dicitur de

oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. Ubi ſunt ſuperbae [73] Carthaginis alta moenia? ubi maxima gloria inclyti portus? [74] ubi cunctis littoribus terribilis claſſis? ubi tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi [75] immenſo Africae ſpatio non contenti ſpiritus? Omnia iſta duobus Scipionibus Fortuna partita eſt. At Philaenorum egregii facti memoriam ne patriae quidem interitus extinxit. Nihil eſt igitur excepta virtute, quod mortali animo ac manu immortale quaeri poſſit.

Juvenili ardore plena haec pietas. Ariſtoteles vero [76] ſupremae vitae re- 5.
liquias ſenilibus ac rugoſis membris, in ſummo literarum otio, vix cuſtodiens, adeo valenter pro ſalute patriae incubuit, ut eam hoſtilibus armis ſolo aequatam, in lectulo Athenienſi jacens, Macedonum de manibus, [77] quibus

Plutarch. in Alex. Diog. in vita Ariſtot. Aelian. Var. hiſt. III. 17. & XII. 54.

de quibuſvis mortuis, etiam inſepultis. Vide ſupra L. I. 7. Ext. 3.

73. *Carthaginis altae*] Virg. IV. Aen.

--- tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas.

Scio quid Servius. ſed ego altam potius interpretor, antiquam, à longinqua memoria conditam. Attius, Armorum judicio: *Cur vetera tam ex alto petiſſis diſſidia?* Sic lego, non *appetiſſis*. Fuit ſane Carthago 72. annis ante Romam condita, ſi fides Juſtino. Philiſtus & Appianus, etiam ante Trojam captam fuiſſe adfirmant. COLER. Ita & homines *altos* dici antiquos, veteres, notavit Nic. Heinſius ad Ovid. L. IV. Faſt. 305.

Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab alto.

conſentiente J. Broukhuſio ad Prop. L. II. I. 26. *Carthago* vero *alta* quum dicitur, non tam antiquitatem illius, quam nobilitatem & potentiam ſpectari mihi perſuadeo, quemadmodum quoque quum *Roma* dicitur *alta* a Virg. Aeneid. L. I. 7. *Troja alta* ab Horat. Carm. L. IV. 6. 3. Idem L. I. 16. 18.

——— & altis urbibus ultimae
Stetere cauſſae, cur perirent
Funditus.

74. *Ubi cunctis littoribus terribilis claſſis*] Cur non *Terribiles claſſes?* PERIZON.

75. *Immenſo Africae ſpatio*] Leid. & Ultraj. ſec. *Immenſae Africae ſpatio.*

76. *Supremae vitae reliquias*] An *ſupremas?* L. VI. 2. 10. *Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias cernentes.* PERIZON.

77. *Quibus abjecta erat*] Ita Aldus ediderat. Eſtque ita & in uno cod. Brand. Sed ſcripſit tamen Pighius *objecta:* quem Colerus & Thyſius ſunt ſecuti. Ego non dubito quin *abjecta* genuinum ſit. Eſt autem idem quod victa, ſuperata, expugnata. Quam vocabuli ſignificationem & ſupra non ſemel notavimus: ut I. 5. I. V. I. 8. Porro *quibus* hic non Dativus; ſed Ablativus eſt inſtrumenti. VORST. *Ut eam hoſtilibus armis ſolo aequatam Macedonum de manibus, quibus objecta erat, eriperet.* MS. *Ut eam ab hoſt. armis ſolo aequandam equitum Macedonum manibus, quibus adjecta erat, eriperet.* Omnia bene, niſi quod pro *adjecta* lego cum Vorſtii & Brandebb. Codd. *abjecta*, & pro *Equitum*, ſi retinendum illud, *& quidem.* pro quo ſaepiſſime hic cod. habet *Equidem.* PERIZON. *Ab hoſtilibus armis* reperio in MSS. decem. & Mog. *Ab hoſtibus armis* in tribus & Ven. ceteriſque Editionibus. *Solo aequandam* habent Barb. prim. Med. ſec. & Aſcenſ. Porro fluctuant inter *equitum Macedonum*, ac *& quidem*, vel *Equidem Macedonum*, hoc tamen habent plures. Aſcenſ. *equitum* praetulit. Ceteri editores *& quidem.* Mog. *equidem. Abjecta erat.* Bit. prim. & ſic emendatum in Leid. ſec. & ſept. Etiam ita exhibuit Aſcenſ. & Gryph. Multi MSS. *adjecta.* Nihil tamen hiſtoriae convenientius eſt quam Lectio Aldina. *Ut eam ab hoſtilibus armis ſolo aequatam, in lectulo Athenienſi jacens, & quidem Macedonum manibus, quibus disjecta erat, erigeret.* Modo *disjecta* propius ad ſcriptorum fidem emendes in *abjecta.* Non *eripuit manibus Macedonum patriam Ariſtoteles, cum iis eſſet objecta.* Tunc enim urbem ſtantem incolumem ſervare debuiſſet; ſed impetravit ab Alexandro, ut illam a Philippo patre ipſius everſam reſtitui juberet. Vide Periz.

ad

bus abjecta erat, eriperet. [78] Ita urbs non tam ſtrata atque everſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. Patet ergo, quam benignae, quamque profuſae pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis aetatis homines extiterint; ſanctiſſimiſque naturae legibus [79] mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſubſcripſerit ubertas.

ad Aelian. L. III. 12. 15. *Erexit* itaque eam *abjectam.* Vide ſupra L. I. 5. I. L. II. 3. Ext. 5. Magnum vero erat, quod eam erigeret, majus quod manibus ipſorum Macedonum; hinc addit per emphaſim *& quidem.* Sed cum complures codices habeant, *equidem de manibus*, vel *equidem de Macedonum.* valde ſuſpicor auctorem ſcripſiſſe *eorumdemque Macedonum manibus.* praecipue, quum ſtatuiſſe videatur eam prius ab ipſo Alexandro fuiſſe everſam, deinde hortatu Ariſtotelis reſtitutam.

78. *Ita urbs non tam ſtrata atque everſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt nobis*] Quamvis hic parum adjuvent exemplaria, locum tamen hunc ex Diogene Laërtio & Plutarcho reſtituendum puto: *Itaque non tam urbs Stagira everſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus.* Quam lectionem ſpero ſtudioſos non rejecturos. In Cauchiano quaedam ſic; *Itaque non jam urbs ſtrata, &c.* in aliis exemplaribus nihil ſani. PIGH. *Ita urbs non tam ſtrata atque everſa Alexandri.* Ita rurſus Aldus. Quod Pighio emendare placuit ſic, *Ita non tam urbs Stagira everſa:* idque non ex codd. MSS. ſed ex Diogne Laërtio & Plutarcho ſe facere ait. Sed non video, quomodo ex auctoribus his docere poſſit, quod pro *ſtrata* legendum ſit *Stagira.* Stagiram urbem eam eſſe facile intelligitur. Sed non opus erat urbis ejus & nomen hic exprimi. Vocem *ſtrata* reperio in utroque cod. Brandeb. MS. & in antiquioribus typis expreſſis omnibus. *Sternere* inter alia idem quoque eſſe quod proſternere, ſolo aequare, notum. VORST. Emendationi Pighianae favet nullus noſtrorum MSS. qui *ſtrata* pari conſenſu tuentur. Sed nonnulli omittunt *non tam*, alii, *everſa non tam Alexandri.* Ultraj. & Mog. Ed. *Ita tam urbs ſtrata.* Periz. *Ita urbs.* Rectum credo, quod edebatur ante Pighium, & hic expreſſum vides. Videtur de induſtria nomen ſuppreſſiſſe, tamquam rei nimis notae, & hoc innuere, dum ipſe dicit *notum opus eſſe.*

79. *Mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſubſcripſerit ubertas*] Non placet hoc ubertatis epitheton; in Suſiano igitur & Pulmanniano rectius; *Clara mundo ſubſcripſit veritas.* PIGH. Pighius ex duobus codd. MSS. ſcribendum putavit *veritas* pro *ubertas;* quod epitheton *clara* non competere videtur ubertati. Verum *ubertas* habent antiquiores typis expreſſi, & uterque Brandeb. MSS. Et *exemplorum ubertas* pro multitudine exemplorum, convenientius huic loco quam *exemplorum veritas.* VORST. *Sanctiſſimiſque naturae legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſubſcripſerit veritas.* Ita Pigh. cum in omnibus fere codd. praeter duos ſit *ubertas.* ſcilicet quia non convenire videtur illi epitheton *clarus.* Legendum igitur erat ut MS. Copeſianus habet. *cara mundo ſubſcripſit ubertas.* illa enim ubertas exemplorum mundo erat *cara.* id eſt grata, pretioſa, ſcilicet ex *chara* fecerunt alii *clara*, & duriuſcule ſane eſt dictum *clara mundo.* PERIZON. Sic Ext. I. *Clariſſimam* pro *Chariſſimam*, habent quidam MSS. Med. prim. *ſubſcripſit veritas, al' ubertas.* Leid. prim. *ſubſcripſit libertas.* Equidem conjeceram, *ſanctiſſimiſque naturae legibus mirificorum exemplorum data mundo ſubſcripſerit ubertas.* Nunc mihi Perizonii conjectura magis blanditur. Ceterum Theophilus teſtatur antiquos codices habere. *Clara mundo ſubſcripta teſtantur.* Id quod invenio in MSS. ſex, niſi quod unus habet, *atteſtantur*, alius *ſcripta.* Sed hoc ortum videtur e gloſſa explicante τὸ *ſubſcribere* per *teſtari.*

Ca-

CAPUT VII.

DE PATRUM AMORE ET INDULGENTIA IN LIBEROS.

1. *Q. Fabii Max. Rulliani.*
2. *Caeſetii Flavi.*
3. *Octavii Balbi.*

EXTERNORUM REGUM.

1. *Seleuci Syriae.*
2. *Ariobarzanis Cappadociae.*

[1] Det nunc vela [2] pii & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia: ſalubrique aura provecta gratam [3] ſuavitatis ſecum dotem afferat.

Fabius [4] Rullianus quinque conſulatibus ſumma cum gloria peractis, 1.
[5] omnibuſque & virtutis & vitae emeritis ſtipendiis, [6] legatus ire Fabio Gur-

1. *Sed nunc vela pii affectus & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia*] Haec multo correctius in manuſcriptis, *Det nunc vela pii ac placidi affectus parentum, &c.* PIGH. *Det nunc vela pii & placidi affectus* Ita unus cod. Brand. & editio Theoph. Chalcoc. Aldus perperam *ſed nunc vela.* Dicitur autem indulgentia parentum in liberos *vela dare*, quomodo eadem mox & *ſalubri aura provehi* dicitur. VORST. *Sed* multi e noſtris prave retinent, ita tamen ut quidam ex illis propius accedant exhibentes *ſet.* verum Periz. & nonnulli alii, *Det* praeferunt; quod omnino eſt neceſſarium.

2. *Pii & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia*] Sic & inf. v. 7. ext. 1. *paterni affectus indulgentia.* VORST.

3. *Suavitatis ſecum dotem afferat*] Hoc eſt emolumentum, lucrum, ut ſolent navigantes, a quibus Valerius Phraſim nimis affectatam petit more ſuo putidiuſcule. Gudius ad Phaedri praef.

4. *Rullianus*] Quemadmodum ſupra, ita etiam hic MSS. habent *Rutilianus.*

5. *Omnibuſque & virtutibus & vitae emeritis ſtipendiis*] Depravatus eſt inſigniter locus, non enim video, quam recte virtutes cum ſtipendiis emeritae dicantur, & quonam referendum illud, *& vitae*, ſed ut ſupinum hunc errorem librariorum utcunque detegunt manuſcripti codices, ita ex his reſtitui vera lectio ſic poteſt; *Omnibuſque & virtutibus & vitae meritis ſtupendus*, hoc eſt, vehementer admirandus. In qua ſignificatione utitur hoc verbo etiam Tullius de Finibus ſecundo: *Haec cum loqueris, nos Varrones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides.* PIGH. *Omnibus & virtutis & vitae emeritis ſtipendiis.* Ita legendum arbitror. Vulgaris lectio eſt, *Omnibuſque virtutibus & vitae meritis ſtipendiis.* Quam cum non concoquere poſſet Pighius, pro *ſtipendiis* ſcripſit *ſtupendus*, & *meritis* pro nomine ſubſtantivo accepit. Verum *ſtipendiis* agnoſcunt codices omnes tam MSS. quam typis expreſſi. Deinde *ſtipendia mereri & ſtip. emereri* notae phraſes ſunt; & *ſtipendiis emeritis* bene congruit ei, quod praecedit *quinque conſulatibus peractis:* ut videlicet Ablativorum conſequentiam deſignantium bina paria ſint. Tantum pro *virtutibus* legendum *virtutis:* atque ita omnia recte ſe habent. Quam noſtram conjecturam cum jam conſignaſſemus, obſervavimus aliquanto poſt, non multo aliter conjeciſſe Gronovium in lib. IV. Obſ. c. 19. legendum ſcilicet eſſe, *omnibuſque & virtutum & vitae emeritis ſtipendiis:* & mentem Valerii porro ſic explicaſſe: *Emeruit ſtipendia virtutum, qui omnes earum numeros implevit; qui omnibus muneribus virtutis perfunctus eſt: emeruit ſtipendia vitae, qui conſenuit &c.* VORST. Corrupit locum Pighius. Lege potius *Omnibus & virtutis & vitae emeritis ſtipendiis.* GUDIUS. Liv. L. XLII. 34. *Viginti duo ſtipendia annua in exercitu emerita habeo.* L. XLIII. 14. *ſtipendia omnia emerita.* PERIZON. Vide etiam Nic. Heinſ. ad Ovid. L. XV.

Ann. urb. 462. Cic. p. Mur. Livius XI. Oroſ. III. 22 Zonaras.

Gurgiti filio [7] ad bellum difficile & periculoſum conſcendum gravatus non eſt; [8] pene ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus: utpote propter ultimam ſenectutem lectuli otio, quam labori proeliorum habilior. [9] Idem triumphantis currum, equo inſidens, ſequi, quem ipſe parvulum triumphis ſuis geſtaverat, in maxima voluptate poſuit: [10] nec acceſſio glorioſae illius pompae, ſed auctor ſpectatus eſt.

2. Ann. urb. 709. Dion. XLIV. Suet. & Plut. Caeſare. App. Civil. II.

[11] Non tam ſpecioſa Caeſetii, equitis Romani, ſors, [12] patria ſed par indulgentia. Qui à Caeſare omnium jam [13] & externorum & domeſticorum hoſtium victore, cum abdicare filium ſuum juberetur, quod is tribunus plebis [14] cum Marullo collega, invidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat, [15] in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: *Celerius tu mihi, Cae-*

L. XV. Metam. 186. *Emeritis ſtipendiis*, habet Med. ſec. Reliqui *Meritis ſtipendiis.* *Emeritis ſtipendiis* ediderat jam Seb. Gryphius & Rob. Stephanus, ſed cum ceteris retinuerat *virtutibus. Stupendis* habet quidem pro varia lectione Leid. ſept. ſed hoc nihili eſt. Quid enim intererit, utrum quis *Virtutis* an *Vitae meritis ſtupendus* dicatur? optime reſtituit & explicuit ὁ πάνυ Gronovius. Sed malo *virtutis.*

6. *Legatus ire Fabio Gurgiti*] MSS. novem cum Ed. Mog. praeferunt, *Legatus ire cum Fabio Gurgite.* Sed aliter loquitur etiam ſupra L. V. 5. 1. *Legatumque ſe L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit.*

7. *Ad bellum difficile & periculoſum*] Gerendum ſcilicet cum Samnitibus: adverſus quos Fabius Gurges, filius Fabii Maximi Rulliani, male pugnaverat, ut ex epitome lib. XI. Livii apparet. VORST.

8. *Pene ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus*] In duobus codicibus Suſii ac Pulmanni non habentur dictiones *per ſe*, & omitti ſane poſſunt, cum nullibi ſententiae ſerviant. PIGH. *Pene ipſo duntaxat animo.* Codices Brandeb. MSS. & veteres typis expreſſi ſic, *Pene ipſo per ſe duntaxat animo.* Pighius, cum voculas *per ſe* à duobus codd. abeſſe animadvertiſſet, eaſdem expungendas putavit. VORST. Omnes pene codd. interponunt, *per ſe*, quod male ejecit Pighius. Sic Liv. L. II. c. 42. *dulcedo agrariae legis ipſa per ſe dempto auctore ſubibat animos.* ſi quid ejiciendum, crederem potius *duntaxat* eſſe a Gloſſa. Solet alioquin animus uti miniſterio corporis. Liv. XLV. 23. *Ubi pugnaſſe aut ſub illis ducibus aut per nos ipſos.* 43. *Ipſum per ſe intuentibus triumphum.* id eſt nullo reſpectu ad priorem Pauli. PERIZON. *Per ſe* in quatuordecim ſcriptis reperi. Leid. prim. & ſept. *Pene imperio per ſe.* Periz. *per ſe ipſe.* Mog. *ipſe pre ſe.* Nepos in Thraſyb. c. 1. *Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito an hunc omnium primum ponam.* Noſter L. I. 6. 10. *Ex ſimulacro enim Apollinis per ſe abrupto capite.* Sil. Ital. L. XI. v. 447.

Ac, ſilice aggeribus per ſe ſcandente vocatis,
Juſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.

ubi plura exempla congeſſit Cl. Drakenborchius.

9. *Idem triumphantis currum equo inſidens ſequi*] Uterque Ultraj. Periz. Bit. ſec. Barb. prim. Med. prim. Leid. ſec. Cop. *Idem triumphantis equo.* Bit. ſec. *Idem triumphans equo.* Quinque alii, *Idem triumphantem.* Bit. prim. *Triumphans equo inſidens.* Leid. quint. *Triumphanti. Currum* omittit etiam Mog. Quamquam ferri poſſit τὸ *triumphantem*, longe tamen vulgatam lectionem praetulerim.

10. *Nec acceſſio glorioſae illius pompae, ſed auctor*] Non dubito quin genuina haec ſit lectio; quam & uterque cod. Brand. habet. *Acceſſio* Latinis dicitur, quod non primarium, ſed ſecundarium eſt. Plinius praef. l. XXXIII. *Nec hoc fuit ſatis: turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices: ac temulentiae cauſſa tenere Indiam juvat: & aurum jam acceſſio eſt.* Vide & Cujacium l. X. Obſervat. c. 18. & Gronovium ad Liv. XLV. 7. Pighius male *acceſſor.* Et legendum conjicit *accenſor.* VORST. *Acceſſio* habent etiam Barb. prim. Bit. ſec. & Ultraj. prim. ſed Cop. *Acceſſo.* Vide Nob. Heinſ. ad Vell. Pat. L. II. 26. plurimis exemplis

Caeſar, omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea. [16] Habebat autem duos praeterea optimae indolis filios, *quibus Caeſar ſe incrementa dignitatis* [17] *benigne largiturum* pollicebatur. Hunc patrem tametſi ſumma divini principis clementia tutum praeſtitit, [18] quis tamen non humano ingenio majus auſum putet, quod, cui totus terrarum orbis ſuccubuerat, non ceſſit?

Sed neſcio an Octavius Balbus concitatioris & ardentioris erga filium Ann. urb. benevolentiae fuerit. Proſcriptus à triumviris, [19] cum domo, poſtico 710. App. Civil. IV. clam eſſet egreſſus, jamque fugae expeditum initium haberet, poſtquam paulo aliter. Plut. intus filium trucidari [20] falſo clamore viciniae accepit, ei ſe neci, quam Demetrio. Julian. in eva- Miſopog.

plis *τὸ acceſſio* illuſtrantem. Male igitur Med. & Leid. primi *aſſeſſor.*

11. *Non tam ſpecioſa Caeſetii*] Ita malo è codd. Brand. & edit. Mart. Herbip. legere, quam ut Pighius, Aldum ſecutus, edidit, *Non tam Caeſetii ſpecioſa.* VORST. Idem firmant codices noſtri & Mog. Ed. reliquae *Caeſeti ſpecioſa equitis.*

12. *Sed patria par indulgentia*] Scripſit ita Pighius è codd. credo, MSS. Veteres typis expreſſi & Brand. MSS. *patria* habent ante *ſed*; ut ad vocem *ſors* id pertineat. VORST. Ita hic omnes codices habere cum intelligerem, hos quam Pighium ſequi malui.

13. *Extremorum*] Puerilis error. lego: *Externorum.* Externus & domeſticus hoſtis opponuntur. COLER. *Extremorum* ſcilicet ediderant Gryph. Rob. Steph. & Pighius. Sed recte vetuſtiores & MSS. *Externorum* retinent. Multi MSS. etiam *Et externorum & domeſticorum.* Quod amat noſter.

14. *Cum Marullo*] Pauculi *Marulo.* Harl. cum Periz. *Manilio.* Leid. quart. *Marillus.* ut liber vetus Torrentii habebat quoque apud Senec. vide notas. ad Suet. Caeſ. 79.

15. *In hunc modum reſpondere ſuſtinuit*] MSS. undecim cum Ed. Mog. & Aſcenſ. *Reſpondendo ſuſtinuit.* Quaſi verbum aliquod excidiſſet. niſi potius ortum fuerit ab errore librarii invidiam Caeſari *reſpondendo* factam putantis. MS. Cant. *Regni affectati.* Waſſe Ind. Sal. v. *Affecto.*

16. *Habebat autem duos praeterea optimae indolis filios*] Ultima vox cum in MS. non compareat, nec ullo modo deſideretur, ejiciendam puto. PERIZON. Eſt ea vox quoque tantum inter lineas Barb. primi.

17. *Benigne ſe largiturum*] MSS. ſexdecim cum Ed. Mog. & Mediol. *Benigne ſe daturum*, ſed *largiturum* eſt in Venetis, & ceteris.

18. *Quis tamen non humano ingenio majus auſum putet, quod cui totus terrarum orbis ſuccubuerat non ceſſit*] MS. tria vocabula omittit. *non. majus* & *totus.* de ultimo ſubſcribo ei, de prioribus dubito. Forte. *Quis tamen humano ingenio uſum putet, quom, cui terrarum orbis ſuccubuerat, non ceſſit. uti ingenio humano* hic eſt, hominis ingenio praeditum eſſe, hominis ingenium habere. Quamvis etiam retineri poſſet *τὸ auſum* & exponi. Quis putet, cum non plus eſſet quam homo, auſum eſſe, cum non ceſſit, cui &c. legi enim ſic ſolet *quom.* PERIZON. Leid. prim. & ſec. *Magis uſum.* Bit. prim. & Barb. prim. *Quam cui.* Leid. prim. *ſuccubuerit.*

19. *Cum domo poſtica clam eſſet egreſſus*] MS. *poſtico* id eſt per poſticum. ſic VI. 8. 6. *illum poſtico clam emiſit.* PERIZON. *Poſtico* inveni in MSS. tredecim. Duo *domum poſtico.* Ante Pighium legebatur. *Cum domo, poſtico clam eſſet egreſſus.* Horat. L. I. Epiſt. v. 31. *Atria ſervantem poſtico falle clientem.* Liv. L. 39. 51. *Poſtico, quod maxime devium & occultiſſimi exitus erat, fugere conatus.* Servius ad Virg. L. 11. Aeneid. v. 453. *Poſticum*, dicit, *neutrius generis eſſe. Poſtica vero foeminini generis eſſe Augurale verbum.* Dixerunt tamen etiam *poſtica pars.* Vide J. Fr. Gronovium ad Liv. L. XL. 2.

20. *Falſo clamore viciniae*] Magis placet, ut eſt in Atrebatenſi & Cauchiano; *Falſus clamore e vicinia accepit.* PIGH. *Falſus clamore e vicinia accepit.* Ita Pighius è duobus codd. Veteres editiones habent *falſo clamore viciniae.* Cum quibus congruunt codices Brand. MSS. niſi quod unus

evaſerat, obtulit, occidendumque militibus tradidit. [21] Pluris nimirum illud momentum, quo illi praeter ſpem videre filium incolumem contigerat, quam ſalutem ſuam aeſtimans. Miſeros adoleſcentis oculos, quibus amantiſſimum ſui patrem, [22] ipſius opera ſic expirantem, intueri neceſſe fuit?

EXTERNA.

1. App. Syriaca. 87, 88. Plut. Demet.

Ceterum ut ad jucundiora cognitu veniamus, [23] Seleuci regis filius Antiochus novercae [24] Stratonices infinito amore correptus, memor [25] quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaque diverſi affectus iiſdem viſceribus ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad ultimam tabem corpus ejus redegerunt. [26] Jacebat ipſe in lectulo, moribundo ſimilis: lamentabantur neceſſarii: pater moerore proſtratus de obitu unici filii, deque ſua miſerrima

unus habet *falſus*. VORST. Lectionem omnium tam ſcriptorum, quam typis impreſſorum librorum revocavi.

21. *Pluris nimirum*] Nonnulli ſcripti, *Pluris nimium*.

22. *Ipſius opera ſic expirantem*] Apparet quam late vox *operae* pateat. Non filius patrem interemit; ſed pater, cum retrogreſſus filium incolumem videre voluit, occupatus atque interemptus fuit ab aliis. Et dicit tamen Valerius, parentem opera filii expiraſſe. Quo de vocabuli uſu & in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta acturi ſumus. VORST.

23. *Seleuci regis*] Primus Syriae rex poſt Alexandri Magni mortem fuit Seleucus Nicanor. ſecundus Antiochus Soter, qui & Aſiae rex, ut omnes deinde ſequentes. Tertius Antiochus Θεός. Quartus Seleucus Gallinicus, Quintus Seleucus κεραυνός. Sextus Antiochus Magnus. Septimus Seleucus, qui & Philopator. Octavus Antiochus, qui & Epiphanes. Hic ex Valerio vix ſcire queas, de quonam Seleuco, de quo Antiocho hanc hiſtoriam intelligere debeamus. Cum tres Antiochi imperio Seleucos anteceſſores habuerint. patres ne eorum, an cognatos incertum. Sed ſic racemos colligimus. GLAREAN.

24. *Stratonices infinito amore correptus*] An *infrunito amore?* Certe de ſtolido, improbo & impudenti adfectu loquitur privigni in novercam. LIPS. *Infinito amore*. Divina Lipſii divinatio: *Infrunito amore*. Certe vulgaris ſcriptura nimis vulgaris & infrunita videatur. Multus in priſcis illis vocabulis Valerius. COLER. *Stratonices infinito amore correptus*. Putat Lipſius legendum eſſe *infrunito amore*. Eamque conjecturam divinam divinationem vocat, ipſumque *infrunito* in textum recipit Colerus. Ego ſine auctoritate codicum MSS. nihil mutandum putem. Et quidni amor *infinitus* dici poſſit, qui eſt vehemens, & nullos ſibi terminos figit? Nepos *bellum infinitum* dicit non quod nunquam, ſed quod non ante deſiturum ſit, quam alter ſuperatus atque imperio exutus ſit, IV. 10. 3. Cicero IV. Tuſc. *De L. Bruto fortaſſe dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaſerit*. Stratonice iſta cognomen habuit Θεᾶς; & apud Smyrnaeos conſecrata, inque honorem ejus fanum Veneris Stratonicidis dedicatum fuit, ut ex decreto Smyrnaeorum, quod inter marmora Arundelliana Seldenus dedit, apparet. VORST. *Stratonice*, haec fuit filia Demetrii Poliorcetae. Vide Uſſerii Ann. 3722. & Spanhem. de Numiſm. Sic *infinitum odium* dicit Cic. Tuſc. IV. 22. PERIZON. Et quid clarius illo L. IX. 13. ext. 3. *Nam cum infinito ardore conjugis Thebes teneretur*. Liv. L. III. 9. *Quippe duos pro uno dominos acceptos, immoderata, infinita poteſtate*. ubi Vide J. Fr. Gronovium.

rima orbitate cogitabat: totius domus funebris magis, quam regius erat vultus. Sed hanc triſtitiae nubem [27] Leptinis mathematici, vel, ut quidam tradunt, [28] Eraſiſtrati medici, providentia diſcuſſit. Juxta enim Antiochum ſedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & ſpiritu [29] increbreſcere, eaque egrediente pallere, & [30] excitatiorem anhelitum ſubinde recuperare animadvertit, curioſiore obſervatione ad ipſam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcentis diſſimulanter apprehendendo, modo vegetiore, modo languidiore pulſu venarum comperit, cujus morbi aeger eſſet; protinuſque id Seleuco expoſuit. [31] Qui chariſſimam ſibi conjugem filio cedere non dubitavit: quod in amorem incidiſſet, fortunae acceptum referens: quod diſſimulare eum uſque ad mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans. Subjiciatur animis ſenex, rex, amans: jam patebit, [32] quam multa, quamque difficilia, paterni affectus indulgentia ſuperavit.

At

vium. MSS. quinque hic habent *infando.* & ſic vulgatae quaedam ante Pighium Edd. Sed hoc ſtatim poſt indicat, quum *faces improbas* dicit, ut rectius ceteri *infinito* retineant. quamvis Lipſii *infrunito*, videatur etiam probaſſe Scriverius ad Plaut. in Menaech. II. 3. 85. in addendis.

25. *Quam improbis facibus arderet*] Vide Gudium ad Phaedr. L. I. I. Ultr. prim. *Facinoribus.*

26. *Jacebat ipſe Antiochus in lectulo*] Vox *Antiochus*, è gloſſis irrepſit, & eſt rejicienda. nam in manuſcriptis non habetur. PIGH. Aldus, Aſcenſ. & ceteri addiderant, ſed contra MSS. & impreſſos vetuſtiores.

27. *Leptinis Mathematici*] Nonnulli cum multis Edd. ante Pigh. *Leptini.* Harl. *Leptines.* Copeſ. *Lecticoris.*

28. *Eraſiſtrati*] Clinicus fuit, diſcipulus Chryſippi Medici, Ariſtotelis ex filia nepos. Plinius *maximum Medicum* vocat. COLER. *Eraſiſtrati medici providentia diſcuſſit.* ſic Appian. meminit ejus etiam Gell. L. XVI. 3. Vide & Scalig. ad Euſeb. 1759. PERIZON.

29. *Ingrebreſcere*] Complures ſcripti *Increbeſcere.*

30. *Excitatiorem anhelitum*] Falſo. languidior enim anhelitus, & velut abiens cum illa abeunte fuit. quod ipſe Valerius aperit, qui increbuiſſe anhelitum ait illa intrante. Veteribus eſt, *exercitatiorem.* Vox accommoda haud mihi nunc accurrit. LIPS. *Excitatiorem.* Languidiorem & jam quaſi defatigatum. Habet ſibi ſua talia quaedam Valerius. Paulo poſt *vegetiorem* opponit. Fruſtra igitur quaeras cum Lipſio aliud verbum. Dein legitur in lib. Dan. *reciperare.* ex quo faciendum parvula mutatione *reciprocare.* Ita ſenſus poſtulat. COLER. *Excitatiorem anhelitum ſubinde recuperare.* Haec ita ſcripta aliquid falſi habere cenſet Pighius; quia Stratonice abeunte anhelitus Antiochi potius languidior factus fuit. At Colerus ipſum quoque illud *excitatiorem*, languidiorem & quaſi defatigatum ſignificare poſſe putat. Deinde pro *recuperare* legendum cenſet *reciprocare.* In quibuſdam libris eſt *exercitatiorem anhelitum.* quod Theophilus Chalcocondyles alteri & praefert, & magis fatigatum ſignificare putat. VORST. *Exercitatiorem* invenio in ſcriptis ſeptem. *Excitatiorem* explicabat Perizon. Ex imo pectore petitum, frequentem, acrem. recte.

31. *Qui chariſſimam ſibi conjugem filio cedere non dubitavit*] Quatuordecim MSS. *Chariſſimam conjugem*, niſi quod nonnulli *Cariſſimam* exhibent. Eodem modo Edd. Pighio, qui edidit *chariſſima conjuge*, antiquiores. Vide ſupra L. IV. I. Ext. 7.

32. *Quam multa, quamque difficilia paternus affectus ſuperavit*] Quid ſi legatur *ſuperarit*; ut leges Grammaticae requirere videntur. Verumtamen *ſuperavit* non modo omnes typis ex-

Sſſ preſ-

Ann. urb. 692. App. Mithridatica.

At Seleucus quidem uxore, Ariobarzanes autem filio ſuo [33] Cappadociae regno ceſſit, in conſpectu Cn. Pompeji. [34] Cujus cum tribunal conſcendiſſet, invitatuſque ab eo in curuli ſella ſediſſet, poſtquam filium [35] in cornu ſcribae humiliorem fortuna ſua [36] locum obtinentem conſpexit, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri: ſed protinus ſella deſcendit, & diadema in caput ejus transtulit: hortarique coepit ut eo tranſiret, unde ipſe ſurrexerat. Exciderunt lacrymae juveni, cohorruit corpus, [37] dilapſum diadema eſt, nec quo juſſus erat, progredi potuit: quodque pene fidem veritatis excedit, laetus erat, qui regnum deponebat; triſtis, cui dabatur. Nec ullum finem tam egregium certamen habuiſſet, niſi patriae voluntati auctoritas Pompeji adfuiſſet. Filium enim & regem appellavit, & diadema ſumere juſſit, & in curuli ſella conſidere coëgit.

preſſi, ſed & Brand. MSS. habent. VORST. Ita & noſtri. Adſcripſit tamen etiam Perizonius, an non *ſuperarit*? Quod probem.

33. *Cappadociae regno ceſſit*] MSS. omnino tres hic habent *Regnum.* etiam *uxorem*, unus & alter. *Autem* poſt *Ariobarzanes* in multis antt. Edd. fuit omiſſum; contra MSS. fidem.

34. *Cujus cum ipſe tribunal conſcendiſſet*] Et dictionem *ipſe* ob eandem cauſam hinc ejice. PIGH. Delent etiam noſtri.

35. *In cornu ſcribae humiliorem fortuna ſua locum obtinentem conſpexiſſet*] *Cornu* iſtud *ſcribae* extrema pars quaedam fuit tribunalis, ad quam ſedere ſcriba ſolebat. Tac. L. I. Ann. *Judicns aſſidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret.* Vide & Obſ Giſanii p. 52. itemque notas Savaronis ad. I. II. Sidonii Apollinaris. ubi de cornu menſae agitur. VORST.

36. *Locum obtinentem conſpexit*] Plerique MSS. *conſpexiſſet* cum Ed. Mog. pro *ſurrexerat.* Harl. & Leid. ſec. *deſcenderat.*

37. *Dilapſum diadema eſt*] Lege *Delapſum.* niſi *dilapſum* eſt diſſolutum. PERIZON. Med. uterque *Collapſum.* placet *delapſum* legere cum Perizonio. Notum eſt quam male *de*, & *di* paſſim ſint permutata.

CAPUT VIII.

[1] QUI SEVERI ADVERSUS LIBEROS.

1. *L. Junius Brutus primus Cos.*
2. *Caſſius Viſcellinus.*
3. *T. Manlius Torq. juriſcos.*
4. *M. Aemilius Scaurus.*
5. *A. Fulvius.*

1. Ann. urb. 244. Livius II. Dionyſ. V.

[2] Comicae lenitatis hi patres: tragicae aſperitatis illi. Par Romulo gloria [3] L. Brutus, quia ille urbem, hic libertatem Romanam con-

1. *Qui ſeveri &c.*] MSS. ita fere. *De Severitate parentum in filios*, vel, *adverſus liberos.* Quod mutavit Pighius.

2. *Comicae lenitatis &c.*] Haec ita exhibet Leid. ſext. *Comicae lenitatis hi patres, de quibus dictum eſt, tragicae aſperitatis illi, de quibus dicendum eſt.* Sed quae nimis manifeſte Gloſſatorem produnt, quam ut dubitare liceat.

3. Brn.

condidit; [4] filios ſuos, Tarquinii dominationem à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proque tribunali virgis caeſos, & ad palum religatos ſecuri percuti juſſit. [5] Exuit patrem, ut conſulem ageret: orbuſque vivere, quam publicae vindictae deeſſe maluit.

Hujus aemulatus exemplum Caſſius, [6] filium, qui [7] tribunus plebis A- 2.
grariam legem primus tulerat, multiſque aliis rebus populariter animos hominum [8] amore ſui devinctos tenebat, poſtquam illam poteſtatem depoſuit, [9] adhibito propinquorum & amicorum conſilio, [10] affectati regni cri-

Ann. urb. 268. Livius II. Dionyſ. V. ex quibuſdam Annal. ex aliis aliter.

3. *Brutus par gloria Romulo*] Elegantius haec in Colonienſi, & Wincheliano, *Par Romulo gloria L. Brutus.* PIGH. *Par Romulo gloria L. Brutus.* Haec verba ita conſtituit Pighius cum antea legeretur, *Brutus par gloria Romulo.* Et idem quoque ordo reperitur in MSS. quorum quidam addunt *Lucius.* quem ille mutandum duxit, propter ſequentia pronomina *hic*, *ille*, quae ſolito tunc more ad ſua ſubſtantiva non referantur. Quod tamen ſaepius uſu venire apud noſtrum vidimus, ut *hic* ad prius, *ille* ad ſequens referatur. Vide L. IV. 8. Ext. 2. L. VII. 3. Ext. 3.

4. *Filios ſuos Tarquinii dominationem reducentes*] Erant & alii nobiles juvenes qui id molirentur; ſed ut Liv. L. II. ait. *A ceteris velut ab ignotis capitibus conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos.* VORST. Pro *religatos.* Med. prim. *deligatos*, quod pro varia lectione additur etiam in Leid. ſept.

5. *Exuit patrem*] Vide Cuper. L. I. Obſ. VIII. J. Fr. Gron. L. I. Obſ. VI. Ovid. Lib. XII. Metam. *Rexque patrem vicit.* PERIZON.

6. *Filium*] Sp. Caſſium Viſcellinum, qui corrupte opinor apud Ciceronem *Becelinus* hodieque ſcribitur. COLER.

7. *Qui tribunus pleb.*] Fortaſſe legendum, *Qui cum tribunis plebis.* Alioquin enim adverſatur veritati hiſtoriae. Caſſius enim conſul tunc fuit, & patricius, non trib. plebis: ſed cum tribunis commodum plebis quaerentibus tunc coiiſſe ad ſuam legem perferendam, non adeo refragari poſſumus. PIGH. Fuit is Sp. Caſſius, qui ea tempeſtate non tribunus plebis, ſed conſul fuit. ut ex lib. II. Livii conſtare poteſt. Conjicit ergo Pighius, legendum eſſe *qui cum tribunis plebis Agrariam legem primus tulerat.* Verum quia in omnibus codd. eſt *tribunus plebis*, fatendum potius, noſtrum hic rurſus dormitaſſe. Quod idem & Manutio viſum in lib. de leg. Rom. At Robortellus concedere illud noluit; Manutiumque eo nomine in lib. II. Emendat. c. 22. perſtrinxit. Verum occurrit ei Sigonius Emendat. I. 31. ac Manutium defendit, demonſtrando & alia loca quibus Valerius errorem commiſerit. VORST. Si cum Pighio legas *cum tribunis plebis*, ne ſic quidem cum reliquis conveniet; apud quos nulla tribunorum legem agrariam tunc ferentium mentio. Deinde, quaenam, quaeſo, *illa poteſtas eſt*, poſt *quam depoſitam*, illum ita puniverit. Ea profecto ex toto orationis contextu non alia, quam *tribunicia* intelligi poteſt; prout intellexit etiam Ampl. Bynkershoek C. 3. Opuſc. p. 156. Eum nuper etiam Tribunum plebis a patre damnatum, teſte Valerio, ſcribens. Ut vel alios auctores noſter ſit ſecutus, vel manifeſtus ejus error, ex memoria rem pervulgatam referentis, & eum tribunum plebis legem agrariam tuliſſe putantis, quoniam iis legibus Tribuni ſaepe remp. turbaverant. Flor. L. III. 13. I. *Seditionum omnium cauſſas Tribunicia poteſtas excitavit: quae ſpecie quidem plebis tuendae, cujus in auxilium comparata erat, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi ac favorem, agrariis, frumentariis, judiciariis legibus, aucupabatur.*

8. *Amore ſui devinctos*] Periz. Harl. Bit. uterque, Leid. ſec. *Devictos.* ſic apud Ter. And. III. 3. 29.

——— ——— *Spero conſuetudine, &*
Conjugio liberali devictum Chreme,
Dein facile ex illis ſeſe emerſurum malis.

ubi Faërnus notavit antiquam lectionem eſſe *devinctum*, ut nunc editur. Similiter in Hec. I. 2. 93. Recte. *Devinciri* paſſim dicuntur, qui amore, beneficiis, & praemiis alteri obſtringuntur.

9. *Adhibito propinquorum & amicorum conſi-*

lio]

crimine domi damnavit: verberibuſque affectum, [11] necari juſſit: ac [12] peculium ejus Cereri conſecravit.

T. Autem [13] Manlius Torquatus, [14] propter egregia multa rarae dignitatis, juris quoque civilis, & ſacrorum pontificalium peritiſſimus, in con-
Ann. urb. 612. Livius LIV. Cic. de Fin. 1. ſimili facto ne conſilio quidem neceſſariorum indigere ſe credidit. Nam cum ad ſenatum Macedonia de filio ejus D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet, à patribus conſcriptis petiit, *nequid ante de ea re ſtatuerent, quam ipſe Macedonum, filiique ſui, cauſſam inſpexiſſet.* Summo deinde cum ampliſſimi ordinis, tum etiam eorum, qui queſtum venerant, conſenſu cognitione ſuſcepta, domi conſedit: ſoluſque utrique parti per totum biduum vacavit, [15] ac tertio pleniſſime die, diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronuntiavit: *Cum Silanum filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & republica eum & domo mea indignum judico, protinuſque è conſpectu meo abire jubeo.* Tam triſti patris ſententia perculſus Silanus, lucem ulterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendio-

lio] Eodem modo de filio parricidii affectati ſuſpecto cognovit domi ſuae *T. Arius*, ſeu *L. Tarius* malis, apud Senec. de Clem. L. 1. c. 15.

10. *Affectati regni crimine domi damnavit*] Livius: *Sunt qui patrem auctorem ejus ſupplicii ferant: eum cognita domi cauſa verberaſſe ac necaſſe, peculiumque filii Cereri conſecraviſſe.* Idem tamen etiam teſtatur, apud quoſdam inveniſſe ſe, idque propius fidem eſſe, à quaeſtoribus diem ei dictam perduellionis: damnatum populi judicio: dirutas publice aedes. Vide & noſtrum infra VI. 3. 1. ubi ſcribit, ſenatum populumque Rom. non contentum capitali eum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperjeciſſe. VORST.

11. *Necari juſſit*] Plinius lib. XXXIV. cap. 4. *Romae ſimulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat.* Huic interempto domum etiam ſuperjectam fuiſſe tradit Valerius lib. VI. cap. 3. COLER.

12. *Peculium ejus Cereri*] Plinius XXXIV. 4. *Romae ſimulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat.* VORST.

13. *Manlius Torquatus*] Pomponius de orig. juris: *Poſt hos fuerunt P. Mutius & Brutus & Manilius* (lego *& Manlius*) qui fundaverunt Jus civile. Meminit hujus Manlii Cicero lib. 1. de Finib. Quod nec ab Hotomanno, nec Cujacio animadverſum. COLER. Mendoſe in quibuſdam ſcriptis. *Gajus autem.*

14. *Propter egregia multa rarae dignitatis*] Chriſtophorus Rufus in Antexegematis pro *propter* legendum putat *praeter*; idque ſuadere voculam *quoque*, quae mox ſequitur. Atque ita in cod. quodam & ſcriptum reperit: noſque itidem in uno cod. Brandeb. Et eſt omnino id concinnius. VORST. Chriſt. Rufus legit, *Praeter.* Ita illud plane exſtat in cod. Copeſ. PERIZON. Bit. & Barb. primi, Med. ſec. *pater*, ceteri *propter* retinent, ſed *praeter* habet etiam Ed. Mediol. *propter* ſatis commode explicari poteſt. Fuit enim Torquatus vir rarae dignitatis propter multa egregia. Barb. prim. habet *militaris juris quoque.*

15. *Ac tertio pleniſſime die diligentiſſimeque*] Multi Codd. *Tertio die pleniſſime.* Dein ſex, *percuſſus*, ut Aldus aliique ediderunt. Vide ſupra L. 1. 8. Ext. 3.

16. *In quo Imperioſi illius Torquati ſeveritate conſpicua imago*] In atriis imagines majorum collocabant. Quod quare factum ſit, ipſe noſter mox ſubjicit. Juvenalis Sat. VIII.

Tota licet veteres exornent undique cerae
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus.

Sed & omnes cenſus ac divitias in atriis ſervabant. Unde ſervi *atrienſes* inter honoratiores erant. VORST.

17. *Im-*

dioque ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat jam Torquatus ſeveri & religioſi judicis partes: ſatisfactum erat reipublicae: habebat ultionem Macedonia: potuit tam verecundo obitu filii patris inflecti rigor. at ille neque adoleſcentis exequiis interfuit, & cum maxime funus ejus duceretur, conſulere ſe volentibus, vacuas aures accommodavit. Videbat enim ſe in eo atrio conſediſſe, [16] in quo [17] Imperioſi [18] illius Torquati ſeveritate conſpicua imago poſita erat: prudentiſſimoque viro ſuccurrebat, effigies majorum cum titulis ſuis idcirco [19] in prima aedium parte poni ſolere, ut eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.

M. vero Scaurus, lumen ac decus patriae, cum apud [20] Atheſim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulſi, [21] deſerto procoſ. Catulo, Urbem pavidi repeterent, [22] conſternationis eorum participi filio ſuo Ann. urb. 652. A. Victor LXXII. Front. IV. 1.
[23] miſit, qui dicerent, *libentius ſe in acie ejus interfecti oſſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugae reum viſurum. Itaque ſi quid modo reliquum*

in

17. *Imperioſſi illius Torquati*] Mirum, quod Pighius nomen *Torquati* hic ferre potuit; cum ſupra v. 4. 3. ubi idem nomen eidem tribuebatur, illud expungendum putarit Vide Notas ad illum locum. Sed mirum tamen & illud, quod eidem Manlio, cui nomen *Imperioſſi*, & recte, tribuit noſter, & *Torquati* nomen tribuit. Conſtat enim ex hiſtoria, filium demum L. Manlii Imperioſſi, praenomine Titum, cognomen Torquati nactum fuiſſe, cum Gallum quendam viciſſet, eique torquem detraxiſſet. Vide Livium VII. 10. Fuerit omnino illud de nomine *Torquati* inter παρόραμα noſtri numerandum. VORST. Errorem ipſius Vorſtii redarguit jam Perizon. ad L. v. 4. 3. Nam nihil aliud hic reſpicit Valerius quam caedem filii, a T. Torquato patratam.

18. *Illius Imperioſſi Torquati*] Copeſ. *Imperioſi illius Torquati.* Sic Cic Fin. II. 28. *Frugi ille Piſo.* PERIZON. Hic ordo in compluribus obſervatur MSS. Quemadmodum duodecim MSS. & omnes ante Pighium Edd. habent *effigies ſuorum maiorum*

19. *In prima aedium parte*] In atrio, ſive cavaedio. Vide Plinium lib. XXXV. cap. 2. Senecam lib. III. de benefic. Juvenalis Sat. VIII. Cicero variis locis. de imaginibus ſingulares libros conſcripſere Pomp. Atticus & Marcus Varro teſte Plinio. COLER.

20. *Atheſim*] Vide Pighii Herc. prod. p. 201. PERIZON. Et Cl. Duker. ad Flor. L. III. 3. 12.

21. *Deſerto procoſ. Catulo*] Sic edere placuit Pighio, quoniam poſt Catuli conſulatum hoc actum fuit, Mario jam quintum conſule, qui anno ſuperiore quartum Conſul collegam habuerat Catulum. Epit. L. LXVIII. *Cimbri repulſo ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconſule.* Tamen omnes ante ipſum expreſſi typis legunt, *deſerto conſule Catulo*, Mog. *deſerto Catulo conſule.* Quomodo legit quoque major pars MSS. Sex nomen magiſtratus prorſus omittunt Med. ſec. *Q. Catulo conſule.*

22. *Conſternationis ejus participi filio*] Sic Pighius novaverat contra omnium noſtrorum MSS. fidem, & omnium veterum editionum conſenſum. In quibus eſt, *Conſternationis eorum.*

23. *Miſit, qui dicerent*] MSS. novem cum Mog. Ed. *miſit, qui diceret.* quod magis placet; neque enim opus fuiſſe videtur, ut multos pariter nuncios mitteret.

24. *Conſpectum degenerati patris vitaturum*] *Vitaret*, in Cauchiano. Rectius. At meo quidem judicio rectiſſime, ſi ſic, *Conſpectum degener irati patris vitaret.* Et ipſa fere verba haec Scauri patris fuiſſe videntur, quae filium ad mortem adegere. PIGH. *Conſpectum.* Ergo formula illa fuit peculiaris, qua patres filios abjiciunt: E CONSPECTU MEO ABEAS. Sic

 Tor-

in pectore verecundiae ſupereſſet, [24] *conſpectum degenerati patris vitaturum.* recordatione enim juventae ſuae, qualis M. Scauro aut habendus, aut ſpernendus, eſſet filius, admonebatur. Quo nuntio accepto, juvenis coactus eſt fortius adverſus ſemetipſum gladio uti, quam adverſus hoſtes uſus fuerat.

5. Ann. urb. 690. Salluſt. Catil. Diod. Sic. XXXVII.

Nec minus animoſe A. Fulvius, vir ſenatorii ordinis, euntem in aciem [25] filium retraxit, quam Scaurus è proelio fugientem increpuit. Namque juvenem & ingenio & literis & forma [26] inter aequales nitentem, pravo conſilio amicitiam Catilinae ſecutum, inque caſtra ejus temerario impetu ruentem, [27] medio itinere abſtractum ſupplicio mortis affecit: praefatus, *non ſe Catilinae illum adverſus patriam, ſed patriae adverſus Catili-*

tili-

Torquatus paulo ante: *Et Republica eum & domo mea indignum judico, protinuſque* E CONSPECTU MEO ABIRE JUBEO. Sic libro VI. capite I. de Q. Fabio Maximo Serviliano: *Exegit a filio unico poenas dubiae caſtitatis: Is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.* COLER. *Vitaret* reſtituit Pighius ex Cod. Cauchiano. Alii inepte *vitaturum.* deinde *degener irati patris* ſcripſit idem Pighius pro *degenerati*; & confirmatur conjectura eo, quod juventae filii cum juventa parentis comparatio mox ſequitur. VORST. Omnes Codd. excepto Cauchiano habent *Vitaturum.* Quod licet videri poſſet ortum ex ſuperioribus *occurſurum, viſurum*, tamen in tanto conſenſu rejici non debuit: commodiſſime enim exponi poteſt. *Miſit Scaurus, qui dicerent filio, eum itaque, ſi quid verecundiae illi ſupereſſet, patris conſpectum vitaturum*, quaſi dicat; *ab eo exſpectari, eum vitaturum.* Porro pro *degenerati* Pighius Vorſtio conſentiente legit *degener irati.* quod & Vorſtius in textum recepit. Sed exponendum puto *degenerati*, a quo degeneratum erat, degeneraverat filius, maxime quia mox ſequitur *recordatione juventae ſuae.* de voce *degenerare* vide & Gron IV. obſ. p. 309. ſed omnino Heinſ. ad Ovid. Ponto III. I. 45. *Hanc cave degeneres.* ubi plura exempla adfert. *Ubi a tuis auſpiciis degeneratum erat.* L. II. 7. 7. ſic & Liv. L. I. 53. Ovid. L. VI. Met. 208.

An Dea ſim dubitor.

Latin. Pacat. in Paneg. *Geminis Delos reptata numinibus.* & *ululatus* de loco apud Virgil. PERIZON. Similiter in Ep. ad Nic. Heinſium probabat hic *τὸ degenerati.* Revocavi itaque utrumque, ſatius credens omnium MSS. conſenſum ſequi, quam alienas conjecturas. de verbo *degenerare* conſule etiam Broukh. ad Propert. L. IV. I. 81.

25. *Filium*] Salluſtius in Catilin. *Ex equeſtri ordine M. Fulvius Nobilior.* COLER. M. Fulvius Nobilior is fuit. Cujus & Saluſtius mentionem facit in bello Catilinario. VORST. Errantem Colerum caeca mente ſecutus eſt Vorſtius. Diverſos enim Saluſtius facit Fulvium Nobiliorem & hunc noſtrum. Nam c. 17. recenſens eos, quos in unum convocaverat Catilina circiter Kal. Junias L. Caeſare & C. Figulo conſulibus, omnes fere conjurationis deinde principes, nominat inter eos *M Fulvium Nobiliorem ex equeſtri ordine*, & ipſum *L. Statilio, P. Gabinio, C. Cornelio* praeponit. Satis liquido argumento ipſum principem fere fuiſſe inter eos, qui ex equeſtri ordine conjurationis erant participes. Quum cap. 30.* dicat. *Fuerunt tamen extra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. In his erat Fulvius Senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari juſſerat.* Vides ipſum dici fuiſſe *extra conjurationem.* quod in Fulvium Nobiliorem non quadrat. Deinde ſimpliciter appellatur a Saluſtio *Senatoris filius*, & a noſtro deſcribitur juvenis *ingenio & literis, & forma inter aequales nitens*, tamquam ſurgens duntaxat adhuc ad majora, cum *Nobilior* graviſſimis conſiliis a Catilina fuerit adhibitus; praeterea ſi Fulvii ſenatoris filius itidem illis interfuiſſet, non recte a noſtro diceretur *temerario impetu ruens in caſtra Catilinae.*

26. In-

tilinam genuiſſe. Licuit, donec civilis belli rabies praeteriret, incluſum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc ſeveri refertur.

26. *Inter aequales nitentem*] An non *Enitentem?* PERIZON.

27. *Medio itinere abſtractum*] Nonnulli MSS. *In medio itinere*, quod vulgatas ante Pighium editiones obſedit praeter Mog. Porro Leid. prim. uterque Med. *Retractum* ſcribit. De quo ſupra vide Perizon. L. III. 2. 19. Cic. L. v. in Ver. 62. *Quem jam ingredientem navem, & Verri nimis atrociter minitantem, a ſe retractum eſſe & adſervatum.*

C A P U T IX.

[1] QUI MODERATI ERGA SUSPECTOS LIBEROS.

1. *L. Gellius Poplicola.*
2. *Q. Hortenſius orator.*
3. *Fulvius quidam.*
4. *Pater quidam.*

Sed ut hanc incitatam & aſperam ſeveritatem [2] mitiores relatu patrum mores clementiae ſuae miſtura temperent, exactae poenae conceſſa venia jungatur.

[3] L. Gellius [4] omnibus honoribus ad cenſuram defunctus, [5] cum graviſſima crimina de filio, in novercam commiſſum ſtuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam procurrit

1. Ann. urb. 583. cenſor fuit.

1. *Qui moderati erga ſuſpectos liberos*] MSS. conveniunt fere antiquioribus Edd. exhibentes. *De parentum adverſus ſuſpectos liberos moderatione.*

2. *Mitiores relatu patrum mores clementiae ſuae miſtura temperent*] Quid, *mitiores relatu?* erant *re ipſa mitiores:* ſed erant jucundiores relatu. Lege *Relati*. Duo adjectiva uni ſubſtantivo etiam ſupra addidit. *alienigeni amores juſti.* ſupra tamen *ſplendidam relatu praebet materiam.* PERIZON. MSS. undecim *Relati*, ut Perizonius conjicit, exhibent. Copeſ. tamen Leid. quint. uterque Ultraj. Barb. prim. *Relatu. Facunde relatam ſerpentem* dixit ſupra L. I. 8. in fine. ubi vide.

3. *L. Gellius*] Lib. Lavernii: *L. Agellius* Gellium tamen rectius vocat Cicero de legibus & in Bruto. Agellius libro v. capite 6. COLER. Aliquot ex meis etiam *L. Agellius* ſcribunt. vel ſimpliciter, *Agellius*. Leidenſ. tertius *Agellius Lucius*.

4. *Omnibus honoribus ad cenſuram uſque defunctus*] *Uſque*, gloſſula eſt, quae dictio in veteribus libris non habetur. PIGH. Aldus, *ad cenſuram uſque defunctus.* Sed Pighius *uſque* expungendum putavit, quod in MSS. id non reperiſſet. Abeſt & à Codd. Brand. & poteſt commode abeſſe, ac modo ſubaudiri. VORST. *Uſque* abeſt a ſcriptis noſtris, & Ed. Mog. de quo diximus ſupra L. II. 4. 4.

5. *Cum crimina graviſſima de filio, in novercam commiſſum ſtuprum*] Legendum, *cum noverca commiſſum ſtuprum.* ut in Campenſi. PIGH. *Cum noverca commiſſum ſtuprum.* Ita Pigh. ex cod. Campenſi. At veteres typis expreſſi & Brand. MSS. *In novercam commiſſum ſtuprum.* Nec magno jure cauſſa erat, cur Pighius id mutaret. VORST. Defendunt illud quoque MSS. noſtri ad unum omnes. Niſi quod Leid. ſept. al' *in noverca* habet. Nihilo fortaſſe pejus. Horat. I. S. 2. 63. *In matrona, ancilla, peccesve togata.* Vide omnino Cl. Burman. ad Quinct. Decl. xv. 6.

6. *Inſpectaque diligentius cauſſa*]. Aliter non licc-

currit continuo, ſed pene univerſo ſenatu adhibito in conſilium, expoſitis ſuſpicionibus, defendendi ſe adoleſcenti poteſtatem fecit. [6] Inſpectaque diligentiſſime cauſſa, [7] abſolvit eum tum conſilii, tum etiam ſua ſententia. Quod ſi impetu irae abſtractus ſaevire feſtinaſſet, [8] admiſiſſet magis ſcelus, quam vindicaſſet.

2. Ann. urb. 702. Coelius Cic. famil. VIII. Cic. in Bruto.

[9] Q. autem Hortenſii, qui [10] ſuis temporibus ornamentum Romanae eloquentiae fuit, admirabilis [11] in filio patientia extitit. Cum enim eousque impietatem ejus ſuſpectam, & nequitiam inviſam haberet, ut Meſſallam, ſuae ſororis filium, heredem habiturus, [12] ambitus reum defendens judicibus diceret, *Si illum damnaſſent, nihil ſibi praeter oſculum nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum.* Hac ſcilicet ſententia, quam etiam editae orationi inſeruit, filium potius [13] in tormento animi, quam in voluptatibus reponens, tamen ne naturae ordinem confunderet, non nepotes, ſed

licebat. Sic nec ſervum ſine judice ad beſtias dare licebat. Modeſt. lib. XI. D. ad l. Cornel. Sic non niſi principe conſulto & jubente punitur homicidii reus centurio apud eundem Modeſtinum. COLER.

7. *Abſolvit eum tum conſilii, tum etiam ſua ſententia*] Pigh. *Abſolvit eum de conſilii, tum etiam ſua ſententia.* Primo prius *tum*, videtur abeſſe non poſſe. Et apparet idem in utroque Cod. Brand. & antiquioribus typis expreſſis. Deinde ſatis quoque recte ſcribitur *conſilii*, quomodo Aldus ediderat, ut jam ſupra monitum. Porro voculam *de* neque veteres typis expreſſi, neque Brand. MSS. habent. Denique *ſua ſententia* ſcribendum potius, ut in utroque cod. Brand. eſt, quam *ſententia ſua*, ſatis quoque apparet. Ita enim *ſententia* melius ad utrumque referri poterit. VORST. omnia haec firmantur MSS. noſtrorum auctoritate. Klokkius legebat. *Abſolvit eum tum de conſilii ſententia, tum de ſua.*

8. *Admiſiſſet magis*] Nam patria poteſtas in pietate debet magis, quam in atrocitate conſiſtere, ut egregie D. Hadrianus apud Martianum lib. XIV. Inſtit. inquit. COLER.

9. *Q. autem Hortenſii*] Hoc in loco querela patris Hortenſii in filium. At Lib. III. cap. 5. de nepote ejus Hortenſio Corbione deploratio eſt. Fieri autem poteſt, ut nepos filii Hortenſii levitatem ſuperarit, ut nepotes facere conſueverunt. Proximo inde exemplo id miror. cum tot eximii viri, Fulvii nomine, in Romana republica floruerint, de quonam Fulvio hic loquatur, ne uno quidem verbo indicare dignatum Valerium GLAREAN.

10. *Suis temporibus*] *Omnibus ferme oratoribus aetatis ſuae, niſi M. Tullio, clarior.* Agellius libro primo capite 5. COLER.

11. *In filio*] De Hortenſii filii flagitiis vide Cic. ad Att. L. VI. 3. & L. X. 4. 18. PERIZON.

12. *Ambitus reum*] Lege Licinia, de qua Cicero pro Planco. COLER.

13. *In tormento animi*] MSS. decem cum Ed. Mog. habent *in tormentis animi.* Plerique etiam *Meſſalam* ſcribunt.

14. *Aliquantum tetriore*] Pro *aliquanto tetriore.* Loquuntur ita interdum auctores. Livius L. III. *Quantum magis juniores patrum plebi ſe inſinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant.* Item L. XLIV. *quantum longius.* Vide & Notas in I. 7 Hiſt. S. Sulp. Sev. VORST. Nonnulli MSS. *Deteriore*, ut haec ſaepius confunduntur. Copeſ. Med. ſec. Leid. prim. quint. *Aliquanto.* Periz. *Aliquantulo.* Tres Leid. *Aliquantulum.* Vide Cl. Burman. ad Val. Flac. L. I. 741.

15. *Suſpectus in parricidio*] Id eſt, ſuper parricidio, vel propter parricidium. Quippe *in* ſaepe & pro *propter* uſurpatur. Vide Ind. in Nepotem, voc. *In.* Et Salluſtius in B. Jug. *ſuſpectus ſuper aliquo ſcelere.* VORST.

16. *Per triumvirum*] *Triumviris* cura & cuſtodia erat carceris. nec ea tantum, quin & in reos capitis animadvertebant in carcere. unde *Capitales* dicti, Plauto & aliis. *Sanguinei* item, ut

ſed filium heredem reliquit. Moderate uſus affectibus ſuis: quia & vivus moribus ejus verum teſtimonium, & mortuus ſanguini honorem debitum reddidit.

Idem fecit clari generis, magnaeque dignitatis vir Fulvius; ſed in filio [14] aliquantum tetriore. Nam cum auxilium ſenatus imploraſſet, ut [15] ſuſpectus in parricidio, & ob id latens, [16] per triumvirum conquireretur, ac juſſu patrum conſcriptorum comprehenſus eſſet, [17] non ſolum eum non notavit, ſed etiam decedens, [18] dominum omnium eſſe voluit: [19] quem genuerat heredem inſtituens, [20] non quem expertus fuerat.

Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris novae atque inuſitatae rationis conſilium adjiciam: qui cum à filio necti ſibi inſidias compeƦiſſet, nec inducere in animum poſſet, ut verum ſanguinem [21] ad hoc ſceleris progreſſum crederet, [22] ſeductam uxorem ſuppliciter rogavit, [23] *ne*

ſe

ut Prudentio. Quod in carcere reos puniverint planum ex Valerio fit hoc libro cap. IV. & L. VI. cap. I. Sed & extra carcerem animadvertebant, hoc eſt, apud columnam Maeniam, teſte Aſconio. Ducebant porro & aliquando etiam duci jubebant, ut P. Munatium apud Plinium Libro XXI. cap. 3. Maleficos conquiſiviſſe ex hoc quidem Valerii loco didici. cui adjungo Varronem Lib. I. de ling. Latin. *Quaeſtores à quaerendo, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quae Triumviri capitales nunc conquirunt.* De his praeterea libros Juris conſule. Gloſſarium: *Triumvir.* ϖδ̣φύλαξ, τελωνδελκόν. COLER. *Per triumvirum conquireretur. Triumviri* tum aliorum generum, tum & *capitales* erant: qui quidem cuſtodiae praefecti eſſent Vide ſupra v. 4. 7. & ad locum illum Notas. Infra VI. I. 10. diſerte *triumvir capitalis* nominatur. VORST.

17. *Non ſolum non notavit, ſed etiam decedens*] MS. *Vidicavit* lege *vindicavit. Notavit* nimis leve eſt contra parricidii ſuſpectum. tum *notare* cenſoris eſt, non patris. ſupra tamen v. 7. 2. *mea pellam nota.* PERIZON. MSS. mei ſeptem habent *Necavit.*

18. *Dominum omnium eſſe voluit*] *Omnium* deſideratur in MSS. octo. Denuo videlicet hoc excidit propter praecedentis vocis ſimilitudinem, ut ſupra ſaepius vidimus. Vide Cap. 5. L. VI. 4. & 6. Sed hinc latius manavit corruptio. Nam Med. prim. exhibet. *Sed etiam decedens omnium haeredem inſtituit.*

19. *Quem genuerat*] Sic edidi ſecutus auctoritatem MSS. tredecim & omnium antiquarum editionum. Pighius interpoſuit, *ſibi.*

20. *Non quem expertus erat*] Non curans, non reſpiciens, quod filius parricidium pararat. VORST.

21. *Ad hoc ſceleris*] Sec. & ſept. Leid. Barb. prim. Bit. ſec. *Ad hunc ſceleris progreſſum.* Leid. quint. *Ad hunc ſceleris gradum progreſſum.* & ſic Bit. prim.

22. *Seductam uxorem ſuſpicans ſuppliciter rogavit*] Contaminarunt hunc locum ſcioli inſerendo inepta gloſſemata. cujus duplex eſt lectio in manuſcriptis libris, nam in Pulmanniano & Suſiano ſic habemus; *Seductam uxorem ſupplicans rogavit.* In Atrebatenſi, ac Gemblacenſi vero ſic; *Seductam uxorem ſuppliciter rogavit.* Quae lectio mihi praeferenda videtur. PIGH. *Seductam uxorem ſuſpicans ſuppliciter rogavit.* Ita legitur in MSS. quatuordecim: omnino male. orta, ſi quid video, eſt depravatio ex male intellecta voce *ſeducta*, quam quum ſciolus crederet, ſignificare, *corruptam, adulteratam,* opinatus eſt, verbum *ſuſpicari* hic omnino locum habere. Quum *ſeductam*, nihil aliud ſit, quam *in ſecretum deductam, ſeorſim, remotis arbitris abductam.* Vide Viros Eruditos ad Phaed. L. III. 10. Liv. L. XXIII. 34. *comitibus eorum ſeductis & metu territis.* Vide & Cellar. de Lat. Eccleſ. p. 184. Gudius ad locum Phaedri legit. *Suppliciter rogavit*, deleto, *ſuſpicans.* Tollius ad Auſon. Periocha Iliad. II. p. 741. ex ſcripto libro emendat. *Seductam uxorem ſimpliciter rogavit.* Dicitque in vulgatis eſſe. *Suſpi-*

ſe ulterius celaret, ſed diceret, ſive illum adoleſcentem ſubjeciſſet, ſive ex alio concepiſſet. Aſſeveratione deinde ejus, & jurejurando, [24] *ſe nil tale debere ſuſpicari,* perſuaſus, in locum deſertum filio perducto, gladium, [25] quem ſecum occultum attulerat, tradidit, ac jugulum feriendum praebuit: nec veneno, nec [26] latrone ei ad peragendum parricidium opus eſſe affirmans. Quo facto non paulatim, ſed magno impetu recta cogitatio pectus juvenis occupavit; continuoque abjecto gladio, *Tu vero,* inquit, *pater, vive:* [27] *& ſi tam obſequens es, ut hoc precari filio permittas,* [28] *me quoque exſupera.* [29] *Sed tantum quaeſo, ne meus erga te amor eo ſit tibi*

ſpirans ſuppliciter. Quod neſcio in qua ille invenerit editione; ego ſcio exſtare in MS. Leid. quint. ut *ſupplicans rogavit* eſt in utroque Med. Tu vero conſidera lector, an non τὸ *ſuſpirans* hic omnino ſit retinendum. Ut deſcribatur quaſi *amans*, qui de violata uxore ſcire expetit, & quem quaerere pudet. Quomodo etiam Darius *jam non flens, ſed ſuſpirans* interrogat Tyriotem an ludibrium adtuliſſet uxori ſuae Alexander apud Curt. L. IV. 10. 32.

23. *Ne ſe ulterius celaret ſive illum adoleſcentem ſubjeciſſet*] Quatuor ſcripti codices haec plenius ita: *Ne ſe ulterius celaret, ſed diceret, ſive illum adoleſcentem, &c.* PIGH. *Sed diceret.* Omittit recte hanc gloſſulam lib. Dan. Quae enim iſthaec ταυτολογία & garrulitas: *non caelaret, ſed diceret.* COLER. *Ne ſe ulterius celaret, ſed diceret.* Verba *ſed diceret* reperit Pighius in quatuor MSS. eaque reſcribenda putavit. Colerus tamen perperam adjecta putat, & à libro P. Dan. abeſſe teſtatur. Abſunt quoque ab utroque cod. Brand. VORST. Abſunt quoque ab undecim noſtris. Sed exſtant in Ed. Mog. Ego quoque non deſiderem.

24. *Se nil tale debere ſuſpicari perſuaſus*] Non eſt in veteri vox, *debere.* Ego vero illud, *ſe*, etiam deleo, & lego, *nil tale ſuſpicari perſuaſus.* LIPS. *Se nihil tale debere.* Lipſius: *Nil tale ſuſpicari perſuaſus.* Mihi vero omnia illa verba uſque ad vocem *perſuaſus* de gloſſa ſunt ſuſpecta. COLER. *Se nil tale debere ſuſpicari.* A MSS. ſeptem abeſt pronomen *ſe*, a quatuor ex iis verbum *debere.* Sed utrumque in Leid. ſept. adſcriptum eſt recenti manu. Conciſius profecto cum iis quatuor & Lipſio legas. *Nil tale ſuſpicari perſuaſus.* Atque ita cum infinitivo *ſuadere* & *perſuadere* crebro juncta reperias. Vide Cl. Burman. ad Phaed. L. I. 15. *ſuadebat aſino fugere.* i. e. Ut fugeret.

25. *Quem ſecum occultum attulerat*] Uterque Med. Ultraj. prim. Leid. ſept. a manu prima. *Tulerat.* Item Med. prim. & Ultraj. ſec. *feriendum obtulit.*

26. *Latrone*] Non intellige, viarum inſeſſorem καὶ λῃστὴν, ſed ſicarium σφάκτην, ἀνδροφόνον. Vulgo ſtipatorem vel militem ſignificat. Virgilius nove pro venatore poſuit, teſte Servio. quod hactenus ignorarunt noſtri vocabularii. COLER.

27. *Et ſi tam obſequens es*] Sex MSS. cum Ed. Mog. delent τὸ *es.* unus *obſequeris.* Cop. *obſequaris.* Leid. ſept. addit pro varia lectione, *Et ſis, oro, tam obſequens,* haud ineleganter. Porro plerique ſcripti habent, *Et hoc precari filio permittas,* non, *ut.* ſed abeſt ab Ultraj. ſec. & Ed. Mog. *ut* magis placet.

28. *Me quoque exſupera*] Mihi quoque tuo filio ſuperſtes eſto. Notandum item quod praecedit, *Si tam obſequens es, ut hoc precari filio permittas.* Parentibus nimirum in votis eſſe ſolebat, ut heredes, id eſt, liberos ſuperſtites, relinquerent; addo ut & in jurejurando id exprimerent, dicerentque. *Ita mihi ſis ſuperſtes. Ita oculos meos filii manus operiant.* Dubitandum igitur fuit liberis, an parentes ſibi ſuperſtites eſſe optare liceret. Seneca Conſol. ad Marc. c. I. *Non eſt ignotum qualem te in perſona patris tui geſſeris: quem non minus quam liberos dilexiſti: excepto eo quod non optabas ſuperſtitem. Nec ſcio an & optaveris. Permittit enim ſibi quaedam & contra bonum morem magna pietas.* VORST.

29. *Sed tantum quaeſo, ne meus erga te amor eo ſit vilior*] MSS. *Sed tamen quaeſo, ne meus erga te amor eo ſit tibi vilior.* Recte. ſi vero *Tantum* quis retinere velit, legendum, *Id tantum quaeſo.* PERIZON. *Tamen* reperio in MSS. quinque. Et haec ſaepiſſime ſunt con-

tibi vilior, quod a poenitentia oritur. [30] Solitudinem ſanguine meliorem, pacatioreſque ſenatibus ſilvas, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatae, quam datae vitae felicius beneficium!

confuſa. *Tibi* autem quod addit MS. Copeſ. occurrit etiam mihi MSS. undecim & Ed. Mog. atque eleganter ita cum Dativo conſtruitur. Exempla dabit Freinsh. in Ind. Curt. v. *Vilis.*

30. *Solitudinem ſanguine meliorem*] In Campenſi; *O ſolitudinem.* Recte. Exclamatio namque auctoris eſt. PIGH. *O ſolitudinem ſanguine meliorem.* Ita ex cod. Campenſi ſcripſit Pighius. Ab aliis codd. vocula exclamandi abeſt. Cujus rei & ſupra exempla obſervavimus. VORST. *O*, non invenitur in ullo noſtrorum codicum. Vide ſupra L. III. 7. 5.

CAPUT X.

[1] QUI FILIORUM OBITUM FORTI ANIMO TULERUNT.

ROMANI.	EXTERNI.
1. *M. Horatius Pulvillus Coſ.* 2.	1. *Pericles Athenienſis.*
2. *L. Aemilius Paullus procoſ.*	2. *Xenophon.*
3. *Q. Marcius Rex, Coſ.*	3. *Anaxagoras.*

Commemoratis patribus, qui injurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos, qui mortes aequo animo tolerarunt.

[2] Horatius Pulvillus, cum in Capitolio Jovi Opt. Max. aedem pontifex dedicaret, [3] interque nuncupationem ſolennium verborum poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum audiſſet, neque manum a poſte removit; ne tanti templi dedicationem interrumperet: neque vultum à publica religione ad privatum dolorem deflexit, [4] ne patris magis, quam pontificis partes egiſſe videretur. 1. Ann urb. 246 Livius II. Dionyſ. V. Tacit. Hiſt. III. Sen. ad Marc. c. 13.

Cla-

1. *Qui filiorum*] MSS. & antiquitus typis expreſſi, *De parentibus qui filiorum &c.*

2. *Horatius Pulvillus*] Meminere praeter Hiſtoricos Seneca de conſolat ad Marciam cap. 13. Cicero pro Domo. COLER. Vide omnino Servium ad Virg. L. XI. 2. & Plin. L. XXVIII. N. H. 2. PERIZON.

3. *Interque nuncupationem*] MSS. ſex *Inque nuncupatione.* Duo etiam *Mortem filii ſui.* Harl. delet *ſuum.* Ultraj. prim. *eſſe.* poſtea Leid. ſept. *flexit.*

4. *Ne patris magis quam pontificis partes egiſſe videretur*] Truncaſſe ſciolos exemplum, codex Winchelianus atque Colonienſis demonſtrant. Novae enim orationis initium adjicit, ita: *Ne patris magis quam pontificis partes egiſſe videretur, Tolle, inquit, cadaver.* Quae verba Horatii conſulis ſunt, ſed reliqua deſunt ejus periodi; ideoque aſteriſcum adjunxi, ut intelligas quaedam deſiderari: Velut & ipſe ſenſus indicat. Suppleri quidem ſententia ſic poteſt, *Tolle, inquit cadaver: nilque aliud adjiciens, inceptam*

7 Clarum exemplum: [5] nec minus tamen illuſtre quod ſequitur. Aemilius Paullus, nunc feliciſſimi, nunc miſerrimi patris clariſſima repraeſentatio, ex quatuor filiis formae inſignis, egregiae indolis, [6] duos jure adoptionis in Corneliam, Fabiamque gentem translatos, ſibi ipſe denegavit: duos ei fortuna abſtulit. Quorum alter [7] triumphum patris funere ſuo quartum ante diem praeceſſit: [8] alter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium expiravit. Itaque, qui ad donandos uſque liberos [9] abundaverat, [10] in orbitate ſubito deſtitutus eſt. Quem caſum quo robore

Ann. urb. 586. Livius XLV. 41. Sen. ad Marc. c. 13. Plut. in vita. Vell. I. 10.

ceptam rite precationem peregit. Hoc idem ex Livio cognoſcimus, ex quo Valerius hoc exemplum ſumpſiſſe videtur: nam de eadem re ille ſic, *Nihil aliud ad eum nuncium, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem precationem peragit, & dedicat templum.* PIGH. *Tolle inquit.* Deſunt haec in antiquis meis. In Seneca item & Cicerone. Subſcribo tamen lubens ſententiae eruditiſſimi Pighii & ſagacitatem iſtam lubens agnoſco. Servius paulo aliter: *In eo eſt pollutio, quod ait, caſuque animum concuſſus amici. Nam ipſa impiant quae agnoſcimus. Unde in Livio habemus Horatium Pulvillum, cum capitolium dedicare vellet, audiſſe ab inimico mortuum filium: & ne pollutus dedicare non poſſet, reſpondiſſe:* CADAVER SIT. COLER. *Tolle, inquit, cadaver.* Verba haec in pleriſque codd. non reperiuntur. Reſtituenda autem putavit Pighius è cod. Colonienſi & Wincheliano. Sed putat idem, deeſſe & alia quaedam, quae itidem ſunt adjicienda; videl. *Nihilque aliud adjiciens inceptam rite precationem peregit.* VORST. *Tolle inquit cadaver.* Mera eſt haec librariorum liberalitas: in nonnullis Codd. ut ſupra ex Livio & Martiali nonnulla textui inſeruerunt. Ceterum cum a pleriſque Codd. abſint & ſenſus ſine his ſit perfectiſſimus, quod male negat Pighius, rejicienda omnino ſunt. Quando enim ait, *illum neque manum a poſte removiſſe, neque vultum a publica religione ad privatum dolorem deflexiſſe*, ſatis indicat eum dedicationem peregiſſe. PERIZON. In tredecim quoque noſtris MSS. non invenio illa, *Tolle inquit cadaver.* Quae ſane inepta ſunt; & neſcio an ita efferri ab Horatio in tali occaſione potuerint; certe nemo alius haec ei tribuit. Quare illa denuo inducenda putavi.

5. *Nec minus tamen illuſtre*] Ultraj. ſec. & Leid. quart. delent *tamen.*

6. *Duos jure adoptionis in Corneliam &c.*] Matth. Klokkius haec ita legenda cenſebat, *Duos jure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem ſibi ipſe abrogavit.* Apage mutandi pruritum.

7. *Triumphum patris funere ſuo quartum ante diem praeceſſit*] Livius Lib. XLV. *Duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, ſolos nominis, ſacrorum, familiaeque heredes retinuerat domi, minor ferme duodecim annos natus quinque diebus ante triumphum; major quatuordecim annorum triduo poſt triumphum deceſſit.* VORST.

8. *Alter triumphali curru conſpectus*] Triumphantes in currum recipere liberos ſolebant. Nec liberos tantum, ſed &, alios, quos amarent. Vide agentem de his Cl. virum, noſtrumque amicum, Joh. Schefferum II. 13. de re vehiculari veterum. VORST. Vide & ſupra L. V. 7. I. *Idem triumphantis currum equo inſidens ſequi, quem ipſe parvulum triumphis ſuis geſtaverat.* Ipſe tamen dicit apud Liv. *ſe e Capitolio ad alterum filium prope exſpirantem veniſſe.* i. e. A triumpho domum redeuntem offendiſſe eum morti propinquum. Ut more ſuo magis de veritate hiſtorica, quam orationis ornatu ſecurus, Valerius hoc pronunciaſſe videatur.

9. *Abundaverat*] Lib. Dan. *Ambulaverat.* quod ſane lubens reciperem. *Ambulare*, eſt etiam aliquando *ſuperbe & pompoſe ambulare.* ut, *incedere.* Servius: *Incedere proprie eſt nobilium perſonarum, hoc eſt cum aliqua dignitate ambulare. In jus ambulare* phraſis eſt comica, hoc eſt, *Jure agere apud Praetorem*; ad quam mihi adluſiſſe Cicero videtur ad Atticum lib. IV. *Maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli: tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video eſſe ambulandum.* COLER. Horat. Epod. IV. 5.

Licet ſuperbus ambules pecunia.

Abſit tamen ut de probando hic illo verbo, quiſ-

bore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus à ſe geſtis [11] apud populum habuit, hanc adjiciendo clauſulam, nulli ambiguum reliquit: [12] *Cum in maximo proventu felicitatis noſtrae, Quirites, timerem, nequid mali fortuna moliretur, Jovem Opt. Max. Junonemque reginam, & Minervam precatus ſum,* [13] *ut, ſi adverſi quid populo Romano immineret,* [14] *totum in meam domum converteretur.* [15] *Quapropter bene habet. annuendo enim votis meis id egerunt,* [16] *ut vos potius meum caſum doleatis, quam ego veſtro ingemiſcerem.*

Uno

quiſquam ſanus cogitet; quod nullus etiam MSS. noſtrorum agnoſcit, praeter Leid. quint. ſed ubi illud etiam emendatur.

10. *In orbitate ſubito deſtitutus eſt*] Legendum fortaſſe *Is orbitate ſub. deſt. eſt.* VORST. *In orbitate ſubito deſtitutus eſt.* Forte, *ſubita.* Quod vero Vorſtius τὸ *in* ſuſpectum habet, legitque *Is orbitate*; neſcio quam recte faciat; *Deſtitui in orbitate* alibi puto lectum, & poſſet exponi per *conſtitui.* PERIZON. Suet. in Tib. C. 54. *Deſtitutus morte liberorum.* Proprie *deſtitui* in aliquo loquo dicuntur, qui ibi ſoli relinquuntur. Liv. L. VII. 10. *Recipiunt inde ſe ad ſtationem, & duo in medio armati, ſpectaculi magis more, quam lege belli, deſtituuntur.* Virg. Ecl. I. 61.

Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

praepoſitionem certe ſcripti conſtanter retinent, verum unus & alter habent *orbitatem.*

11. *Apud populum*] Ultraj. ſec. *Ad populum.*

12. *Cum in maximo*] Verba ex oratione Pauli, quae peſſimo exemplo tractarunt iſti. Digna ſane antiquitatis & veritatis cauſſa, quae ex optimo Danielis codice reſtituantur: *Cum in maximo proventu felicitatis noſtrae, Quirites, timerem; ne quid mali Fortuna moliret, Jovem optimum maximum Junonemque Reginam & Minervam precatus ſum, totum in domum meam converteret. Quapropter bene habet. annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meo caſu doleatis, quam ego veſtro ingemiſcerem.* Longe aliter ſues, aliter catuli olent. Nimirum quantum aberrat vulgata lectio ab iſta ſincera antiquitate: *Moliret* primo dictum pro moliretur, ut apud Ennium *Sortiunt.* Apud Turpilium *proficiſceret. Converteret* pro verteretur, jam quoties à Criticis inculcatum eſt? Cetera ex eodem libro bona fide adſcripſi. COLER. *Quum in maximo proventu felicitatis noſtrae:* Schegkius ad Vell. L. I. X: teſtatur, veteres codices habere *provectu felicitatis*, quod eſt in Leid. ſept. Ultraj. ſec. Perizon. *provecto*, habent Harl. Barb. prim. Bit. ſec. Recte vero videtur Cl. Perizon. vulgatam lectionem vindicaſſe adſcriptis his Livii verbis L. XLV. 41. *Aliarum deinde ſecundarum rerum velut proventus ſecutus*, de hac ipſa re. Et ſic *proventum* pro ſucceſſu poni apud Caeſarem alioſque docuit Davieſ. ad Caeſ. L. VII. de B. G. C. 29.

13. *Ut ſi adverſi quid*] MSS. *ut ſiquid adverſi*, cum Ed. Mog.

14. *Totum in domum meam converteretur*] Ita omnino legendum; non, ut ex cod. P. Danielis ſcripſit Colerus, & retinuit Thyſius, *converteret.* VORST. Non *converteret* modo in textum receperat Colerus, quod ferri potuiſſet, verum etiam *Moliret*, quod utrumque rejiciunt omnes MSS.

15. *Quapropter bene habet*] Ante Coler. edebatur *Quapropter bene ſe res habet.* Quod in MSS. decem quoque invenio. Sed *bene habet* diſerte exhibent Ultraj. prim. Periz. Leid. ſec. Barb. prim. Med. ſec. *bene ſe habet.* Harl. *Bene habet*, ſimplicius & magis ex ſolemni formula dictum videtur; quam ut a librariis potuerit proficiſci. Illuſtravit Grangaeus ad Juven. Sat. X. ℣. 72. & ad eumdem locum notavit Brittannicus. Invaluiſſe pravam conſuetudinem ut dicatur, *Bene ſe habet*, cum profecto dicendum ſit, *Bene habet.* Vide etiam Paſſer. ad Prop. L. IV. 11. 67.

Et bene habet. numquam mater lugubria ſumpſi,

16. *Ut vos potius meo caſu doleatis*] Etiam hoc a Colero eſt. Ceteri *meum caſum*, cum pleriſque MSS. Pridem quoque edebatur *Veſtrum ingemiſcerem.* Sed hoc MSS. non aeque approbant. Leid. ſext. habet, *in veſtro ingemiſcerem. veſtro* poteſt accipi in caſu tertio. Liv. L. XXXVI. 28. *Ingemuerunt quidem principes conditioni ſuae, parendum tamen victori cenſebant.*

 17. *Etiam*

3. Uno [17] etiamnunc domeſtico exemplo adjecto, in alienis luctibus [18] orationi meae vagari permittam. [19] Q. Marcius rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega, filium ſummae pietatis & magnae ſpei, & quae non parva calamitatis acceſſio fuit, unicum amiſit. Cumque ſe obitu ejus ſubrutum, & everſum videret, ita dolorem altitudine conſilii coërcuit, ut a rogo juvenis protinus curiam peteret, ſenatumque, [20] quem eo die lege habere oportebat, evocaret. [21] Quod niſi fortiter moerorem ferre ſciſſet, unius diei lucem inter calamitoſum patrem & ſtrenuum conſulem, [22] neutra in parte ceſſato officio, partiri non potuiſſet.

Ann. urb. 635.

Externa.

Princeps Athenienſium Pericles intra quatriduum duobus mirificis adole-

17. *Etiamnunc*] Apage iſtud *nunc*. Uno etiam, id eſt, uno adhuc. lege Servium II. Aeneid. COLER. *Uno etiamnunc domeſtico exemplo adjecto.* Colerus voculam *nunc* expunxit. Verum quia omnes codd. habent *etiamnunc*, non temere aliquid eliminandum putem. VORST. Retinent *etiam nunc*, omnes noſtri Codices.

18. *Orationi meae vagari permittam*] MSS. undecim *Orationem meam*. ſic L. III. 8. Ext. I. *Itaque ſtilum meum ad externa delabi permittam.* ubi nonnulli quoque habent *Stilo*.

19. *Q. Marcius Rex ſuperioris Catonis in conſulatu collega*] Duo Marcii Reges ad conſulatum pervenerunt, pater & filius. E quibus pater anno urbis 635. conſul fuit, non cum Catone ſuperiore, cenſorio, quemadmodum ex his verbis perperam ſcriptis intelligitur, ſed cum M. Catone cenſorii nepote, qui Africam ſortitus conſul in ea provincia eſt mortuus, ut pulchre declarat Gellius Libro XIII. cap. 18. Filius Q. Marcius ſolus poſtea conſulatum geſſit anno urbis DCLXXXV. ut docebunt annales noſtri. Patrem itaque, ſuperiorem Marcium regem differentiae cauſſa vocat Valerius, quare ita corrigendus eſt locus: *Q. Marcius Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega.* PIGH. *Superioris Catonis.* Dictionem *ſuperioris* morboniam abire jubeo, adjectam ſcilicet à maleferiatis gloſſatoribus, qui mihi olim in caput Valerii conjuraſſe videntur. Agellius Lib. XIII. cap. 18. *M. Cato M. F. M. N. Is ſatis vehemens Orator fuit, multaſque orationes ad exemplum avi ſcriptas reliquit & conſul cum Q. Martio Rege fuit, inque eo conſulatu in Africam profectus, in ea provincia mortem obiit.* En emendationis meae auctorem & fundum potiſſimum, ſcriptorem luculentum. Marcus Cato Marci filius, Marci Nepos inquit. Ergo non Cato ſuperior. COLER. *Q. Marcius Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega.* Ita locum hunc emendavit Pighius; cum legeretur vulgo, *ſuperioris Catonis in conſulatu collega.* Cujus emendationis cauſſas apud ipſum vide. VORST. Quia collega fuit Catonis, qui nepos fuit Catonis Cenſorii, non ſine cauſſa ſuſpectus hic locus eſt Pighio legitque *Q. M. Rex ſuperior, Catonis* &c. ſcilicet, quia duo fuerunt eodem plane nomine homines, quorum hic prior fuit. Sed ea cognominatio non adhibetur, ut puto, niſi de duobus valde illuſtribus, & claris in Hiſtoria Romana, quales *Scipiones Africani* & *duo Catones*, in aliis uſurpari vix puto. Hi vero *Reges Marcii*, vix quidquam memoria magnopere dignum, aut celebre geſſerunt. Credo igitur τὸ *ſuperioris* vel a librariis eſſe ortum, ut vult Colerus: vel forte ipſius Valerii eſſe errorem, quia Catonis Collegam illum fuiſſe inveniebat, & poſteriorem ad conſulatum non adſcendiſſe ſciebat, utique putaverit hunc eſſe *ſuperiorem Catonem*. Pighium ſequitur & Vorſtius. Sed tamen infra VII. 3. extr. *ſuperior Annibal.* ſic *Dionyſius ſuperior* & *poſterior*. Gel. XVII. 21. τὸ Κάτωνα τὸν πρεσβύτερον Dio p. 337. 342. & 351. *C. Marius Junior* ſaepe. PERIZON. Etiam omnes mei MSS. *ſuperioris* retinent. Ut potius Valerii error videatur.

20. *Quem*

leſcentibus filiis ſpoliatus, iis ipſis diebus & vultu priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt. Ille vero caput quoque ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, ut nihil ex vetere ritu [23] propter domeſticum vulnus detraheret. Non ſine cauſſa igitur tanti roboris animus ad [24] Olympii Jovis cognomen aſcendit. Plut. in vita Aelian. IX. 6. Ariſtoph. interp.

Xenophon autem, quod ad Socraticam diſciplinam attinet, [25] proximus a Platone felicis ac beatae facundiae gradus, cum ſolenne ſacrificium perageret, è duobus filiis majorem natu [26] nomine Gryllum, apud Mantineam in proelio cecidiſſe cognovit: nec ideo inſtitutum deorum cultum omittendum putavit, ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipſam, percunctatus *quonam modo occidiſſet*, ut audivit *fortiſſime pugnantem interiiſſe*, capiti repoſuit; numina, quibus ſacrificabat, teſtatus, *majorem ſe* 2. Laërt. in vita. Aelian. Var. hiſt. III. 13. IV. 5. Stobaeus ſerm. 106. Sen. ad Marc. XII.

ex

20. *Quem eo die lege habere oportebat*] MSS. quinque *haberi oportebat.*

21. *Quod niſi fortiter*] Ultraj prim. *Qui niſi*. Periz. *Qui non fortiter.*

22. *Neutra in parte ceſſante officio*] MSS. habent omnes *ceſſato officio.* Niſi quod quatuor ſcribunt *caſſato. ceſſato* habent Mog. & Ven. Quod repoſui. *Ceſſata* enim dicuntur ea, in quibus *ceſſatum eſt.* Sic *Ceſſata arva*, quorum cultus fuit intermiſſus. Ovid. L. IV. Faſt. 617.

Larga provenit ceſſatis meſſis in arvis.

L. X. Metam. 669.

Illa moram celeri ceſſataque tempora curſu
Corrigit.

Sil. Ital. L. V. 532.

Jam Libyae ductor properantia ſigna citato
Raptabant curſu, & ceſſata reponere avebant
Tempora caede virum, ac multo penſare cruore.

Placuit haec forma Joſ. Scaligero, nec diſplicuit Dan. Heinſio ad Horat. Lib. I. Epiſt. II. 32. Vide omnino Perizonium ad Sanctii Min. L. III. 3. 10.

23. *Propter domeſticum vulnus*] Quod filios amiſerat. Sic & alii dolorem quem ex morte filiorum capiunt parentes, aut ex morte parentum capiunt filii, *vulnus* vocant. Vide Ind. in Nep. voce *vulnus*. VORST.

24. *Olympii Jovis*] Ita Periclem vocavit Ariſtophanes Acharnenſibus: ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ὁ Ὀλύμπιος. Vide ejus interpretes. Plin. Lib. XXXIV. c. 8. *Olympium Periclem, dignum cognomine:* Uterque Olympium ſimpliciter dictum fuiſſe vult. Ergo exſculpenda vocula *Jovis*. COLER. *Ad Olympii Jovis cognomen aſcendit.* Colerus expungendum cenſet: quod Ariſtophanes in Acharnenſibus, itemque Plinius XXXIV. 8. Periclem ſimpliciter τὸν Ὀλύμπιον vocent. VORST. *Ad Olympii Jovis cognomen adſcendit.* Quia a Plinio & Ariſtoph. ſimpliciter vocatur *Olympius* Pericles, Colerus hic deleri vult *Jovis.* Cui rei ego plane intercedo. Emphaſis enim magna eſt in illa voce, qua oſtenditur cognomen *Olympii* Pericli impoſitum ad ſimilitudinem *Jovis*, & *Jovis* cognomen illi eſſe datum. eſt autem *Olympius Jovis* quoque cognomen. quia vero ille varia habuit cognomina, ſeu epitheta, quae erant quaſi cognomina, debuit utrumque exprimi; & recte dicitur *ad Olympii Jovis cognomen adſcendiſſe*, quia *Olympius* cognominatur. Liv. IV. 17. *Cognomine certe Capitolino Jovi parem fecerint.* Sic Suet. Aug. c. 7. *poſtea C Caeſaris deinde Auguſti cognomen adſumpſit.* quod male tentat mutare Caſaubonus. *Caeſar* enim fuit *C. Caeſaris cognomen*, quod aſſumpſit Auguſtus. Poſſet etiam exponi *poſtea C. Caeſaris nomen, deinde Auguſti cognomen* aſſumpſit. Sic ἐπίκλησιν vocat *omnia cognomina* Dio. Triſtanus in Antonino n. 24. exiſtimavit obiter *Periclem* appellatum eſſe *Jovem*. Male. PERIZON Recte hoc vindicavit Cl. Perizonius, conſentiunt omnes MSS.

25. *Proximus a Platone*] Laërtius: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. Idem Platone. COLER.

26. *Nomine Gryllum*] Praeter ceteros lege Senecam conſolat. ad Marciam c. 12. COLER. *Lacrymis reſperſa tura.* Nonnulli *adſperſa.*

27. *Xe-*

ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem ſentire. Alius removiſſet hoſtiam, abjeciſſet altaria, lacrymis reſperſa tura diſjeciſſet: [27] Xenophontis corpus religione immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiae ſtabilis manſit, [28] ac dolori ſuccumbere, ipſa clade, quae nuntiata erat, triſtius duxit.

3. Laërt. in vit. Cic. Tuſc. III. Aelian: Var. hiſt. III. 12. Sen. ad Polyb. c. 30.

Nec Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita namque morte filii, *Nihil*, inquit, *mihi inexpectatum, aut novum nuntias. ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem.* Has voces utiliſſimis praeceptis imbuta virtus mittit. [29] quas ſiquis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit [30] ita liberos eſſe procreandos, ut meminerit his à rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici, atque ut mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem poſſe, qui non ſit moriturus.

27. *Xenophontis cor pia religione immobile ſtetit*] In manuſcriptis: *Xenophontis corpus religioni immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiae ſtabilis manſit.* Recte. cum loquatur de corporis & animi conſtantia. PIGH. *Xenophontis corpus religioni immobile ſtetit.* Ita correxit Pighius ex MSS. Et habet quoque ita unus cod. Brand. Aldus ediderat *corpus pia religione immob. ſtetit.* VORST. In iis, quibus ego utor Aldi editionibus, eſt, *Cor pia religione*, quod eſt in MSS. octo. *Corpus pia* habet Edit. Mog. MS. Periz. & Ultraj. ſec. Ceteri *Corpus religione*. Fere omnes *religione.* ut edebatur ante Pighium.

28. *Nam dolori ſuccumbere*] Sic placuit edere Pighio. Equidem MSS. omnium, omniumque typis impreſſorum, lectionem non minus bonam revocavi, probante Perizonio. Leid. ſext. habet *dolore*: idem, *denunciata.*

29. *Quas ſi quis efficaciter auribus perceperit*] Sic Periz. & Copeſ. ceteri *receperit*, cum Ed. Mog. & Mediol. Vide ſupra L. III. I. 2. *Receperit* tamen non damnem. Bit. prim. *Legem indici*: nil opus mutatione.

30. *Ita liberos procreandos*] veteres libri, *Ita liberos eſſe procreandos.* PIGH. Etiam noſtri. in Vulgatis *eſſe* omittitur.

00079446

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016